









TG 831/3











**PORTVGALIAE**  
**MONVMENTA HISTORICA**



**PORTVGALIAE  
MONVMENTA  
HISTORICA**

**A SAECVLO OCTAVO POST CHRISTVM VSQVE AD QVINTVMDECIMVM**

**IVSSV ACADEMIAE SCIENTIARVM OLISIPONENSIS**

**EDITA**

---

**DIPLOMATA ET CHARTAE**

**VOLVMEN I**

---

**OLISIPONE**

**TYPIS ACADEMICIS**

**MDCCLXVII**



Diplomata, acta publica et privata, alia praeterea documenta, quibus patriae historiae cognitio et studium provehuntur, nunc jam edere in hac tertia Divisione Monumentorum incipimus; alium quod locum recte habere nequeant, nec inter historicas narrationes, vel statuta et leges in duabus primis Divisionibus contentas. Hujusmodi documenta, quae supersunt, saeculo XII vetustiora, primum quidem tertiae Divisionis volumen, juxta methodum ab ipsa Academia statutam, complecti debet. In perquirendo, describendoque non haec modo, sed etiam hujusce generis documenta ad XII, XIIIque saeculum referenda, nullomodo, ex quo colligi coeperunt, a quolibet labore et defatigazione temperatum est. Magnus ita eorum auctus est numerus; ad illa namque et autographa et apographa, quae plurima in Publico Archivo collecta manebant, adjici successive prosequuntur quaequa per tabularia et scrinia, publicae Potestati obnoxia, dispersa hic illic inventa, tam extinctorum ordinum monachorum, quam adhuc exstantium coetuum monialium et monacharum, cathedralium, collegiarum, Conimbricensisque Universitatis. In ipsa Academiae bibliotheca quaedam ab initio hujus saeculi extabant apographa documentorum, quae temporis vetustas, vel etiam bellum tam exterorum, quam civile, quod non semel in nostram miserrime incidit aetatem, ab illo tem-

pore consumpserunt; quae profecto apographa descripta aut correcta a probatissimis viris, Viterbo, Amaral, Ribeiro, aliisque Academiae sodalibus, maximi facienda sunt pretii, praecipue postquam autographa et antiqua apographa penitus perierunt.

Inopinatus interea eventus laborem et operam Academiae ad omnia penitus, quae nobis supersunt, edenda documenta nostri Portugaliae regni fundatione superiora tantisper frustratus est : Bracarense siquidem capitulum, Portucalense, et Lamecense documenta ex suis cartophylaciis, quamvis civili Potestati subjectis, in Publicum Archivum transferri et colligi enixe renuerunt, contraque fas et societatis universae jus, rem privatam suam esse stulte clamitabant. Regii interim administri, qui illorum fundos et bona sub hasta venundare non recusabant, hoc tam falsi animi circa privatum proprietatis jus vanissimum argumentum inficiari verebantur, ac si publicam auctoritatem ad capitulorum bona venundanda agnovissent, non ita ad colligenda documenta, vel post venditionem inania, vel etiam quae nequaquam ecclesiastica, sed civilia tantum et ad rempublicam relata, cathedralium ecclesiarum, coenobiorum, monasteriorumque chartariis et scriniis custodienda in illo temporis aevo commissa, quo nullum publicum erat archivum, ubi, ut nunc, collecta et custodita manerent.

Academia nihilominus magnam documentorum collectionem jam partam diutius ineditam detinere recusans, quamquam administri tali haesitatione suam infirmabant auctoritatem, susceptumque publicum munus minime explebant, monumenta saeculo XIII antiquiora, antea descripta et cum autographis, vel apographis textum suppeditantibus studiose collata, edere curavit.

Hujus non minus inceptus complementum in posterum deferens, cum aut canonicorum reluctatio, ut decet, evanescat, aut civilis potestas evanescere faciat; pluraque inde documenta vetusta, praeter ea in libris inventa, in privatis scriniis, vel ex-

terorum etiam regnorum archivis reperiantur, quae circa Hispaniarum tractum, ubi Portugaliae regnum erectum fuit, aliquam praebant notitiam, Academia sub I Partis titulo nunc jam haec collecta documenta publici juris facere statuit.

Constitutam et hactenus constanter in edendis Monumentis tam historicis quam juridicis servatam methodum, fidelissime scilicet textus describendi, majori, si ita loquendum, cura in hac collectionis parte secuti sumus. Quicumque profecto in qualibet documentorum editione aliquid sibi mendosum visum in autographis vel apographis corrigendi libertatem presumit, non facile rationem et modum suae inveniet libertati. Non aliud ergo editori jus et fas est, quam, quae edit, documentorum pretium et valorem detegere, ubi inveniebantur, vel invenienda sunt, si forte serventur; autographa, apographa, authentica ne sint; si ad aetatem, quae perhibetur, jure referenda, et quae contra genuinitatem, si quae sint, argumenta. Caetera praeterea historicorum munia sunt : cuiusvis nempe vetusti apographi, cui autographum deest, fidelitatem perquirere; verborum, sermonisque autographorum convenientiam, proprietatem, correctionemque dignoscere; artis denique critices regulas et praecepta super historica documentorum aestimatione adhibere. Quod his proculdubio maxime interest, certiores se fieri, est, nihil in editis libris immutatum, autographi, seu apographi textum ita integrum, inviolatum, incolumemque se ibi visuros reperturosque esse, ut visendi archiva, chartophylacia, scrinia, inspiciendique et adeundi MSS. collectiones taedio et defatigatione non indigeant. Praecipuum hoc istorum operum, et hujus praesentis nostri, sane pretium est.

Quod autem ad interpunctiones, siglaque attinet, ad illam scilicet orthographiae partem, quae stygmeologia appellatur, a severitate fidelissimae undequaque descriptionis paululum temperandum, praesertim in textum primaevum describendo documentorum saeculi IX, X, XI, arbitrati sumus. Per id enim temporis non aliud pene chirographarium stigma praeter

punctionem cognitum erat, quam ad omnes orthographicos usus confuse, et ad libitum adhibebant, nullam sermonum distinctionis, suspensionis, incisionisque, quas nunc distinete notis signamus, curam suscipientes : rem insuper in pejus vertebant diplomatum scribae et notarii unico illo stigmate uti nescientes : nulla scribenti lex, nec norma, nec ratio erat. Documentorum igitur quaedam sunt interpunctionibus ita profuse strata, ut segetes, si dicere licet, videantur; contra quaedam adeo parcius incisa, ut in istis parcimonia et indigentia obscuritatem pariat, quam in illis prodiga abundantia; utrumque certe lectoribus minus in illius aetatis scriptis versatis magnopere nocet. Quapropter in his describendis documentis quasdam interpunctiones arbitrarias, manifesteque imprudentes, omittere, paucas tamen raro transferre curavimus, ubi supramodum obscuritatem et confusionem augebant in scriptis, quorum inquinatus, horridusque sermo omnem saepius barbariem superat.

## DIPLOMATA ET CHARTAE

ANTE SAECULUM XII EXARATAE ET AD ORIGINES ANTIQUITATESQUE PORTUGALIAE UTCUMQUE SPECTANTES

### PARS I

#### I

*Donatio bonorum ecclesiae S. Joannis Baptistarum, prope Souto-Redondo, territorio Portugalensi, ex antiquo libro regestorum Sedis Conimbricensis Livro Preto, sic dicto, desumpta. An vere anno 773 tribuenda charta; an aeram DCCCXI pro DCCCCXI exscriptorem codicis perpetram scripsisse ambigimus.*

773 (?)

In nomine domini nostri ihesu christi et indiuidue sancte trinitatis patris et filii et spiritus sancti. inuictissimis ac triumphatoribus sanctisque martiribus gloriois quorum baselica discerimus et fundamus loci illius sancti ihoannis baptiste et sancti saluatoris et sancte marie semper uirginis et sancti pelagii et sancti iacobi apostoli. Ego cagido presbiter et recacis presbiter uenit nobis punctum et metum de peccatis nostris. et ad timendum diem iudicii iuxtati sumus cum fratribus nostris et suprinis nostris iam pernominamus. indignus famulus dei tesulfus presbiter adefonsus presbiter froila presbiter et alius tesulfus presbiter seruandus presbiter gunsalus presbiter filii recarecis. spem fiducialiterque sanctis illis meritis respiciamur. non usquequa disperatione deicimur. qui uero iam teste conscientia meriti suffragium fidei supplicationum modis omnibus imploramus. Et ideo serue pauesco ut nos per uos sancti martyres reconciliari mercamur domino deo uestro atque sanctorum omnium extiti ut de paupertate nostra sancte ecclesie nostre aliquantulum et uoto imploramus pro uere scriptum est : Vouete et reddite domino deo uestro. Et ideo omnia (?) fac et operi et ipsa nostra deuotione implere procuranimus atque concedimus ipsis sacris altaribus ab ea de sanguinibus aut de propinquis qui in uita sancta perseuerauerint habeant omnes nostras hereditates quantas habemus augmentare potuerimus usque ad obitum nostrum uillas prenominatas ipso acisterio quod fundamus cenobio sancti ihoannis de uilla de ualeiri et uilla de fontanelas et uilla canelas medietate et uilla pinopero et condesindo duas partes uilla cortegaza v<sup>a</sup> et uilla sinobilani m<sup>r</sup>. et uenit ad nos arias mauriniz qui erat nepos de cagido presbitero qui fuit filius maurini qui fuit presor et adtestauit ipsam uillam que iacet ubi rio medianus discurrit. et ex parte cum uilla eurobas uoso et leuase ad illum portum de et inde per illo aroio et fer in illa fonte. et exinde per illo uado qui auia ad illum montem et torna ad illo rio et concludit integro. et ego esdulfi et andeiro et gontado uenit nobis infirmitas prope obito nostro. et placuit nobis pro remedio animarum nostrarum. Damus et concedimus ad locum illius sancti ihoannis baptiste medietates de omnibus nostris hereditatibus quantas habuimus. et ibi concedimus ipsam hereditatem que dicent medianas. et iacent inter uilla de patre et uilla canelas et uilla auelaneda. et de hereditate de pater donelizi m<sup>r</sup> pro remedio anime mee. et medietatem de sancti iacobi de eurobas uoso quos fui de aspaio baloremoto. damus ipsas uillas ad locum illius sanctis. tam in uita nostra etiam et post obitum nostrum. et habent iacentiam ipsas uillas subtus mons sauto rodondo territorio portugalensi per suis terminis et locis antiquis cum quanto in se continet et adprestitum hominis est. Damus illas pro uictu atque uestitu monachorum uel pro uolumine librorum in locis illius ad ecclesie deseruendum uel elemosinas pauperum. tam in uita nostra quam obitum nostrum usque in sempiternum. Et si ex propinquis nostris aut de sanguinibus nostris uel extraneis qui contra hanc seriem testamenti ad irrumpendum uenerit uel uenerimus aut uendere aut extraneare in aliaque parte aut auctorizare noluerimus illas uel non potuerimus illas uillas et extraniamus illas de illo testamento quod facimus ad locum illius sancti ihoannis. in primis sit excommunicatus et extraneatus et separatus de domini

*D. et C. Tom. I.*

1

Aias (*sic*) mauraniz conf. — Gontemiro M. conf. — Salmiro M. conf. — Nebozanom conf. — Visterga conf. — Abba siluani conf.

Cidi neboaaniz test. — Egareus test. — Gontado test. — Dono pataizi test. — Abomas diaz test.

Gondesindus eitor test. —Donanna niconiz test. —Eita baltasariz conf. —Don facame conf. —Abacatom conf.

II

*Ex perantiquo codice qui inscribitur Liber Testamentorum Laurbanensis Monasterii. Ordoniūs I post annum 850 usque ad annum 866 regnavit : perperam ergo aerac DCCCXV charta haec tribuitur.*

850-866

## **Testamentum de algazala. de ordonius rex. et de lauredo**

Hordonius rex. uobis iusto abba uel fratribus uestris. per huius nostre preceptionis iussione testamus atque concedimus uobis in suburbio de conimbricie villa que dicunt algazala cum quantum adprestitum omnis est. uineas pumares terras ruptas uel inruptas. Et alios uillares iuxta ribulo mondeco nomine lauredo et sautelo ipsas supranominatas per suos terminos anticos in omnique circuitu per locis suis seu uel cum omnibus prestationibus suis quicquid in se continent. omnia ab integro uobis testamus atque concedimus post parte nostra uel ecclesia sancti mameatis pro remedio anime nostre et parentum nostrorum et in onore sancti pelagi. Habeatis uos firmiter et fratres qui in uita sancta perseverauerint de nostro dato perenniterabiturum. Facta scriptura testamenti. Notum die pridie nonas septembris. Era Dccc<sup>os</sup> xv. Et nullum non ordinamus qui uos pro inquietare presumat pro nullaque actione. Et si aliquis omo uenerit uel uenerimus tam nos quam ex prosapie (?) nostre ipsas uillas que nos testamus infringere uoluerint. In primis sedeat excommunicatus et cum iuda domini traditore habeat participium in eterna damnatione. Hordonius rex hanc concessionem nobis (sic) manus meas r—oboro et confirmo.

Vutierre mendiz conf. — Dominus garseanus conf. — Trastemirus diaconus test. — Dagaredus presbiter test. — Lubanus archipresbiter test. — Songemirus presbiter test. — Rodorigus presbiter test. — Ranemirus rex. — Gundisaluus moneonis conf. — Nepuzanus conf. — Sub christi nomine ouecus episcopus legionensis sedis conf. — In christi nomine dulcidius dei gratia episcopus uisense conf.

III

*Ea quae circa annum quo datum est Testamentum de Algazala notavimus, hic etiam notanda sunt. Descripsimus ex eodem codice Laurbanensi.*

850-866

## **Testamentum de uilla de Ydrlz et de suo seruo nomine picon**

In nomine domini. Hordonius rex in domino salutem eternam. Dubium quidem non est sed multis manet notissimum eo quod preendiderunt uilla tui serui nominibus picon et ego ordonius uilla prenominata uilla coua ad portu de latrones. quod obtinuit Ydriz cum suis parietes et suis uiciis et terminis antiquis. et cum omne illorum prestantia quicquid ibidem adprestitum ominis est. Ita ut ex presenti die et tempore secundum eam preserunt tui serui abeas eam de nostro dato firmiter in uita tua. et post obitum tuum sedeat illa uilla et ille seruuco que sursum resonat post parte monasterii lauribาน in onore sancti mameatis et san-

cli pelagii pro remedio anime nostre et parentum nostrorum diue memorie. Quo iurationem confirmo per deum patrem omnipotentem quia contra hunc meum factum nunquam ero ad intrupendum. Et insuper quantum temptauerit in quatuor duplo componat. Facta karta notum die iii kalendas octobris. Era dccc xxxviii.<sup>a</sup>

Hordonius rex hanc scripture confirmationis a nobis facta conf. (?) — Sub christi nomine nausti episcopus conf. (?) — In christi nomine froarengus episcopus conf. — Sub christi nomine Juuarius episcopus conf. — In christi nomine recaredus episcopus conf. — Sub christi nomine sauarigus episcopus conf.

## IV

*Album servorum episcopi Nausti. Descripsimus ex Livro Preto, Conimbricensis Sedis.*

867-912

**Carta diuisionis**

In nomine domini. Factus est colmellus diuisionis inter domno nausti episcopo post parte eclesie sancte marie sedis colim briensis et filios petri et sarracine de scraus uel ancillas filios uel neptos abiti et uedragese. Vnde euenit in porcionem domni nausti episcopi post parte eclesie iam sane (sic) filii uel nepti ildoie qui fuit filia aluiti et uedragese. id sunt notati cx extra filios et neptos fragulsi quos in re diue dimisimus. Vnde uenit in porcionem de filios petri et sarracine filie uel nepti sisegundie que fuit filia aluiti et uedragese. et addiuimus ad ipsos de filios uel neptos gomesindi id est sisildi cum filios uel neptos extra medietate de filios uel neptos dadine quos de noccia talimus fiunt cx. Et de filios uel neptos gomesindi qui fuit filia auiti et uedragese qui de ista noticia supersunt. Et uenit in porcionem domni nausti episcopi post parte iam sepedicte eclesie de filios uiuituri id est samuel cum filios iii<sup>r</sup>. auito cum filio uno. mulierbo cum filio uno nimenti nomine. hegelo cum filios v<sup>que</sup> neptos ii<sup>r</sup>. uimara cum filios. Vli nepto i. De filios iuuini. gaudunia cum filios vi. cetroonio cum filios ii. egaredo cum filio uno. emundino cum filiis suis. aluaro cum filiis suis. et uaduvara. De filios frogulsi. ciandila cum filios v et neptos. elison et filios ansemundi ii<sup>r</sup>. cerocia et iuuinio. fiunt xxxx<sup>viii</sup>. Et filios petri et sarracine. De filios iuinio. lustri cum filios tres. materna cum filio uno. liuilo cum filios vi. gunderona cum filio i<sup>r</sup>. atanagildo cum filiis suis. De filios uiuituri. petri cum filiis suis iii. tumtaldo cum filios iii. nonninha cum filios iii. nandulso cum filios tres. v. marie cum filio i<sup>r</sup>. De filios fragulsi. ascanto cum filios v. guisenda cum filios iii<sup>r</sup>. fiant xlvi<sup>r</sup>. Sub christi nomine nausti episcopus confirmans. Lvcidus ad persona androitus. aragunti gudilolfi adefonsi et de filios theodani. confirmans. Qvi presentes fuerunt Vimara diaconus.

## V

*Ex antiquo libro regestorum Collegiate Vimaranensis Livro de D. Mumadona. sic dicto, descripsimus.*

870

**Kartula de sancto michaele de negrellus**

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus glorioissimorum marlirum uirginum et confessorum sancti michaeli archangeli sanctorum adriani et natalie Sanctorum sixti episcopi Laurenti archidiaconi Sanctorum cosmas et damianos Sancti donati presbiteri Sancti saluatoris et reliquias eorum corum baselica sita et fundata est in villa negrelus territorio bracharensis urbium portugalensis secum sancte marie subtus mons cauallus prope riuulum haue. Et ego indignus et peccatores flomarico et coniugea mea Gundila. scelemondo et uxorem mea astragundia. edificauius sub uno consilio et cum dei adiutorio et per sanctificationem Gomados dei gratia episcopus. edificauius istius domum in nostra villa que presimus cum cornam et albende Adelonsus principem et comite lucidii vimarani. et sacrauius eam cum ipsis dominos Gomadus episcopus. et ordinauit nobis ipse episcopus que fecesemus ei date et ingenuassemus eam pro remedio animabus nostris. et dedimus ei in circuitum ipsa ecclesia pro sepultura corpora secundum canonica sentencia docet et pro toleradura fratrum in circuitum et quanto nobis tribuimus. et unus cum aliis unum consilium elegimus testamentum : que spontanea morte corporea de hoc seculo ad alia uita humana transferuntur animas qualis namque illuc semper uenire considera. quia hic ad bona ad ienera morte de hoc seculo. et enim dominus dicens. edate et dabitur uobis. illic omnia

que in hunc mundum ad usum hominis conferuntur adeo credencia corde et corpore per ita domini semper in uenerationem (sic) tuam mens ista permaneat pro his ut memorie sumamus pro uestro sufragio apud deum dominabit omnia ordinantur. praesta domine ut semper in uenerationem tuam omnium et desiderate eterne uite. Istoque apostolica percurrere cursum legitur iam supradictus flomaricus et Gundila. scelemondo et astragundia. cum omnibus adespliuit. Concedimus uobis dominis nostris iam supranominato ipsis locis cum suis dextros et corporalibus secundum illum edificauimus cum integritatibus suis. et adicimus ibidem cruce calsa calicem libros ordinum comitus et passio sancti christoforis casas cubos cubas et omnia edificia cum intrinsecus suis que ibidem est. concedimus ad ipsius locis et presbiteros et fratres qui in uita sancta perseuerauerint tam propinquis quam extraneis que in uita monastica perseuerauerint habent et possideant pro remedio animas nostras perpetuo uindicet omnia ista que in testamento resonant. et in die sancti michaelis que est repromotionis noster ipso die memorie nostre scient in memoribus eorum unde mercedem accipient ante tribunal domini nostri ihesu christi. et quod hunc non sciat monacus uel quilibe generis uendendi aut donandi non ad rex non ad comite non ad episcopo non a deouote non liceat uindere nec extraneare nisi tantummodo sacerdos uel ex generis noster habent et possideant. et qui hunc factum nostrum ausus fuerit irrumpere. in primis sedeat excommunicatus et a deo separatus et descendat super illud qui talia commiserit quod descendi super datan et abiron. et sodoma et gomorra uiuos terra illos absorbuit. et qui talia commiserit non resurgat cum iustus sed cum impiis et sceleratos. et insuper pariat isto que in testamento resonat im duplo perpetim habendum. Facto series testamenti notum die quod erit in Idus februarii. Era D<sup>o</sup>cccc<sup>a</sup>viii<sup>a</sup>. Fromaricus et gondilo scelemondo et astragundia in hac series testamenti manus nostras roboramus.

Ansila presbiter test. —Viliulfus presbiter test. —Tagius test. —Selmirus test.

Ebreguldus test. —Sensol test. —Groualo test. —Tanaigildus test.

Besnace test. —Monderico test. —Amando test. —Belmirus test.

Palmatius presbiter notuit.

## VI

*Donatio bonorum ecclesiae de Sozello facta. Exemplar quod superest hujus diplomatis ex chartophylacio Monasterii de Pendorada in Publicum Archivum delatum textum nobis praebuit. An autographa sit charta, sive apographa, merito dubitatur. Vid. RIBEIRO, Observações de Diplomatica, pag. 14 (nota).*

870

Christus. In nomine domini nostri Jhesu christi. In honore sanctorum Apostolorum Martirum confessorum Atque virginum et omnium chorum angelorum salutem Aeternam amen. Ego cartemiro et uxor mea Astrilli abuimus filios et filias nominibus fosinu et gaton et arguiro et uistremiro quinilli et aragunti. et peruenerunt illos filios barones ad ordinem monacorum. et accepit inde fosinus ordinem primitus habitantem in eclesia uocabulo sancte colalie virginis fundata in villa sonosello de presores de ipsa villa. Ego cartemiro et astrilli una cum filiis meis fundauit eclesiam in nostro casale proprio exepre de nostros heredes uocabulo sancti saluatoris sancti andree apostoli sancte marie virginis et sancti thome apostoli sancti petri apostoli et sancte leocadie et sancte cristine virginis. Ego cartemiro et astrilli accepit uoluntas dei. et factus de ipsa eclesia cum ipso casale testamentum post partem de propinquis nostris. et pro remedio animas nostras et omnes defunctorum que in ipsa eclesia seculti sunt. Contestamus ad ipsa eclesia illa hereditate per suis terminis que habuimus de presuria que preserunt nostros priores cum cornu et cum aluende de rege et habuimus vi<sup>a</sup> de ipsa villa que habuimus per particione et medietate de illa fonte de salmegia. contestamus cum suo ornamento eclesie libros casullas uestimenta altaris uel templi cruces super euangelia et corona et calice et patena argentea. contestamus in ipsa eclesia cum quantum ominis hic a prestatum est. signum caballos equas boues et uaccas pecora promiscua cubus et cupas lectos et catedras mensas sautos et pumares amexinares uineales terras ruptas uel barbaras casas lacar petras mobiles uel inmobiles. et diuidet ipso casal ubi ipsa baselica fundata est per casal de louegildo. et inde per rego qui descordet a casa de trasmondo. et inde per ipso uallo et suos dextros et tornat se unde primitus in quoauimus. Ego cartemiro concedo ibidem larea que iacet in cima de ipso uiniale. et habet ipsa larea im amplio viii<sup>a</sup> passales et in longo peruallatur. contestamus ipsum quod in testamento resonat ad ipsa eclesia et ad propinquis nostris fratribus uel sororum monacorum uel clericorum. et qui bono fuerit et uita. sancta perseuerauerit habeat et possideat. contestamus ipsa eclesia cum omnia sua ornamenta et sua prestantia. et qui hunc factum nostrum inrumpere querierit uel extraneare uoluerit sedeat separatus et excommunicatus et cum iuda traditore habeat participium. et insuper pariat due libra auri bina talenta et a domno qui illa terra imperauerit aliud tantum. et hunc factum nos-

trum testamentum plenam habeat roborem. Notum die erit pridie kalendas magii era DCCCC VIII.<sup>a</sup> Cartemiro et astrilli in hoc testamento manus nostras ro++uoramus.

Gaton abbas confirmo — Zalama abba conf. — Randulfus presbiter conf. — Biatus presbiter conf. — Gundisaluus conf. — Elias presbiter conf.

Pro testes — Aluaro testes — Trasmondo test. — Gondulfo test. — Viliatus test. — Vimara test. — Gaton test. Menendus presbiter notuit.

## VII

*Donatio ecclesiae de Sozello superaddita donationi anno 870 factae, et in ipsa charta scripta.*

874

Fofino. Gaton. astrilli. Arguiru. Vestremiru. Guinilli. et Aragunti placitum facimus inter nos unus ad alios per scripturam firmitatis notum die quod erit m<sup>o</sup> nonas aprilis era DCCCC<sup>a</sup> XII<sup>a</sup> super ipsa eclesia et super nostras hereditates quantas habuerimus et ganare potuerimus usque ad obitum nostrum. que non habeamus licentiam super illas nec uindere nec donare nec testare in parte extranea nisi unus ad alios. aut ad ipsa eclesia uocabulo sancti andree apostoli. et qui minima fecerit et istum placitum excesserit pariet parte de que isto placito obseruauerit x boues de XIII<sup>m</sup> XIII<sup>m</sup> modios et iudicato. nos pernominatos in hoc placito manus nostras ro+++++uoramus.

Pro test. — Olii test. — Tramondu test. — Arguiru test. — Menendo notuit.

## VIII

*Donatio suppletilium aliorumque bonorum ecclesiae de Soalhæs facta. Canonicis Sedis Portucalensis renuentibus, ex chartulario ejusdem sedis, Censual dicto, describere nobis non licuit. Desumpsimus ex RIBEIRO, Dissertações Chronologicas, T. IV, P. II, pag. 147.*

875

Dominis invictissimis et gloriosissimis, at triumphatoris santisque Martiribus gloriae Santi Salvatoris et Sancte Marie semper Virginis, et Santi Michaelis Archangeli, Santi Mametiis quy ibidem sunt recondite, et quorum Basileice Santi Martini Episcopi, que est fundata in Villa de Suylanes, subtus mons Geneslaxo, seclus rivulum de Gallina, et flumen Dorio, territonio Añegia. Ego humile, et servo Dei Santom Presbitero, qui expontanea morte corporea de hoc seculo ab aligo humano transfertur anima, qualis nanque illic semper venire considera, quya hic ad bona peragenda corde et corpore putata monet enim nos Domine dicens, date, et dabitur vobis, licet omnia que in hunc mundum ad usum hominis conferuntur a Deo que creantur omnia ordinantur, tamen valde Deo dignum est unde hec quod accepimus unusquisque in hunc mundum ex hoc complacere parce oblationis in instinctu ut per hec enim sivi quisque futura cumula premia per quem presentia coram Deo digna dispensa unde se ad talibus sua gens oberibus, dum vota atque donaria sua et populi Irhaelitici dedit errare dicebat tua enim sumus Domine et omnia que de manu tua accepimus et dedimus tibi adeo isperventi oraculis pro hi mereamur Sanctorum suffragia apud Dominum, et ad cunctorum nostrorum nexibus absolvit pecaminum et desiderate eterne vite studium placiter procurrere paxum. Ideo et Domine Sancte et dizimus offerimus atque concedimus sacris santis altaribus ecclesie Martiribus sive qui ejus fratribus Monachorum Sororum precepto dominico perseverantes fuerint : in primis i. ad aram Dei vella vel vestimenta libros perfectus signum ad ejus medei lorum mirabilis casa cruce calice adque corone vel omne vestimentum Monachorum : id et aicimus jumenta rectilia sive cum volucrum arietum aurum vel omne ornamentum domorum : idem addicimus suos dextros per suos terminos antiquos XII. passales pro corpora sepeliendum et LXXII. pro tolerantia fratrum vel sororum ut cum Dei adjuvamine ac mentare, ac ganare possent usque ad obitum meum : concedoque in vestimento resonat ad ipsius locius santi, ut in vila vero mea serviat mi et post ovitum vero meum ad fratres et sorores vel presbiteros propter quis meis qui bonus fuerit et in ordo sacerdotali extiterit; et in consilio bene viderit habeat et possideat et a parte Potestibus et Episcopos, Reges, vel Comites ad cuiquam leiga omne nec videndi nec donandi non adtribuemus licencia, set de carorum nostrorum habeant et possideant et in perpetuum judicent. Si quis tamen quod sierit minime

*D. et C. Tom. I.*

2

credidit et aliquis homo venerit de genere nostro aut de genere omnium quy hoc factum nostrum temptare vel inffringere voluerit in primis sit excommunicatus et segregatus et cum Juda proditore habeat participatio et in eterna pena et nunquam finienda, et insuper pariat post parte testamenti et ipsius loci sanctis et ad pieniem ipso que in testamento resonat in qua duplum et insuper auri talenta duo et ad partem Potestatis qui illa terra imperaverit alio tantum judicato componarem, et hoc factum nostrum in robore permaneat constabilitate. Factum seriens testamenti quod erit mī Idus Jannarii Era d.ccccxiii. Santom Presbitero a mea facta manu mea roboro. Sarrazinus testes, Asthupho testes, Domno testes, Alffonsso testes, Plazentius testes, Saturninus testes, Slaveano testes, Gaton testes, Belza testes, Moabar testes, Rénovate testes, Rezin testes, Ideniu testes, Daniel testes, Gitesinde testes, Ramiro testes, Ubeco testes, Veulfū testes.

## IX

*Fundatio cuiusdam ecclesiae in Lordosa. Charta autographa quae in Publico Archivo servatur, olim in chartophylacio Collegii, da Graça dicti, Conimbricensis custodiebatur.*

882

Christus. In nomine patri et filii et spiritus sancti. dominis inuictissimis ac triumphatoribus sanctis martiris petri et pauli sancti migaeli arcangeli. cuius baselica sumdamus in villa quod uocitant lauridosa inter duas annes kaualuno et cebrario subtus monte petroselo territorio anegrie. ego serbus dei muzara et zamora damus adque concedimus ad deum et ad ipsa baselica que nos fundamus in nomine sancti petri et pauli et sancti migaeli arcangeli. damus ipsa villa ubi ipsa eclesia sumdamus in omniue circuitu suos dextruos sicut kanonica sententia docet : duodecim pasales pro corpora tumudandum (*sic*) et LXXII<sup>o</sup> ad toloramendum fratrum adque indigentum et foru dextruos ipsa villa pro ubi illa obtinuimus de presuria pro suis locis et terminus antiquiis cum pascuis padulibus montes fontes petras mobiles uel inmóiles aquis aquarum uel sesicas molinarum terras ruptas uel barbaras arbores fructuosas uel infructuosas accessum uel regressum cubus cubas lectus kadedras mensas signum de medalo cruce kapsa calice de ariemto cum quāmtumque ibidem aprestamo ominis est. damus atque concedimus ipsum que sursum taxatum est pro remedio animabus nostris ad ista eclesia adque sacrcsancto altario quod subra taxatum est. concedimus ut diximus pro uicto atque uestimentum monagus et fratres et siroes et propinquis nostris et qui bonus fuerint et in uita sancta perseueraberint seculariter et uia monastica obtinuerint in ipso loco. sibe pro luminaria altiorum uestrorum uel elcmosias pauperum. sicut lex et canonica sententia docet. et ibi notuimus ut nec uimdendi nec donandi neque a rex neque ad comnde neque ad episcopo neque ad numlo omne inmitendi. set sidea semper inienua usque in sempiternum. et post parte propinquis nostris et qui unc facto nostro inffringere uel conare tentaberit reus sit ad sancto comunione separatus et cum iuda traditore accipiat participio in eterna danatione sint dimersit (*sic*) in baradro inferni ubi fletus et ullulatus et anathema marenata accipiat. et in conspectu domini. et non abeant cum domino in prima resurrectione ressusitandi. nisi percusus (?) ad eclesia et ab omni cetum christianorum ..... et insubra parient tantum et aliud tanto quantum inde abstulerit et insuper auri talemtum post parti testamenti et coram pontificum. et iudice suo iudigado. et an scriptura testamenti plena abea firmitate : notum die quod erit vi kalendas abriles era DCCCCXX<sup>a</sup>. muzara et zamora in hanc kartulla testamenti manus nostras.

Didagu conf. —gumsalbo conf. —uermudo conf. —gutierit conf. —uiliulfo conf. —sisnando conf.

Uimara conf. —gundiarius conf. —quiriagus conf. —gudesteo conf. —gudino conf. —iauini conf.

Floresindo test. —mido test. —pelagio test. —gaton test. —sendino test. —iaquinto test.

Rodorigus abba conf. —Joanne abba conf. —uermudus presbiter conf. —gunsalbus presbiter conf. —didas presbiter conf. —frariulfus presbiter conf. —froila presbiter conf.

Gudinus presbiter notuit.

## X

*Charta venditionis quorundam bonorum prope flumen Paiva. Apographum saeculi XI, ut videtur, ex chartophylacio Monasterii Araucensis in Publicum Archivum delatum textum nobis suppeditavit.*

883

In dei nomine ego balteiro et uxor sua nomine ogenia uobis kartemiro et uxor sua astrilli. uiliado et uxor sua nomine teodoriga. bonoso et uxor sua eilo. ermigio et uxor sua froili. Placuit nobis atque conuenit nullis-

quoque gentis imperio nec suadentis artigulo sed propria nobis accessit uoluntas sano animo atque integro consilio ut uinderemus ad uobis sicut et uendimus iamdictis kartemiro et heredibus tuis uilares nostros proprios que dicent baltar et alio que dicent uillarino et fer a pauia et diuident ipsos uilares cum villa canas et cum uilar deredes et cum pardellas usque ad foce de pauiola et de alia parte per pausaduro usque in canas et inde iuso a pauia in prono uendimus ad uobis ipsos uilares iam superius nominati per suis terminis antiquis terras cultas uel baruaras arbores fructuosas uel infructuosas sautos pascuis paadulibus aquis aquarum paredes auellanales portu per suis terminis et locis antiquis acesum uel regresum quantum super terra uel sub terra et acepi-  
mus de uos precio LX modios que nobis bene complacuit et de precio aput uos nicil remansit in debito ita ut de  
odie die et tempore siant ipsos uilares de iuri nostro abrasos et in uestro iure uel dominio sint traditus uel con-  
firmatu abeatis uos et omnis posteritas uestra si quis tamen quod fierit non credimus aliquis homo uenerit uel  
uenerimus ad intrumpendum contra hanc kartula uenditionis que nos ad iudicio deuendicare non potuerimus que  
pariemus ad uobis illos uillares dublados uel quantum ad uobis fuerit melioratos facta cartula uendicionis unde-  
cimo kalendas Januarii Era DCCCC XXI<sup>a</sup> balteiro et uxor sua ogenia in anc kartula uendicionis manus nostras rou-  
rauimus i sunt testes alina test. sando test. aumiro test. midon test. numtimiro presbitero test.

## XI

*Amplissima donatio regis Adefonsi Ecclesiae episcopali Conimbricensi facta. Hoc diploma juris publici fecit RIBEIRO (Dissert. Chronol., T. I, pag. 25) sed minus accurate quam decebat. Noviter edimus ex Livro Preto, Conimbricensis Sedis.*

885

In nomine domini. Adefonsus rex et exemena regina uobis patri domno sisnando episcopo in domino salutem. Inter ceteras acciones quas pro regni nostri utilitatibus pia miseratione exponimus illud ad remedium anime prouenire confidimus si sanctis ecclesiis largitionis munera prelargimus. et ideo inter cetera que donamus per huius serenitatis nostre preceptionem donamus atque concedimus uobis post partem patronis nostri sancti iacobi apostoli ubi uos presul cognoscimini esse. In territorio colimbriense uillas id est uillam in ripa de fluvio uiaster cum ecclesia sancti martini et uillam crescemiri et iuxta fluvium certoma uillam cum ecclesia sancti laurentii et terciam porcionem de villa trauazolo inter agata et uauga. Omnes has uillas cum terminis et adiacenciis suis. Et si quis de iuri ecclesie uestre alienare presumpserit maneat sub anathema in eternum. et hec scriptura plenam habeat firmitatem cum omni suo debito et censu. Dato dono nostro vi<sup>o</sup> kalendas octobris. Era DCCCC<sup>a</sup> XX<sup>a</sup> 1<sup>a</sup>. Anno gloria regni nostri feliciter viii<sup>o</sup> x<sup>o</sup>. Adefonsus rex manu mea conf. Exemena regina conf. Ermegildus episcopus conf. Naustus episcopus conf. Sarracenus conf. Ermegildus maiordomus conf. Gauinus conf.

## XII

*Charta fundationis et dotis quarundam ecclesiarum inter flumina Durium et Vaugam. Ex autographo, quod olim in scrinio Monasterii Petrosensis, postea in chartophylacio Universitatis Conimbricensis servabatur, et nunc in Publico Archivo invenitur, descripsimus.*

897

Christus. — Dubium quidem nom est set plerisque manet comnitum adque ordinamus eum in ueritate : Heo quod ego gondesindus prolis erus et adosinda accepit mulier in coniumgio nomine enderquina commento pala filia dux menemndus gutierizi et ermesinda iermana de domna geluira regina que fuit mulier de ordonius rex mater ranemirus principe unde abuit filius nominibus suarius ermesinda et adosinda et froilo. et ista froilo fuit cum infirmitate nata in nostro pecato quia non est pro inleigato sedere. et quando uidimus tale uisionem que nobis dominus dedit in nostro pecato quintamus nostro ganato et nostras uillas et engenuamus nostros serbos ut dominus sedeat propitius ad peccatis nostris. et facimus monesterios in nostras uillas que sunt inter durio et uauga in uilla acibeto it est uogabulo sancti migaheli arcangeli et sociorum eius et in uilla sanganeto monesterio uocabulo sancti cristoforo et comitum eius et sancta eolalia que ibidem ab antiquis fundata est. et testauimus ad ipso acis-

terio de aciuento villa de fornos media et quinta de nostro ganato et de nostras ereditates de durio in uoaga (*sic*) et ipsa villa ubi fundatum est integra pro suis antiquiores terminis et acisterio sancti christoforo ipsa villa sanganeto integra pro suis terminis exceptis uilar de elderiz que dedimus ad abdelgar mauro. et inter dorio arcis ripa tamar fecimus monasterium in villa uocata dides it est uocabulo sancto petro. et testauimus ad ipso acisterio v<sup>a</sup> de nostras villas de quantas abuimus in ipsa terra. nominibus ipsa villa dides integra cum aiunctionibus suis villa salseto villa de uanzas et villa tercolegio ipsas villas integras. et in territorio karnota larinio integro et in nemancos villa ermilli integra villa mallis. et post hec ipsum factum dedimus ipso acisterio in manus de domno desterigo aba et illos acisterios inter durio et uoaga aciuento et sangane ad ipse abba iam nominato ut sedeat ista filia mea froilo in ipsos acisterios sub manus de ipse abba et conteneant ea et sub manus de domna geluira abatisa. et dedit ad ipsa filia mea c de meos serbos inter barones et mulieres ad deseruiendum sicut in mea v<sup>a</sup> exi-runt ut seruant ad illa pro ingenuos dum uida uissceri et post ouito suo uadant ubi uoluerint illos et filios et neptos qui de eos nati fuerint et ex proienie illorum et non abeant licentia ex genere meo acrepantare illos pro a seruicio. et post hec migraui ipsa conpare mea enderquina de oc seculo. et partibi cum ipsos filios meos iam superius nominatos meo ganato et meas villas et mea crialom. et uenit in porcione filias meas ermesinda et adosinda villa abientes in ripa flubio durio. et ista adosinda presit ea ansur et bemfrogia sine mea iusione. et migravit ipse ansur de oc seculo et non abuit de ea filio. et fecimus monasterium in ipsa villa uocabulo sancta marina et testauimus ibidem ipsa villa integra ad ipso loco. et illas villas que uenerunt in porcione de ipsa filia mea adosinda contestauit illas ad cisterio de sanganeto uocabulo sancti christofori et sancta mafada que in ipsa villa sunt fundatas. it sunt inter durio et mondego prenominate de nulla quiaios m<sup>a</sup> integra cum aiunctionibus suis et mediedate de eclesia uocabulo sancti mamete que in ipsa villa fundata est et in ripa uauga villa de seueri et mediadate de illa uarcena de caruonario et in ezebrario villa de bigas quos fuit de froila lopo villa de ermoriz que est circa lagona de auille. Et ego gondesindus cum pecatorum molle depresus in spe que fiducia meritis eius respiro ut abolendis peccatis meis facerem testamenti sicut et facimus pro remedio auorum et paremtum m<sup>c</sup>oram etiam simul et mea de monastario labra que est fundato ab antiquo in ripa maris comodo est conclusu de aqua in aqua et de karia antiqua usque i mare pro remedio anime de ipsos ienitores meos simul et mea. et de illa alia villa m<sup>a</sup> minus m<sup>m</sup> sicut uenit ad filia mea froilo in porcione per suos terminos et eclesia de sancta eolalia de gondomar integra et alia eclesia de sancto petro de kauso et uilar que est in monte de kauso integro et illa eclesia de sancto martino de ualongo integro sit uenerunt ad ipsa froilo in porcione. et testauimus illas ad ipso logo sancti salvatoris et sancti christofori et comitum eius martirum et lignum sancte crucis que in ipso acisterio labre sunt recondite et ad fratres et sorores que ibi sunt auitantes uel qui ibidem dominus superduxerint et in uida sancta perseberarerint sub manus de ipse abba et de ipsa filia mea iam superius nominata. abeant et posideant isto que in testamento resonant de illos monastarios teneant illos sanos et intemeratos post parte confessionis et nec uindant nec donent ne parient de isto que in testamento resona neque ad rex neque a comite neque ab episcopo ducense nec ad numlo ieneris omo tam uos quomodo et posteritatis mee que ibi auitantes fuerunt numla licentia non uaeant de isto que in testamento resona in numlaque pars inde aligo extraniare pro numlaque actio nec uinder nec donar nec testare. et aliquo omne de isto que in testamento resona aligo inde quesieri dare in alia parte ad qualue omne non uaeat licentia pro illo dare de sub ista scriptura et sedeat excuminigatus et cum iuda traditore abeat participio in eterna damnatione. et in propter damna secularia parie post parte ipsius testamenti quanto inde dederit duplato et insuper auri talenta et a rex au comite alio tamto. et unc factum nostrum plena obtineat firmidate in cumtis temporibus rouorem. Facta series annitio testamenti nodum die erit viii kalendas marcas era DCCCCXXXV.<sup>a</sup> Gondesindus prolis erus et adosinda in anc series testamenti manum mea confirmo — Gondesindus + — Menendus menendiz confirmo — Suarius diagunus confirmo — Adosinda manus mea quos fecit confirmo + — Teodila gudiniz confirmo — Gudinus gundesalbiz confirmo — Rodorigus confirmo — Rodosindus diagunus confirmo — Tello teonianizi confirmo — Froiloni manus mea confirmo + — Rannemirus presbiter qui hec notuit manus mea.

## XIII

*Compositio inter episcopos Conimbricensem et Iriensem super Ecclesiam de Aguas Sanctas in diocesi Bracharensi sitam. Ex autographo ab scrinio sedis Conimbricensis in Publicum Archivum delato.*

906

Non est enim dubium sed plerisque cognitum eo quod orta fuit contemptio inter partem domni nausti co-limbriensis sedis episcopi et domni sisnandi hiriensis sedis episcopi pro eclesia et villa uocabulo sancta eulali-

que scita est in silua scura in territorio brakalensis sedis ubi dicent aquas sanctas quot prehendiderunt homines domni nausti-episcopi. id est. minizus cum suos filios et sua kasata. et de parte domni sisnandi episcopi adulitus abba. et pro id coniuncti fuimus in oueto et postea in sancto iacobo ad archis. conuenit inter eos bone pacis uolumtas ut roborarent placitum de parte domni nausti episcopi. ad uicem persone eius dominus fraurengus episcopus. et ad nicem persone domni sisnandi episcopi uiliulfus presbiter ut coniungerent se in ipsa villa prenominata et facerent inter se colmellus diuisionis quomodo in placitum quod inferius est resonat sicut et fecerunt extra dextros ecclesie.

In nomine domini. colmellus diuisionis qui factus est inter partem domni nausti episcopi et suos homines et domni sisnandi episcopi et suos homines de ipsa villa iam supra dicta sancte eulalie. euenit in porcionem domni sisnandi episcopi et de suos homines nominibus adulitus abba et suos gasallianes. id est. uarzena que est de uarzena telleli usque in sua sepe in omniue circuitu integra. siccarolo medio. agro de pelago integro. pomare teoderizi integrum. agro gundisalui medio. pomare gundisalui et leouegildi et uinea integra. kasale salomonis cum suo portum integrum. linare medium agromiri integrum. kasale gundesfrei medio. bustello medio. uillare spasandi medio. kasale placidii per sua sepe integrum. salto de sua sepe placidii usque in agro argirizi medio. agro de contensa medio. agro de manula integrum. et inde per ribulo usque in foui. et inde per kasa tractemiri. et inde per sepe qui est de agro manzi. et inde per ribulo usque in karraria. et inde per ipsa carraria usque in dextros eccliesie. et per kaput de ipsos dextros usque in carraria que est inter agra argirizi et agro ubi ansemundus habitat integrum extra portionem de rruptores. agro de dauid integrum cum suos linarellos duos. agro astrulsi per ribolo usque per suas sepes in omniue circuitu integro. salto de fontano in fontanello medio. et de ipso fontano usque in domo aruetani. et per ipsa karraria antiqua usque in petras nativas et per ipsas decorias usque astrulsi medio. et tam saltu quam et rupto de sepe de agra astrulsi usque in agra tellili medio extra rruptores. agro suniemiri medio. molinos antiquos qui sunt in illa villa medios.

Euenit in porcionem domni nausti episcopi et de suos homines. id est. uarzena tellelli. agrum kuruanes. agrum ueremudi. agrum de felgaria integros. sikariolo medio agrum qui est subtus kasa gundesalui usque in karraria et sepe in monilo (*sic*) sicco medio. agrum de molino sicco integrum. agro de figarias integrum. pumare astrulsi de porto in porto integrum. et de illa parte ribulo et de illa parte rippo usque in estrata de uereda et sepe. et sepe de agro telleli usque in sepe de agro astrulsi medietatem. agro que disrupt urueda integrum. et agro astrulsi et requerendi et gundesalui integrum. de sepe de agro astrulsi et per ipsas decorias usque in petras nativas at karraria antiqua et inde usque in ccasa aructani et per fontano per sepe astrulsi medio. de terras et salto et de ipso fontano usque in alio fontano et inde usque in termino de fonte cooperta medio. et de ipso fontano usque in sepe manci et usque in terminos integrum extra rruptores. agro de contensa medio. uillare sparsandi medio. saltos de kasa placidii usque in aqua que discurrit per caput de rruptelas argirizi medio. agros ubi anssemondus habitat et de karraria usque in uiride medio. et agro ubi habitant filii sindi medio. bustello medio de sepe de ipso bustello et inde per petras maiores ipso fontano in prono usque in agra de assaiola cum suo saltu integra. et agra de arsaiola de fontano usque in monte et in sepe de euorum integra extra portionem de rruptores. et in agrelo ubi atanagildus habitat agro de troncosu medio. kasale ubi gundebredo habitat medio. linare sub kasa sindi medio. agro super kasa sindi integrum per ubi diuisio fuit. agro sanimiri medio. molinos qui sunt in ipsa villa medios. ita ut ex presenti die et tempore unusquisque quod accepit inreucabiliter obtineat. Factus colmellus diuisionis m° idus Ianuarii. Era dccccxxxxiii.

sub christi nomine naustus episcopus. sub christi nomine sesnandus episcopus. sub christi nomine frorenicus episcopus quos uidi. uiliulfus pro ad uicem persona domni sisnandi episcopi quos uidi et confirmaui.

samuel abba testis — andiarus presbiter testis — uestremirus abba testis — ansuetus presbiter testis — anagildus brandiluni testis — gressonarus presbiter testis — Roderigus presbiter testis.

cresconius presbiter test. — manuadus presbiter test. — cendas kizoiz test. — lupon presbiter test. — aloitus test.

#### XIV

*Donatio vici de Freixeno prop̄ Alvarelhos. Ex scrinio Monasterii Morariae autographa  
et aec charta olim in chartophylacium Monasterii S. Vicentii Olisiponensis delata, nunc in Publico servatur Archivo.*

In nomini domini. Ego odario dauiz ideo placuit mici asto animo et bone pacis uolumtas ut facere tiui ier-

mana mea trudilli sicut et facio tiui scriptura donationis et firmitatis de villa nostra propria nominata freiseno.

que iace inter ambas labrugias subtus ciuitas albarellos et castro de boue território bragarensē et portugalense. conzedo tui ipsa inteca domus uel intrinsecus domorum exitus montium ad domom aquas aquarum uel se- segas mollinarum cum cunctis prestationibus suis quantum in se obtine. et conzedo tui mancicias meas nominibus mariamen et sahema et zafara. ipsas mauras et ipsa villa cum omnem suas ereditates et sua prestantia que dedit mici pater meus dauid abba ut auea ego ipsa villa et ipsas ereditates et ipsas mancicias in mea uita et post ouitum meo tornent se ipsum que in scriptura post tua parte sanas et intecras. et facias de eas quod tua fuerit uoluntas relinquendi sit licentia potestas de ipsa villa et de ipsas mancicias. et facias mici minsas et zereum oblatione pro remedio anime mee. et insuper ad carta confirmando accepimus de te <sup>1º</sup> uaso de argento et <sup>nºs</sup> lenzos tantum nobis bene complacuit. et si aliquis generis omne uenerint uel uenerimus ad inrumpendo contra hanc scriptura firmitatis uel de posteritas nostras que unc scriptura infringere uoluerint quomodo pariemus uel parie unusquisquis fuerit ipsum quos in scriptura resona duplatum et iudicato. Era DCCCC XXXXV<sup>a</sup> notum die idus aprilis. Oduario in hanc scriptura donationis et firmitatis mano mea confirmo +. torsario dauiz manum mea +. letula ploris truitemiro mano mea +. asperigu test. amarello test. erbozano test. fredeiro test. aron test. ariulfu test. fagildo test.

Zidi presbiter notuit.

## XV

*Fradilanus presbiter monachos Laurbani haeredes suos instituit. Ex perantiquo codice, Liber Testamentorum dicto, descriptissimus. Aliud apographum exemplar saeculi XII in Publico Archivo servatur ex quo lectiones varias hausimus.*

907

**Testamentum de sancto martino de sellobria**

In dei nomine. Ego fradilani presbiter uobis iohanni abbati et fratribus tuis. sanus ego et sana mente integroque consilio elegi uobis facere cartula testamenti sicuti et facio de omnia mea ereditate uel facultate quicquid<sup>1</sup> habeo uel habere potuero usque ad obitum meum. id est. meas ecclesias qui sunt fundatas sancto martino de sellobria et sancta cristina cum tota illa villa iam supra dicta seu<sup>2</sup> et<sup>3</sup> omnia ministeria que in ipsas ecclesias applicare potui. libros incensales cruces et coronas kaballos equas boues uacas oucs seu omnia quicquid ad usum hominis pertinet de prestatione huius seculi. et do uobis illa villa cum suis locis et terminis antiquis. In primis per illa fonte de ameneiro. et de alia parte forno telleiro. et inde per ille ualle ad illa strada que diaidet inter sancto martino et cipidis. et inde per ille lombo de agro de arenas et discurre ad aqua<sup>4</sup> de ihoannes. et inde ad ille sumio usque fer ad illa via trauessa. et inde per illa coua et subiit ad ille pede de rodina per illa fonte et per alia fonte de couello et inprona ad ille pumar de bauzolinas et trauce ille fontano de almafalla et perge per mamola terrenia et ille ualle et per illa fonte usque fer in kasalle de maurize. et perge per ille monte usque fer ad illa fonte de poldrin. et inde per illa aqua usque fer in illo ribolum. et perget infesto pro ad nodares ad illa forkada. et fer in illo mollino de illa lapa ad illa fonte de lodares<sup>5</sup>. et per illos collos ad illa petragosa usque fer in illo forno telleiro. Omnia ab integro post obitum meum concedo ut quicquid post parte monasterii uel altaris sancti mameatis et qui ibidem in uita sancta perseuerauerint in dei nomine abeatis potestate. Siquis tamen quod fieri minime credo aliquis homo contra hunc meum uotum ad inrumpendum uenerit. in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore habeat portione in eterna pena. et insuper quantum auferre temptauerit<sup>6</sup> quadruplata uobis pariet. Facta karta testamenti idus aprilis. Era DCCCC XXXXV<sup>a</sup>. Ego fradilani presbiteri<sup>7</sup> in hanc karta testamenti manu mea R+ oboraui<sup>8</sup>. Ranemirus<sup>9</sup> rex conf. — Teodericus comes conf. — Exemenus didaz<sup>9</sup> conf. — Gundisaluus<sup>10</sup> moneonis<sup>10</sup> conf. — Sub christi nomine pelagi episcopus conf. — In christi nomine froarengus episcopus conf. — bellitus presbiter test. Atanagildus presbiter test. Auriolus presbiter test.

<sup>1</sup> quicquic<sup>2</sup> seruet<sup>3</sup> aqua<sup>4</sup> Iodores<sup>5</sup> temptauerit<sup>6</sup> presbiter<sup>7</sup> R+ oboraui.<sup>8</sup> Ramirus<sup>9</sup> didaci<sup>10</sup> Gondisaluus moniz

## XVI

*Testamentum Trudilli viro suo Evenando. Ex charta autographa, olim in scrinio Monasterii Morariac, postea in chartophylacio Monasterii S. Vincentii Olisiponensis, tandem in Archivo Publico servata, descripsimus.*

908

Christus.— Dum essemus hominibus hauitantibus in unum coniumgio nominibus nostris uterque sexus. euenando et trudilli. qui fuimus coniuncti per uolumtatum parentum nostrorum et benedictionum sacerdotum. et non est iussum domini ut de nos ortus fuisse filii qui nostra susceptione capuisent. proinde ego superius nominata trudilli ut facere tiui viro meo euenando textum scripture benefactis per scripture firmitatis de omnem nostras ereditates que auemus de parte de pater nostrum dauid. pernominas. villa que dicent villar de auolo quomodo diuide cum dextros de eglesie sancte marie que est fundata in ipsa villa mediana. et villa nominata freiseno. et m<sup>as</sup> nostras mancicias nominatas asagili cum filiis suis et sontrilli. et ipsa villa freiseno concessit nobis illa iermano nostro odario et m<sup>r</sup> suas mancicias nominatas ipsas maura mariane et sahema et zafara. et omnem mea rem quanta ego uisa sum auere quantaque aueo de auolenga et de mea parentela quam etiam et de mea ganatura. ipsas villas cum aiunctionibus suis et cumlis prestationibus suis que in se obtinent ad interrum uobis illas conzedo ut in uita nostra suduniter possideamus illas. et sit (*sic*) ego trudilli ante te micrata fuerit de hoc seculo. sit tiui licentia potestas auendi et posidendi totum ad interrum quod superius notuimus. ut aueas tu et posteritas tua iuri quieto et in perpetuum vindicetis. et uos viro meo euenando aueatis de me cura in mea uita. et post houitum meo faciatis mici minsas et zereum et oblationem in domo domini offerratis pro remedio anime mee. et iacent ipsas villas cum suas ereditates in territorio portugalense. et inter anbas labrugias subtus ciuitas albarellos et castro de boue. et sit (*sic*) aliquis generis omne uenerint de qualeliue parte. tam propinquis nostris quam extraneis qui hunc scripture infringere uel calumniare uoluerint uel inmodice templare uoluerint parient post parte uestra n<sup>o</sup> auri talenta. et insuper ipsum que in scripture resonat dublatum. et indicato. Era dccccxxxxvi<sup>a</sup> n<sup>o</sup> kalendas marcias. trudilli in hanc scripture benefactis et firmitatis manum mea confirmo +.

torsario dauiz in anc scripture mano mea confirmo + test. — nausti tritemiriz test. — nausti ianardiz test. — gamerelle test. — ianardo test. — ramiro notariz test. — mestallio test. — amarello presbiter test. gundesindo test. — uizoi astrulifiz test. — fromarigu test. — letula ploris trutero mano mea confirmo +. Cidi presbiter notuit.

## XVII

*Terminatio territorii Ecclesiae sive Monasterii Dumiensis. Ex apographo hodierno in R. Academiae Scientiarum Olisiponensis bibliotheca servato, olim ex autographo, in scrinio archiepiscopali bracharensi existente, descripto sumpsimus.*

911

In Era dccccxxxxviii. iv. kal. octobris. Facta est Congregatio magna in locum predictum Aliobrio in presencia D. Hordonij, et collecti omnes Episcopi, Comites, et Capitanei territorio Galeciense in ejusdem presentia. Feicit sagessionem D. Savaricus Episcopus pro locum Sancti Martini, Episcopi Dumiense Sedis, territorio Bracarense, et hostendit Testamentum ipsius loci, quo dudum fecerat didem (?) memorie Domnissimus Adefonsus Princeps, Pater ipsius Hordoni Princeps, tempore D. Rudessindi Episcopi, per omnes suos antiquiores terminos. Et sic pectiuit idem D. Savaricus Episcopus Previsores de ipso Concilio, qui ipsos terminos previderent. Tunc ille motus misericordia, hordinavit Previsores : Nausti Episcopum; Froarengum Episcopum; Lucidus Vimarani; Nunus Guttiherez; Cresconius Migiti; Vermudus Lucidi; Vimare, et Ermigildus Froilani; Spandum, et Hordoni Egani; Petri, et Adefonsum Velini; Vermudum Arnotati; Fromaricus Zendoni; Tanoy Braolioni; sicut et plures Abbates, et Presviteros, et Homines bonos, qui solent antiquitum compravare. Et tunc venimus nos jam sepe dicti Previsores ad ipsum locum : apendimus in monte, qui est inter ipso locum, et Villa, quam dicunt Infidias : Invenimus ibidem in petra caracterem Sancti Vincentij; et exinde in alia petra invenimus Crucem. Et inde per petras fictas, qui ab antico pro termino fuerunt constitutas. Et exinde in via, quam dicunt de Vere-

\* Forte divae.

*da, qui discurret de Bracara, et invenimus ibidem congesta magna petrinea. Et inde per agirem, et petras fictas quousque ad *barca*, qui sedet sculta in petra. Et exinde ad alia congesta petrinea. Et inde per agirem, et petras fictas que sunt secus via de Vereda, quousque in termino de *Pittanes*. Et inde per agirem, et archas principias, qui dividet inter *Dumio*, et *Palmaria*. Et inde per agirem certum, qui dividet inter *Dumio*, et *Paretelias*. Et inde per totum ipsum agirem usque in termino de *Lesmiri*. Et inde per alia via de Vereda, qui descurret de Bracara quousque in terra *tumeda*, qui fuit manum facta. Et exinde in archa petrinea principia, ab antiquis constructa, qui dividet inter *Dumio*, et *Lesmiri*. Et inde per agirem firmissimum, qui dividet inter *Dumio*, et *Vella de Forozos*; et sic per agirem, et petras fictas, usque ad congesta, qui dividet inter *Dumio*, et *Culina*. Et inde per agirem, et petras fictas, usque invenimus petra scripta, ubi dicet *Terminum*. Et inde per agirem, et petras fictas, usque in termino de *Villa Pascasi*, et invenimus ibidem petra scripta, ubi dicet *Sanctae Eolaliae*, ubi dividet *Dumio*, *Culina*, et *Villa Paschasi*. Et sic exivimus per signas certas, usque in monte, ubi prius incoavimus, et invenimus in ea ipsis terminos parietes, quos obtinuit *Spasandus*, et alias, quos obtinuit *Alamirus*, seu et Ecclesiam vocabulo *Sancti Fructuosi*, quod dicunt *Montelios*. Et quod potuimus previdere in veritate sunt ipsi termini fortuimi, ab antiquis constructi, ipsius loci jam facti, et manibus nostris confirmamus.*

*Sub Christi Nomine Nausti Episcopus, quod previdi confirmo + — Sub Christi Nomine Froarengus Episcopus, quod previdi confirmo + — Lucidus Vimarani, quod previdi confirmo + — Nunu Gutierrez, quod previdi confirmo + — Cresconius Migiti, quod previdi confirmo + — Vermudus Lucidi, quod previdi confirmo + — Vimara Froilani, quod previdi confirmo + — Spasandus Egani — Ermogius Cresconi, quod previdi confirmo +.*

*Petrus Vellini, quod previdi confirmo + — Adfonsus Vellini, quod previdi confirmo — Hermigildus Froilani, quod previdi confirmo + — Vermudus Arnotati, quod previdet confirmo + — Hordonius Egani, quod previdet confirmo + — Fromarigus Cendoni, quod previdet confirmo + — Tanoy Braolioni, quod previdet confirmo +.*

*Hordonius confirmans + — Ranimirus confirmans +.*

*Florentius Presbiter ab ipsis pontifices ordinatus, hanc columellum manibus meis conscriptum.*

### XVIII

*Donatio vici de Cornelhan et ecclesiae S. Thomae a rege Ordonio facta ecclesiae S. Jacobi. Ex apographo authentico saeculi XIV in Publico Archivo ab antiquo servato.*

915

*In nomine sancte et indiuidue trinitatis siue ob honorem Sanctissimi ac beatissimi Jacobi Apostoli cuius gloriosum corpus honorifice sub arcis marmoricas tumulatum quiescit prouincia gallecie in finibus Amaee. Ego Ordonus Rex in dei amore et uestre glorie perpetuali dubium quoque esse non potest quod plerisque firmum manet atque notissimum eo quod genitor noster bone memorie dominus Adessonus Rex ad obitum ueniens ordinavit sub iuramenti diffinitionem pro remissionem peccatorum suorum patri gemnadio episcopo quingentos aurei numos aule beati Jacobi Apostoli deferendos, quam rem et genitrix nostra domna cemena Regina ut completum fuisset, omnibus modis eidem pontifici mente spontanea reconfirmauit. Ille uero agere non ularuit quia germanus noster Dominus Garsea apicem Regni accipiens, aditum eumdi et redeundi ad eundem locum sanctum iam dictus episcopus minime habuit nisi talem hominem inuenire potuit per quem munusculum sibi commendatum ibi direxisset. Hac de causa eos penes se retinuit usque dum post mortem germanis nostri nos diuina procurante clemencia parentum in solio locati, eosdem numos supradicto antistiti commendauimus et sicut accepit detulit. Ideoque dum eos accepissemus prouidimus una cum consensu patris domni sisnandi huius aule episcopi, et illius magne congregacionis quod in tesauro nil lucrifacenter concederemus pro eos loco sancto apostolico plenarium aliiquid prouictum atque indumento sacerdotum dei et monachorum ibi deseruicium hospitum quoque et peregrinorum et pro luminariis ecclesie sicuti et concedimus et damus in Ripa limie villam quam uocitant Cornelianam cum uiculis et adiacentiis seu cunctis prestationibus quicquid ad eandem villam pertinere uidetur per omnes suos terminos antiquos in omni circuitu et in ea ecclesiam Sancti thome Apostoli. Ita ut ab hodierno die uel tempore post ipsum locum sepe nominatum Sancti Jacobi Apostoli omnia incunctanter persistant, et nullus eam uel inmodico maculare uel irrumpere audeat. Quod quid fecerit in presenti seculo ab utriusque priuctur luminibus et in futuro penas paciatur eternas. et hec scriptura testamenti plenam in cunctis obtineat firmitatis roborem. Adientes igitur censem hominum ingenuarum ibi habitancium, ut quod Regie potestati usi fuerint persoluere,*

patrono nostro è Pontifici loci sancti persoluant. Facta serie testamenti et concessionis sub die quod manet m<sup>o</sup> kalendas discurrente Era dcccc<sup>a</sup> LIII<sup>a</sup>. Anno feliciter Regni nostri i<sup>o</sup>. comorantes in dei nomine in Ciuitate zamora. Hordonius Rex conf. Giloira Regin<sup>a</sup> conf. Sancius conf. Adeffonsus conf. Ranimirus conf. Gutherre conf. Gundisaluu conf. Gutener conf. Froyla conf. Fredenandus conf. Nunus conf. Superus conf. Fruminius conf. Adeffonsus conf. Vilulfus conf. Gennadius episcopus conf. Attilla episcopus conf. Frugulfus episcopus conf. Martinus conf. Amplilotius conf. Munnius conf. Stephanus test. Froyla test. Dominicus test. Ego quidem Ranemirus diuina procurante clemencia ut benedictionem patronis sancti apostoli merear accipere, deuotionem auorum et parentum sponte adimplens, manu propria conf: Tarasia conf. Garsea conf.

## XIX

*Dé eodem arguento, de quo in praecedenti diploma agitur. Desumpsimus ex ipsa charta saeculi XIV ex qua illud aliud descriptsimus, in Publico Archivo existente.*

915

In nomine domini. Nos Hordonius Princeps et Geluira Regina uobis patri Sisnando Episcopo uel omni congregationi uestre in domino deo eternam salutem. Multis quidem notum manet eo quod genitores mei diue memorie Adeffonsus Rex ac Exemena Regina ob remedium anime illorum ordinauerunt Pontificibus gemnadio et fruminio quingentos metcales ex auro purissimo huic sancto loco sancto Jacobo. Postea quidem uno consensu tractantes quomodo in prefato loco omnem misterium ecclesie, capsas cruces calices et patenas uel coronas omnia manent a prefato patre nostro et a nobis ibi pie testata. Videntes autem ipsos metcales uacantes ab aliqua operatione in thesauro et uidentes magis proficuum esse eos uendere pro subsidio pauperum et peregrinorum plauit nobis ut contestaremus villam pro eis loco sancto uestre ecclesie sicut et contestamus, id est villam quam uocant Cornelianam territorio galletie secus fluum limie cum Ecclesia sancti Thome apostoli per omnes suos terminos antiquos in omni circuitu, et cum cunctis adiunctionibus suis et prestacionibus, id est domos uel edificiis intrinsecis suis pumares vineas salta uel omnia que iuri nostro ibi manere potuerunt usque hodie, et piscarias de ipso Riuo omnia ab integro uobis concedimus perhemniter abitura ut et genitorum nostrorum crimina deleantur, et nos presenti nostro fulti suffragio, eterno mereamur remunerari premio. Adientes quoque adhuc ut servi uel liberti qui in ipsa villa sunt habitatores in ministerio ecclesie uestre permaneant perpetualiter seruientes, siue et homines ingenuos ibi habitantes censem quod nobis persoluebant, parti uestre inexcusabiliter persoluant. Hoc statuentes ut hoc factum nostrum numquam a nobis disruptum. Si quis tamen ex gente nostra hoc factum nostrum irrumpere conauerit, presenti a fronte suis eareat luminibus, et post discessum a corpore igni perpetuo sit perhemniter mancipandus. Et hec testamenti series in cunctis obtineat firmitatis rigorem. Facta scriptura testamenti uel commutationis sub die m<sup>o</sup> kalendas februarii. Era dcccc<sup>a</sup> LIII<sup>a</sup>. Hordonius Rex conf. Geloira Regina conf. Sancius conf. Adeffonsus conf. Ranimirus conf. Lucidus conf. Nunus conf. Didacus conf. Gutherre conf. Rodericus conf. Munius conf. Sarracenus conf. Gemnadius Episcopus conf. Attilla Episcopus conf. Oduarius test. Froyla test. Auriolus test. Fruminius episcopus test. Viliulfus test.

## XX

*Lucidus ecclesiam quandam in pago Fermoselhe sitam Gomado episcopo donat. Descriptsimus ex Livro Preto Sedi Conimbricensis.*

915

In nomine domini et indiuidue sancte trinitatis. Lucidus una cum consensu uxoris mee gudilone tibi patri gomaldo episcopo. damus atque concedimus ecclesiam uocabulo sancte marie virginis et genitricis domini nostri ihesu christi que est sita in uilla que dicent fremoseli iuxta flumem mondeci territorio colimbiense. ipsa ecclesia iam dicta cum nostra v<sup>a</sup> portione in ipsa uilla. ita ut ipsos dextros de ipsa ecclesia in ipsa v<sup>a</sup> portione eos uobis concedimus integros. et quod superfuerit de ipsos dextros de ipsa nostra portione eam uobis per omnem ipsam uillam per suos antiquiores terminos cum omnem eorum prestantia uobis damus atque concedimus. ut ab hodierno die et tempore habeatis omnia supradicta firmiter de nostro dato perpetim habenda. tam uos quam pos-

D. et C. Tom. I

4

teritas uestra cui illam relinquenteris qui ibidem in ipso loco in uita sancta perseuerauerint. Siquis tamen quod non concedimus aliquis de parte nostra uenerit ad irrumpendum hoc nostrum testamentum scripture decreti tunc pariet ad ipsum locum sanctum et tibi iam dicto quantum uobis auferre temptauerit duplatum uel triplatum uobis perpetim peremniter. et ista carta plenam obtineat firmitatem. Nodum die ipso kalendas octobris. Era DCCCC<sup>a</sup>L<sup>a</sup>m.<sup>a</sup> In hoc testamentum quod fieri elegi manus meas confirmo +. Gudilo in hac cartula manus meas conf.

Letificus manu mea conf. —Baron test. —Argifredus test. —Jaquintus test. —Gontado uisterlazi test. —Gundisaluus sesmondi test. —Petrus guntadiz test. —Didacus fernandiz test.

Astrulfus sposariz test. —Kazem test. —Sanmon test. —Sandinus test. —Brandila test. —Eirignus test. —Nausti test. —Vermudus test.

Zanon test. —Prospero test. —Teton adefonsi test. —Cresconius confrater test. —Aluitus lucidi test. —Munia aluitiz test. —Rodericus fernandiz test. —Lvcidus test.

## XXI

*Donatio ecclesiae S. Salvatoris cuidam presbytero. Charta autographa olim in scrinio Monasterii Morariae inveniebatur; nunc in Publico Archivo servatur.*

915

Christus. Non est duuius set multis manet nodeximus eo quod uenit uoluntas ad pater didaci nomine flaino et de suos eredes nominibus trudildi uidisculum ariulfo honorigo leodemundo placuit nouis bone pacis uoluntas ut faceremus testum scripture ad didagum prespiter et qui in uita sancta perseuerauerit ad ipsa eglesia sancti sambulatoris et tradit se didagu in manus aluiti ipsa dote eglesie et ipso pactu ut autorecent eam aluitu et senorino post parte .... in concilio qui proinde aliquis uenit tam episcobus quam de laigalem parte comodo carescamus ipsa eglesia et ipsos pomares que ibidem sunt in omne circuidu et uouis perpedi auiduro. factus placitus xii kalendas decembre era DCCCCLIII.

aluitu — seniorinu.

bretus test. — eldebredus test. — uermudo test. — trasmiro test.

bellengo prespiter test. — miro test. — fasila test. — louegildo test.

## XXII

*Donatio villa de Gondelim Monasterio de Laurbano facta. Ex charta autographa scrinii ejusdem monasterii, nunc in Publico Archivo servata, desumpsimus.*

919

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Domnis inuictissimis hac triumphatoribus sanctisque martiribus sancto mameti et sancto pelagio quorum basilica fundata esse dinoscitur in monasterio laurbanensi territorio colimbrie. Ego seruus dei gundesindus et ego famula dei tegla et ego onega lucidi et ego rodrigo erotiz. Placuit nobis bono animo et sana mente atque propria uolumtate facere testamentum predicto cenobio et uobis patri nostro primus abba et uestris fratribus de uilla gondelini uel palatiolo. concedimus uobis illam uillam ad integrum per suis locis et terminis antiquis pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum. sicut eam obtinuerunt parentes nostri domno aloito et domna munia pie memorie. cum illos barcos et cum illo porto et cum suos uillares et cum suas ualles que discurrunt de monte buzaco de portella de salice usque ad riuulo mondeco. et ex alia parte per illa portella de cerquosa sicut aque discurrunt quomodo ferit in uanelum ad ribulum mondecum. damus uobis omnia ad integrum sicut superius sonant et quicquid ibi continetur. uestimenta. pecora. pomares. uineas. domos. hedificia. siue omnem rem. et quicquid intra continetur. Adicimus adhuc uobis nostro seruo nomine astrurio qui fuit seruus ex parte parentum et auium nostrorum. et omnes filios uel nepotes de ipso astrurio ut uiuant in ipsa uilla et sint uestri serui. Ita damus uobis omnia que superius sonant ut ex presenti die sint de nostro iure abrasa et in uestro dominio tradita uel confirmata perpetimque abenda. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hoc factum ad inrumpendum. in primis sit excommunicatus et a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi fiat alienus et cum iuda traditore habeat partici-

**pium.** Insuper quantum auferre temptauerit in quadruplum predicto cenobio componat. et hoc nostrum uotum firmum obtineat nigorem. et ad dominum terre aliud tantum. Facta carta testamenti viii kalendas setembris. Era DCCCC L<sup>v</sup>ir<sup>a</sup>. Gundesindus et onega lucidi et domna tegla et rodriguo rotiz in hanc carta testamenti manus nostras roborauiimus. Qui presentes fuerunt. Veremodus rex conf. Ranemirus rex conf. Ordonius rex conf. Sanctius rex conf. Tellus aloitz conf. Gundesindus fredenandiz conf. Aloitus froilaz conf. Gutierre lucidiz conf. Arias armentariz conf. Munio sarraciniz conf. Rodrigo froiaz conf. Froia ketizi conf. Cresconio presbiter. Gresomarus presbiter.

Arias presbiter notuit.

## XXIII

**Descriptimus ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii.**

919

**Testamentum de tertia de gondelini que fecit gondesindus**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. dominis inuictissimis ac triumfatoribus sanctisque martiribus sancti mame*tis* et sancti pelagii martiris christi quorum baselica fundata esse dignoscitur in monasterio lauribanus territorio colimbricie. Ego umilissimus seruus uester gundesindus. Placuit mihi proprium uotum domino ihesu christo uouentem peccatorum mole depresso accipere confessionem et tradere me met ipsum corpus et animam meam in ipso sancto cenobio siue et tibi patri meo primus abba uel sancte regule uestre sana mente integroque consilio ne quando mihi repentina subripiat mors trado me met ipsum ibi cum omnia quicquid uisus sum abere meam hereditatem. id est. in villa qui dicitur gundelini uel palatio tertia integra per omnes suos terminos antiquos et cum suos uicos et suos uillares des ille ribulo mondeco usque in portella de salice omnia ab integro uobis concedo. de aliud uero res uestimentum peccora pomares vineas domos edificia siue omne rem uel speciem quicquid abere videor omnia ab integro uobis concedo pro remedio anime mee. Ita ut ex presenti die et tempore de meo iure abrasa omnia que ic resonat et in uestro dominio et potestate permaneat possidendum. Quod et iurationem confirmo per deum patrem omnipotentem quia contra hunc meum factum ad intrupendum nunquam ero uenturus. Quod si aliquis de heredibus uel posteritas mea uenerit ad intrupendum hunc meum factum ab omnipotenti deo sit separatus et in perpetuum permaneat excommunicatus et insuper damna secularia afflatus pariet uobis et sancto monasterio omnia que hic resonat dublatum uel tripatum et uobis perpetimabitur. Facta series testamenti viii kalendas septembris. Era DCCCC L<sup>v</sup>ii<sup>a</sup>.

Gundesindus in anc kartula testamenti quoram testibus confirmaui conf. — Veremodus rex conf. — Rane-mirus rex conf. — Ordonius rex conf. — Santius rex conf.

## XXIV

**Pactum venditionis cuiusdam praedii rustici prope vicum Trasvari in territorio portugalensi.** Autographa charta ex chartophylacio Monasterii Vaironensis in Publicum Archivum nuper delata. RIBEIRO (Dissert. Chronol. e Crit., T. I, Append. N.<sup>o</sup> 4), jam typis hoc diploma man-daverat, sed perperam aeram 909 pro 959 legerat.

921

In dei nomine ego egaredo et usor mea astrildi uobis adaum et usor tua feruilem placuit nobis atque conuenit nullusquoque gentis imperio neque pertimeisentis medium set propria nobis accessit bone pacis uolumtas ut uendere uobis mea terra propria que aueo in uila que uotam (*sic*) trasuari suptus castro de bo (*sic*) terredorio portucalense : et iacet ipsa laria iam super nominata inter laria lluigildi et laria cidoi ecgire in suum de ikum : et de allia parte in istrada qui discurrit uia de uereda per ut ibidem limitauit (?) coram testibus aesi-nanuimus. Et accepimus de uobis precium in x quartarios et de precio abut uos nicil remansit sine de.. dum si quis alliquis uouis calumniauerit pro ipsa terra iam super nominada que ego ekaredo aut astrilldi at iudicio non poduerit deuendere comodo parie ego ekaredo et usor mea ipsas terras dupladas et uobis perpedi auene. Facta cartula uendicionis in era DCCCC L<sup>v</sup>iii. ekaredo et usor mea astrildi ma ++.

cumdubridu — argibum (?) — ascaricam test.

toresarium test. — atinam test. — bacurio test. — eilleum.

## XXV

*Donatio amplissima regis Ordonii episcopo Gomado et Monasterio de Crestuma facta. Ex codice, qui titulum Livro Preto da Sé de Coimbra p[re]se fert, descriptimus.*

922

**Terminos castrumie et emptio molinarum et donatio nabuli et portatice dorii**

Non ambiguum quidem sed bene patens est sed multis manet notissimum eo quod per ordinem dei summi ordonius rex dedit ipse rex pro remedio anime sue ad gomadum gradum episcopatum in sede colimbriense cum sua diocesi quomodo illum obtinuerunt alii episcopi qui ante ipsum episcopatum obtinuerunt obtinuit illum per plures annos usque in portugal et post uero tempus fuit ipse episcopus ad legionem ante ipsum regem et expetiuit se. et reliquit gradum episcopatus pro uenire ad confessionem. et requisiuit ipse episcopus heremita. et inuenit in locum castrumie ad illam focem ubi cadit in dorio. et intravit in illa per manum de arias abderahem et maurone confratres et ieluirà abbatissa ubi uita sua deduxerit in confessione. et ubi corpus suum et uoluntas sua requieuit in locum sancti stephani et sancte marine et sancti martini et sancte marie uirginis et sancti saluatoris et sotiorum eius martirum qui sunt reconditi in ipsa heremita. et adquisiuit ipse episcopus terminum de ipsa uilla et de ipso monasterio. et inuenit illum per terminum de liueri. et inde per montem felanoso. et inde in vn<sup>em</sup> suberes. et inde per illum saxum album. et inde a paradela. et inde per terminum alaria quomodo diuidit cum domno uilifi. et inde in portam (*sic*) arnelas. et concludit ipsam ecclesiam de arnelas cum sua ecclesia uocabulo sanctus andreas. et trauciuuit ipsum terminum de alia parte dorii. et inuenit ipsum terminum per montem de zeurario. et inde per penellas per illum montem ad illam aquellam. et inde per fontanum pennosum quomodo diuidit cum sposati. et item trauciuuit dorium in uilla palatiolo et concludit ipsam uillam totam exceptis illa vñ<sup>a</sup> que est de alias heredes de leueri et inde serit in terminum de leueri unde primitus in quoavit. et comparauit ipse episcopus sesicam molinariam in riuulo umie de fragiaro et de arias abrahem in terminum de leueri. et dedit proinde unum mulum in c<sup>m</sup> solidos cum suo freno et sua albacama et sua sella arintia in alias c<sup>m</sup> solidos. et ipse episcopus in ipsa confessione uenit rex in portugale et mandauit pro ipso episcopo ut fuisse ante ipsum regem. et ipse episcopus non exiuit de confessione secundum quod regula docet. et ipse rex pro sua mercede et illa regina excitabit naues in portugale cum suos comites lucido uimarani et roderico luci et sui episcopi fuerunt nauigio eremitam uisitare ipsum episcopum et ad orationem ad ipsum locum sanctum. et ipse rex pro remedio anime sue et illa regina dederunt sollempniam ad ipsum episcopum et ad fratres et sorores. et mansit ipse rex cum suo exercitu in ipso monasterio et in alio die fecit concilium et exquisiuit uitam de ipsis confessores et de ipsa congregatione. Vnde habet tolerantiam in ipso loco. et ipse rex cum suos comites pro remedio anime sue in ipso concilio persolitauit mauron confratres et geluiram ut contestassent ei uillam de fermeto per suos terminos antiquos. et dedit ipse rex et ipsi comites nabulum et portaticum de dorio in die sabbati de portu de aliquirio et per totos illos portus usque in illa foce de durio ubi cadit in mare quantumcumque eis dominus dederit ipso die pro remedio animarum illorum et pro illorum prosapie. et in ipso concilio dedit lucidius uimarani uillas et ecclesias ad ipsum monasterium in ripa de ipso dorio a porto ciuitatis anegia ecclesiam sancte marine cum suos dextros integros uel debito ubi tamica intrat in dorio ad integra. De portugal dedit aliam ecclesiam in lagona de auuil (?) uocabulo sancta cruce cum suos dextros integros uel suo debito prope littore maris. Et dedit aliam ecclesiam in ripa mondeci.

uilla de portugal quomodo diuidit per suos terminos antiquos quomodo diuidit cum illa uilla de mahamudi. et inde per montem a termino de colimbrianos usque in galia (?). illa media fuit de suos parentes nominibus suis fulderone et palma. Illam aliam mediā comparauit pro suo precio et suas cartas. et in villa de ameixenedo ecclesiam de sancto iohanne cum suos dextros quos dedit ero uimariz. Et in ripa de feberos aliam ecclesiam uocabulo sancti martino de paradela. Et villa de xexo albo integra per suos terminos. Et villa de corthegada integra per suos terminos et sua ecclesia uocabulo sancti michaelis cum suos dextros integros. Et de villa plana de famelcos quomodo illa est demarcada et integra. De abranca alias ecclesias prenominatas sancto petro de uilla plana cum suos dextros integros et suas adiectiones. Et villa de dezanos per suos terminos antiquos et sua ecclesia uocabulo sancti michaelis et suos dextros integros. Et in ripa de ul (?) ecclesia sancti iacobi et suos dextros integros et uilla oliuaria ecclesia uocabulo sancti michaelis cum suos dextros integros et suas aiectiones. et in ripa de antoana monasterio uocabulo sancta marina per suos terminos antiquos quomodo illam obtinuit dominus salomon. Et in terra de curario villa de ossella ecclesia de sancto pelagio. Et in calueli ratione

de magistro egela et de magistro blatus quanta illos continet inter suos fratres tam in calueli quam etiam et de illa parte camia. et uilla quam dicunt cella noua quomodo diuidit cum uilla lauritello et uilla armentari et uilla todemondi. Et de alia parte uilla de insula uocabulo sancti iacobi subtus monte codar. Et de alia parte camia uilla de palaciolo cum sua ecclesia uocabulo sancto iohanne de zopellos quos dedit gutierre moniz. Et in porto de obal ecclesia uocabulo sancto donato et sancto iohanne cum suos dextros integros et cum suas aiunctiones. Et inter uilla palaciolo et ermogenes ecclesia uocabulo sancto mameatis cum suos dextros integros. ipsum quod de sursum taxatum est firmiter et integrum obtorgamus post parte monasterio de castrumia. Et qui inde aliquid infringere quesierit pariet illum in quadruplum. et hec scriptura plenam habeat firmitatem. n<sup>o</sup> idus iunii. Era DCCCC<sup>a</sup> LX<sup>a</sup>. Nos suprannominati in hac scriptura manus nostras roboramus.

## XXVI

*Gotierre abbas et frater suus Ausindus bona propria donant Monasterio de Ecclesiola (Grijó). In libro regestorum perantiquo Baio Ferrado dicto, ex scrinio ejusdem Monasterii in Publicum Archivum delato, invenimus.*

922

In nomine patris et filii et spiritus sancti et indiuidue sancte trinitatis siue onorem sancti salbatoris domini nostri ihesu christi qum omnem suis martiribus qui apud eum corpus suum a pena tradiderunt et sanguine suo effunderunt ut illis animas suas ante suo conspectu semper fulgeant. Ego eo gotierre abba simul cum fratri meo ausindus. per quos fundabimus eglesia in uilla quos uocitant eglesiola inter mons petroso et sagitella eque contra litora maris ubi ipsos corum reliquiarum ponimus. pro remedio animas nostras concedimus ab ipsum sanctum et logum predictum omnem hereditas nostre. per quos auemus illa de auolinga siue et de parentela tan etiam siue et de comparadela. pro a tolerantia fratrum et sororum qui in ipso logo habitantes fuerint siue et sacerdos de omnem genus nostre qui bonus fuerit et uiam monastigam tenuerit abeat et possideant pro remedio animas nostras siue omnem genus omnio (sic) quicquid abitantes fuerint inde sibi elegerint abbate in illorum ereditas fiant potestatem et eos tamen uero discusse firmiter istante ut ab omne opus laigali ipso logo siant separate. et nos semelipsos pro remedio animas nostras ingenua relinquimus ipsas hereditates cum omnem suis prestationibus que in se obtinet. pumares uineis sautis uel deuesis uel omnem molinarum terras ruptas uel barbaras prauis uel pascualibus exitus montium et sesigas molinantum. aquis pro ductibus suis siue et omnia quicquid ic aprestitum ominis fuerit in ipsa uilla. concedimus ad ipsum logum et a deo deseruentium ministerium eglesie cruce calcis adque corone uestimenta uero sacerdotalis adque diagonalis et libris ecclesiasticis et signo medallis et totum et omnem ornamentum ecclesie que ibi concedimus pro remedio animas nostras. ita ut nam moneo ut nemo hominem non damus licentiam ad uindere nec donare sed in hoc logo predicto seruire. si quis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo uenerit de ereditibus nostris uel de propinquis nostris quod de omnem ipsa hereditas aut de rebus ecclesie eius inde presume aut uindere uel donare uoluerit. et nostrum factum intrumpere. in primis siat excommunicatum usque in finem. et cum iuda traditorem abeat participatio in eterna damnatione ubi est pena non finienda. et damna secularia siat super afflictum cum diabulo penas tartareis ignis eternae et insuper pariet ipsum que in oc testamentum resona duplatum. et unc factum nostrum in cunctis plena robore abeat firmitate. Facta cartula testamenti sub die quod erit xv kalendas ianuarias. Era DCCCC<sup>a</sup> LX<sup>a</sup>. Ego gotierre et ausindus in ac cartula testamenti manus nostras confirmo roboramus.

Trarigu frater test. Benedictus frater test. Gatus frater test.

Legei confirmo. Dignus confirmo. Egica confirmo.

Gondesindus test. Vistrarius test. Fromarigus test. Ascarigus test.

Romarigus test. Gundisaluo test. Berenaria test. Gomarigo test.

Mido test. Gotierre test. Louegildu test. Sendinu test. Potenzo test.

## XXVII

*Repertorium bonorum Monasterii Cetensis saeculo X existentium. Ab apographo authenticō saeculi XIII ex scrinio Collegii da Graça Conimbricensis in Publicum Archivum delato sumpsimus.*

924

Noticia et inuentario de villas de Sancto Petro de Cety. in villa de Sancto Johanne de in Foce de Sausa riba dorio. Notas fecit Cety Dona de hereditates que ganavi in terridorio port. Varzena maiore ab intregra. Varzena de sub Vargano intregra. Varzena de sauugosa intregra minus decima. Varzena de sub Ecclesia intrega. Varzena de Tranquosa ab intregra. Illa Ecclesia intregra. Varzena de Penosa intregra. Varzena de Redondela intregra. Varzena de Arnosa medietate. Varzena de Vilufi quarta. Isto inventario fuit scriptus in Era DCCCC<sup>a</sup>LX<sup>a</sup>n<sup>a</sup>. Qui presentes fuerunt id sunt. Mourili froyaniz. Exemenus Gunsalui. Enego gutayz. Tigino gandilaz. Leodorigus gondesendiz. Gandila gondesendiz. Fauyla gandilaz. Osoredo ordoniz. Ranosindi ab intregra per suis locis et terminos antiquos. Ermefrey ab integro per suis locis et terminos antiquos. Bust..... integro per suis locis et terminos antiquos.

## XXVIII

*Donnani et Letula donant Ecclesiae S. Martini bona mobilia et immobilia. Descripsimus ex codice, Livro Preto dicto, Sedis Conimbricensis.*

924

**Carta testamenti**

In nomine domini et indiuidue sancte trinitatis ob onore uel amore triumphatorum sancte marie semper virginis sancti martini episcopi et confessoris christi et sociorum eius corum basilica fundata esse cernitur in villa medina et diuide ipsa villa saltello et villa rielborozos et villa que dicent arones territorio portugalense. Ego seruus seruorum domini seruus donnani indignus et tamen nutu dei abba et deouota letula auulendorum nostrorum piacula in uestro honore edificata basilica in supradicto loco et de rebus unde nobis dominus contulit dono atque concedo quod ibidem deo iubente proficiat in crastino. Id est ipsum locum in co ecclesiam in uestro nomine fundata est dignoscimus cum ornamentis eius quod ad ipsam ecclesiam pertinet. cruces calices coronas capsas hac ministeria rerum metalinia uela uestimenta altaris linea et bisso retortos sic similiter aut tunicas cuculas et tales libros ecclesiasticos per omnia integras nec non signos ipsius ecclesie domus habitacionis cum omne intrinsecus earum. pomaries quos ibidem serti sunt eciam et ipsa villa ad integrum secundum illam obtinuit dauid abba per uniuersis terminis suis cum omnia quicquid ad prestitum ominis fuerit ubi ego omnia laboratis uel edificatis manet. aquis aquarum et ductibus earum et territus montis. eciam adicimus boues uaccas pecuri cauallos egaus (*sic*) auium grande et minutis sine omnia sine numerum. Ita obitum uestrum et post uel dieinceps habeant et possideant et de progenie mee in uita sancta perseverauerint et ordinis gradum monasticum tenuerint diaconus seu fratum uel serorum qui lex sancta dicta fuerit et uita sancta obtinuerit super regula monasterii ut canonica sentencia docet et lex logica ordinat et fuerit uita probacio et sapiencia inluminaciones. Celicanum inter se de semetipsos et dignus fuerit obedire regule sancte et placere deo et fratribus in ipso loco perseverantes nulli ex eis tribuimus licencia ut de omnia quod in testamento resonat extraneare uendere uel donare seu aut mutare cum episcopo cum comite uel cum aliquis homo alienare presumat aut ut digni aliquanti nouas siue cellas edificantes non illos pertinimus aliquit in illut transferre sed quitquit ex successoribus nostris adquirire potuerit testetur et conseruetur omnia post partem hunc loci. Quod si aliquis ex ipsis hunc testamentum infringere falsauerit transgressorit in primis sit excommunicatus et condemnatus et perpetua ulcionis percussus sit eciam in conspectu dei anathematis it est dupli percussima damnatis insuper dampna securia pariet tantum et aliud tantum quantum usurpare temptare et insuper pariet auri libra et hunc nostrum factum plena obtineat firmitate et uobis perpetim habitura. Facta carta testamenti notum ipsas nonas aprilis. Era DCCCC LX<sup>a</sup> n<sup>a</sup>. donnani abba et deouota letula in hanc series testamenti manus nostras confirm-o.

Rodrigo luciti — Aluitus luciti test. conf. cum manu mea et non inmutetur — Petrus tructazi — Jonas aldonaci test. — Guma arianici test. — Tructesendo osoredici.

Vistremiru contatizi — Quitila teodisdi test. — Recunefredo egaredici test. — Flagildu presbiter conf. — Flaregus presbiter.

Elrigu melquici — Tructesendo guimirici — Vilifonso rudurici — Teodila egaredici — Petrus presbiter conf. — Guendo presbiter conf.

## XXIX

*Ex libro regestorum Collegiatae Vimaranensis, Livro de D. Mummadona sic dicto, descriptimus.*

924

**Carta de ecclesia de sancti michaelis archangeli. de palatiolo**

In dei nomine. Ego belesarius presbiter tibi gundesindus presbiter. Placuit mihi atque conuenit bone pacis uolumptas integroque consilio ut tibi iam dicto et ego suprannominato facerem tibi textus scripture uenditionis sicut et feci de ecclesia mea propria uocabulo sancti michaelis arcangeli que est fundata in uilla que uocitant palatiolo subtus monte sancta maria prope riuulo aue. uindo tibi ipsa ecclesia iam nominata. ipsa ecclesia superius nominata ab integrum cum suos libros. signo. uela. cruces. coronas. aras. reliquiarum. calices. patenas. et omnia sua ministeria. cellarios domos cum omnem suam introsicum (*sic*). cupas. cupos. catedras. lectos et omnem perfia quantus ad prestitum hominis est quantum ibidem potueritis inuenire. terras pumares. quod iacet iuxta ipsa ecclesia seu ei illo uillare quod comparaui de onorico quomodo se leua de petra ederata que est in fontano sub ecclesia quomodo diuidet inter nos et agro de eigica et inde per uallo usque incruciliata exinde inde in directum per monte usque ad memoriales in terminos de sigaretum et inde per ipsos terminos usque in patronello et inde per terminos inter palatiolo et uila sicca et inde per carraria antiqua usque se fige in petra ederata unde primum incoauimus. de ipso villare et ipsas terras que conclusimus uindo illum uobis omnia ad integrum cum omne sua prestancia extra terras et pumares de siterredo que ibidem iam definitum continet illum aliud omnia uindo eum tibi ad integrum cum omne sua prestantia quicquid in se continent et accepi de te pretio proinde  $III\text{ x }V^{\text{im}}$  solidos gallicarios usui terre nostre et de ipso pretio apud te non remansi in penis sed omnia complisti. ita ut ab hodierno die et tempore de meo iure sit abrasum ipsum que in carta taxabimus et in tuo iure et dominio sit traditum et confirmatum. ut quicquid exinde agere facere uel iudicare uolueritis libera in dei nomine habeas potestatem. Siquis sane quod fieri minime credo aliquis homo de parte mea uel de ex heredibus meis aut quiliue generis hominum uenerit uel uenero ad intrupendum ista scripture uenditionis que ego in iuditio post parte tua defendere non potuero auctus in uoce mea uel istius scripture tunc imfra uel infra pars mea partique tue ipsum que in carta taxabimus duplatum uel quantum ad te fuerit melioratum et tibi perpetim habitura. Notum die  $V^{\text{o}}$  kalendas agusti. Era  $DCCC^{\text{a}} LX^{\text{a}} n^{\text{o}} 8$ . Belesarius presbiter in hanc scripture uenditionis quem fieri uolui et religendo cognoui manu mea roboro.

Aloitus presbiter conf. — Uidragildus presbiter conf. — Hodoarius confessor conf. — Alderedus presbiter conf. — Gilemirus test. — Teodericus test.

Nunillo manu mea conf. — Donadeus ualeriz conf. — Uistremiri mondini test. — Recemondus test. — Atraviarius presbiter test. — Visaridus test.

Trasuildi conf. — Eldoigius test. — Toderedus test. — Uiliulfus ordoniz — Adtina onorici test. — Astruarius diaconus scripsit.

## XXX

*Donatio portionis cuiusdam praedii rustici prope flumen Paiva. Ex autographa, ut videatur, charta, ubi alia duo diplomata ejusdem aevi inveniuntur, descriptimus. Servatur in Publico Archivo ex scrinio Monasterii Araucensis nuper delata.*

925

In dei nomine. Ego damiano et uxor mea ermosinda placuit nobis sano animo integro consilio neque pertimescentis metum sed probria nobis accessit uoluntas ut donaremus a uobis froila ansaloniz quarta portione in Pumare et in uinea siue et in domo medietate in loco predicto in uilla que uocitant aluarengà subtus monte

geronzo ribulo discurrente pauia et abet iacentia iusta pumare gotoni et de alia parte comaro et fere in riu et de alia parte per ubi a uobis delimitauimus uel coram testes asignauimus ita ut de odie die et tempore de iure nostro sit abrasa et in uestro dominio sit tradita et confirmata. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartulam donationis a iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus a uobis ipsum que in cartula resonat dublatum uel quantum a uobis fuerit melioratum et iudici alio tantum ad uos fuerit melioratum a uobis perpetim abituras. Facta cartula donationis septimo idus februarii. Era dcccc LX<sup>a</sup> m<sup>a</sup>. Ego damianus et uxor mea ermosinda in hanc cartulam donationis manus nostras r+ oborauimus. Id sunt testes. adrianu test. froigendu test. eika testis. mondinu test. senteiro presbiter notuit.

## XXXI

*Hoc diploma invenimus in Vimaranensis Collegiate perantiquo regestorum libro qui Livro de D. Mummadona inscribitur, et in scrinio ejusdem collegiae servabatur, nunc vero in Publico Archivo custoditur.*

926

**Carta de creximiri quod fecit ranemirus Rex**

Ranemirus. Ermegildus et Mummadomna salutem. per huius nostre preceptionis serenissimam iussionem donamus atque concedimus uobis ad pro habendum villa nominata crexemir. que est secus fontano selio. territorio inter ambas aues. cum domis edificiis pomerii uel omnia quicquid ad prestitum hominis est. ipsa villa per suis antiquis terminis uel omnes suas adiacentias quicquid ibidem sunt deseruientes. et diuidet ipsa villa cum villa siluares villa candanoso et colgeses. omne quod superius nominauimus firmiter possideatis uos et omnis posteritas uestra. ut quicquid exinde facere uel iudicare uolueritis sit uobis et a deo et nobis data potestas. Notum die vii<sup>o</sup> kalendas marci. Era d<sup>a</sup> cccc<sup>a</sup> LX<sup>a</sup> m<sup>a</sup>. Ideo accepi de uos in ofretione pro ipsa villa lecto paleo integro et scala argentea de sole xxx<sup>a</sup>. Ranemirus hanc donationem manu mea confirmo.

Aloitus lucidi test. —Fredenandus ouecoz test. —Fredenandus alderotiz test. —Lucidus aloitis test. —Froila gundesindi test. —Nausti uandilani test. —Quotama cotemizi test. —Falcon muzana test.

Gresomarus didaci test. —Didacus fernandit conf. —Gundesindus eroni conf. —Ueremodus lucidi conf. —Recemundus diaconus test. —Vitiza presbiter test. —Gundesalbus diaconus test. —Ingladius rudesindi test. Ataulfus frater que scripsit in ciuitate viseo et pro teste manu mea conf.

## XXXII

*Pactio de venditione ecclesiae et domorum in vico Laciveto. Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii desumpsimus.*

927

**De uilla outili**

In dei nomine. Ego adaulfus presbiter placuit michi nulliusquoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria michi accessit uolumtas ut uenderem tibi cresconio presbiter mea ecclesia uocabulo sanctorum uiris sime maxime et iulie qui est fundata in uilla laciueto territorio colimbrice et meas casas et suos dextros exitu uel regressu omnia que sursum resonat ab integro concedo. et accepi de te in precio alia tua ecclesia uocabulo sancte marie cum suas casas et cum suos passales in uilla octil tantum nobis bene complacuit ita ut ab hoc die uel tempore sit ipsa mea ecclesia et illas meas casas et illos dextros de iuri meo abrasa et in tuo dominio sit tradita et qui inde minime fecerit et ista carta exierit quomodo pariat illa ecclesia dublata et uobis perpetim abitura. Facta carta uenditionis notum die viii kalendas februarias. Era d cccc LXv. Ego adaulfus presbiter in hanc kartula uenditionis manu mea cofirmo +. Fradila test. Lazaro test. Maiorelle test. Octauio test. Teodegildus test. Gimil test. Stephano test.

## XXXIII

*Hoc pactum venditionis desumpsimus ex Libro Testamentorum Monasterii Laurbanensis.*

927

**Testamentum de villa coua de samuel presbiter de uenditionis**

In dei nomine. Ego samuel presbiter. randulfa. gonderona. salomon. fandilu. hamer. mantila. gaudio. benedicta. uitiza. uobis mestulius abba una cum fratribus uestris. Placuit nobis atque conuenit nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria nobis accessit uolumptas ut uenderemus uobis sicuti et uendimus nostras rationes in villa que iacet super rippa de mondeco ad porto de villa coua cum sua uarzena de rippa de mondeco usque diuide cum uila de alquinitia sicut modo illas obtinuerunt nostros parentes ad integrum uobis concedimus nostras rationes. et accepimus de uos precio que nobis bene complacuit x<sup>m</sup> modios de cebaria. et de precio apud uos nichil remansit. ita ut de odie die et tempore sit ipsa uarzena et ipsas terras de iuri nostro abrasas et in uestro dominio sint traditas uel confirmatas. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenimus ad inrumpendum contra hanc karta quomodo pariemus ad uobis illas dublatas et tripatas aut quantum fuerit melioratas. Facta karta uenditionis viii<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era dcccc LXV<sup>a</sup>. Nos superius nominatim in hanc karta uenditionis manus nostras r + + + + + + + + oborauimus.

Sisualdus presbiter test. — Manila test. — Talaba test.

Fafalon test. — Salomon test. — Vitiza test. — nehobon test.

## XXXIV

*Donationis chartam Monasterio Laurbanensi factae descripsimus ex Libro Testamento-  
rum ejusdem Monasterii.*

928

**Testamentum de villa coua de condesa domna oneca**

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus sanctisque martiribus sancti mameti et sancti pelagii quorum basilica scita est in locum predictum monasterio lauribano. Nos exiguo famulos uestros honecca una cum filiis meis munna. ledegundia. exemenus. et mummadomna. cum peccatorum mole depresso in spe fiducia roborati damus atque concedimus villa quam uocitant villa coua integra pro anima dominissimi nostri domini ueremudi diue memorie seu et nostre unde ante dominum ueniam mereamur consequi. et est ipsa villa suburbio conimbric et diuidet cum alia villa coua et cum alquinitia et olibaria. damus eam ab integrum per suos terminos anticos in omni giro cum omnia quicquid ad prestitum ominis est in ea post parte ipsius monasterium pro uictum uel uestitum fratrum qui ibidem in uita sancta perseuerauerint ut abeant eam iuri quieto perenniter possidenda. Si quis tamen aliquis homo hunc uotum nostrum ad insringendum uenerit uel uenire temptauerit. in primis sit excommunicatus et extraneus a sancta communione et cum iuda christi proditore habeat parte in damna secularia. et insuper pariet post parte fratrum ipsius monasterii ipsa villa duplata et uobis perpetimabitura. Notum die ipsas nonas decembris. Era dcccc<sup>o</sup> LXVI<sup>a</sup>. Nos uero agnoscentes quod noster domno iam ea dederat ad ipso monasterio in uita sua et non potuit istum testamentum compleere. Post hec adinplebimus nos quod ille inquoabit et nos affirmabimus.

Honnecca hunc testamentum a nnos factum conf. — Munnia conf. — Ledegundia conf. — Exemenus didaz conf. — Mummadomna conf. — Aloytus lucidi test. — Rodorigus tedoniz test. — Ermegildus gundisaluiz test. — Gundesindus didaz test.

Recemondus diaconus test. — Vittize presbiter test. — Gundisaluus diaconus test. — Ansemundo test.

Ranemirus progie regis conf. — Gundisaluus muneonis conf. — Adaulfus presbiter scripsit in villa abozamates — Sub christi nomine pantaleus episcopus conf. — Sub christi nomine pelagius episcopus conf. — Sub christi nomine salomon episcopus conf.

## XXXV

*Chartophylacio perantiqui Monasterii Morariae hoc pactum venditionis salinarum de Agaredi pertinebat. Autographa charta ex scrinio Monasterii S. Vincentii Olisiponensis in Publicum Archivum delatum textum nobis praebuit.*

929

Christus. In dei nomine ego thoresarius presbiter una cum fratribus uel sororibus meis uobis uiliulfus abbatii uel fratribus uestris placuit nobis bone pacis uolumtas ut uinderemus uobis iam dicti sicuti et uendimus salinas nostras proprias quam auemus in villa dagaredi et auent iacentia ipsas salinas in loco predicto quod uocitant capetello iuxta corte salinas ariani de parte stario fontanella uendimus uobis medietate de ipsa corte ab intecrum cum suis muris et maris uel suis uasis omnia uobis uendimus et de parte monte uendimus uobis ibidem suos muros petrineos et suo casare uel suo exito et suas fontes et de parte maris suos cepales et terreno pro salinas facere uendimus uobis omnia sicut superius resonat ab intecrum omnia uos medium et nos medium et accepimus de uos pretium vi solidos galliganos quod nobis bene placuit et de ipso pretio apud uos nicil remansit ut de odie die ipsas salinas et omne sicut superius resonat de iuri nostro in uestro iuri uel dominio sit traditum aueatis iuri quietum et in perpetuo uindictis uos et omni posteritati uestre. si quis sane quod fieri minime credimus aliquis contra anc cartula ad intrupendum uenerit que nos post uestra parte non deuindigauerimus pariemus uobis ipsas salinas dublatas uel quantum a uobis fuerint melioratas et uobis iure perenni. notum diem ii kalendas setembri era DCCCCLXVII<sup>a</sup>. thoresarius presbiter una cum fratribus meis et sororibus manus nostras rouorauimus : sargentina conf. dauid pro testis sum.

thoresarius presbiter — ermegildus abba conf. — ermegildus diagonus test. — peppi arias uiliefredus — soniarigu tendon astruario — sisinandus presbiter.

arias dagaredi confirmandum manu mea — belloy froilo et donadildi test. — ermemiru test. — astrualdu conf. — damianus presbiter test. — ranemirus daniel presbiter testibus — uirlemundo conf. — adaulfus conuersus conf. — benedictus presbiter test. — ortrefredus presbiter.

## XXXVI

*Donationem hanc Ranimiri II, Mummadoneae ecclesiaeque S. Salvatoris Vimaranensi factam, sumpsimus ex antiquo libro regestorum Collegiatae S. Mariae Vimaranensis, Livro de D. Mummadona sic dicto. Exscriptor codicis mendose aeram DCCCCLXXXIX scripsit; nam Ranimirus usque ad annum 950 tantum vixit.*

931–950

**Carta de villa mellares**

In nomine domini. Ego Ranimirus superno inspiramine princeps. deuotionis mee uotus coram omni catholicorum ceto dicturus pius ille opifex mundorum cordium memorandus et deprecandus est que ubique uerus deus deorum micanti lumine lucet ut uultu placido uel respectu beato intendat ea que uoto uel opere patrare obtamus. et ideo in quo cepimus non debetur loqui prolixo ne fastidium audientibus ingeratur sed claro asceleri (*sic*) sermone transcurrere pauca de multis ut cumcta in audientium corda deueniat rei uel indaginem quod exordium habuit in primordiis. quod actus extitit in mediis. que due etiam consistere potuit consumatum in ultimis. Deinde in nomine domini crucifixi filii dei in quo uera et inmaculata trinitas deus et homo cum spiritu sancto inseperabiliter iungitur. non aliter deus et aliter homo sed unus deus et homo ihesus christus mediator dei et hominum equalis patri secundum diuinitatem et minor patri secundum humanitatem que est lumen uerum inluminans omnem hominem uenientem in hunc mundum et de quo lumine se propheta inluminatus guadebat cum diceres (*sic*) signatus est supernos lumen uultus domine tui. Horum tantorum mirabiliorum domine te patrem cognoscens ego seruus Ranimirus tua dispositione huic regno indeptus elegi ex magnificentia nostra tribuere in locum sancti salvatoris et sancte marie semper virginis in loco predicto vimaranes ut contestarem tibi conlaza nostra mummadonna villa nostra propria mellares que est iuxta amne durio cum suos uillares per terminibus antiquis ultrarumque ripa durio. Concedo uobis illa ad tuicionem ipsorum fratrum et sororum que sub regimine uestro deo militant in

ipsius loco vimaranes. abeatis illa concessa ut possesa continuerunt ea auii uel genitores nostri. ita ut ex presenti die a nobis maneat concessa et post parte monasterii vimaranes et collaze nostre mummadomna integra et intemerata cum omnia quicquid infra se continet prestatione ut sit nobis hanc deuotio in remuneracione et uobis tolerationem ospitum aduenientum peregrinorum et pauperum que ibidem in uimaranes in uita sancta perseuerauerint. ut memorie uestre ibi sit semper. Admonemus igitur et obtestantes quisquis fuerit ex propaco nostra per crucem domini necessarium fidei nostre de cuius passionem et ueram resurrectionem redempti sumus ut nullus uota nostra in aliquo disruppi presumat uel quoquomodo confringendo inmutare audeat. Siquis sane temerarius et audax ad irrumendum conauerit uenire presenti seculo non careat humanam ultionem extincta a capite de lucerna futuro prospiceam cum transgressoribus possideat penam. et hunc factum nostrum firmum et estabiliorum maneat cuncta per secula. Facta series testamenti x<sup>o</sup>v<sup>o</sup> kalendanus (sic) iunii. Era d<sup>o</sup>cccc<sup>o</sup>L<sup>o</sup>xxx<sup>o</sup>viii<sup>o</sup>. Ranemirus serenissimus princeps hanc series testamenti tibi collaze nostre mummadomna a nobis factus et confirmatus.

Orraca regina conf. —Ordonius prolis regi conf. —Giluira deouota conf. —Sancius pignus regis conf.

Sub domini misericordiam Hermegildus iriensis episcopus conf. —Sub christi iussionem Rudesindus duvensis episcopus —Sub imperio domini nostri ihesu christi Ouecus episcopus legionensis —Sub gratia dei dulcidius episcopus uisense conf.

Ueremudus Rex conf. —Aloito lucidi test. —Nunus osoriz test. —Suarius gutieriz test. —Scemenus didaci test. —Rudericus gutieri test. —Pelagius gondesaluiz test. —Menendus roderici test:

Sub domini uirtutem Gundisalbus lucensis episcopus confirmo —Lucidus aloitiz test. —Nunus sarrazini test. —Didacus arcediaconus test. —Sesnandus diaconus test. —Fernandus presbiter test. —Menendus presbiter notuit.

### XXXVII

*Ex Libro Testamentorum Monasterii Laurbanensis de prompsimus. Primum hoc diploma in illo vetustissimo codice insertum est. Inde in rubrica verba illa In primis.*

933

### In primis testamentum de sancta christina de colimbra ad portam de almedina

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris uidelicet et filii et spiritus sancti. Ranemirus nutu diuinio rex. In deo dei filio sempiternum salutem. Dono atque effero propter remedium anime mee et altario sacro sancti mameti que situm est cenobio subtus monte lauribano in finibus gallicie seu ad fratres qui in ipso militunt monasterio sub regimine mestilio abba uel qui post eum ibidem successor extiterit pro substantiatione fratum et ospitum aduenientium medietate de eclesia sancta cristina similiter cum omni integritate in ipsa corte secundum illum primum contestabit. post partem idem monasterio fradinani presbiteri. et est ipsa ecclesia secus murum ciuitatis conimbricie ita ut amodo et deinceps ipsa ecclesia post parte monasterii maneat per secula cuncta absque alicuius uel nostra inquietatione. Quod si quis aliquis ausu temeritatis hunc nostrum factum infringere conaberit coram deo et angelis eius anatema sit. Et insuper post parte monasterii solidos c persoluat. et hanc scriptura firmiora permaneat. Notum die m<sup>o</sup> nonas martias. Era DCCCC<sup>o</sup>LXXI<sup>o</sup>

Ranemirus rex hanc concessione a nobis factam conf.

Sub christi nomine ouuecco episcopus confirmo. Pelagio tedoniz test. Sarracino nuniz test. Hermegildo gunzaluiz test. Elias conf. Antulina abdiran conf. Menendo mendiz test. Osorius gutierrez test. Rodorigo tedoniz test. Cresconius quiriazi test. Cresconius presbiter test. Pelagius presbiter test. Tauron cognomento mogaria conf. Hermegildus diaconus test. Dulcidius presbiter test. Fredenandus presbiter test. Atanagildus presbiter test. Ildefredus diaconus test. Aspidius presbiter test. qui et notuit. —Cotuma cotumiz conf.

## XXXVIII

*Ex scrinio Monasterii Araucensis charta, pactum hoc venditionis cuiusdam partis praedii rustici propè Alvarenga continens, in Publicum Archivum delata, textum nobis praebuit.*

933

In dei nomine ego uiliulfu et uxor mea antulina placuit nobis adque conuenit grato animo et propta uoluntate ut uinderemus uobis froila et uxor tua eleuua sicut et uendimus uobis septima portione de quintana de teuuili qui est in uilla que dicent aluarenga sum sub sancta cruce septima portione in ipsa quintana de ipsos suos pumares cum casas et lagar petrinio terras.....i que giru sunt sit et in molino de omnia ipsa hereditate septima portione uobis uendimus quantum in se competit inter meos iermanos sic et suos exitum per.....in prona quantum ille obtinuit et ipsas terras iuxta ipsa quintana pro pretio que mici bene complacuit et de eodie die et tempore sit ipsa hereditate de meo iure abrasa et in uestro iure uel dominio sit tradita et confirmata usque in perpetuum abeatis uos et omnis posteritas uestra. Siquis tamen quod fieri non credimus libera in dei nomine habeas potestatem aprehendere de nos ipsa hereditate dublata uel quantum a uos fuerit meliorata et uos perpetuum habitura. Facta kartula uenditionis notum die iii kalendas iunii. Era dcccc lxx i.<sup>a</sup> Uiliulfo et uxor mea antonia in anc kartula uenditionis manus nostras roborauiimus. pro testes. danila test. tedon test. osoreu test. gundufo presbitero notuit.

## XXXIX

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi descriptissimus.*

933

**Karta uenditionis de abbalat que comparauit gondemirus  
et uxor sua susana**

In dei nomine. Ego Zahadon et uxor mee aragunti: cresconio et uxor mee smelilo. et ueremudo. Placuit nobis casto (*sic*) animo propria uolumptas integroque consilio nulliusque gentis imperio neque suadentis articulo set propria nobis accessit uoluntas ut uenderemus tibi gondemiro et uxor tue susanna sicut et uendimus rationes nostras que abemus in uillas prenominatas in territorio conimbricense. de uilla albalat tertia integra. et de tertia media uobis concedimus per suos terminos anticos. sique per ubi ea obtinuit pater noster fromarigus. et diuidet cum uilla bolon. Et per ubi diuidet cum agro de nausti. et inde per carraria maiore que discurrit ad ciuitate conimbricie. et inde per senrra de episcopo per medio ualle usque in arca que est in ipsa llagona. et inde usque in illo porto que diuidet cum quinione de fonte aurja. et de alia parte in campo per ubi diuidet cum bollon per arcas antiquas usque in mondeco. et uendimus uobis de senrra de fonte auria media per ubi ea commutabit pater noster fromarigus cum rex domno ordonius. et uendimus uobis de senrra de pulgaria media que commutabit pater noster cum regem pro uilla uimenaria quod est iusta ribulo anzo. quod contestabit ea regem post parte monasterii ad fratres. uendimus uobis iamdictas ipsas rationes in ipsas uillas cum omnes suas aprestationes cum montes fontes aquis aquarum pratis pascuis exitus uel cum omne prestationibus suis per ubi uobis delimitabimus et coram testibus assinnauiimus. et per hunc scriptura uenditionis asfirmauiimus. et accepimus de uos precio solidos cc<sup>o</sup> x<sup>m</sup> toletanos tantum nobis bene complacuit penis uos nichil remansit in debitum. ut die (*sic*) odie die et tempore ipsas rationes de ipsas uillas de iuri nostro abrasas et in uestro dominio traditas uel confirmatas. Habeatis uos et omnis posteritas uestra quicquid exinde facere uolueritis libera in dei nomine habeatis potestate. Siquis sane quod fieri non credimus aliquis homo uenerit qui uos pro ipsas rationes calumniauerit que uobis uendimus an nos an heredes nostri an quolibet homo que nos in iudicio defendere non potuerimus post parti uestre. ut pariemus uobis ipsum que fuerit contaminatum duplatum uel quantum ad uos fuerit melioratum et uobis perpetumabitura. Facta karta uenditionis notum die quod est kalendas decembris. Era dcccc lxxi<sup>a</sup>.

Zahadon in hanc scriptura uenditionis a me facta manus mea conf. — Aragunti manus mea conf. — Vere mudus manus mea conf. — Exemenus didaz conf.

Cresconio manus mea conf. — Elduara confirmans conf. — Froila gutierrez conf.  
Veremodus rex confirmans — Ranemirus rex confirmans.

Didagus adaulfiz test. — Daniel presbiter test. — Iquila test. — Garseanus test. — Sesgudus test. — Fromarigus test. — Ermigius test. — Fafila test.

Aloitus test. — Prouitius test. — Salomon test. — Daildo test. — Cendus presbiter test. — Donadeo test. — Jastus test.

## XL

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi descriptissimus.*

935

**Testamentum de gundemirus et susana de alualad**

In dei nomine. Ego gondemirus et uxor mea susana uobis mestilio abbatii uel fratribus tuis. non est enim dubium set plerisque manet cognitum. eo quod nec initium nostrum nobimus nec exitum considerare ualeamus. Et ideo metu mortis perterriti cum aduc essemus incolomes ei sana mente integroque consilio elegimus uobis facere cartula testamenti sicuti et fecimus de omnia nostra hereditate uel facultate quicquid habemus uel abere potuerimus. In primis de uilla de albalat per suos terminos tertia et de alia tertia item tertia tam in monte quam in campo. de campo de fonte auria tertia. et de pulgaria tertia. Cortes et domos et intrinsecus domorum. res quadrupeda. equas et uaccas. ouelias. aurum uel argentum. uestimentum. uineas uel pomares. siue et debitum quicquid nobis aliquid debuerit. seu et omnia quod ad usum hominis de prestatione huius seculi omnia ab integro post obitum nostrum pro redemptione anime nostre uobis concedimus possidenda. Insuper etiam promittimus deo et uobis ut qui ex nobis supprestis fuerit in presenti uita monasterium introeat. et secundum institutionem regule et arbitrio uestro fuerit uiuat. Damus etenim ista omnia suprannominata post parte monasterii uestri uocabulo sancti mameatis uel fratribus qui ibidem in uita sancta perseuerauerint. ut quicquid exinde agere uel facere volueritis liberam in dei nomine abeatis potestatem. Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc nostrum uotum uel textum concessionis nostre ad inrumpendum. in primis sit excommunicatus ab omni ecclesia et cum iuda proditore habeat participium in eterna pena nunquam alterius finienda. insuper damna legum afflictus pariet ipsa re que auferre temptauerit quadruplata. et uobis perpetumabitur. Facta karta testamenti m<sup>o</sup> idus septembbris. Era dcccc<sup>o</sup> LXXIII<sup>a</sup>. Gundemirus et uxor mea susana in hanc kartula testamenti a nobis facta manus nostras confirmabimus +.

Munius gutierrez conf. — Desiderius abba conf. — Leouegildus abba conf. — Abolinus abba conf. — Donadeo cognomento abuzhac abba conf.

Iquila test. Lazarus test. — Habdela test. Maurecatus test. — Manualdus presbiter. Daniel presbiter test. — Nazar test. Primus test. — Salomon test. Adaulfus presbiter test. — Nezeron. Zaco. test.

Elias test. Almundis test. — Abuzuleiman test. Gudesteo test. Ceide presbiter. Viarigus presbiter test.

## XLI

*Charta autographa pactum continens venditionis cuiusdam agri in Nandim. Olim in chartophylacio Monasterii S. Vincentii ex scrinio Morariensis Coenobii, nunc in Publico Archivo servatur.*

936

Christus. In dei nomine ego reirigu plaguit mici bona pacis uolumtas ut uindere uobis astruario et uxor tua astocia sigut et uendimus tera mea propria que aueo in uilla nandini inter aue et pel teritorio portucalense. iace ipsa tera in agru que dicent trundarias. iace ipsa llaria inter laria de copitu et tualari uindo at tibi de ipso agru comodo est conclusu in omneque giro uindo inde nobis (*sic*) oitaua porcione integra per ubi uobis demarcavimus et coram testibus asinauimus. accepit de uos pretio que mici complaguit. si aliquis at inrunpendu uenerit quod ego non potuerimus deuindere post uestra securitate pariet uobis ipsu que scripsimus dublatu uel quantum apud uos fuerit melioratum et insuper auri liuera 1<sup>a</sup> et uos perpedim auitura. Facta scriptura uendicionis vi kalandas iulias in era dccccLXXIII<sup>a</sup>. reirigu in anc scriptura uendicionis manu mea + fecit.

seuelio — guimandus presbiter — brunderigus presbiter — tolinu sasarigu.

ermegildu test. — fagildu cresconio test. — ansemondo test. — sesuldu fronmina test. (?)

D. et C. Tom. I.

7

## XLII

*Ex Libro Testamentorum Monasterii Laurbanensis desumpsimus.*

936

**Divisio[n]e inter ambas villas couas et alkinitia**

In era DCCCC<sup>os</sup> LXXIII<sup>a</sup>. Horta fuit contentio inter homines de alkinitia et de villa coua. et sic peruererunt in presentia domini exemeni comiti et ordinauit illis ut ducerent ibidem diuisores sicuti et duxerunt. id sunt. adaulfus diaconus. tauron cognomento mogaria. kirum. et concilio multorum seu et ipse comes cum eos. et sic se coniunctauerunt ad arcas qui diuident inter ambas villas couas. et inde per lomba ad arcas duas inter ambas ipsas villas couas tornabimus in cubito dextro et inuenimus in autario contexta saxinea qui diuidet inter olibariola et villa coua. et inde per liniolo. per petras fictiles et terra agire usque inuenimus duas contestas qui diuident inter ambas ipsas villas. et inde inpronahimus ad ribulo parte per duos liniolos qui diuident inter ambas ipsas villas usque coniunctauerunt ipsos liniolos. et dedit cubito in parte sinistra. et perrexi mus per ipsum liniolum usque ubi inuenimus arca terrena inpronante ad illo fontano couo. traycimus illo fontano et inuenimus in monte in ipsa sectura. et inuenimus arca terrena. perrexi mus in denante et inuenimus duas arcas qui diuident inter alkinitia et villa coua et lauredo. tornabimus inprono in cubito dextro per termino forte et inuenimus alias duas arcas per liniolum et per petras fictiles usque ad ribulo mondeco. traycimus ribulo mondeco et inuenimus contesta qui diuidet inter villa coua et lauredo. et quod preuidimus in ueritate dedimus ipsas terras prout cuiusque ueritatem uidimus per isto colmello. Notum dic viii<sup>o</sup> idus agustus. Era quo supra.

Exemenus didaz et comes quos uidi et conf. — Adaulfus diaconus quos uidi conf. — Tauron cognomento mogaria quos uidi conf. — Kirum quos uidi conf. — Recesindo test. — bittaco garseani test. — Sendinu. abid. test.

Osebio menendiz test. — Sunimirus. iubeni. test. — Ermegildus abba conf.

Senior diaconus test. — Ermegildus diaconus — Froila confesor test. — Adulfus notuit.

## XLIII

*Donatio partis cuiusdam pomarii propè Alvarenga. In eadem membrana de qua egimus n. xxx invenitur.*

937

In dei nomine. Ego cresciduru uobis froila ansaloniz placuit nobis adque conuenit per bona pacis et uoluntas et faceremus a uobis testum scriptura donacione in pumare que abemus in villa que dicent aluarenga subtus monte ieronzo in uigo que dicent minudal. et iacet ipso pumare in alio uestro desucco de pumare de tedon usque in larea calua. damus uobis de ipso pumare integro que fuit de aluito octaba integra pro intencione et iudicio que abui ante uos ita ut de odie die et tempore sit ipsa racione de ipso pumare cum suo terreno de nostro iure abraso et in uestro iure sit tradito uel confirmato. abeatis uos et omnis posteritas uestra iuri quieto in temporibus seculorum. ut si quis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula donatione ad inrumpendum tunc abeas potestatem aprehendere de nos dublata uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetimabitura. Facta kartula donatione xviii<sup>o</sup> (sic) kalendas martias. Era DCCCC LXXV. Ego cresciduru in hanc cartula manu mea r+ouoraui. Id sunt testes. rodorigu test. froigendo test. manulfu test. uiliulfu test. sagado presbitero notuit.

## XLIV

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii sumpsimus. Lectiones varias ex apographo saeculi XIII, olim in scrinio ejusdem Monasterii, nunc in Publico Archivo servato, adjecimus.*

937

**Testamentum de sancto Iacobo de sausellas**

In nomine domini nostri ihesu christi. Hec est series testamenti quem facere uoluimus nos iusta et filiis meis laudandus presbiter et andre<sup>1</sup> uobis teodericus abba uel fratribus tuis. sanos nos et sana mente integroque consilio et parique consensu elegimus uobis facere kartula testamenti sicuti et fecimus de omnia nostra hereditate uel facultate. in primis domos cum corte et omne illorum intrinsecus. aurum. argentum. ferramenta. uel omne genera metallorum. pannos siricos laneos et lineos. cupos. cupas<sup>2</sup>. lectos. et catedras. mensas. cibaria et uino. uineis et ortis. terras ruptas et inruptas. uel omnia que ad usum ominis pertinet de prestatione huius seculi. omnia ad integrum post obitum nostrum pro remedium anime nostre uobis concedimus. Excepto bazelica uocabulo sancti iacobi hic in illa nostra villa de sausellas cum suum seruitium uel eius ornamenta. ita prenomina nata post parte supprinos uel neptis meis qui de illos in ecclesiastico ordine perseuerauerint. adicimus uic<sup>3</sup> etiam si fuerit perfectus illa ecclesia cum LX<sup>a</sup> passales in giro ita ut pro anime nostre fideliter deseruant. Si uero de ipsa propinquitas nostra a ministerio ecclesie recesserint sit ista ecclesia. et cuncta omnia nostra et quantum usque ad obitum nostrum cum dei adiutorio proplicare potuerimus. post parte monasterii sancti mameti uobis concessimus confirmata. ut sit pro remedium anime apressoris ipsa corte seu<sup>4</sup> et<sup>5</sup> de fundatoris ipsa nostra ecclesia. ut quicquid post parte monasterii uestri sancti mameti exinde agere uel facere volueritis in dei nomine beatis potestatem. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo contra hunc nostrum uotum ad inrumpendum uenerit. in primis sit excommunicatus et ab ecclesia dei separatus et cum iuda rei<sup>6</sup> proditore<sup>6</sup> sit condemnatus. et in finem communionem non accipiat. et insuper damna legum afflita secularia. et ante iudice patiet omnia ipsa que auferre temptauerit quadruplatum et uobis perpetimabitur. Facta scriptura testamenti v<sup>o</sup> kalendas iunii. Era DCCCC LXXV<sup>a</sup>. Nos supra memorati in alnac<sup>7</sup> kartula<sup>7</sup> testamenti a nobis facta manus nostras confirmamus. Ego iusta manu mea conf.

Et ego laudandus presbiter conf. Et ego andre manu mea conf.

Elias test. — Teodesindus test. — Atanagildo test. — Mohepe test. — Habzaada test. — Zalama test. — Farache test. — Crescenti presbiter test.

Dignus presbiter test. — Stefanus presbiter test. — Iohannes presbiter test. — Vincentius presbiter test. — Abozaac abba conf. — Teodericus abba conf. — Flores presbiter test. — Moysen acsi indignus presbiter test.

<sup>1</sup> andree  
<sup>2</sup> cubas  
<sup>3</sup> huic  
<sup>4</sup> seruet

<sup>5</sup> deest  
<sup>6</sup> traditore  
<sup>7</sup> banc kartulam

## XLV

*Donatio cujusdam molae in vico de Ançan. Ex Libro Testamentorum Laurbanensi de scripta.*

937

**Testamentum de anzana**

In dei nomine. Elduara a tibi gundemiro iben dauti salutem. donamus atque concedimus tibi nostro molino proprio que abemus in villa que uocitant anzana. Ita ut abeas illo de nostro dato firmiter in uila tua. et post obitum tuum remaneat illo in monasterio lauribanus pro remedio anime nostre. Neminem uero perdimittimus qui tibi aliquam faciat disturbancem. Notum die quod est xiii<sup>o</sup> kalendas decembres. Era DCCCC LXXV<sup>a</sup>.

Elduara in anc kartula donationis manu mca. — Veremodus prolis regis. — Froila gotierriz conf.

## XLVI

*Pactum habitandi atque colendi praedium ecclesiasticum S. Mametis. Ex RIBEIRO, (Dissert. Chronol., T. I, App. 5) de prompsimus. Liber regestorum Monasterii Palatioli (Paço de Sousa) ex quo Riberius textum typis mandaverat, cum aliis diplomatibus scrinii ejusdem monasterii, incendio postea omnino periit.*

938

In Dei nomine. Ego Creximirus Presbitero vobis Galindo Gunçalviz, et filiis Ecclesie, qui sudes heredes, et Dominus de ista Ecclesia de Sancto Mamete, que mihi datis ad continere, et habitare, hi sunt, Argiru, Alderedo, et Arias, Loureido, Osoredo, Fruila, Frumarigu, Romarigo, Ermildi, Guimiro, Nandulfo, Astrulfo, Vimaredo, Bradila, Vilifonso, pactum simul, et plazum facio vobis, per scripture firmitatis, ut contineat ea, plantes, et edifice, in quanto plus potuero, et quanto ibidem plantare, et edificare, et ganare, post parte de ipsa Ecclesia, et si illa laxare sine vestre iussia, aut inde aliquid, aut alia parte transmeare, aut aliqua subposita, aut inmissione ibidem miseri, per quemlibet generis homo, et istum plazum exierit, aut in mendacio invenitur, sicut desuper resonat, quomodo pario post parte vestra x. boves, extra iudicato. Notum die quod est in Era DCCCC.LXXVI. Ego Greximiro Presbitero in hoc plazum manus meas roboro. Pro testibus. Gontemiro testis — Sennamiru testis — Viliusu testis.

## XLVII

*Descriptimus ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii.*

958

**Testamentum de uarzenas in ripa de mondeco et ipso porto integro**

In dei nomine. Ego exemenu comes. Non est enim dubium sed multis manet cognitum eo quod nec initium nostrum nouimus nec exitum scire ualeamus. et ideo metum mortis perterritus in spe recuperande fiducia dono atque concedo uobis domno mestulius abba uel fratribus tuis mea uarzena que est super ribulo mondeco. et dono uobis ipso porto de illo ribulo cum ambas suas rippas. dono uobis ipsa uarzena et ipso porto ab integro sicut illa prendidi pro mea determinatione quam determinauit inter uilla coua et uilla que dicunt lauredo que est de parte alquinitia. dono uobis illud post parte monasterio uestro sancti mameti uel fratribus qui ibidem in uita sancta perseuerauerint. et neminem ordinamus qui ibidem uobis aliquam disturbancem faciat. Siquis tamen quod fieri minime credo aliquis omo uenerit uel uenero hanc kartula concessionis mee uel donationis mee ad intrupendum. in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore habeat participio in pena eterna nunquam finienda. Et pro temporalia damna afflitus pariet ipsis quod exinde offerre conaberit quadruplatum et uobis perpetuam abitum. Facta cartula donationis uel concessionis viii<sup>o</sup> idus agustas. Era DCCCC LXXVI.

Ego Exemenu comes in anc kartula concessionis mee quod fieri uolui manu mea confirmans — Piniolo ansuriz confirmans — Gundemirus test. — Zahade test. — Ikila test. — Salomon test. — Mestulius presbiter test. — Mantila test. — Eskapa test.

Palmacius presbiter test. — Zahadon presbiter test. — Donado test. — Juzif test. — Nazari test. — Tauron cognomento mogaria.

## XLVIII

*Donatio cuiusdam partis praedii rustici propè Alvarenga. In eadem charta pergamenta Monasterii Araucensis de qua egimus n. xxx et n. XLIII scripta manet.*

938

In dei nomine. Ego sauidi placuit mihi per bona pacis et uoluntas ut faceremus a uobis domna nostra eileua scriptura donationis sicut facio de mea ratione quarta que abeo in uilla aluarenga in pumares in terra extra

portione de meos filios uobis donamus adque concedimus ut de hodie die et tempore sit ipsa portione de iure  
meo abrasa et in uestro sit tradita et confirmata. abeatis uos et omnis posteritas uestra et in perpetuo vindicetis.  
siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit ad intrupendum contra hanc cartulam donationis  
quomodo pariemus a uobis auri libras binas et imperatori terre alio tantum et uobis perpetim abitura. Facta cartula  
donationis m<sup>o</sup> kalendas nouembris. Era DCCCC LXX VI. Ego sauldi in hanc kartula donationis manu mea r+ouora  
fecit. Id sunt testes. Silualdu test. tanoi test. Beterigu test. ansemondo test. uimareu presbiter notuit.

## XLIX

*Hanc chartam donationis descripsimus ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii.*

959

**Testamentum de foze de pauia de illas uarzenas Integras**

In dei nomine. Ego ariulfu et uxor mea cenusenda placuit nobis atque conueni gratu animo et prompta  
voluntate ut faceremus uobis domno primus abba et congregatio uestra cartula testamenti de hereditate nostra  
propria que abemus ad foze de pauia. Id sunt illas uarzenas integras de ambas partes in ripa de pauia quomodo  
illas obtinuit pater noster. damus uobis atque concedimus ipsas uarzenas pro remedio anime nostre uel parentum  
nostrorum. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc nostrum  
factum ad intrupendum. In primis sit excommunicatus et cum iuda traditore abeat participio et insuper quantum  
auferre temptauerit in dublo uobis componat. Et hunc meum factum firmum abeat roborem. Facta karta testamenti  
m<sup>o</sup> idus magii. Era DCCCC LXXVII<sup>a</sup>. Ariulfu et cenusenda in anc karta testamenti manibus nostris r++ oborauimus.

Senteiru presbiter test. — Trasmondo test. — Ansa'on test.

Meisitu test. — Daildu test. — Aldia test.

Gundesindu test. — Gundulfu presbiter test.

## L

*Hujus regiae donationis exemplar in Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii invenitur. Lectiones varias nobis suppeditavit apographum saeculi XIII ex scrinio ejusdem Monasterii in Publicum Archivum delatum.*

943

**Testamentum de ranemirus rex de duas partes de alualad**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris uidelicet filii et spiritus sancti. Hec est tomum series scripture  
testamenti uel donationis quem facere decreui. Ego ranemirus<sup>1</sup> rex. adiutus uirtutem fultus in regno uobis dominus  
mestulius abba cum collegio fratrum de gentes uobiscum in locum sancti mametis quorum baselica fundata esse  
dinoscitur lauribano<sup>2</sup>. in domino deo sempiternam salutem amen. Annuit atque conuenit spontanee serenitatis  
nostre glorie ut donaremus atque contestaremus uobis duas partes de uilla de alualat et senrra<sup>3</sup> de ibidem  
alualat. siue usque diuidet cum fonte auria. siue etiam medietate de pulgaria<sup>4</sup>. Hec omnia uobis concedimus  
et contestamus ab integritate ut sit pro substantiatione uestra seu ospitum pauperum et peregrinum et propter  
remedium animarum nostrarum. Quia sic admonet nos sancta scripture. da domine quia dedi. miserere mei quia  
misericordiam feci. ita ut ex presenti die et tempore sit omnia contestatus potestate iam prefato loco et uestra  
perenniterabitur per secula cuncta. Siquis uero aliquis homo quisquis fuerit hunc factum nostrum infringerit  
uel conare uiolaberit<sup>5</sup> in primis sit segregatus a corpus et sanguine domini nostri ihesu christi et cum sceleratis  
penas lual tartareas baratro dimersus. et hunc factum nostrum in cunctis obtineat firmitatis roborem. Facta  
series testamenti die vn<sup>o</sup> kalendas februarias. Era DCCCC LXXXI<sup>a</sup>.

<sup>1</sup> ramirus  
<sup>2</sup> laurbano.  
<sup>3</sup> serra

<sup>4</sup> pedruia.  
<sup>5</sup> uiolauerit

Ranemirus<sup>6</sup> serenissimus princeps hanc concessione a nobis facta.

Ordonius prolis regis conf. — Houdonius serenissimus princeps hanc uotum pii patris nostri conf. — Gundesindus conimbiense episcopus conf. — Sub christi uirtute dulcidiuſ uisense episcopus conf. — Menendus gundisaluz conf. — Osorius lucidi conf. — Pelagius tedeniz conf. — Menendus gundesalui conf. — Exemenus didaz conf. — Rodorigus gutierrez<sup>7</sup> test. — Froila gotierriz<sup>8</sup> test.

Gundesindus froiani test. — Honorigus didaz test. — Frenandus<sup>9</sup> presbiter primi clero test. — Sisnandus diaconus test. — Aspidius presbiter test. — Gundisalbus muneonis conf. — Menizius presbiter scripsi et test.

<sup>6</sup> Ramiruſ  
<sup>7</sup> gutierrez

<sup>8</sup> poterriz  
<sup>9</sup> Fernandus

## LI

*Desumpsimus hoc pactum venditionis ex Libro Testamentorum Laurbanensi.*

943

**Testamentum de sancto cucufati in villa de arcus**

In dei nomine. Ego petrus presbiter cognomento bahalul tibi daniel presbiter. placuit mihi atque conuenit nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria mihi accessit uolumptas ut uenderem tibi sicuti et uendidi mea ecclesia uocabulo sancti cucufati cum suis titulis et cum suoi dextros et cetera pars reliquiarum sancti clementi esicum intrinsecus ipsius ecclesie cum reliquiarum suis uel ornamenti ipsius ecclesie. et in giro de illa ecclesia toto suo aro ab integro uobis concedo. est illa ecclesia per nominata in villa de arcus. et do uobis illa ecclesia pro precio nominato. id est xxxx<sup>a</sup> et v<sup>e</sup> solidos kazimis tantum mihi bene complacuit. et de precio apud te nichil remansit in debitum. ita ut ab odierno die et tempore sedeat illa ecclesia de iuri meo abrasa et in uestro dominio tradita uel confirmata perpetimqueabitura. Et post hec rationem seruata ut in uita tua illa ecclesia obtineas et post obitum tuum ad illo monasterio reuertat uocabulo sancti mameſis de lauribanus pro remedio anime nostre uel parentum nostrorum. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc nostrum factum ad inrumpendum in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore habeat participio et insuper quantum auferre conaberit in duplo componat. Facta karta venditionis iii<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era DCCCC LXXX I. Ego petrus presbiter in anc kartam uenditionis manu mea r+ oboro. Moisen indignus presbiter notuit. Siloni presbiter ibi presens fuit. Iucif test. Abidi test. Nazar test.

## LII

*Chartam donationis vici Serpins ex Libro Testamentorum Laurbanensi sumpsimus.*

943

**Testamentum de villa de serpinis**

In dei nomine. Ego soleiman cognomento abaiub una cum uxor mea flamula uobis mestulius abbati uel fratribus tuis de monasterio lauribanus. Elegimus uobis facere cartula testamenti sicuti et fecimus de omnia nostra hereditate uel facultate quicquid abemus uel abere potuerimus. In villa de serpini medietate tanta inde ad nos compotet inter nostros eredes cum terras ruptas uel inruptas uel quantum ad omnis ad prestitum est. et est illa villa territorio arauz discurrente ribulo seira. Et damus uobis in villa de algazala nostra ratione. id est iii<sup>o</sup> integra de parentela de ipsa mea mulier. siquis et deuitum quicquid nobis aliquid debuerit seu et omnia que ad usum omnis apprestatum est omnia ab integro uobis congedimus pro remedio anime nostre uel parentum nostrorum. Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus contra hunc nostrum factum ad inrumpendum in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore abeat participio et insuper quantum temtauerit in quadruplo componat et uos perpetimabitur. Facta cartula testamenti kalendas septembbris. Era DCCCC LXXXI. Zoleiman una cum uxor mea flamula in anc testamenti manus nostras r+ oborauimus.

Randulfus presbiter test. — Segemundus presbiter test. — Dauid presbiter test. — Salomon presbiter test. Benedictus presbiter test. — Godesto presbiter test. — Quintila presbiter test. — Recaredo test. Atila test. — Lico test. — Leomirus presbiter notuit.

## LIII

*Donatio, seu potius venditio, ecclesiae S. Joannis de Luzim propè flumen Tamega. Autographa charta servatur in Publico Archivo ex scrinio Monasterii Araucensis delata.*

943

Dubium non est sed multis manet cognitum. Ego adulsus presbitero per meo peccato et insidiis diaboli quod decepit me et feci homicidio de homino nomine leo. et pectauit de illo homicidio ad sua gente et de illo remansit super me que non potui implere. et adduxerunt me pro ad morte et ueni ante domino meo gudesteiz et uxori sua eileuua. et rogaui homines bonos ut fabulassent ad illo. que misisse suo ganado pro me quia ego non habebam unde implere illo et liberasset me de illo homicidio et dedissem ego ad ille domino ansuri omnia mea hereditate ut fuisse libero de ipso homicidio in cunctis diebus uite mce. sicut et fecit. Obinde ego adulsus presbitero placuit mici per bone pacis et uolumtas ut darem uel concederem uobis ecclesia mea domino ansuri et uxori uestre eileuua ecclesia mea propria uocabulo sancto iohanne. quorum baselica fundata est subtus mons petrosselo discurrente ribulo tamica in villa quos uocant losidi in loco predicto in casale quos fuit de patre meo prudenco. quos edificaui de uerde. damus uobis illa ecclesia ab integro. siue et illa laigale. in montes in fontes pascuis padulibus exitus et regressu quantum ibidem ad ipsum locum ominis adprestitum est. Habeatis nos et omnis posteritas uestra iure quieto. iam enim de nostro iure est abrasa. et in uestro dominio tradita atque confirmata. Siquis tamen quo fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula intrumpendum de generis nostri uel de extraneis que in concilio post parte uestra deuindicare non potuerimus infer uel inferus. quomodo pariemus uobis illa ecclesia et illa hereditate duplata uel triplata quantum ad uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta cartula quod erit xv kalendas nouembbris. Era dcccc lxxx i. Adulsus in hanc cartula confirmationis manu mea ro+. Id sunt quos uiderunt. toderuco test. ermerote test. gundesindo test. euendando test. nonelo test.

Aliuertus presbiter notuit.

## LIV

*Agros quosdam Agion monachus tribuit ecclesiae S. Martini episcopi, in vico Aldoar propè Durium sito. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

944

Non est enim dubium sed pluris manet heo quod edificauit agione frater ecclessiam uocabulo sancti martini episcopi et sancti michaeli archangeli in villa que uocitant alduarii fluui dorio territorio portugalensis subtus castro masumuti et fuit ista hereditate de pater meo zaragauti cognomenonto (*sic*) alcetra et comparauit ipsa hereditatem de aldieiro et dedit pro illa uno caballo do nostro cum sua sella heite et freno optimus et una tela de l<sup>o</sup> lenzos pro ipso pedazo de ipsa hereditate comodo se leua de aqua de mazadaria et uai infestum per carrale inter ambos uallos et inde usque in termino de ermosindi et de alia parte per arogio que discurre ad ecclesia usque in directum de alio terminum de illa parte comodo iacet concluso per suos uallos et accessit in mea voluntate que conseigrase illa et fuit in presencia de domni gundesindi episcobi et in monasterio de bauzas ut adimplesset sua uoluntatem et ille sua misericordiam motis complebit eam et consecrauit eam et pro id contestamus dextrus ad ipsa ecclesia xii<sup>m</sup> passus in omnique giro de ipsa ecclesia pro corpora ad tumodanda (*sic*) et propter gubernacionem fratrum ipsa alia hereditatem quod de sursum resonat. Ita ut de hodie die et tempore sit tradita uel confirmata omnia quod de sursum resonat pro parte de ipsa ecclesia uocabulo sancto martino et sancti michaeli archangeli siue ad presbiteros uel ad fratres quod de progenie nostre uel posteritas nostra fuerint et in uita sancta perseverantes ad ipsa ecclesia. et sit (*sic*) quod absit noluerint de parte nostre in uita sancta perseverare uenient presbiteri fratres uel sorores qui electus fuerint perseverantes sisimiliter (*sic*) habeant et possideant omnia quod de sursum resonat in ipsa ecclesia. Notum die iii nonas octubris. Era DCCCC LXXXII<sup>a</sup>. Agionem in hanc cartula testamento quod fierit uolumus et religendum quod habuimus manus mea +. Sub christi nomine gundesindus dei gratia episcopo conf.

Primutenitu presbiter conf. —Gudesteo presbiter conf. —Donam abba conf. —Frogulfo presbiter conf.

Gundesindus presbiter conf. — Zamarius presbiter conf. — Aluitus abba conf. — Quendam presbiter manu mea conf.

Astramirus presbiter conf. — Gontatus presbiter conf. — Amarellus presbiter conf.

## LV

*Ex Libro Testamentorum Monasterii Laurbanensis descriptissimus.*

946

**Testamentum de mucella de Ismael presbiter in ripa de alua**

In dei nomine. Ego ismael presbiter cognomento mestulius. Vobis domino teodericus abba uel fratribus tuis abitantes in locum predicto lauribano. sano ego et sana mente integroque consilio elegi uos facere cartula testamenti sicuti et facio de omnia hereditate uel facultate quicquid abeo uel augmentare potuero. In primis uilla mucella integra per suis locis terminis antiquis et terras ruptas uel inruptas exitus montium uel regressum siue sesegas molinarum. et est illa uilla pernominata in ripa de alua. Et illa ecclesia uocabulo sancti martini cum omni illorum seruitio. et adicio uobis alio meo uillare que dicunt uillarino integra cum terras ruptas uel inruptas et alias duas ecclesias sancti georgii et sancti stefani cum suos dextros et cum suos seruitios. et abuit ipse uilla uilarino de parte de meo magister reuelle beate memorie. Et in uilla de algazala mea quintana et terras et uineas et pomares. Omnia que superius diximus ab integro uobis concedimus post parte monasterii uestri pro remedio anime mee uel parentum meorum et in onore sancti mameatis et sancti pelagii. Quod iurationem confirmo per deum patrem omnipotentem quia contra hunc meum factum nunquam ero ad inrumpendum. Siquis tamen quod fieri non credo aliquis omo uenerit uel uenero ad inrumpendum unc meum factum in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore abeat participio et quantum auferre conaberit in quatuor duplo componat et unc meum factum plenum abeat roborem. Facta carta testamenti. Era DCCCC<sup>os</sup> LXXX III<sup>a</sup>. Ego ismael presbiter in unc testamentum manu mea r++ oboro.

Vitiza abba test. — Spasandus test. — Zacarias test. — Vermudus test.

Aloitus test. — Maurelle test. — Obrigus test.

Sunimiro test. — Albarus test. — Alleigar test. — Samson test.

## LVI

*Olii Tetoniz sponsae suae Adosindae bona amplissima mobilia et immobilia in dotem confert. Charta, mutila quidem sed autographa, olim in scrinio Monasterii Morariae, nunc in Publico Archivo servata, nobis textum suppeditavit.*

946

..... atris et filii et spiritus sancti. patrem ..... filium unigenitum spiritus uero sanctum ab utroque virginis incarnatum dum in principio deus omnia constituit et creabit cuncta que ab ipso iubente permanent solidata construnxit ominis forma at sua similitudinem uero .. formam perfecta dixit deus non est bo..... tare omnem solum set demus ei pari coniungem adiutorium similem siui. euulsit quosue costam lateris eius unde feminam fecit quem dedit illi coniungem permaneret suplicet eius. nos uero subinde talis consolabam horigo ut in dei nomine pariter coniuncti letemur in unum u..... ut uoluntas ... tuus concesit animus (?) ut te mici in coniungio copolaremus. Obinde ego olii tetoni pigno tiui sponsa mea adosinda filia gormiri concedo tiui propter amorem dulcedinis et pro decorem ... castitatis et pudorem tue uirginitatis do et dono ad .... nulus titul .... gondesindo addaulfo serbitial de cozina ansalon ninna kauallo con freno et sella freno arienteo et alhaguma arientea uno copo de xv solidos et scala de xv solidos uestitum matronilem atoras de sirgu .... pelles aninias .... orales de sirgo m<sup>or</sup> anellos n<sup>as</sup> sartas ossas et kalpazos muta una de lecto per coperto x iuga bouum uacas uitulatas numero l<sup>a</sup> oues c uillas pernominatas mahmutis sancti romano couellas de palacio meleza villa noba cobellas de kapruno nogaria furnelus cizilani coniariz salizes rozas castrello

to deriz domus vineas et pumares pratis pascuis padulibus uel ductibus aquarum in logo territorio gironzo. nec non et de omnino hominem rem mea x<sup>ma</sup> portione ab integro tiui concedo quod auere uideor uel quod aduc deinceps cum dei aiutorium augmentare uel profligare potuero omnia ut . . . . ter possideas stantem et permanentem. cuius dotis titulus in omni rouorem et perpetua firmitate que subter manus mea rouorabit et coram testibus pro firmitatem tradidit rouorantes tu postea prolibus nostris posidendum relinquas. obinde ego holiti tetoniz tiui sponsa mea adosinda plaguit mici asto animo et prona uoluntate integroque consilio ut donarem tiui iam nominata uilla mea quod uocitant antriati cun cunctis suis aiunctionibus si subitater filii de nos non fuerint nati. Concedo tiui ipssa uilla pro x<sup>ma</sup> de illas alias uillas. kasas kupus cupas lectus katedras uel omnia utemsilia domorum terras ruptas uel barbaras parietes montes fontes aquas aquarum cum suis ductibus aquarum uel sesigas molinarum cum introitum uel regressum cum suas piscarias et suos nassarios et rezalius vineis pomiferis cunctis sautis vineas de cortinas sautos de angulo vineas et sautos de seloi aueas et posideas quod superius scripsimus perpetualiter longo per euo. si quis tamen aliquis omo uenerit uel uenerimus ad intrupendum unc factum nostrum quisquit ille fuerit ex parte nostra pariet ipsa ereditate duplata et insuper d solidos. notum die ipsas kalendas iunias in era DCCCLXXXIII<sup>a</sup>. et diuidet cum uilla mahmutis et cum uilla fornello et cum uilla itilancs et cum uilla pausata et diuidet cum uilla kaldellas et cum uilla de sancta olalia in territorio gironzo per suos uigus et terminos religius sigut nos ipsa uilla obtinuimus uel posedimus firmiter. Holiti tetoniz in hanc scripture firmitatis quem herit uoluit et religendo cognobit in omnia a me facta manus mea.

lucitu menendiz confirmans test. — sandino suariz confirmans test. — uilifonsu rodorigiz uui presens fuit test. — . . . .

oseuio brandiliz test. — geda brandiliz test. — odario brandiliz test. — pelagio getoniz test. — zamario iociniz test. — . . . .

scapa monniuz test. — riquila test. — didagu test. — elias kalbo test. — ero tructesindiz test. — . . . . aldereto apaniz test. — atriano laudandiz test. — zeide test. — eneco uitisiliz test. — tructesindo gesm. . . . . test. — . . . .

arias gaudiniz test. — uilifonsus presbiter . . . . — zendon adaulfiz test. — sendino ruderigiz test. . . . .

## LVII

*Pactum venditionis medietatis quorundam pomariorum propè vicum Gemunde. Charta autographa ejusdem pacti, Monasterio Morariae olim pertinens, nunc in Publico Archivo inventur.*

946

Christus. In dei nomine froila et olalia uobis astrulfo teodilo et onneka. placuit nobis bone pacis et uoluntas ut uobis iam sepedicto uinderemus uobis medietate inteca de pomares que conparamus de notario in villa gemundi et iacet ipsa medietate in pomare eldequine et pomare ariani que uobiscum comuniter auuimus siue et in n<sup>o</sup> mazanarias ratione de notario proinde de uos precio accepimus uaca de x modios que nobis bene complacuit ut de odie die et tempore ipsa ratione de nostro iure abraza uestro iure sit tradita. si quis quod fieri non credimus aliquis omo uenerit ad intrupendum que nos ad uestra securitate non posiamus deuendere tunc infera pars nostra ad partique uestre ipsa ratione duplata uobis perpetim auiturum. notum die xvi kalendas octobris era DCCCLXXXIII<sup>a</sup>.

froila et olalia ac scripture uendicionis manus nostras + + rouorauius.

fagildus presbiter scripsit. pro test. eldequina test. emila test. tudemiro test. frogewa test. alatrudia test. alaguntia. gundiario test. kera test. zendon test. prospero test. ero test. garsias test. sindinus test. fofo et alii plures.

## LVIII

*Pactum donationis, seu potius cessionis, cuiusdam praedii in Villar de Porco. Ex charta autographa Monasterio Morariae olim pertinente, nunc in Publico Archivo servata, textum hauimus.*

949

Christus. In dei nomine ego cisilu uobis ermiario et semena. placuit mici bone pacis uoluntas ut uobis iam dictis facere testu scripture firmitatis de medietate de omne mea ereditate quicquid uisa sum auere de auiorum

D. et C. Tom. I.

9

uel de parentum meorum tam de comparatum quan etiam et que augmentare potuero usque ad ouitum meo. et ipsa ereditate ubi dicent uilar de porcus territorio portugalense. et pariauit uobis ea propter culpa que inuenerunt super mea filia nomine baselesa eo quod penetraui adulterio cum nausti monagu. concedo uobis domus cum omne suo intrinsegus domorum pumares cum suo terrenus terras cultas uel incultas aruores fructuosas uel infructuosas aquas cursiles uel incursiles acesu uel regresu eisitus moncium uel omne prestancie uille ipsius per suos terminos anticos ubique illa potueritis inuenire de omne quod me competit inter meos germanus medietate uobis testamus adque concedimus. Ita ut de odie die et tempore de iuri meo abrasa in uestro iure et dominio sit tradita adque confirmata. aueali uos et posteritas uestra. Siquis sane quod fieri non credo aliquis uenerit ad inrumpendu tunc infera uel infera pars nostra partique uestra uenerit ad inrumpendu ista scriptura firmitatis pariet uobis quod ualere costat dublata uel quantum ad uos fuerit melioratum et uobis perpetim auitururae.

cisilu in anc testu scripture uendiccionis manus mea + — ranemiru uiliauredi test. — amarelu prespiter test. — teoderedu auezani (?) test. — gismondu sonegeldi test. — sofu uestremira test. — stefanus test.

facta scriptura firmitatis v idus magi era DCCCC LXXXVII<sup>a</sup>.

## LIX

*Ex libro regestorum Collegiate Vimaranensis qui titulum Livro de D. Mummadona prae se fert, descriptimus.*

949

**Carta de hereditate de sancta eolalia**

In dei nomine. Ego Godon vobis domna mummadomna. Placuit mihi bone pacis uolumptas ut facerem uobis sicut et feci cartula de medietatem de omne mea hereditate que habeo in sancta eolalia de omnia quos obtinuit cum mea muliere gredo extra m<sup>ii</sup><sup>a</sup> que dedi ad domno gondesindo. de illas m<sup>ii</sup><sup>e</sup> portiones incomunio uobis per medio. et extra mea quintana conclusa cum uinea. alio omnia uobis concedo pro medio pro ipso represento quos abuit dare in sancta eolalia tritico. Habeatis ipsam medietatem firmiter uos et omnis posteritas uestra ut quidquid ex ea facere uolueritis plenissimam habeatis potestatem. si aliquis uos pro ipsa medietatem calumnauerit que per iuditium diuindicare non ualeamus aut uos in uoce nostra pars nostre ad partique uestre ipsa hereditate cum cunctis praestationibus suis duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim habiturum. notum die v<sup>o</sup> kalendas septembbris. Era DCCCC L<sup>a</sup> XXX<sup>a</sup>VII<sup>a</sup>. Godon in hanc cartula concessionis manu mea conf. Honoricus test. Saborino test. Damiro test. Danihel test.

## LX

*Argileuva Froilae et uxori ejus dat medietatem portionis cuiusdam pomarii in pago Banios siti. Descriptimus ex autographo, olim in scrinio Monasterii Morariae, nunc in Publico Archivo servato.*

950

Christus. In dei nomine ego argileuua plagut mici bone pacis uolumptas ut incomuniare uobis domno froila et ad ucsor uestra trastalo coconomentum trastina m<sup>ii</sup><sup>a</sup> portione quem abeo in pomare que iacet in uilla de banios. et iacet ipse pomare iusta fontano que discurrit de monte et inde per sepe de uinea gontati et inde per ubi diuidet con casale uistrari et de uistregia per sepe usque in fontano que primiter dissimus. damus adque concedimus uobis de ipsa quarta de ipso pomare medietate ab intecro cum suo terreno et castanearias et omne sua prestantia abeatis uos et posteritas uestra usque in temporibus seculorum. siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis uenerit ad inrumpendum hanc scribtura donationis uel incomuniationis an ego uel quislibet omne que ego uindicare non potuero post parte uestra pariem uobis ipso pomare duhlatus et uobis perpetim. notum die xii kalendas era DCCCC LXXXVIII<sup>a</sup>. argileuua in hanc donatione manu mea +.

tundulfus presbiter test. — thedemirus presbiter test. — elarinu uiliario astario test. — cesario brandila test. quisando christoforo test.

## LXI

*Partitio bonorum inter Mummadonam viduam comitis Ermigildi et filios. Juxta apographum exemplar saeculi XIII ex chartophylacio Collegiae Vimaranensis in Publicum Archivum delatum hoc edimus monumentum.*

950

Sub christi imperio et individue sancte trinitatis patris et filii et spiritu sancti. Nos Mummadonna simul cum filios meos Gunsaluus Didacus Ranimirus diaconus Onecha a deo uota Donnus nunus et Arriane. Pari et enim consilio nostro coadunati fuimus in loco predicto villa uocata Vimaranes et adnuit voluntati nostre ut mos uniuersse nationi terre fieret inter nos diuisio facultatum nostrarum ad confirmandas propagines nationum et evitandas hereses contemplacionum. Igitur Ego supradicta Mummadonna a deo disposito parentibus preectum complenda coniunta sum in matrimonio uiro meo diue memorie Domno Ermigildo et generans ei proles iam prefatos dicens ipse uir meus incedens uiam uniuersse carnis compleuit dies suos funtus officio. Ac deinceps remanens Ego aduc in hac mortali carne ut superius diximus incoauimus diuisione cum genitos a me filios. Accipi Ego Mummadonna villas trabelle et siluares quod iam tenebant filii mei in casamento a nobis concessas. Completo numero filiorum sex. et Ego in diuisione equaliter settima. Et quod residue fuerint ex ipsas uillas accipi Ego quinta tam pro me quam pro uiro meo et filii mei illas alias quatuor portiones in hereditate possidenda. Euenit in portione Mummadonna in illa quinta extra iam duobus prenuncupatis uillulis quod supra fecimus mentionem Acamantio in ripa Vhuliae Fraxino in ripa huliolae Eorulgii Sancta eolalia in ripa Auizelle Atanes suagio et monimenta et adiunctionibus de camanto sicut resonat in comellum genitori nostro Donno Ermigildo. Euenit in pars Gunsalui nesperaria chagra sauto de auacos uasa tria et in farazone ratione qui fuit de donna Sarcuria. Euenit in ratione Didaci Turisi Castrellos Chira palatio de boruem Geneceo Quireza Nocecho et Angorza. Euenit in portione Ranimiri diaconi Laustello Archa remedio sautum de mulieres cum adiunctionibus suis terras et pumares de sancto petro Vanat Vilia redi Verdulegio illa ratione que uobis incartauit Ero baltariz Sanctum Martinum manancos spinetello et quintanella qui sunt in centum cortes. Euenit in parte Onecha deuota Vimaranes cum suis abiacentiis Lalim cum abiunctionibus suis Dorsum Varzena in ripa de durio Plato antile Cheresi tello in ripa limie sancto Martino de ebreos Mangunario in ripa de uarazone. Euenit in portione Nonu Chaualiones cum abiunctionibus suis Fenali equo sancto cipriano cum abiacentiis suis Pars sanguinieto medio saucto de Senabregio Laratom et Pausata meliorata et fonsim. Euenit in pars Arriani Nouellas cum abiunctionibus suis Arauca Oliuaria palus Cernatella Muscosio Plazenti Jacinti de tamecha.

Et qui hunus ex nobis ad infringendum uenerit hunc culmellos diuisionis chareat omne sua portione in has uillas desuper nominatas. Factos comellos diuisionis Nonas kalendas Agustas. Era DCCCC<sup>a</sup> LXXX<sup>a</sup> VIII<sup>a</sup>. Munmadonna hunc culmellus diuisionis quod fieri iussi manu mea confirmo. Gunsaluus in hunc culmellus diuisionis manu mea confirmo. Didacus in hunc culmellus diuisionis manu mea confirmo. Ranimirus diaconus in hanc culmellus diuisionis manu mea confirmo. Onecha deuota in hanc culmellus diuisionis manu mea confirmo. Nunus in hanc culmellus diuisionis manu mea confirmo. Arriane in hanc culmellus diuisionis manu mea confirmo. Christus. didacus presbiter Notuit Confirmauit Roborauit.

## LXII

*Descriptimus ex Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii.*

950

**Testamentum de ciliuana de abundantius presbiter**

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus sanctisque martiribus gloriois sancti mamei martiris christi quorum basilica scita est in locum lauribani territorio colimbric fundata esse cernitur. Ego abundantius presbiter erius uester cum peccatorum meorum mole depressus. Placuit mihi sano animo menteque perfecta ut facerem ad ipsius monasterii textum scripture sicuti et feci de omnia mea hereditate que nunc habeo uel augmentare potuero usque ad obitum meum. ut sit pro uictum atque uestimentum monachorum qui in ipsa uestra ecclesia deseruerint. siue pro luminaribus arltiorum (sic) uestrorum uel elemosinas pauperum. Do atque concedo pro remedio anime mee uel parentum meorum mea uilla quam uocitant ciliuana integra cum omnibus adiectionibus suis terris ruptis uel inruptis pascuis padilibus exitus montium ductibus aquarum uineis pomiferis ortis casas cum quantum ominis ad-

prestitum est. Et adicio aduc uobis ecclesia quam abeo in ipsa villa uocabulo sancti martini episcopi cum suis dextros et cum omni ornatus eorum. et meas uineas quam abeo in colimbria uel quantum augmentare potuero post obitum meum uobis concedo. Et hec sunt terminationes de illa villa pernominata. de una parte quomodo expartet cum villa mortede. Et de alia parte cum villa petrulia. hec omnia quo nominaui ab integro concedo post obitum meum. Quod et iurationem confirmamus per deum patrem omnipotentem quia hunc meum factum nunquam ero ad inrumpendum. Quod si quis aliquis de genere meo aut de aliquis homo meum factum infringere temptauerit. Tunc sit excommunicatus et condemnatus et cum iuda traditore abeat participio in pena non finienda et insuper componat de suo proprio quantum inlicitus ausus fuerit contaminare duplatum. Stante et permanente uic meum factum cum omni robore et perpetua firmitate. Facta carta testamenti notum die <sup>iiii<sup>o</sup></sup> nonas decembbris. Era dcccc<sup>os</sup> lxxxviii. Ego abundantius presbiter in anc kartula testamenti manu mea propria r++ oboro.

Crescentius presbiter test. — Moliepe presbiter test. — Donadeo abba conf. — Tedoni abba conf. — Zacherias presbiter test. — Vincenti presbiter test. — Moisen quasi presbiter test. — Laudandus presbiter test. — Flores presbiter test. — Homar presbitero ic presens fui test. — Ioannes presbiter test. — Stefanus presbiter test.

## LXIII

*Ansor et uxor ejus Eieuva bona quaedam mobilia et immobilia ecclesiae, ab eis in pago Arauca exstructae, donant. Descripsimus ex apographo autographum simulante, olim in chartophylacio Monasterii Araucensis, nunc in Publico Archivo servato.*

951

A domnis inuictissimis ac triumphatoribus luce clara et glorie perfusi quorum baselica dinoscitur fundata est in villa arauca subtus mons fuste et serra sicca discurrente ribulum alarda et territorio portugale. enim uero nos famuli dei ansor prolix goesteiz et uxoris sue eieuua quia fuimus coniungi per uoluntatem nostre gentis et non est iussio domini nec uoluntas dei ut de nobis orti fuissent filii qui subcepcione nostra possedissent hereditas nostras. et cum domini adiutorio ganamus et puplicamus et populamus et habemus de auolos et parentes nostri uillas ipso territorio et edificamus ibidem ecclesiam in ipsa villa arauca uocabulo sanctorum apostolorum petri et pauli et sanctorum cosme et damiani et aliis reliquiis que ibidem recondite sunt. Habitantium atque orantium concedimus nos famulos dei ansor et cieuua ad ipsum locum sanctum atque sacro altario iam supranoiminato xii<sup>m</sup> pasales pro corpora sepeliendo et LXX ii<sup>o</sup> pasales pro tollerantia fratrum monachi uel sororum singnos libros calices atque corone et omnis ornamenti ecclesie et ornamenta domorum quanto ibidem habuimus uel cum dei adiutorio augmentare et puplicare potuerimus usque obitu nostro. et ecclesie uocabulo sancti iohannis de losii integra que ganauimus de adaulfu presbitero cum suis ornamenti et cum suis atestacionibus. Concedimus ipsam uillam de sancto petro integra in omnique circuitu ad ipsum locum sanctum quod est nostre deuocionis fundatum quomodo diuidet per riu de molides et de romariz castro et cum cartimir ipso que in testamento resonat uel conclusimus cum quantum apresitum hominis est. Concedimus ipsud quod in testamento resonat ipsi loco sancto pro remedio animarum nostrarum et tibi ermigildo abbatu ut habeas et possideas in uita tua edifices et plantes et ganes et teneas eum sanum et intemeratum post parte de ipso loco sancto et quantum ibidem ganare uel agmentare potueris cum dei adiutorio relinquas omnia ad ipsius loci sancti. at uero obitu tuo licitum habeas tu faciendi inde quod uolueris tam propinquis nostris quam estraneis cui fuerit uoluntas tua relinquas istum testamentum et omnia que inuenta fuerint in manus tuas. Ita hunc factum nostrum uenturi non erimus ad inrumpendum sed coram multis testibus ad confirmandum. Non ergo nos non germanos nec filios nec unus de prosapia nostra nec de extraneis nec de qualibet forma generis humani inimitante qui hunc factum nostrum temptare uiolare uel infringere uoluerit pariet ipsud quod in testamento resonat quat... (?) duplata et insuper duo auri talentum et iudicatum et ista scriptura firmiter permaneat usque in temporibus seculorum amen. Et parient illo pario post parte de isto qui testamentum obseruauerit. Factum est autem series testamenti vii idus setembris. Era dcccc lxxxviii. ansor et eieuua in hac serie testamenti quod elegimus manus nostras ro++.

manilani abba conf. — gvimarigus abba conf. — adaulfus diaconus conf. — arualdus test. — bernaldo test. — leoderigus test.

alderedo presbitero (?) test. — cesario test. — maxitus test. — marecus test. — vermodus test. — nunus presbitero (?). — ilderigus presbitero (?). — beika presbitero (?).

vegela test. — naltildus test. — eisem test. — asgarigus test. — velascus test.

berto test. — godinus test. — maiorinus test. — medoma test. — cresconio test. — gildo test.

Egidi (?) notuit.

## LXIV

*Vivildus et filii ejus bona varia in territorio civitatis Anegiae Froilae uxoriique suae vendunt. Ex pergamena charta Monasterii Araucensis antea laudata n. x et n. xxxviii descripsimus.*

952

In dei nomine ego uiildi una cum filiis meis id sunt mestilio eilo et requilo uobis froila et eleua placuit nobis atque conuenit nullius quoque gentis imperio neque suadentis articulo sed propria nobis accessit bona pacis et uoluntas sano animo adque integrum consilio ut uinderemus uobis iam dictis sicut et uendimus hereditate nostra propria que abemus in uilla que uocitant aluarenga territorio uarganense urbis anegie. uendimus uobis in ipsas uillas omnia nostra portione ad integrum quantum nos ibidem competit inter heredibus nostris tan de presa nostra quam de parentum uel de auium nostrorum siue de comparatione in ipsa uilla et in uilare arato vi media. et in fonte tincta de vi<sup>a</sup> vii<sup>a</sup> media et de uilare de ceruos de vi<sup>a</sup> vii<sup>a</sup> media. et de uilar de cabanas longas de vi<sup>a</sup> vii<sup>a</sup> media. et de parada de vi vii media. et de sautelo de vi vii media. et de uilar de bauzas de vi vii integra. uendimus uobis in ipsas uillas in ipsas nostras portiones uineas et pumares casas cubus cubas lectos et cadeiras seu et omne intrinsecus domorum sautos montes fontes aquarum terras rubtas et barbaras paretibus stateras molinarum exitum uel regressum per suis locis et terminis antiquis ubique uos illos potueritis inuenire de ipsa uilla et in omnes uigus uel uilares que segus concludent. et diuident ipsas uillas cum uilla de nespereira et cum uilla de asturianos et de palatiolo et per segus riuulo pauia. uendimus uobis ipsius que superius diximus ad integro cum omnia sua bona quantum aprestitum ominis est sub terra et super terra pro pretio que nobis dedisti xxviii solidos romanos usum terre nostre uos destis et nos accepimus ita ut ab ordierno (*sic*) die sedeat ipsa hereditate de iuri nostro abrasa et in uestro iure sit tradita. abeatis uos et posteritas uestra usque in perpetuum. Siquis tamen que fieri non credimus uenerit aliquis homo ad inrumpendum ista cartula uenditionis que nos ad iudicio post parte uestra non ualeamus deuendere aut uos in uoce nostra que pariemus uobis ipsa ereditate dublata uel quantum a uobis fuerit meliorata. notum die vi kalendas iunias era DCCCC LXXXX. uiildi. mestilio. et requilo in hanc cartula uenditionis que fieri uoluimus et religendo cognouimus manus nostras roborabimus. pro testes. sisnando. brandirigo. pignolo. spanusindo. zamario. gumarigu presbiter notuit.

## LXV

**Descriptimus ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii.**

952

**Testamentum de Ribulo frigido**

Domnis inuictissimis hac triumphatoribus sanctis martiribus gloriois sancti mamei martiris christi quoruti baselice monasterii laurbani territorio colimbrrie fundata esse cernitur. Ego ildras seruus uester qui in peccatorum mole depressus in spe fiduciaque sanctorum meritis usquequaque disperatione deicimur qui etiam teste conscientie reatum nostri criminis sepe pauescimus. Vt ergo per uos sanctissimi martiris tandem reconciliari merear domino deo uestro ac sanctorum omnium fides supplicationes uotis omnibus implere. et ideo deuotioni mee extitit uel de paupertatule mee sancte ecclesie uestre aliquantulum ex uoto proprio conferre debere et que aspectus est uouete et reddite domino deo uestro. Ideo omnia affectum operis tandem ipsa mea deuotione implere procuro hacs concedo et offero ecclesie uestre atque sancto sacro altario ecclesie uestre in locum predictus fundata esse concedo ut dixi pro uictis atque uestimentis monacorum in ipsa uestra ecclesia deseruendum siue pro luminaribus altiorum uestrorum uel elemosinis pauperum. do atque concedo uillas prenominatas riufrido cum uinis pomiferis uolineis domis cortes uel quantus intrinsecus domorum sunt. et alio uillare que dicunt ripa de lbehila iuxta ipsa uilla. mea ratione in uilla cordiniana. alia uilla canellas cum cortes et domis atque uineis. in alia uilla de meleza mea ratione. et sunt illas uillas territorio colimbrrie. et in ieronzo ad castellum de lamego mea ratione et cortes cum domis uel quicquid intrinsecus domorum seu uineis et ratione in sauctis. quicquid in ipsas uillas uel domis aprestitum est ad ominis terras ruptas uel inruptas petras mobiles et immobiles exitu montium uel aquas aquarum uineis uel pomiferis pecoribus atque boum atque iumentus et in arrualde de colimbrrie domos cum cortes

D. et C. Tom. I.

10

et per ipsos domos quod notauius cupas cupos lectos bisternas cadedras mensas mensarios concas aurum argentum ferrum uestimentum lineum laneum uel siricum. omnia que notauius post obitum meum uobis ab integrum concedimus exceptis ratione de mea mulier quod lex continet aut de filio meo dotalem qui post obitum meum uixerit sicut superius diximus ipsa ecclesia uestra ab integrum concedimus. Et si filio post obitum meum relinquero uobis mea quinta de quo notaui concedo. Quo et iuratione confirmo per deum patrem omnipotentem et per regnum catholicorum quia nunquam ero uenturi ad inerigendum (*sic*) hunc meum uotum. Et qui talia ausus fuerit in primis sit excommunicatus ab omni cetu christianorum et cum iuda traditore habeat participio in eterna dampnatione in pena numquam finienda et super dampna legum pariet de quo contaminatus fuerit duplatis et hunc meum scriptus plenam habeat firmitatem stantem et permanente in huius robore firmitate. Factus series testamenti idus nouenber. era **cccc lxxx**. Ego ildras uolui et religendo cognoui manu mea r+oboraui.

donate iben hazem test. — Sarracino iben leopelle test. — Zitello iben aloito test. — Zoleiman iben cascita test. — Aloito iben homeite test. — Zoleiman iben salomon test.

Ordonius princeps conf.

## LXVI

*Ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p<sup>r</sup>a se fert, desumpsimus.*

952

### Kartula de contramutatione de villa mediana

In dei nomine. Ego ueremudus adefonsi uobis tia nostra domna mummadomna. Placuit mihi atque conuenit nullius coegentis imperio neque suadentis articulo sed propria mihi accessit uoluntas ut concedere et commutare uobis villa mea propria que est territorio anegie uocitata uilla mediana subtus monte gauano inter duos amnes uno fluuio durii et alio ribulo quod dicunt pauia. ipsa villa ad integrum uobis ea concedo per suos terminus anticus cum omne sua prestantia que ad ea pertinet secundum illa obtinuit auius meus domno Gudesteo et secundum illa accepi in diuisione de meos tios siue et quos ego ad illa aplicabit et uos adhuc cum dei libamine aplicare potueritis omnia ab integro de datu nostro iuri uestro sit concessa. et quicquid de ea facere uolueritis liberam in dei nomine habeatis potestatem. et accepi de uos pro ea villas uestras proprias que sunt territorio galetie in ualle deza. id est omnia uestra portione in villa peazos quod dicitur arcus siue et in graua et castro pedroso et portione in villa mari. eadem villa cum suos domus siue terras et pumares morrati. etiam et villa de sauto omnia uestra portione siue et in fonte arcata. terras et pumares siue et domus quantum abetis in larazo. eadem villas supra taxatas quos a uos accepi cum terras pumares sauta reuoreta siue domus cum edificiis suis et omnis exitus montis ad integrum a uobis accepi. et unusquisque quos accepi firmiter obtineat. Siquis tamen quod fieri non credo aliquis homo uenerit hunc factum nostrum ad intrupendum hanc quiliue homo que nos ad iuditio diuendicare non potuerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra tunc infera uel ininfera pars nostra partique uestre villa duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uos perpetim habere. Facta cartula contramutationis die **x<sup>o</sup>m<sup>o</sup>** kalendas decembbris. Era **cccc<sup>a</sup> lxxx**. Ueremudus adefonsi in hanc cartula contramutationis a me facta manu mea confirmo.

Airas gudenandiz test. — Oduario queriaci test. — Sereniano test. — Zesabo ermiariz test. — Aldoretus inuoladiz test. — Sarrazino moniz test. — Reuelius ranimiriz test.

Pelagius uisterani test. — Aurelius diaconus test. — Sendinus presbiter test. — Zoleima cartemiri test. — Floila ueremudit test. — Martinus galendiz test. — Quiriaco. Pepino test. — Froisendus diaconus notuit. — Zoleiman.

## LXVII

*Flamula Deo-vota vendit Monasterio Vimaranensi duos pagos, Villa do Conde et Quintella, aliaque bona cum servis ibidem habitantibus. Ex autographa charta olim in scrinio Collegiae Vimaranensis, nunc in Publico Archivo servata.*

953

In nomine domini. Ego flamula prolis pelagius et iberia. Uobis gonta abba et fratres et sorores habitantes cenouio uimaranes in domino salutem amen. Annuit nanque serenitatis mee asto animo et propria mea uoluntate

ut facerem uobis sicuti et facio textum scripture uenditionis et firmitatis de uillas nostras proprias quos habemus in ripa maris prope ribulo aue subtus montis terroso. id est uilla de comite quomodo diuidet cum uilla fromarici et cum uilla euracini et inde per aqua maris usque in suos terminos antiquos ab intecro uobis concedimus cum suas salinas et cum suas piscarias et ecclesia que est fundata in castro uocitato sancto iohanne per suos terminos ab intecro uobis illa concedimus cum omni sua prestancia quicquid in se obtinet. Et concedimus uobis alia uilla uocitata quintanella ab intecro per suos terminos quomodo diuidet cum uilla fromarici et uilla tauquinia et perge ad archa de peori et diuide cum uilla argeuadi et cum uilla anserici et inde per carraria maurisca et inde ad archa qui sta super ipsa uilla et inde in aula maris et torna ad termino de fromarici ubi prius in quoabimus. pomares ficas aquas cursiles uel incursiles et omni sua prestancia quicquid in se obtinet ab intecro uobis concedimus cum cunctis prestationibus suis secundum eas obtinuerunt genitores nostri pelagius et iberia sic et nostra criazone uobis damus in ipsas uillas et ut eis beneficiatis. Id sunt filios de baltario et de trasilli. et filios de gresulfo et de genilli et de gondulfo. Et accepimus de uos n<sup>a</sup> mulas placiuiles. i saia fazanzal cum sua uatanna tiraz manto azingiaue cum suo panno fazanzale. 1<sup>o</sup> uaso inimaginato et exaurato. n<sup>a</sup> pelles anninias. sunt sub uno mille solidos ipsum nobis bene complacuit. ita ut de hodie die et in omni tempore sit omnia de iuri nostro abraso ab integro. et ad parte monasterii uimaranes sit traditum atque confirmatum perenniter deserbiendum. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo contra hunc factum nostrum ad inrumpendum uenerit que nos in iudicio deuindigare non potuerimus aut uos in uoci nostre quomodo duplemus uobis ipsas uillas et ad parte iudicis terre auri n<sup>o</sup> talentum. et hoc factum nostrum in cunctis obtineat firmitatis roborem. Nodum die vii kalendas aprilis. Era DCCCLXXXI<sup>a</sup>.

Flamula deouota in hanc cartula uenditionis et firmitatis a me facta manu mea +. — Hoduarius aloitiz manu mea + — Alderetto senioriniz manu mea + — Lucidus confrater manu mea + — Pelagius arianiz manu mea + — Eidinus presbiter manu mea + — Gundesindus zanoniz manu mea + — Froila christiniz manu mea + — Gundemiro manu mea +.

Aloitus cellenouensis manu mea + — Amarellus manualdi manu mea + — Iaffar sarraciniz manu mea + — Palatinus armentari et presbiter + — Arias diaconi manu mea + — Adefonso test. + Menno test. + — Christonalo (?) test. + Zonio test. + — Vermudo test. + Zidi guntemiriz test. + — Quiriaco test. + Iouito test. + Guntemiro test. +.

Airigus astrulfi manu mea.

## LXVIII

*Rodorigus Abulmundar et uxor ejus testamento legant Monasterio Laurbanensi villas Tentugal, Cendelgas, Oleastrelo et alia bona mobilia et immobilia. Liber Testamentorum ejusdem Monasterii textum nobis praebuit.*

954

### Testamentum de uilla .....

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus gloriosisque martiribus sancti mameatis martiris christi quorum basilea fundata esse dignoscitur lauribanus territorio columbrie. Nos umilissimi et exigui serui et ancilli uestri rodorigus cognomento abulmundar et uxor mea coraxia cum peccatorum nostrorum mole depresso placuit nobis ut donaremus et offerimus sancte ecclesie uestre pro uictum atque uestimentum monacorum in oc loco degentium et ad uobis teodericus abba uel qui cum eo in uita sancta perseuerauerint. ut diximus donamus et offerimus omnem ganatum quantum abemus uel deinceps augmentare potuerimus usque ad obitum nostrum. id sunt uillas pernominatas uilla tentugal cendelgas oleastrelo et terras in campo de arquanio super illo canale. domos cortes uineas mulinos pumares terras ruptas uel inruptas uel quicquid abemus de conceptionis nostris parentibus iacentia et seruentia uilla tentugal. etiam adicimus aduc et donamus uilla et domos nostros in mons maiore uineas et terras et in campo de mons maiore nostras terras omnia que diximus integrum offerimus aurum argentum uestimentum kaballo boues pecora spadas sellas frenos uel quicquid ad prestitum ominis est post obitum nostrum omnia integrum possideatis pro remedio anime nostre et parentum nostrorum diue memorie. Quo et iuratione confirmamus per diuinis nominis trinitatis quia contra hunc nostrum factum nunquam erimus uenturi ad inrumpendum. quod si aliquis de heredibus nostris uel quispiam generis homo tenerit uel uenerimus ad inrumpendum hunc nostrum factum in primis que domini sunt ab uniuerso cetu ecclesie excommunicatus permaneat et cum iuda christi proditore parte supplicium habeat in eterna pena non finienda et anima eius remissionem peccatorum nunquam inueniat et maledicunt ei qui maledicunt diei qui parati sunt suscitare leuian et insuper

damna secularia afflictus pariat tantum et aliud tantum quantum auferre ausus fuerit contaminare. Et rege siue comite episcopus seu et iudice ante eius presentie iste textum euenerit et eum post parte supradicto monasterio deuendere noluerint peccatum eius maneant obnoxius et insuper maledictio sustineatur quod insuper nominatur et iste textum in omni robore plenissimam obtineat firmitatem. Notum die v° idus marci. Era DCCCC<sup>o</sup> LXXXII.

Rodorigus in ac testamenti manu mea + — Coraxia in ac testamenti manu mea +. — Petrus abba conf. — Eronius test. — Valid test. — Hadella test. — Iubarius presbiter — Habdelmek test. — Abohadella test. — Neuridius test. — Zahdon test. — Menendo test. — Azakri test. — Egriz test.

## LXIX

*Leovegildus et filii ac nepotes ejus vendunt Alburae portiones quorundam praediorum rusticorum propè castrum Pedroso. Desumpsimus ex autographa charta, olim in scrinio Monasterii Morariae, nunc in Publico Archivo servata.*

955

Christus. In dei nomine hego leouegildo una cum filias meas uel neptas meas id sunt iohanne guanadildi leoccadia sonildi baquina plaguit nobis pone (*sic*) pacis uolumptas ut uenderemus uobis albura et uxore tua gacina sigut et uendimus kasale que fuit de uestro pater donon comodo est conclusum in omnis que giro terrtia portione ad integro cum suas pomiferas de quinione mediano viii<sup>a</sup> portione et de ..... duas viii<sup>a</sup> que fuerunt de tillite et de randulfo et est quarla portione ad integro cum suas mazanarias et de pomare magiore que fuit de abulia duas sedecimas et viii<sup>a</sup> de viii<sup>a</sup> et de kasale mediano viii<sup>a</sup> de tres mazanarias et de quinione que partiuiimus *cam* elias mediatate ad integro et larea que iacet in ..... que fuit de donon *integra* concedimus uobis ipsas portiones ad integro. et abent iacentia ipsas terras in uilla que uocitant soomartino subtus kastro pedroso territorio portugalense per ubi uobis delimitauimus et coram testibus asignauimus et accepimus de uos precio in tres solidos galleganos que nobis bene complacuit et de precio abut uos nichil remansit in deuitum. Ita ut de odie die uel tempore ipsas terras de nostro iure abrrasas et in uestro iure sit traditas adque confirmatas abeatis uobis et omnis posteritas uestra usque in perpetuum uindicetis. Tamen quot fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus que nos in concilio post parte uestra deuindigare non potuerimus aut noluerimus comodo pariamus uobis ipsas terras et ipso pretio duplatum et uobis perpetim hauituro. Facta kartula uenditionis x<sup>o</sup> kalendas ianuarias era DCCCLXXXIII<sup>a</sup>. leouegildo iohanne guanadildi leoccadia sonildi baquina in anc kartula uindicionis manus nostras +++++.

arias presbiter euosindo frater — gontato presbiter froisendo presbiter.

uincila test. — egas ceci test. — hero arias lubo test.

Tillite zamario — leouerigo — elias.

Geserigus presbiter pro testem notauit.

## LXX

*Astrulfus et Nomina famulos (malados?) cuiusdam presbyteri se constituunt. Singulare hoc pactum ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, hausimus.*

956

**Carta de sancto martino et de rio malo**

Astrulfu et nomina vobis zamario presbiter et farega per hunc placitum nostrum uobis compromittimus quomodo sedeamus uel habitemus in uestra casa et apud uos et in uestra villa et faciamus ibidem seruitio sicut facent homines bonos. et si in uestra casa fraudem fecerimus aut in uestra villa aut in uestro labore aut de nostro aut si in alia parte transire uoluerimus sine uestro mando aut sine uestra benedictione sicut in scriptura resona que sedeamus uestros seruus traditus post parte uestra et parte ecclesia sancti martini et insuper pariemus uobis x boues extra aliqua dilatatione et uobis perpetim. Facta placitus x<sup>o</sup> m<sup>o</sup> kalendas marcas. Era D<sup>o</sup>cccc<sup>a</sup> LXXXII<sup>a</sup> III<sup>a</sup>. Astrulfu et nomina in hoc placitus manus nostras roboramus. Dado test. Ranemiro test. Eredo test. Aloito presbiter. Susana deuota test. Spanosendo test. Cidi presbiter test. Fasila presbiter scripsit.

## LXXI

**Desumpsimus ex Livro de D. Mummadona.**

957

**Rex denno Ranemiro. De sancto Iohanne de ponte cum adiunctionibus suis**

Svb imperio opificis rerum que unus in trinitate extat colendus atque glorificandus pater et filius et spiritus sanctus siue et honorem sancti saluatoris et genitricis earum sancte marie semperque virginis uel omnium martyrum virginum et confessorum que domino placuerunt quorum reliquie recondite sunt in cenobio nunccupato Vimaranes que est fundata ad radice montis latito inter duas amnes aue et auizella urbium bracarensis. Ego enim Ranemirus principem uobis dominis inuictissimis mundique triumphatoribus siue et uobis tie nostre domina mummadonna et fratribus atque sororibus uestris habitantibus huic loco. Damus atque concedimus uobis cenobio nostro nunccupato sancti iohannis baptiste que est fundato ripa riuulo aue prope ponte petrina. damus uobis ipsum cenobium integrum cum omnis ornatus eorum uel cum cunctis adiacenciis et praestationibus suis ubique sunt tam de ista parte aue quam ex alia parte. et neminem promittimus que ibidem uobis disturbacionem faciat nec inmodico. Siquis sane quod sieri minime credo aliquis homo hunc factum nostrum infringere temptauerit aut inmodico conaberit quisquis ille fuerit sit segregatus a corpus et sanguinis redemptoris nostri et insuper pariat quantum inde auferre uoluerit in quadruplo. et hunc factum nostrum plenissimam obtinet firmatis rouorem longeba dierum. Facta scriptura testamenti notum die quod erit vi<sup>o</sup> Idus iunii. Era d<sup>o</sup>cccc<sup>a</sup> LXXXV<sup>a</sup> v<sup>a</sup>. Ranemiro principem in hac scriptura a me facta manu mea propria confirmo.

Sub christi nomine Rudesindus episcopus conf. — Ouecus dei gratia episcopus legionensis conf. — Sub imperio saluatoris sisnandus irensis pontifex conf. — Hegica ennegot conf. — Zanon froianiz conf. — Ennegus aliotiz conf. — Mozas tauroniz conf.

Comite Gutiere roderici conf. — Uiarigus confessio conf. — Arulfus confessio conf. — Uiliamirus confessio conf. — Gauinus confessio conf. Sisualdo test. — Trasmiro test. Leouesendo test. — Pelagius clericus. Uiliamirus diaconus. — Sigericus presbiter scripsit.

## LXXII

**Pactum venditionis cujusdam praedii rustici in Lageosa. Charta autographa ex scrinio Monasterii S. Vincentii in Publicum Archivum delata, ibi servatur.**

957

Christus. In dei nomine ego rremestro (?) uobis aloito et uxori tue gotina placuit mici nunllius quoque gentilis imperio nec suudentis articulo set propria mici acesit uolumtas ut uobis iam dictis ut underem uobis sicut et uendo omnia mea ereditate que aueo de parentibus meis igo et gondisalba de ipsa ereditas m<sup>a</sup> integra uobis inde concedo cum omnia sua prestancia quanta ibide potueritis et abet iancencia in villa llaginosa subtus castro petroso territorio portugalensis et accepi de uos precio quantu mici bene complacuit. aueatis uos et omnis posteritas uestra. siquis tamen quod sieri non credo aliquis omo uos proinde calumniauerit que ego ad iudicio deuindigare a uos autorigare noluero tunc infera uel infera quod ualere ipsa ereditate dublata uel quantum ad uos fueri meliorata et uobis perpeti auituro. facta cartula uendicionis pridie kalendas octubres era dcccclxxxv<sup>a</sup>. rremestro (?) in anc cartula uenditionis manu mea +.

fasila. foso. ioacino. rrodosindo. florenzo. sendino. rrekaredo. zaaton teste sumus.

## LXXIII

*Descripsimus ex Livro Preto, Conimbricensis Sedis.*

957

**Testamentum de aqualada et eius ecclesie que testate sunt  
ad locum sancti saluatoris**

In honorem domini nostri ihesu christi et sanctorum apostolorum et sancti saluatoris et sanctorum martirum tuorum pignera qui in eodem loco sunt recondita in loco nominato sperandi territorio uisense. Ego famula dei inderquina qui et palla cum peccatorum meorum mole depressa in spe fiduciaque sanctorum meritis respiro ad usquequaque desperatione decior qui etiam teste conscientia ratui (*sic*) meo criminis sepe pauesco. Vt per uos tamen sanctorum apostolorum reconciliari merear a domino deo nostro et quia scriptum est —Vouete et redditte domino deo uestro. Et ideo ego cum omni affectu mentis atque operis ipsam meam deuotionem adimplendo procu-ro. Vt de munuscula mea aliquantulum munus ex uoto proprio proculo conferre. Siçut enim legimus instituta sententia quomodo principes nostri constituerunt. Quomodo accesserunt una cum orthodoxis uiris illustris pre-sago spiritu pleni calle rectis proculdubio declarare de hereditate propinquis seu neptis uel extraneis aut cuiuslibet persone ut unusquisque de rebus suis in omni robore perpetua firmitate habere tradere licet. Ego exigua famula dei inderquina qui et palla placuit mihi sane animo integra mente per recto pacisque uoluntas ut fac-rem ad ipsius loci sancti saluatoris textum scripture testamenti. ideo offero pro remedio anime mee suburbio colimbrie uilla mea propria aqualada cum sua ecclesia uocabulo sancti martini cym omnibus avertisementibus suis. cortes cum casas hortales uineas pomiferas aquis aquarum sesigas molinarum terras ruptas uel inruptas existus montium per ubique determinauimus ab integro concedo. et diuidit ipsa uilla cum uilla barriolo per illa lomba inter ambas stratas et torna in cubito sinistro ad partem occidente per lomba usque in riuulo cer-toma et trouce illum riuulum certoma usque ad illam contestam terrenam que diuidit inter uillam uluariam et pergit usque ad montem et ferit in illa mamola que diuidit cum uilla sangalios. et torna a parte oriente a rippa riuulo certoma ad illa contesta et troce ibi riuulum et perge per solum per illas uarzenas directum usque ad il-lum marcum qui sedet ad radicem montis de aqualadela et pergit per montis usque nascitur ille riuulus et torna a parte aquilonis directum per illam ganderam usque in riuulo aqualada et diuidit cum uilla sancta colalia troucit illo riuulo et pergit per lomba usque ad illas stratas. Adicio etiam monasterium de marnel cum omni-bus adiunctionibus suis pernominata sancta maria. omnia que ad ipsum locum pertinent concedo pro remedio anime mee. Si quis tamen aliquis homo hunc factum nostrum ad infringendum uenerit uel uenire temptauerit in primis sit excommunicatus et extraneus de sancta communione et cum iuda domini proditore habeat partem in dampna secularia et insuper pariet post partem ipsius fratrum monasterii ipsa uilla duplata et uobis perpetim habiturum. Nodum die quod erit n<sup>e</sup> idus octobris. Eracccc<sup>a</sup> LXXX<sup>a</sup> v<sup>a</sup>. Ego inderquina qui et palla in hac cartula testamenti coram testibus roboraui manu mea +.

Nunus sarraciniz conf. — Aluitus lucidi conf. — Oueco goterriz conf. — Enego garsie conf. — Gunsaluus nu-niz conf. — Furtunius garsie conf.

Fromegildo gunsaluiz conf. — Exemeno diaz conf. — Didacus teliz conf. — Vermudus sarraziniz conf. — Sanctius rex conf. — Felix diaconus notuit.

## LXXIV

*Descripsimus ex Libro Testamentorum Monasterii Laurbanensis. Lectiones varias adjectimus ex membrana scrinii ejusdem monasterii, saeculo XIII scripta, in qua hoc et alia diplomata, sub numeris xv, xliv, l, jam edita, inveniuntur. Sequitur aliud Testamentum, huic in ipso codice et in eadem membrana adjectum. Ambo, enim, diplomata unam tantum donationem exprimere videntur.*

957

**Testamentum de sancto bartolomeus in arraualde de colimbrie**

In dei nomine. Ego samuel presbiter qui fui uigario de petro presbitero cognomento baleuli. Non est enim dubium set multis maneat notum eo quod egrotabat petrus presbitero et congregabat ad se multitudo filii bonorum hominum et habuit in suam uolumptatem secundum et fecit ut abue<sup>1</sup> persone sue tradere ipse samuel presbiter homnia quod possidebat post parte sancti mametis martiris christi qui est fundatum in locum lauribani<sup>2</sup> territorio colimbrie sicut ipse petrus presbitero in salutem fuisse et in mente perfecta. Et cum autem migrabit petrus presbitero pergit ipse uigario ad monasterio laurbani et obsculauit pedes de ille abbas simul et ad fratres ut conplerent omnia quod illi iusserant. Sic autem prouiderunt bene ipsius fratres secundum fuit uolumptas de ipsius defuncti ut si fuisse suo soprino in gradum sacerdotalem nomine adefonso ut possideret ecclesia sancti cucufati et alia ecclesia sancti christofori qui uocant ea sancti bartolomeus qui sunt fundatas in arraualde de conimbric et suos domos cum suas cortes et suas uineas qui sunt in giro de illas ecclesias. Si autem ipse adefonso non permansiset in gradum sacerdotalem secundum nec fecit ut ipsas ecclesias iam pernominatas et ipsas casas et ipsas uineas uel omnia sua facultate quod ipse petrus presbiter relinquit ut in iuri samuel presbiter fuisse dimissum et illi post parte ipsius monasterii testamentum inde faceret secundum et fecit post obitum ipsius adefonsi. Ita ut fuit uolumptas petrus presbitero qui migratus fuit et samuel presbiter complebit. Ego samuel presbiter qui sum uigario de petrus presbitero.

**Et<sup>3</sup> hec<sup>3</sup> testamentum<sup>3</sup>**

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus sanctis martiribus gloriosi sancti mameti quorum baselica locum laurbanus fundata esse cernitur. Ego samuel presbiter qui uigario fui de petro presbitero ex uoto proprio ipsius defuncti conferre deberem. et quia scriptum est —Vouete et reddite domino deo uestro. Ideo omnia affectu operis eandem ipsam deuotionem implere procuro q̄esi concedo et offero ecclesie uestre in locum conimbric fundate. concedo ut dixi pro uictis adque uestimentis monacorum qui in ipsa ecclesia deseruerint seu pro luminaribus altiorum uestrorum uel elemosinas pauperum do atque concedo in arraualde de conimbric duas ecclesias iam pernominatas Sancti bartolomei qui in antea uocabant sancti christofori et sancti cucufati domos cum cortes uel intrinsecus domorum quantum ad omnes apprestitum est. similiter et uineas et ortis qui sunt iuxta illas ecclesias qui de ipso defuncto fuerunt Ecclesie uestre offero perpetualiter abituru*m* iure pateat possidenda. Quo et iurationem confirmo per deum patrem omnipotentem quia nunquam ero uenturi ad inrumpendum hanc karta testamenti. Et qui talia ausus fuerit contaminare et ipsius uoti defuncti frangere. In primis sit excommunicatus et ab omni cœli christianorum sit segregatus et cum iuda traditore sit condemnatus in pena nunquam finienda. Et insuper pariet de quod contaminatus fuerit duplatum et post parte episcopo d solidos componat et c<sup>m</sup> flagelas suscipiat. Ego samuel presbiter qui uigario fui de petro presbitero in anc kartula testamenti manu mea r+ oboraui. Notum die iii<sup>o</sup> nonas nouembris. Era dcccc LXXXV<sup>a</sup>.

Donadeo abba conf. — Tedoni abba conf. — Ambulatus presbiter test. — Moisen presbiter test. — Abundans<sup>4</sup> presbiter test. — Siloni presbiter test. — Johanes presbiter test.

Aiubanus presbiter test. — Homoroz presbiter test. — Aaron presbiter test. — Tructesindus presbiter test. — Fafila presbiter test. — Paulus presbiter test. — Dulcidius presbiter test.

Vincenti presbiteri qui et notuit.

<sup>1</sup> habuit  
<sup>2</sup> laurbanus

<sup>3</sup> haec desunt  
<sup>4</sup> Abundancius

## LXXV

*Charta venditionis cuiusdam fundi in vico Sumlani propè Durium. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

957

In dei nomine ego et uxori mea fofo guanadi placuit nobis bone pacis et uoluntas nullo quoque gentis imperio nec suadentis articulo nec pertimescentis metus sed proprie mihi accessit uoluntas ut ubi uenderimus tibi sumla sicut et uendo omnia mea hereditate quanta que abeo in villa sumlani subtus monte gondemir territorio portugalensis secus flumen durio. uendimus tibi in ipsa villa omnia mea hereditate quanta uisi sumus habere in ipsa villa et medietate de illo pumar in terra que est ad iuxta nostra domo uendimus tibi terras fogares cortinarios arbores fructuosas uel infructuosas petras mobiles uel immobiles aquis cursiles uel incurviles accessum uel regresum omnia et integro tibi uendimus quantum ad prestitum ominis est. et in ipsa villa ubi potueritis inuenire per suis terminis uicos et locis antiquis per ubi illa potueritis inuenire libera in dei nomine habeas potestatem pro que accepimus de uos in precio v<sup>que</sup> modios milii et duos quinales de sicera et uno cabrone tanto nobis bene complacuit et de precio penis apud uos nil remansit in debito ut habeatis uos dies et annos temporibus seculorum. Si quis aliquis homo te pro id calomniare uoluerit an uoluerimus comodo habeatis licencia de nos apprehendere ipso que in carta resonat duplatum uel quantum ad uos fuerit melioratum et uobis perpetim habitura. Facta cartula uendicionis viii kalendas ianuarii. Era dcccc<sup>a</sup> LXXXX v<sup>o</sup>. Fofo et uxori mea guanadi in hanc cartula uendicionis quod fierit relinquendo cognouimus manus nostra+s. Nandulfo test. Strulfo test. Brandila test. Vimaredo test. Andulfo test. Vilifonso test. Gundiuado test. Gundesindo test. Ranemiro test. Guntemiro. Creixemiro notuit.

## LXXVI

*Mummadona, ex regio sanguine orta, amplissimam donationem facit Monasterio Vimaranensi, cuius originem memorat. Descripsimus ex codice sive regestorum libro, qui Livro de D. Mummadona dicitur. Lectiones varias ex apographa charta saeculi XII, jam vero aut destruta aut amissa, descriptas, ut fertur, et in bibliotheca Regiae Academiae nostrae asservatas, adjecimus.*

959

**Testamentum quod fecit domina muina de suas villas ad cistercio Vimaranes**

Cvmclorum etenim telluris huius nostre colonie non ambigit sed plerisque nobilium ac vulgalium<sup>1</sup> didicit et notuit esse. Ego mummadonna didaci et onecce filia et ut mos esse solet ad annos iuuentutis deduta<sup>2</sup> uiro nomine Ermegildo prolix Gundisalui et tarasia matrimonio sum coniuncta idemtidenque cum<sup>3</sup> essemus conexi ut se habeat nobilitas per titulum dotis genui liberos ex coniunctione amborum nominibus Gundisalbus Didacus Ranimirus Nunus Arriane et onecce<sup>4</sup>. Igitur ipse uir meus dum peracto uite cursu termino peruenit ad diem ultimum ante horam<sup>5</sup> migrationis sue recuperato sensu refucillato spiritu conuocauit ad se dilectissimos et credulos sibi Pelagium fratrem suum Rannaldum abbatem Tello tenderiz et arias tutenandit<sup>6</sup> illis quippe presentibus et multi alii assistantibus<sup>7</sup> patefecit nobis deuotionem uoluntatis sue<sup>8</sup> ordinauit mihi coram omnibus presentibus ut omne<sup>9</sup> quanta<sup>9</sup> pars hereditatis nostre licentiam distribuendi haberem in pauperibus et peregrinis uiduis et orphanis uel sanctorum ecclesiis. At uir ego auditu deuotionis bone adsensem prebui et eius iussio instanter inplere procuraui ob suis obolendo delictis et meis delictis cedendo peccatis. Eatenus quidem per consensu symbolum<sup>10</sup> nostrarum fecimus inter nos diuisionis partium predia fundum et facultatum. Item dum inter se alternatim ipsi filii mei uicissim culmellos diuisionis confirmandos roborassent. Et<sup>11</sup> uenit<sup>11</sup> in portione filie mee onece villa nuncupata vimaranes. Et quia isdem<sup>12</sup> temporibus uitam degebat religionis malui edificare in ipso iam dicto prediolo cenobio sub manu abbatis fratrum uel sororum regulari normam tenentes et preceptu<sup>13</sup> sanctorum patrum persistentes. Idemque dum commune cum ceteris sibi tirunculas commaneret peccato inpediente oblita pri-

<sup>1</sup> vulgarium  
<sup>2</sup> deducta  
<sup>3</sup> dum  
<sup>4</sup> Oneca.  
<sup>5</sup> horam fere  
<sup>6</sup> Tutenandiz  
<sup>7</sup> adsistentibus

<sup>8</sup> sivo  
<sup>9</sup> omnem quartam  
<sup>10</sup> sobolum  
<sup>11</sup> cuenit  
<sup>12</sup> eisdem  
<sup>13</sup> sub preceptu

meue conuersationis sanctissima documenta uersa est in secularia detrimenta. Sicuti ipsa ueritas ait — multi sunt uocati pauci uero electi. Relictoque monasterio et suaui christi iugo introybit iuri (*sic*) imperio et carnali desiderio. Quippe dum hunc casus contingere ut a monasterio redire minime redire ualuisset legatos inter me et ipsa diuersa facit ac per multos pene homines bonos ei notui ut commutaret mihi ipsa villula iam<sup>14</sup> sepe dicta ubi olim monasterium construxeram. Metuens ne post obitum meum persistentibus mecum discrimin lacerationis incurrerent et pro bene gestis malum adquirerent. Alioquin melius in uita amitterem quam post excessu meo dubia posteris rebus adquirerent. Illum uero uir suus Gutier roderici cum coniuge nate mee Onece libentissime paruerunt et ultro animo ipsa fundo et etiam aliis villulis et incontramutationibus eorum insimul que eo testamento ad uoto meo distribuimus. Ne<sup>15</sup> reliquendum est qualiter fuit factum et multi manet propalatum. Conatus<sup>16</sup> quidem dulcissimus mihi pignus Nunnus dum adolescentie ad annos effectus esset aductus<sup>17</sup> febre grauissima correptus ad diem usque extremo<sup>18</sup> est<sup>19</sup> deductus. Postmodum tamen spiritum trahens a multis patefecit per quos misericordia mibi innouabit<sup>20</sup> ut pars hereditatis sue pro illius anime remedium fecisset secundum uoluntati mee extitisset arbitrium. Necnon et auctoritas legum censuerunt ut de<sup>21</sup> predia filii defuncti qui superstites soboles non relinquerent parentibus eorum possidenda laxarent. Vt ibi eius corpusculum umatum<sup>22</sup> quiescit in uestra hinc datur<sup>23</sup> intelligi ad seruendum terrena illius subici<sup>24</sup> causa. Hinc etenim exemptis<sup>25</sup> ad seriem redeamus testamenti.

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosis sancti saluatoris sancteque genitricis marie semper uirginis prius in ecclesia positos sanctos apostolos Petrus et Andreas Jacobus et Johannes Phillipus et bartolomeus Thomas et Matheus Jacobus et Tadeus Simon et iudas cananeus cum gloriose<sup>26</sup> ultimo Paulo dogmate egregio<sup>27</sup> celesti curie<sup>28</sup> sublimatur<sup>29</sup>. Pontificum etenim christi electi Cipriani Martini Christofori cum mitibus<sup>30</sup> eorum<sup>31</sup> Torquati Saturnini Augustini adque his felici martirio consecratos. Nonnulli confessione floribus ornatos Sanctis dei martiribus Aciscli Romani Ualeriani Facudi<sup>32</sup> et primitivi<sup>33</sup> iusti<sup>33</sup> et pastoris<sup>34</sup> Adriani Juliani Sebastiani Georgii<sup>35</sup> Felicis Tirsi consocios<sup>36</sup> sacro cruento perfusos. Beatissimarum dei uirginum Eolalie Leocadie Christine Victorie Basilisse natalie<sup>37</sup> Juste et rusine<sup>38</sup> Agnetis et emerentiane<sup>39</sup> cum ceteris uirginibus talamo christi sociatas et eius genitrici adnexas quorum baselica sita est in iam dicta villa vimaranes territorio urbis Bracare<sup>40</sup> aut<sup>40</sup> procul ab alpe latito inter bis<sup>41</sup> alueis uehementibus aue et auizella. Ego ancilla dei exigua omnium seruorum dei<sup>42</sup> Mumadonna conursa cum peccatorum mole depressa in spe fidutiaque sanctorum non usquequa desperatione dei<sup>43</sup> quod sepe reata<sup>44</sup> criminibus iniquitatum mearum sepe pauesco ut per<sup>45</sup> sanctis martiribus christi reconciliari merear cum sanctorum omnium agmina fida supplicatione uocis omnibus imploro. et ideo deuotioni mee extitit ut ob honorem saluatoris et uestram placandam clementiam edificarem in iam prefata<sup>46</sup>. Fundo<sup>46</sup> cenobio fratribus et sororum in uita sancta perseuerantes caste pie et sobrie uiuentes sub manu abbatis degentes necnon et regulas precedentium recte custodientes tamquam nobiscum consistunt<sup>47</sup> quam et quos amor christi nobis agromauerit<sup>48</sup> quod pompa seculi abrenuntiauerit<sup>49</sup> et ad hanc se humillime suaui christo<sup>50</sup> iugo debere postulauerint. Concedo hunc aule beatitudinis uestre iam dicta villa vimaranes que commutaui cum filia mea Onece<sup>51</sup> ut supra fecimus eius mentionem per quam scripta cartula contramutationis et uilla in eius adicio<sup>52</sup> creximiri<sup>52</sup> que contramutauerunt<sup>53</sup> cum rege domno Ranemiro pro uilla samota iuxta flumen durio quod illi dederat tuis suis donus exemptenus pro uilla lalini. similiter et adidit nobis incartationes quos<sup>54</sup> habebat inter Aue et Auizella. Et nos dedimus ei pro hiis villa turbella quod ego acceperan in quinta uiri mei necnon et mea per culmellum inter filios meos et villa turisi<sup>55</sup> que commutaui cum filio meo Didaco pro quo accepi<sup>56</sup> a nobis villa Camantio<sup>57</sup> cum omnibus adiacentiis suis quam simili modo in quinta acceperam uel accepi inteterime<sup>58</sup> huic loco sancto ac seruorum uel ancillarum dei. Concedo villa de fornos villa pignario<sup>59</sup> Laurosa que fuit de iafori<sup>60</sup> que comparauiimus et commutauiimus cum filio suo Vandila in ripa Auizelle villa de sancta eolalia terras et pumares. In uilla de asoredi quantum<sup>61</sup> ibidem habemus tercia de illos sautos et de illas terras. In uilla de cecili incomuniaciones de

<sup>14</sup> iam adicimus.  
" haec desunt  
<sup>15</sup> Nec  
<sup>16</sup> Ganatus  
<sup>17</sup> adulter  
<sup>18</sup> extremum  
<sup>19</sup> deest  
<sup>20</sup> inotavit  
<sup>21</sup> et  
<sup>22</sup> humatum  
<sup>23</sup> data  
<sup>24</sup> subici  
<sup>25</sup> exemptis  
<sup>26</sup> gloriose et  
<sup>27</sup> egregie  
<sup>28</sup> deest  
<sup>29</sup> sublimatus.  
<sup>30</sup> comitibus  
<sup>31</sup> deest  
<sup>32</sup> Facundi  
<sup>33</sup> Primitivi, Justi  
<sup>34</sup> Pastoris  
<sup>35</sup> Gerogii  
<sup>36</sup> cum socios  
<sup>37</sup> Nathalie

<sup>38</sup> Rosine  
<sup>39</sup> Emerentiane  
<sup>40</sup> Brachare haud  
<sup>41</sup> bis  
<sup>42</sup> deest  
<sup>43</sup> dejicio  
<sup>44</sup> reatu  
<sup>45</sup> pro  
<sup>46</sup> prefata fundo  
<sup>47</sup> consistant  
<sup>48</sup> adglomeraverit  
<sup>49</sup> ac renunciaverit  
<sup>50</sup> christi  
<sup>51</sup> Oneca  
<sup>52</sup> adjicio Crexumir  
<sup>53</sup> comutavi  
<sup>54</sup> quas  
<sup>55</sup> Thurisi  
<sup>56</sup> accepit  
<sup>57</sup> Camantio  
<sup>58</sup> integerrime  
<sup>59</sup> peginario  
<sup>60</sup> Jafori  
<sup>61</sup> quantas

gumilanes vr<sup>a</sup> integra quomodo illa incommuniauerant ipsi homines ad rege. Portiones in palatiolo ibidem quantum Herus ueremudiz obtinuit. Incommuniatos<sup>62</sup> de villa fredi<sup>63</sup> cum suas hereditates terras et pumares. in antemiri villa de siluares cum omnibus adiunctionibus<sup>64</sup> suis. Medietate<sup>65</sup> de villa elanci<sup>66</sup> terras pumares et sautos. In mortaria villa de atanes<sup>67</sup> cum cuntis adiacentiis suis. Tercia parte in villas<sup>68</sup> de subpratello<sup>69</sup> quomodo illas incartarunt ad parentes nostros. Et uilla<sup>70</sup> de ataulfu in cadauo terras et pumares. in uilla vimaranes adicio<sup>71</sup> etiam villa que cum supradictis fratribus et sororibus gaanaui postquam<sup>72</sup> cum filios meos per colmellos diuisionis partium que integra fuit in monasterio. In ora maris villa quod uocitant villare Petra sita et Johani iohannis vil lulis quantum ibidem habemus. Adicimus etiam ibi villa de fratres ab integro cum cunctis prestationibus suis. In territorio Colinbrie villa de alcaroubim quomodo illa obtinuit froya gutesindiz per incartationem de Gondisindo suariz cum omnibus prestationibus suis. terras in alauario et salinas que ibidem comparauius. Incommuniationes<sup>73</sup> de prado aluar per suis terminis cum suos homines secundum in carta resonat. Inplazamus in ripa Tamice villa quod<sup>74</sup> dicitur lusidii cum domos terras pumares et sautos que ibidem comparauius et laborauimus siue et porcionem que ibidem habuit incartata germanus noster dominus Exemenus. ecclesia de sancto felice et de sancto mamete que nobis incartauit erus abba et omnia que nobis incartauerat per ipsas uillas in genestaciolo quantum nobis incartauit Silimiro<sup>75</sup> et recemundo in ferreira<sup>76</sup>. villa de colina que nobis incartauit vela forsit<sup>77</sup>. et porcione in monte corduba que nobis incartauit Godesteo uiliulfiz. In prato antile uila que nobis suprina famula nostra per scriptis concessit cum omnia sua. Et alia que comparauius de seges et ecclesia que fuit de parentes nostros uocabulo sancti iohannis. Idem alia ecclesia sancti<sup>78</sup> salvatoris<sup>78</sup> que nobis incartaauerant. In felgeira<sup>79</sup> rubeans<sup>79</sup> villa de mauri secundum illa obtinuit Gondesinde<sup>80</sup> floianiz<sup>80</sup> cum adiunctionibus suis que comparauius de filia sua Gontrode pro que dedimus ei ccc<sup>81</sup> solidos argenteos. in ripa sause villa santom quantum ibidem obtinuit Mito et adosinda de dato de nostros parentes in ripa Auizella<sup>81</sup>. Portionem<sup>81</sup> in villa atanagildi quantum ibidem comparauius uel gaanauius. siue et in uilla de pradanoso et senra de caneto<sup>82</sup> que nobis incartauit egas<sup>83</sup> siue et incommuniationes in penacoua. In ripa limie portionem<sup>84</sup> in suagio siue terras et pumares. In moimenta<sup>85</sup> sub portela de uice que sunt de nostra quinta. et nostra porcione que habemus in villa de cersitelo<sup>86</sup> subtus castro malo. Et<sup>87</sup> in<sup>87</sup> ore<sup>87</sup> maris<sup>87</sup> porcione in villa castiniaria<sup>88</sup> secus ponti uetre<sup>89</sup>. Concedimus etiam huic monasterio secundum superius memoramur<sup>90</sup> pro filio meo Nuno pro anime eius remedio inter ambas Aues villa nesperaria cum omnia que ab<sup>91</sup> ea pertinet que commutaui cum filio meo Gondsaluo pro quo accepit ex<sup>92</sup> me villa de sancto cipriano que erat de colmellos eundem<sup>93</sup> Nuni filii mei. Inter dorio et tamega villa que commutaui cum veremudo adefonsi pro quo<sup>94</sup> accepi<sup>91</sup> villa de portus.<sup>95</sup> In<sup>95</sup> deza<sup>95</sup> que fuit de colmello ipsius filii mei et do etiam adhuc de sua hereditate inter dorio et tamega villa varzena. In ripa minei porcionem in amacisitello. In galacia porcionem in pousada<sup>96</sup> cum domos pumares. Et in fonsini terras et pumares in miliarata<sup>97</sup>. Has<sup>97</sup> uillas<sup>97</sup> filii<sup>97</sup> mei<sup>97</sup> supra<sup>97</sup> memorati<sup>97</sup> post<sup>97</sup> parte<sup>97</sup> ccnobii<sup>97</sup> huius<sup>97</sup> confirmatum pro ornamentas<sup>98</sup> sacre<sup>98</sup> altariorum<sup>98</sup> sanctorum offerimus templum<sup>1a</sup><sup>99</sup> cruce<sup>99</sup> huic sancto que de centum<sup>100</sup> quinquaginta solidos ex auro et lapidibus ornata. Capa deaurata et lapidibus ornata continens cc<sup>100</sup> LX<sup>a</sup> solidos. Ditagos de octoginta<sup>101</sup> solidos. Coronas m<sup>102</sup> tenentes LXX<sup>a</sup> solidos ex lapidibus ornatas. Calices duos unum de LX<sup>a</sup> solidos<sup>102</sup> et alium de L<sup>a</sup> solidos<sup>103</sup>. Cruces m<sup>104</sup> deauratas. Ditagos. Torques deauratas et lapidibus ornatas<sup>104</sup>. Vrceolos de viii<sup>o</sup> solidos. Candelabros n<sup>105</sup>. Lucernas idem. Lampadas de cm<sup>105</sup> solidos<sup>105</sup>. Signos fusiles ex metallo m<sup>106</sup> et totidem campanis. Et turificarios<sup>106</sup> n<sup>106</sup> unum tenentem L<sup>a</sup> solidos et alium LX<sup>a</sup> cum suis fielis oblatis. Stolas cultas<sup>107</sup> XII<sup>im</sup> capas<sup>108</sup>. Duas<sup>108</sup> stolas litoneas de seruicio mense in thesaurum<sup>109</sup>. Concloclearios<sup>109</sup> XII<sup>m</sup><sup>109</sup>. Cifo ex auro et trulios duos. In refectorio<sup>110</sup> uasculos. arcas<sup>111</sup>. concas<sup>111</sup>. Duas<sup>111</sup> scalas<sup>111</sup> duas<sup>111</sup> interrotomas et palmares. Uiginti libros ecclesiasticos. Amtiphonarios m<sup>108</sup>. Organum. Comitum. et manuale Ordinum. psalterios Duos.

62 Incommuniatus  
 63 Frede  
 64 adjunctionibus  
 65 Medietatem  
 66 Eleanci in  
 67 Antanes  
 68 villa  
 69 supratello  
 70 villare  
 71 Adicio  
 72 postquam comparaui de Fratribus  
 " haec desunt  
 73 in communionibus  
 74 que  
 75 Solimiro  
 76 Ferraria  
 77 Forfiz,  
 78 deest  
 79 Feligaria Rubianes  
 80 Gundesinde Froianiz  
 81 de Avizella portionem  
 82 Cavento  
 83 Ecclesias  
 84 portio  
 85 Monimenta  
 86 Ceresitello

87 Habemus ibidem alia  
 88 deest  
 89 uestre.  
 90 memoravimus  
 91 ad  
 92 a  
 93 ejusdem  
 94 que accepit  
 95 portus in dezza  
 96 pausata  
 97 Miliasata. Hec dederunt filii meis super; ego post partem cenobio  
 98 ornamentis sane aliorum  
 99 unum calicem  
 100 centum et  
 101 quadraginta  
 102 deest  
 103 solidorum :  
 104 ornatos :  
 105 solidis centum :  
 106 thuriferarios  
 107 scultas  
 108 capas duas :  
 109 thesaurum, cum coclearios duodecim :  
 110 refectorio  
 111 archas, cuncas, scalas duas,

passionum et precum. Biblioteca. moralium. regulas n<sup>o</sup>s. Canonem. Vitas patrum cum gerenticon. Apocalisin<sup>112</sup>. Etimologiarum. Istoria<sup>113</sup> ecclesiastes<sup>113</sup>. Dedece psalmorum uirorum illustrorum<sup>114</sup>. et sub una cortex regula beati pacomii. passionarii Ambrosii. Benedicti. Isidori. et Fructuosi. et regula puellarum et alium libellum quod continet id est regulas Benedicti. Isidori. et Fructuosi. liber dialogorum. Institutionum beati effrem. Libello quod continet uita beati martini episcopi. et uirginitate beate marie uirginis. trayno<sup>115</sup>. uestes ecclesiasticas tres. De albas n<sup>o</sup>s duos saibis et unum morcum. Alara<sup>116</sup> una<sup>116</sup>. De<sup>116</sup> alueici<sup>116</sup> uelos<sup>116</sup> linea. Quatuor frontales. Palces<sup>117</sup> m<sup>o</sup>r. Palas grecicas<sup>118</sup>. duas alias palas de aluz. Quinque casula. Piscina<sup>119</sup> r<sup>a</sup>. glisissas<sup>120</sup>. Tres<sup>120</sup> de aluz. Quinque dalmaticas. Albas n<sup>o</sup>s. Piscinia r<sup>a</sup>. Et m<sup>o</sup>es auctos. vno<sup>121</sup> de alueci et alia tisaz (sic). Casulas linea<sup>122</sup>. Decem<sup>122</sup> tunicas<sup>122</sup>. Decem<sup>122</sup> superlectiles inter paleas et tramisargas<sup>123</sup>. Duodecim<sup>123</sup> ganapes<sup>123</sup>. linea<sup>123</sup> c<sup>m</sup><sup>123</sup>. Pulmacos<sup>123</sup> similiter c<sup>m</sup>. Alii<sup>124</sup> alii<sup>124</sup> alpes<sup>124</sup>. Quinque<sup>124</sup> almucellas<sup>124</sup>. Quatuor<sup>124</sup> linulas<sup>124</sup> pares<sup>124</sup>. Sabanas<sup>124</sup> xxx<sup>a</sup><sup>124</sup>. Et<sup>124</sup> mantelos<sup>124</sup> polemitos<sup>124</sup> L<sup>a</sup>. Lineos numero c<sup>m</sup>. Caualos xxx<sup>a</sup><sup>125</sup> inter mulos et mulos<sup>126</sup> numero L<sup>a</sup>. Equas numero lxx<sup>a</sup>. Emissariis<sup>127</sup> m<sup>o</sup>es. Et asinos m<sup>o</sup>r. Vaccas quantas habemus in uarzena<sup>128</sup> et in suagio et alias quantas habemus cum homines nostros incommuniatos. oues et boues et pecora promiscua<sup>129</sup> quantas habemus per has villas que in isto testamento resonat<sup>130</sup>. Et ipsud<sup>131</sup> monasterio quomodo de domibus suis circumcepit de omni ambito sui obtinet deinceps non omni sui sata ista ut monasterii sancti sit perhemniter confirmata et seruorum uel<sup>132</sup> ancillarum dei concessa et luminariis altaribus sanctorum saltim elemosinis<sup>133</sup> pauperum susceptione peregrinorum uel<sup>134</sup> a duenatorum hospitorum nullis ex propinquis nostris uel extraneis possum<sup>135</sup> vindicantes quos secularibus negotiis fuerint occupati nisi quod<sup>136</sup> in hunc locum sub manu abbatis et census regule fuerint domino seruientes et in pacatum roborati. Omnia quippe supra scripta ubi est et quantum est ut diximus in prompti loco testamento legimus. ut si quod absit aliquis ex contagione nostri diabolo instigante abbas frater conuersus ac de monaca egredere a communi collegio sine benedictione voluerit nichil de quo superius<sup>137</sup> resonat aliquid usurpare presumpmat<sup>138</sup>. Nulli homines pertinentes nobis filii uel nepti trinopo<sup>139</sup> uel prosapie<sup>140</sup> generis nostris<sup>141</sup> aneptri hunc factum nostrum in aliquam euellere uel infringere temerare conauerit quisquis ille fuerit sit anathema in conspectu dei et sanctis apostolis ita ut partem non habeant<sup>142</sup> in resurreccione prima sed iude traditoris domini particeps effatus pari luat pena per iudicio domini presenti euo plaga percussus a uertice capitis usque in<sup>143</sup> uestigia pedum lepre corporis prouolutus<sup>144</sup> scaturire uermis obtineat nec corpus nec sanguinis domini suscipiat et humani officia et ecclesia excommunicati uulgati<sup>145</sup> permaneat. Comite uel rege pontificibus uel ducibus terre iudicio adicatur<sup>146</sup> ex propinquis facultatibus septies tantum componat quantum inde usurpare voluerit. Hec series testacionis<sup>147</sup> in robore firmitatis permanet iugis eternis. Notum die vii<sup>o</sup> kalendas februarias. Era p<sup>a</sup> cccc<sup>a</sup> lxxxx<sup>a</sup> vii<sup>a</sup>. Ego quidem Mummadomna conuersa hanc concessionem quam cenobio supra dicto facere libentissime sepe procuraui et in diem dedicationis ipsius beatitudinis aule propria<sup>148</sup> manu<sup>148</sup> confirmaui ex officio palatini.

Ego denique Gundisalbus filius gonsalui<sup>149</sup> et de Mummadomne<sup>150</sup> hunc uotum matris mee et salutis anime nostre<sup>151</sup> confirmo. Necnon et ego frater<sup>152</sup> Didacus uotum parentorum nostrorum deuota mente confirmo. Simili modo et ego Ranemirus ultro uoluntarie uotam salutis et ex profectu mee mercedis<sup>153</sup> genitricem<sup>153</sup> conf. Etiam et ego Arriane hunc factum<sup>154</sup> matris mee confirmo.

Guterri rudiensi conf. — Similiter et ego Onece<sup>155</sup> conf. — Nunus aloitiz conf. — Menendus menendi conf. — Tellus aloitiz conf. — Ueremudo<sup>156</sup> uermuiz<sup>156</sup> conf. — Fredenandus siloniz conf. — Nunus floiaz<sup>157</sup> conf. — Aldefonsus gondesindiz conf. — Fromaricus espasandiz conf. — Froila onericci conf. — Sabaricus onericci conf.<sup>158</sup> — Nunus dictus siloniz conf. — Guntericus loitiz diaconus. — Fernandus<sup>159</sup> guterrit<sup>159</sup> — Rudesindus<sup>159</sup> diaconus<sup>159</sup> — Vimarani<sup>159</sup> presbiter<sup>159</sup> — Lucidus<sup>159</sup> godestei frater et diaconus<sup>160</sup>.

112 Apocalipsim  
113 Storia Ecclesiastica  
114 illustrum  
115 Trayano.  
116 alara una de alveici, velos,  
117 palas  
118 glizicas  
119 piscinam  
120 grisissas tres  
121 unum  
122 lineas decem : tonicas decem :  
123 tramisargas duodecim : ganapes lineas centum : plumazos  
124 alli alpes quinque : almucellas quatuor : linulas pares triginta : sabinos et mantelos polimitos  
125 viginti;  
126 mulas  
127 emissarii  
128 Versegie,  
129 permiscua  
130 resonant :  
131 idem  
132 et  
133 elemosinis  
134 et  
135 possunt  
136 quid

137 super  
138 presumat.  
139 crinepo  
140 prosapie  
141 nostri  
142 habeat  
143 ad  
144 pervolutus  
145 vulgatus  
146 abdicatus  
147 testamenti  
148 manu propria  
149 Menendu gundisalui  
150 Mumadomna  
151 mee  
152 Fratres et  
153 genetricem mercedis  
154 factus  
155 Oneca  
156 Vermudu vermuiz  
157 Froilanis  
158 conf. ex officio Palatini.  
159 Fredenandus Guteris. Rodesindus diaconus Frater Fredenandi conf. — Pelagius Mazugilzi — Aloitus Leouigildus Diaconus. Tizom, Frater Vimarani, Presbiter conf. — Lucidius  
160 Diaconus conf.

Sub christi nomine Rudesindus episcopus conf. — Sub imperio saluatoris Sesnandus pontifex riensis<sup>161</sup> — Sub redemptoris clementia Viliulfus presul Tudensis<sup>162</sup>. — Sub aminiculo creatoris Didacus episcopus virque sanducus<sup>163</sup> conf. — Sub deo<sup>164</sup> auxilio Ermegildus episcopus conf. — Sub christi sacri cordia<sup>165</sup> Ataulfus ultra sedis sapiens episcopus confirmo — Ordonius abba iubit — Aloitus cellenouensis prepositus conf. — Quintilla eroylgi confessus confirmo — Aloitus<sup>166</sup> rufus confessus confirmo — Martinus confessus confirmo — Franchimirus confessus confirmo — Arriane diaconus prolis pelagius confirmo — Adesindus frater minus confirmo — Fredebrandus prepositus conf. — Matheus presbiter. Ordonio<sup>167</sup> ponciani<sup>167</sup>.

161 Iriensis conf.  
162 Tudensis conf.  
163 Sandetus  
164 Divino

165 corda  
166 Idem Aloitus  
167 Ordonus Pociani.

## LXXVII

*Decerpsimus ex libro regestorum Livro de D. Mummadona sic dicto.*

959

**Kartula de fano prope rippa maris**

Non est quidem ambiguum sed plerisque manet cognitum eaque villa nuncupata, fano que est erga annae catauo haut procul ab ore maris domne Gunterodi quos concessit ei per scripture benefactis Veremudus pepir suus. et ipsa domna Gonterode commutauit cum Didaco prolis menendi. pro quo et accepit ab eo in saliniense salinas et villa que illi apte fuit. ex quibus utrorumque cartulas sibi commutacionis uicissim fecerunt sicut mos esse solet. Obinde ego didacus placuit anime mee in saluatorem dominum placens series testamenti ecclesie sancte tradi perpetualiter continens ita. Dominis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosisque atque sublimibus sancti saluatoris et eius alme genitrix marie semper virginis sanctis christi martiribus Georgii Pelagii cum sociis suis roseo cruento perfusos sacris dei virginibus Eolalie leocadie cum tirunculis suis sponsi celesti ortu incolas paradisi siue apostolorum martirum multarum reliquie que recondite sunt in villa uimaranes territorio latito diocesi bracharensis secus riolo selio que est fratrum et sororum cenobio. Ego cliens ac pusillus Didacus simul cum coniugi mee Ildoncie cum peccatorum mole depressi in spe fiduciaque sanctorum non usquequa disperatione deicimus qui sepe grauari criminibus facinorum consistimus ut per nos sancti martyres reconciliari mereamur communem dominum ac sanctorum omnium fida supplicatione depositimus. Et ideo deuotione nostre extitit ut de paupertacula nostra aliquantum ecclesie uestre oferre debemus sicuti et oferimus pro uictum atque uestimentum fratrum uel sororum in ipso loco degentium et sub regulari tramite degencium persistencium. saltim pro luminaribus aule sancte et uestimenta altiorum sanctorum siue in elemosinis pauperum uel aduenturum ospitum sicut superius dixi ipsa fundo iam prefata fano per suis antiquioribus terminis cum cunctis praestationibus suis pomiferis saltis pascuis paludibus uel quicquid continet secundum ea commutaui cum domna Gunterodi. Nullus ex propinquis meis uel extraneis proprium vindicantes nisi in ipso loco habitantes et in uita sancta perseverantes. Siquis denique quod fieri deus non paciatur aliquis homo contra hanc series testamenti ad irrumendum uenerit quisquis ille fuerit sit anatema marenata in conspectu dei et sanctorum apostolorum ita ut partem non habeat in resurreccione prima sed iude proditoris domini heres effectus parili pena sit luiturus ita ut nec corpus eius terra suscipiat sed anima eius antro inferni recipiat. Et hec scriptura perpetualiter obtineat firmitatis robore cuncta per secula. Notum die xn<sup>o</sup> kalendas iulii. Era d<sup>a</sup> cccc<sup>a</sup> lxxxv<sup>a</sup> vii<sup>a</sup>. In nomine domini didacus et ildoncia in huius series testamenti manus proprias confirmamus.

Didacus conf. — Guneomirus conf. — Atraulfus conf. — Gundesalbus conf. — Amphilocius conf. — Vilimirus conf. — Aloitus conf.

Astrulfus. Viaericus. conf. — Aarom. Reimundus. conf. — Suniemirus. Benedictus. conf. — Titus. Pelayus. conf. — Aloitus diaconus. Grisomarus diaconus — Suimirus diaconus. Honoricus diaconus — Aries. Veremudus. Itila. Didacus. diaconos.

## LXXVIII

*Ex libro regestorum Livro de D. Mummadona dicto.*

960

**Karta de hereditate de sancto martino et de paretelias**

In dei nomine. Ego Astrulfo et uxori mee Teodilli cognomento nomina. Vobis Zamarius et farega deouota. Placuit nobis per bone pacis uoluntas et sano animo et sana mente ut uenderemus nos vobis sicut die uendimus nostra hereditate propria que abemus in villa de sancto martino et in paretelias in villa mediana et in uillare super sanctum martinum. uendimus uobis ipsa nostra hereditate que abuimus de parte de nostros parentes siue et de comparato de nostros parentes siue et de nostro. uendimus uobis omnia ipsa hereditate in ipsas villas prenominatas ad integrum cum omne sua prestantia sicut in carta resonat. montes fontes sautos arbores fructuosas uel infructuosas pascuis padulibus cum adiunctibus suis exitu uel regressum terras cultas uel incolitas uobis uendimus pro ipsas villas prenominatas quam de auios quam et de parentela sicut et de nostro comparato per suos terminos anticos ubi illa potueritis inuenire et accepimus de uos pretium que nobis bene complacuit et de ipso pretio nichil apud uos remansit in debito ut de hodie die tempore abeatis teneatis ipsa hereditate ad integrum firmiter iuri quietum uos et omnis posteritas uestra. Siquis sane quod fieri non credimus aliquid homo de parte nostra ad inrrumpendum uenerit uel uenerimus ac nos aut quiliue homo quomodo duplemus uobis ipsa hereditate et uobis perpetuum. Facta cartula uenditionis x<sup>o</sup>m<sup>o</sup> kalendas marcas. Era d<sup>o</sup>cccc<sup>a</sup> lxxxx<sup>a</sup> viii<sup>a</sup>. Astrulfo et nomina manus nostras roborauiimus. Dado test. Ranemiro test. Eredo test. Aloito presbiter. Susana deuota test. Spanosendo test. Cidi presbiter test. Fafila presbiter scribsit.

## LXXIX

*Pactum renditionis quorundam praediorum in locis Villar de Porcos Lagielas et Quederis dictis. Ex charta autographa scrinii Monasterii Morariae, nunc in Publico Archivo servata, descriptimus.*

960

Christus. In dei nomine ego eddeges et uxor tue iulia uobis didagu et uxor mee basalisa placuit mici bone pacis et uolumtas asto animo propria nostra uolumtatem nullius quoegentis imperium nec suadentis articulum nec pertimisentis metum set propria nobis acecit uolumtas ut uindere uobis iam dictis de mediata tem de meos domus ubi modo auito de ipso casalem in omnique giro comodo est conculsu. medietatem uobis concedimus de cassas de mazarias amaxianias omnem quitquit ad prestitum ominis est. Ita tamen uendimus uobis mediata tem de pomare que aueo tras rium comodo est in omninem giro medietate de ipso pumare quod iam uendimus. et discurit ipso pomare per arrugium iusta pomare de monagus et torna per sacarios et torna ualo antiqua et indem (sic) per sipiatus usque in arugiu unde primito incoauimus mediata tem de ipso pumare cum sua terra calua mediata tem uobis concedimus. et de alio pumare que abeo que fuit de flazino de mea quarta mediata tem. et de alio pumarello que fuit de leoueredu de mea mediata tem medio uobis uendimus ad intecru. et abet iacentia ipsos pumares in villa que uocitant uillare de porcos et villa quederizi et villas que dicent lagielas teritorio portugal. ita tamen de iure nostro iuri uestre sit concesso abeatis uos et omnis posteritas uestra et accepimus de uos precium in saia karmesem in xxx<sup>a</sup> (?) modios que mici bene complacuit. siquis aliquis omo uenerit contra anc kartula uinditionis anc ego anc quelibet personem de pars nostra parsque uestre ipsos pumares cum suo terreno dulplatum uel quadruplicatum et uos perpetum auiturum. notum die quo est xiii kalendas aprilis era DCCCLXXXVIII<sup>a</sup>.

et qui fuimus nos testes nausti trucmirizi ic test. froilla donanizi ic test. tructemiro ic test. auomari didazi ic test. riquilum sandizi ic test. gudesteua ic test. fredenandu ic test. eldegundia sisilli ic test. riquilli ic test. item sisili ic test. Cutum presbiter scrisit. uiliulfus presbiter busgala armetario ic testes sumus. eldeges et iulia in anc kartula uindicionis manus nostras ++.

Eldeges et iulia et ego didagu et basalisa facimus unus au aliis placitum ut sic abuerimus a uindere ut uendamus illa ereditate illa alia media sic abuerimus ad uindere tornemus illa in uestra manum aut de uestros

D. et C. Tom. I.

13

filius pro pretium iustum quod omnes bonos apreciaberunt et sic unc placitum exserimus kareat ipsa medieta-  
tem in ipsa villa in pumares in terras duplatum uel quadruplatum et uos perpetim auiturum notum die diem quod  
est era DCCCLXXXVIII<sup>a</sup> XIII<sup>o</sup> kalendas apriles.

Eldeges et iulia et didagu et baselisa in oc placitum manus nostras + + + +.  
nausti trutemirizi ic test. froila tructemiro fredanandu i armetario bustala ic test. eldegundia sisilli ic test.  
item sisili i test. et ali plures in ueritate.

## LXXX

*Pactum venditionis quorundam bonorum in pago Paçoo. Charta autographa, ex scrinio  
Monasterii Vaironensis in Publicum Archivum delata, textum nobis suppeditavit.*

960

Christus. In dei nomine ego sasuili plagi mici asto animo ..... ingentis imperio nec  
subadentis artigulu set propria nobis acesit uoluntas ut uindere uobis froila et uxore tua gundilu sicut et uindo  
eredidate mea propria que abeo in uila que uocitant palagiolo quantaque nobis conpotet inter meos fratres uel  
germanus mea portione ad intecru in ipso casale et in pomare et in teras in figares in admesinarias in castinaria-  
rius et in domo. omnia portione uobis uindo ad intecru ubique eam potueris inuenire. et abet iacentia ipsa eredi-  
date in uila que uocitant palatione territorio portugalense subtus castro de boue et adcepimus proinde de uos  
pretio in que mici bene conplagui et de pretio abut uos nicil remansit in deuitu set omnia mici conpelitis ita ut  
de odie die nec tempore siat istu que subra escrisimus de iuri miu adrassa et in uestro iure uel dominio siat tra-  
dida et confirmata. aueatis teneatis iuri quietu uos et omnis posteritas uestra. si quis sane quod fieri minime non  
credimus aliquis omo ueneri uel uenerimus ad inrunpendu contra anc cartula uenditionis que ego in iudicio  
deuindere uel diuindigare non potuerimus post parte uestra comodo pariemus uobis ipsa ereditate dupla  
uel quantu ad uobis fuerit meliorata et uobis perpetim auitura. facta cartula uenditioni VII kalendas iunias  
era CCCCLXXXVIII<sup>a</sup> (sic). sasuili in anc cartula uenditionis manu mea + oliti de ..... amore icst. suabas (?)  
test. trudili test. sisili test.....

## LXXXI

*Nobilis mulier Flammula, amitae sive materterae suae, Mummadonae, facultatem largitur  
vendendi vel donandi, ecclesiis monasteriis et piis locis castella, praedia, supplectilem et alia bona  
quae ipsa Flammula possidebat. Descripsimus ex codice, qui titulum Livro de D. Mumma-  
dona prae se fert.*

960

**Karta de lalin et de castellos et villas de sangunedo et de villanova  
in ripa Aue**

In nomine domini. Flamula deouota filia Ruderici et Leodegundie dum uenit ad infirmitate timendo die  
extremo leuauit confessionem hic in villa lalini. Ordinauit ducere ad homines bonos id est tie sue Godo Eroni  
Gontemiri conuersi fromaricus nantiz quintilla gaudiniz Julianus reuelliz et cum eos alias multos filios bonorum  
hominum ducerent eam ad locum monasterii vimaranes et ad tie sue Mummadona deouota. dum peruenit ibi-  
dem in eius presentia uidit se afflita in infirmitate ordinauit ad ipsa sua tia omnia sua destribuere pro remediu-  
anime eius. Et in laicale nichil transferre nisi ad monasteria et in captiuis et peregrinis tam villas quam ser-  
uus que ei ordinamus ingenuare ut sit ei adtributa licentia testandi villas nostras ad locis monasterii uendendi  
castellis nostris uel terris populatione parentum nostrorum contramutandi donandi aurum nostrum argen-  
tum paleum laneum uel as nostrum quantumcumque sumus habere in manibus ipsa tia nostra iam sepe di-  
cta omnia nostra tradimus ut cui illa inde scripturam fecerit firmissimam habeat firmitatem tam uendendi quam  
etiam donandi villa de lalin cum adiunctionibus suis villa de arca villa de sancta eolalia villa de fontanello  
cum suis ecclesiis in as villas et per suis terminis. leuat se de illo portu de catauo et perge ad illa ponte pe-  
trina et conclude illa bracata et inde ad illa bornaria et inde per ille uallo et fitget se in riuulo homine ad illo  
portucarrario et inde infesto per riuulo homine et fere in suari ad foce de mandones et sursum in ripa ho-

mine. villar sauaraz ab integro cum quantum in se obtinet et de illa petra balestaria quomodo iacet illa uarsena usque fere in homine ab integro et perge per ille fontano de mandones infesto inter villa uerde et sancta eolalia et figet se in termino de baruudo in agro que dicent couello et inde per illo uallo in termino de turisi et uay per illo uallo ad illo mulione de onegildo et exinde per illo comaro de illo monte inter liuane et archa et inde per illa archa et inde ad fonte coua et fere in illo vallo inter ollarios et fontanello et inde ad ille fontano discurre inter sautello et insula et plega in catauo ad ille porto de infernales et inde unde primitus incoauimus. Ordinamus nostros castellos id est Trancoso moraria longobria naumam uacinata amindula pena de dono alcobia seniorzelli Caria cum alias penellas et popalaturas que sunt in ipsa stremadura omnia vindere et pro remedio anime nostre captiuos et peregrinos et monasteria distribuere in ipsa terra. Concedimus inter ambos riuulos sabadelli vilar sico ueiga anta et eclesiola. In ripa durio murofracto integro extra villas de heiua quos ibidem ganaui. Concedimus ad monasterio de vimaranes id est in illa extrema villa cersaria treuules baldoigii medium. In ripa de aue sanguinetum villanoua cum cunctis adiunctionibus et prestationibus. In ripa catauo villa de radigoso. ad tulias lusidii nostras casas de uarzena et suo pumare dent pro ea pretium germano nostro domno Ranemiro que dent in captiuis. Villa de lalin sit in arbitrio de ipsa nostra tia domna Mummadomna cum as villas que ibidem sunt testatas retorta castro nugaria portella tebolosa ut pro anima nostra faciant monasterium de vimaranes sicut illas ganauit auios nostros didaco fredenandiz et coniuge eius onnice. ad salizeta barrantes mastudo. ad pessegario moledo. ad azer bretenandus. ad orreo villa mediana. ad palatiolo padule et palatio. illa ministeria de cogia libros et signos tornent ea illuc ad orra amarella que est in lalin dent illa pro uacas et illa alia de domno Nuno dent pro ea xv<sup>m</sup> boues pro meas missas et unde dent ad lalini illas agnoscas. faciant inde ministerias ad lalini cum illo auro et illas lapides que sunt in salzeta. illo ornado extra illa sarta que posui in cruce illa de sancta maria et illas scalas et illas ganapes dent eas pro captiuos. et illa sella et alio mobile si uixero omnia sit in meo arbitrio. et uno panno tiraze que dent ad quintilla. Siquis hunc factum nostrum aliquis homo irrumpere uoluerit sit excommunicatus et segregatus ad corpus et sanguine domini nostri ihesu christi et insuper pariat omnia supra taxatum duplatum uel triplatum. Facta series noticia uel testamenti m<sup>o</sup> idus Julii. Era d<sup>a</sup>cccc<sup>l</sup>xxxx<sup>viii</sup>. et illos xxxx<sup>a</sup> solidos argenteos xii<sup>im</sup> de illo corno et illos alios de illa conca mandet illa domna dare ad calidas. lenzos xxxx<sup>a</sup> que habet a dare sandino froilaz dent eos ad illos fratres de louio. Illas mulas que abet menendo et Gondesaluo dimitto eas si dederint aliquid pro mea anima et si non quomodo bene uident. freno et alcama que habet tructino et alio freno aluo que abet sedeges nunit eiciat eos meo iermano domno didaco. et dent male (?) pretium pro mea anima. omnes illos meos cartarios sunt in salzeta ducant eas ad uimaranes. Flamula in hanc noticia uel testamento á me facta manu mea confirmo. Didacus ataulfiz conf.

Ataulfus confirmo test. — Guntemirus conf. test. — Gauinus conf. test. — Astorulfus conf. test.

Egas test. — Quintilla gaudiniz test. — Tellus test. — Tedon gontemiriz test. — Aloitus diaconus test.

Romano test. — Arias diaconus test. — Onoricus diaconus test. — Fagildus diaconus test. — Aloitus diaconus test. — Julianus sandini notuit.

## LXXXII

*Ex libro regestorum, Livro de D. Mummadona sic dicto, descriptissimus.*

961

### Carta de uillacoua in cauto de moreira

In dei nomine. Ego Adosinda uobis dominis inuictissimis ac triumphatoribus santis gloriosisque martiribus Sancti saluatoris Sancte semper uirginis marie sancti georgii et sancte eolalie quorum baselicas scita esse di noscitur in villa uocitata vimaranes territorio bracharensis subtus monte latito. Ecce ego exigua ancilla christi ad osinda cum peccatorum inole depressa in spe fiduciaque sanctorum per uos tamen reconciliari merear deo quia sepe conscientie mee reatui pauesco non usquequaque deicio presenti omnipotenti domino qui me in hac luce firmauit creauit et ad intelligenda que dei sunt in quantum uoluit dona produxit conferens meo ex bonis suis diuicias corporales amonens etenim me ut faciat deinde mamone thesaurum permanentem in celis. Unde ego compunctam diuina ammonicione et firmati ex promissione qua dicit —Uendite que possidetis et date elemosinis. ~~et~~ uenite sequimini me — elegi suspendium anime mee quia nec initium nascendum nouimus nec finem scire ualeamus quando ab hac finem migraturi erimus. Obinde michi placuit secundum saluatoris sentenciam ut facerem ~~artula~~ testamenti de hereditate mea propria que habeo in villa uocitata villacoua subtus monte de cauallus dis-

currente Riulo Auizella territorio bracharensis. concedo ego iam prefata exigua ancilla christi Adosinda omnia mea hereditate quanta que ibidem habeo ad ipsum locum monasterii vimaranes siue ad fratres et ad sorores qui in uita sancta perseuerauerint ut inde illis habeant tollerationem et nobis ante dominum dignam remuneracionem. siue et ratione de filia mea Gontina quantaquem ibidem habuit ab integro. et concludimus ipsa villa per suos terminos. leuat se de agrelo de domna Gontina et perge per carraria usque fere in comaro de sendari et inde in termino hereditate de astagio et inde in illa fonte et uai per illo comaro usque in petra natiua et perge ad illo outeiro et inde ad uallinu et fere in arena longa in illa aqua de auizella et perge per riulo infesto et fere super canale usque fere in termino de caldas ipso riulo cum suos molinos et cum suas piscarias et suos canales et torna per termino de caldas usque in bouza de odrocia ad penouzus usque diuide cum sancto martino et diuide cum termino de varzena et uai per sepe de abellorito et conclude dextros de sancto pelagio et sua ecclesia et inde per aria uetera et conclude casale de arualdi usque fere in termino unde primiter incoauimus exceptis casalis de cersario et de uimara et de sando et de lalla. Illa alia villa concedimus uobis ab integro cum omne sua prestancia que in se obtinet quantum ad prestitum hominis est ad ipsum locum sanctum et ad fratum uel ancillarum dei ibidem in uita sancta degentium uel consistentium ibidem in uita sancta perseuerauerint ut sis eis subsidium seu refrigerium et elemosina pauperum etiam hospitum et peregrinorum. et iuratione confirmo per deum et eius gloria regnum quia contra hunc factum meum nunquam ero uenturam. Quod si me aut aliquis ex progenie mea uel quelibet generis homo hunc factum meum ad irrumendum uenerit aut ad infringendum auferat deus memoria illius de terra carensque amborum lumina oculorum presenti seculo et post peracto cursu temporis cum iuda domini proditore luat penas in eterna dampnatione et insuper dampna secularia afflictum parat post parte ipsius monasterii uel qui ibidem in uita sancta perseuerati fuerint. omnia superius resonat duplatum uel quantum ad uobis fuerit melioratum et hunc factum nostrum plena habeat firmitate. Facta series testamenti vi<sup>o</sup> idus marci. Era D<sup>a</sup>CCCC<sup>o</sup> LXXXXVIII<sup>a</sup>. Adosinda in hac series testamenti quod fieri elegi manu mea confirmo. Sub dei gratia adaufus episcopus conf.

Uiarigus confessio manu mea conf. — Gaudila confessio manu mea conf. — Fagildus confessio manu mea conf. — Lucidus confessio manu mea conf. — Manilani presbiter manu mea conf.

Aaron confessio manu mea conf. — Guandila confessio manu mea conf. — Tructus confessio manu mea conf. — Onoricus confessio manu mea conf. — Aloitus presbiter manu mea conf.

Jafari presbiter confirmo — Didacus presbiter confirmo — Aerigus presbiter confirmo — Viliamirus presbiter confirmo — Suimirus presbiter notauit.

### LXXXIII

*Descriptimus ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii. Exemplar aliud, quod nunc in Publico Archivo invenitur, et in scrinio ejusdem coenobii olim servabatur, autographum creditum, potius ut figmentum, antiquum quidem, apographi authenticus tenendum.*

961

### Testamentum de cerzeto in ripa de aluia et uilla serpinis in ripa de seira et uilla de padalares

Domno inuictissimo hac triumfissimo sancti mameti cuius baselica fundata esse cernitur in loco lauribano. Ecce ego seruus uester gundaluus moneonis cum peccatorum mole depresso in spe fiduciaque sanctorum meritis respiro. Placuit michi sana mente integroque consilio mente perfecta ut facerem ad ipsius loci et sanctorum altariorum uestrorum seu et ad teoderigus abba et ad suos fratres qui in ipso monasterio deseruierint. In primis concedo uobis mea uilla que uocitant cerzeto integra cum omnibus adiectionibus suis per terminos antiquiores. et iacet ipsa uilla in ripa de aluia. et terras ruptas uel inruptas et uineas et pumares et arbores siue sesegas molinarum siue quantum ad hominis apprestitum est. Et do uobis alia uilla pernominata padalares integra cum omnibus adiectionibus suis. Et adicio aduc uobis alia uilla que dicent serpinis cum totos suos dextros et terminos anticos et confero uobis in ipsa uilla x<sup>m</sup> uaccas bitulatas et LIII<sup>a</sup> ouelias. omnia ut dixi ab integro uobis concedo pro remedio anime mee uel parentum meorum. Quo et iuratione confirmo per deum patrem omnipotentem quia nunquam ero uenturum ad irrumendum hunc meum uotum. Quod si quis tam pontificum aut eredum aut cuiuspiam generis homo hunc meum uotum intrumpere uoluerint In primis sit excommunicatus ab omni cetui christianorum et cum iuda proditore abeat participio in eterna damnatione. Et insuper pariet quod defraudare ausus fuerit quadruplum. Et hunc meum uotum plenam obtineat firmitatem. Notum die vii<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era DCCCC<sup>o</sup> LXXXXVIII<sup>a</sup>.

Gundisaluus moneonis in anc testamenti manu mea. —david quamuis neglegens abba conf. —Zaccarias abba conf. —Exemenus didaz conf. —Neponanus (*sic*) conf. —Aiubel presbiter test. —Facebona presbiter test. —Songemiro presbiter test. —Aspidio test. —Florite test. —Gaudio test.

Veremudus rex confirmo.

---

## LXXXIV

***Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii hausimus.***

961

**Testamentum de rido (sic) de asinus et de speraindeo**

Hob onorem domini nostri ihesu christi et sanctorum glriosimorum martirum sancti mameatis et cetera sanctorum pignera qui in eodem loco sunt recondita in loco nominato urbanensi cenobio suburbio colimbrie discurrente ribulo mondeco. Ego exigua hac pusilla baci indigna inderquina atque palla in domino semper salutem amen. Cum peccatorum meorum mole depressa in spe fiduciaque sanctorum meritis respiro non usquequam disperatione deicior. qui etiam texte conscientie reatui mei criminis sepe pauesco. ut ergo per uos tandem sanctissimi martiris reconciliari merear a domino deo nostro. et quia scriptum est —Vouete et reddite domino deo uestro. Et ideo ego exigua famula dei iam dicta Placuit mihi sano animo integroque consilio mente perfecta pacisque uolumptas ut facerem ad ipsius loci sancti mameeti textum scripture testamenti series benefacti. Ideo ofero pro remedio anime mee necnon et de uiro meo suarius sendini filius. In primis uilla speraindeo ubi recondite sunt reliquie sub aula sancti saluatoris et omnes sancti apostoli siue et reliquiarum sancte marie semper uirgo permanens cum suas uirgines. ipsa uilla iam dicta cum omnes aiacentiis et prestationibus suis et alias uillas per nominatas. id sunt. talaba. uillanova. ubi alium monasterium fundatum est. cum omnes adiectionibus suis. Et adicio etiam alia mea uilla sauugosa per suis locis et terminis antiquis. et laurosa. ferronio. et uineas quod sunt in ripa pauie. et uilla de sancta eolalie cum omnibus prestationibus suis. et suniloni. omnes as uillas in urbis uiseo sunt constructas. et de urbis colimbrie concedimus ad iam supradictum monasterium uilla aqualada quomodo ex parte cum barriolo et de alia parte cum auelanas et cum sangalias et monasterium de marnelle que uocitant sancta maria de lamas cum suas uarzenas et cum omnibus prestationibus suis. Omnia ut dixi liberum in dei nomine abeat potestatem pro remedio anime mee et parentum meorum et pro memoria suarius sendiniz diue memorie ut sit in sustentatio fratum in luminariis altarium uel elemosinis pauperum. Quo et iurationem confirmo per deum patrem omnipotentem quia contra hunc meum factum numquam ero ad intrupendum. et qui talia ausus fuerit contaminare uel infringere tam de meis propinquis quam de extraneis In primis sedeat excommunicatus a sancta communione et cum iuda christi proditore abeat participio in eterna damnatione nunquam finienda ubi diabolus cum suis satelibus manet. Et insuper quantum auferre temptauerit in quattuor duplo componat. et post parte regis duo auri talentum. Et hunc factum firmum abeat roborem. Facta series testamenti u idus nouembris. Era dcccc<sup>o</sup> lxxxx viii<sup>a</sup>. Ego inderquina atque palla in hanc karlam testamenti manu mea ++.

Oueco muneonis conf. —Gundesindus conf. —Didagus conf. —Sub christi nomine Rudesindus episcopus conf. —In christi uirtute gundisaluus episcopus legione sedis conf. —In christi potentia uiliulfus episcopus tudense sedis conf. —Sub christi auxilio ariani episcopi dumense sedis conf. —Sub dei amniculo sisnando dei gratia episcopo iriense sedis conf. —In christi potentia dominicus episcopus Zamorense sedis conf. —Sub christi uirtute Ermegildus episcopus uisense sedis conf. —Ranemirus rex unc factum quam fecerunt auios et parentes nostros ego conf. —Santius serenissimus princeps conf. —Veremudus rex simili modo conf. —Gutierrez gunzaluiz conf. —Nepozanus didaz conf. —Exemenus didaz conf. —Didagus muneonis conf. —Gunzaluo muneonis conf.

---

## LXXXV

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi desumpsimus.*

961

**Testamentum de illa uarzena de arcus**

In dei nomine. Ego aldroto olidiz qui sum uigario de domna elduara prolix gundisaluiz uobis iquila iben nezeron et uxor tua et filiis tuis placuit nobis sana mente integroque consilio ut uenderemus uobis sicut et uendimus senara nostra propria que abemus in ripa de arcus et abet iacentia de una parte diuidet per fontanello de ferrariolos cum uillare de caluos et de alia parte per deuesa de sancti cucufati usque in illo freixeno. uendimus uobis illam integrum secundum de iuri meo mansit. Et accepimus de uos precium uno captiuo christiano pro remedio anime nostre tantum nobis bene complacuit. et hoc notum sit ut illa senara habeatis illa in uita uestra et post obitum uestrum que remaneat illa senara ad monasterium lauribanus uocabulum sancti mameatis pro remedio anime nostre. Siquis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc nostrum factum ad intrupendum in primis sit excommunicatus et ad corpus christi sit segregatus et cum iuda traditore abeat participio et insuper quantum auferre conaberit in quadruplo componat. et unc factum nostrum plenam obtineat roborem. Facta karta uenditionis xv kalendas ianuarias. Era DCCCC LXXXX VIII<sup>a</sup>. Et ego aldroto qui anc kartam iussi facere manu mea propria r+ oboraui. Gundisaluus moneonis conf. Omeir presbyter. Zalama iben recemondo test. Dulcidio test.

## LXXXVI

*Pactum venditionis bonorum quorundam in pago de S. Martino. Ex charta autographa quae in Publico Archivo invenitur, ab scrinio Monasterii S. Vincentii, seu potius Coenobii Morariae, delata.*

964

Christus. In dei nomine ego flamulina uobis frola enegozi et uxor uestra trastalo plaguit nobis pro bona pacis uoluntas nulisque gentis imperio nec suadentis artigulo set probia mici acesit uoluntas ut facere uobis textum scritura uendicionis sigudi et facio de ereditate mea probia que aueo de parte de meos abios nominibis leouerredo et auremiga in uila de sancto martino teridorio anegie inter duiru et tamiga. uindo uobis in ipsa uila omnia mea ratione quantum me ibidem conpōdet inter meos eredes. pumares sautus casas cum intrisegus domorum terras rutas uel inructas aquas cursiles uel incursile quiquid in ipsa uila inuenire podueridis in mea ratione omnia uobis concedo ad intecro cum omni sua prēstancia et accebis de uos precio xi modios de ciuaria (?) que mici bene conplaguit. aueadis uos et omnis posteridas uestras. siquis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit ad intrupendu uenerit tunc infera uel infera parie uobis ipsa ereditade dublada uel quantum ad uos fueri melioradu uobis perpedim audiuro. facta carta nodum die v kalendas februarias era milesima ii<sup>a</sup>. flamulina in anc scritura uendicionis manus mea +.

marcu presbitero pepi test. — gutiere test. fagildu test. — addaulfu test. rando test.

leuegildo test. — menendo test.

godesteo fofiz test. — menendo piniolis (?) — cristoualo test.

Tedone quizezi scripsit.

## LXXXVII

*Ex codice, Livro Preto da Sé de Coimbra sic dicto, sumpsimus.*

964

**Testamentum de uilla seuer et de illius ecclesia**

In nomine patris et filii et spiritus sancti qui est in trinitate unus est uerus deus siue ob honore sancti andree apostoli sancti christofori et sanctorum eius quorum baselica esse dinoscitur in uilla que uocitant seueri sub monte zebrario secus riuulo uauga territorio portugalense et diuidet hec uilla cum uilla sancti martini et cum uilla de palaciolo et de alia parte cum uilla de siluascura et cum uilla de nesperaria. Ego nos clientuli ac pusilli sandinus et gundesindus prolis suarri et goldrogodo una cum uxoribus et filiis nostris serui christi hoc testamentum facere elegimus ac manibus nostris aule uestre offerre curauimus. Nullius quidem est dubium set multis manet notum pro idem loco ubi uestre reliquie esse noscuntur et quod habuerunt hanc villam parentes nostri domno suario et domna goldrogodro et diue memorie pro multorum curricula annorum et concederunt eam ad iacob aba post parte sancta et monastica et pro anima illius requiem obtinuit eam ipse abbas et fratribus suis et post obitum eius deuenit in direptione atque destructa permaneat. Obinde nos iam superius nominati sandinus et gundesindus uobis godesteo et sandino presbitero et fratribus uestris placuit nobis Ego (*sic*) animo integro que consilio ut faceremus uobis textum scripture testamenti et concessionis de ipsa uilla desuper nominata seueri cum ecclesia et cum omne sua prestancia domus cum intrinsecis suis terras ruptas atque baruaras arbores fructuosas uel infructuosas aquis aquarum exitum et regressum omnia que ad prestitum hominis est in ipsa uilla concedimus pro animabus parentum nostrorum et nostrarum sicut eam obtinuerunt parentes nostri ita et nos cuncta uobis concedimus Post parte sancte ut habeatis uos firmiter et omnis posteritas uestra qui in uita sancta perseuerauerint. Adicimus uobis etiam huic loco m<sup>a</sup> de uilla de pinitello quantum ibidem obtinuerunt parentes nostri et est ipsa uilla inter uilla de ceterina et uilla de idolo subtus monte gabro secus riuulo uauga territorio uisense ut ibidem deseruiat ad ipsum locum pro animabus nostris deo seruicium Modo uero ratione seruata ut de hac re nichil inde ualeatis extraneare nec ad principem nec ad pontificem nec ad ullum hominem nisi ut diximus. Habeatis uos et omnis posteritas uestra qui uiam monasticam deduxerint et fratribus uestris qui in ipsum locum sub regimine et sub manibus uestris habitare uoluerint firmiter possideant. Ita ut de hodie die et tempore omnia que de sursum resonant sint de iuri nostro abrase et in uestro iure uel dominio sit tradita atque concessa. Habeatis uos et omnis posteritas uestra qui uestram hereditatem possiderint. Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus an nos an filii uel nepti nostri uel quilibet homo qui uos pro hoc munusculo genitoris nostri et nostre uos inquietare uoluerint que nos a parte uestra auctorizare et deuendicare non potuerimus aut noluerimus pariemus uobis pars nostra parti uestre omnia que sursum resonat duplatum uel quantum a uobis fuerit melioratum et insuper maledictio christi sustineat et portas inferni possideat et cum iuda christi traditore partem habeat in eterna dampnatione et pariet post parte iudicum auri talentum unum et hec cartula testa menti plenam habeat firmitatem. Nodum die vii<sup>o</sup> kalendas octubris. Era m<sup>a</sup> ii<sup>a</sup>. Regnante rannimiro principe pro sanctii regis. Primus abba cum collegio fratrum urbanensium manu mea conf. Sandinus soariz in hac scriptura testamenti quod fieri uolui manu mea conf. Gundesindus suariz in hac scriptura testamenti quod fieri uolui manu mea conf.

Matheus test. — Velascus nunniz test. — Berenaldus test. — Zamario test. — Manioi test. — Ebrahim test.  
— Adulfo test. — Fralengo test. — Mauran test.

Abaiub test. — Trasmundus test. — Froila presbiter test. — Arias presbiter test. — Tardenadus presbiter test. — Gaudila presbiter test. — Fonsino conf. — Balderedo presbiter test. — Pantalio presbiter test.

Blatus abba manu mea conf. — Randulfus abba conf. — Aluitus presbiter conf. — Adefonsus presbiter test. — Donnon presbiter test. — Teudila presbiter test. — Atanagildo presbiter test.

## LXXXVIII

*Descriptimus ex libro regestorum Collegiatae Vimaranensis, Livro de D. Mummadona sic dicto.*

964

**Kartula de moreira et Castlnelra**

In nomine domini. Ego adosinda prolix Guttier et Ilduare. Uobis Gunsalbo menendiz et uxor tue i<sup>nd</sup>uare. Placuit mihi adque conuenit nulius coegeritis imperio neque suadentis articulo sed propria mihi accessit bone pacis et uoluntas ut faceremus uobis sicut et fecimus textum scripture contramutationis uel firmitatis de vilas nostras proprias quos uocitant moraria et castineira et abent ipsas villas iacentia subtus monte de cauallus territorio bracharensis. Damus atque concedimus uobis villa de moraria quomodo se leua de ripa riuulo auizella et inde in parte ista per suis terminis et locis antiquis siue et villa de castiniaria secundum illa obtinuit ama Godina et ego illa habui incartata cum uiro meo diue memorie Ranimirus menendi secundum illa habuimus incartata de Rex domno ordonio. ipsas uillas secundum sursum resonant Damus atque concedimus uobis eas et quidquid in eas ad prestitum hominis est. Id est terras ruptas uel inruptas petras mouiles uel inmouiles aquas cursiles uel incursiles arbores fructuosas uel infructuosas exitum uel recessum domos cum edificiis uel cum omnibus intrinsecis domorum cupos cupas catedras mensas lectulos uel omnia intrinsecus domorum in ipsas villas secundum iam sursum resonant omnia quicquid in eas obtinet uobis donauimus atque concedimus cum omnia sua prestancia per ubi eas potueritis inuenire pro quod et accepimus de uos alias villas similes nobis placibiles villa que uocitant kagiti cum suis domos et edificiis uel pomiferis et intrinsecis domorum et villa minitello cum domis edificiis et cum omnibus prestationibus suis ut unusquisque quod accepit firmiter obtineat. Ita ut de odie die et tempore sint ipsas villas supra taxatas de iuri meo abrasas et in uestro iure atque dominio sint traditas atque confirmatas. Habeatis uos et omnis posteritas uestra. Quod si quis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo contra hanc cartam commutationis uel firmitatis ad irrumpendum uenerit uel uenerimus quem nos in iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra tunc infera uel infra pars nostra partique uestre ipsas villas duplatas uel quantum ad uos fuerint melioratas et uobis perpetim habere. Notum die xv<sup>o</sup> kalendas nouembbris. Era m<sup>a</sup> n<sup>a</sup>. Adosinda in hanc kartula commutationis quod fieri uolui et religendo cognoui manu mea confirmo.

Didacus menendi conf. — Arias menendi conf. — Fromaricus sposandi conf. — Queiriacus tioteuadit (?) conf. — Menendus midiz conf. — Suario galindiz conf. — Gondesalbus galindiz conf.

Mummadomna deouota conf. — Honneca confirmo — Seruus christi didacus episcopus et confessio conf. — Adaulfus confessio conf. Goimirus presbiter conf. — Gontemirus confessio conf. Honorius presbiter conf. — Anfilocius confessio conf. Manilla presbiter test. — Ordonius dominicus test. — Uiliamirus diaconus test.

Fagildus presbiter que notauit.

## LXXXIX

*Donatio quorundam praediorum in pagis S. Maria et Paredes de Lobos sitorum, addita supellectile quadam. Ex charta autographa, olim in scrinio Monasterii Morariae, nunc in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

965

Christus. In dei nomine ego sisuerlus et oxor mea susana uobis iuaba presbiter plaguit nouis bonne pacis uoluntas asto animo et prona que nostra uoluntatem ut pro excritis donnaremus adque concedimus uobis de omnia nostra ereditatem que uisi sumus auere in uila de sancta maria et in uila de ..... paretes de lobos de omnia nostra ereditatem quanta que auemus in ipsas uilas in casas in lectus in cadederas in cubus in cubas in mensas uel in omnia perfia uel omnia intersegus domorum uel omnia rea (?) mea que apliucare poduero usque ad obidum meum in porcione intecra tanmen in uilas in teras in pumares et in terras caluas comodo et in casas siue in uita comodo et post ouitum meum. et concedimus uobis ipsa ereditatem pro que nobis demisestis ilut censum et ila operacione ita ut de odie die et tempore sit ipsa creditatem que iam disimus et in ista carta resonat de nostro iurem arasa et in uestro iurem tradita et confirmata quitquit exinde agere uolueris liuerem in dei nomine ueas podestate. sit (sic) aliquis omne uenerit que uos inquiadare uoluerit pro ipsa ereditatem que uouis concedimus que ego nos ad iudicio deuindicare non poduerimus post partem uestra pariemus uouis istu quod in carta resonat du-

pladu uel quantu apud uos fuerit melioradu. facta cartula donacionis uel concessionis xv calentas nouenbres in era milesima m<sup>a</sup>. sisivertu et oxor mea susana in ac cartula donnacionis ad confirmando manus nostra + s.

fradiulfus abas test. gondesendo test. froilla test. donnani test. adaulfu test. trutesindo gundesindezi test. nodario presbiter test. mauricado abas test. itimondo presbiter test. didagus presbiter test. noliuado test.

## XC

*Pactum venditionis cuiusdam praedii in villa Freixieiro siti. Descripsimus ex autographa charta Monasterii Morariae ex scrinio Monasterii S. Vincentii in Publicum Archivum delata.*

965

Christus. In dei nomine treitegundia uobis froila donanizi et uestori uestra cumdilo plaguit mici bone pacis uoluntas sana mente probia mia uoluntade ut uobis iam supradictis vindere uobis sigu et uendo omne mia ereditade que abeo in uila fraisenario que est lidus maris teridorio portugalensis. et aueo ipsa ereditade de parentes meos ranmirum et sindileuua. et est ipsa ereditade que uobis uendo in domus in pumares in figarias uel in omnes pomiferas prestandi in terras rutas uel inrutas in exidus moncium in pascuis in paduliuus uel in omnia cot ad presidu ominis est. uobis concedo per terminus antiquos ubi ilas podueridis inuenire et acebi de uos prelio in quanto mici bene conplaguit ut de odie die tempore aueadis firmiter uos et omnis posteridas uestra. et si aliquis omo uos calomniare uolueri pro ipsa mia porcione quanto me compode inter meos germanus uel eredes et ego eum ad iudi... deuendere non poduero au noluero parie uobis ila dublada et uobis perpeti. nodu die xvi kalendas decembris. Era milesima m<sup>a</sup>. treitegundia mano mia +.

sendino olidici. dauid ariulfi ic test. fosu gudilanici ic test. aloito zamari ic test. giela dauiduici ic test. berriario maloquinici ic test. gudila ic test. dauid sesnandici ic test. godino eirici ic test. bazi ic test. ariulfo filio de daui ic test. ermegildus prespiter test.

## XCI

*Cessio quorundam bonorum in loco Sisbarios inter flumina Cavado et Aliste. Ex autographa charta, olim in chartophylacio Monasterii Morariae, nunc in Publico Archivo existente.*

965

Christus. In dei nomine ego uiliulfu et uxor sua peruisenda uobis cendamiru et uxor tua senior plaguit nobis asto animo et probriat nostra uolumtatem ut faceremus uobis sicut et facimus kartula de ereditatem nostra probria quam abemus in uila uocilata sisbarios teridorio bragalensis subtus montem asagie inter cadabo et aliste abet iacenciat ipsa ereditatem leba set de casa de gudesteu et fere in casale de dulcidiu et de alia parte de casale palmacia et fere in larea de dulcidiu et alia larea que set leba de carale antigua per cortina de gudesteu et fere in gutemondo et de alia parte agro de mamola que fuit de sunla et medietatem de illo sauto que leba set gumtemondi et fere in deuesa de sunla et de alia partem per mamola. et damus uobis omne nostra ereditatem per carale antigua que set leba de rodorigi et fere in sabiniani secundum in karta resonat omnia uobis damus cum omnibus prestacionibus suis quantum in set continet terras macanarias castinarias pro que demus uobis xxxx et v quiniales de sicera et xxxx vi modios inter milio et centenum et uno quinal de uino. et fuit ista ciuaria et ista sicera de uilare de uila de gundesindo et de senior et abuit illa ad a se fafila et fredenanda per manum de fidatores floridum et iulia et sic dederunt ipsos fidatores ista sicera et ista ciuaria quamta in ista carta resonat in manum de uiliulfu de guisenda et abuerunt omne ipso deuido contra set. et pro isto deuido damus uobis ista nostra ereditatem secundum in ista carta resonat ida ut de odie die et tempore siat ipsa ereditatem de iuri nostro aberasa et in uestro iuri quieto siat tradita et confirmata. abeadis uos et omne posteridas uestra et si aliquis omo uos pro ipsa ereditatem calomniare uoluerit et nos in iudicio deuindigare non potuerimus post partem seguritatis uestre aut uos in uoce nostra tunc infera uel infera pars nostra partique uestre pariemus uobis ipsa ereditatem dublata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpediabitur. facta kartula uendicionis m<sup>a</sup> kalendas ianuarias in era millesima m<sup>a</sup>.

testes it sunt. uegela. manra telizi — sandinum. gudesteum. gundisalbo — montemaquime. riquila atanagildizi.

fromarigo atanagildizi — sisuado. fredenando eruigizi — absalon felegizi. flamulina. donitria. bonoso.

D. et C. Tom. I.

13

## XCII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii de prompsimus.*

966

**Testamentum de sanctius rex de albalat**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris uidelicet filii et spiritu sancti. Hec est tomum series scripture testamenti uel donationis quem facere decreui. Ego sanctius adiutus uirtutem fultus in regno. Vobis domno primus abba cum collegio fratrum degentes nobiscum in locum sancti mametis quorum basilica fundata esse dinoicitur lauribano in domino deo sempiternam salutem amen. Annuit atque conuenit spontanee serenitatis nostre glorie ut donaremus atque contestaremus uobis omnes abrutellas quas arrupit gundemiro iben daudi per eius circuitu ut fuerunt ipsos karualiares quas arrupit sicut se lebat de albalat et pergit ad parte eyras per omnique giro sicut illut obtinuit in iuri suo ipse gundemiro sic ipsa arruptela ab integro concedimus et contestamus uobis ut sit pro substantione uestra seu ospitum pauperum et peregrinum. et propter remedium animarum nos trarum. Quia sic admonet nos sancta scripture — Da domine quia dedi. miserere mei quia misericordiam feci. — Ita ut ex presenti die et tempore sit omnia contestata post parte iam prefato loco et uestra perenniterabitur per secula cuncta. Siquis uero aliquis homo quisquis fuerit hunc nostrum infringere uel contaminare uoluerit uotum In primis sit segregatus a corpus et sanguine domini nostri ihesu christi et cum sceleratis penas luat tartareas baratro dimersus et hunc factum nostrum in cunctis obtineat firmitatis roborem. Adicimus ibidem etiam uobis illo molino qui est in uilla nostra anzana ipso molino quem comparauerat ipse gundemiro de zaodon falifaz sic illum modo post parte uestra concedimus uel contestamus ut abeat illum perpetualiter cuncta per eou. Facta series testamenti die xvii kalendas decembris. Era millesima iii.<sup>a</sup>

Sancius serenissimus princeps hanc concessione a nobis facta.

Gundisaluus muneonis conf. — Enneg<sup>o</sup> uegilani conf. — Fernandus uermudiz conf. — Enngeo azinariz maiordomo conf. — Tellus mirelle conf. — Nunu mirelle conf. — Fredenando rodorigiz conf. — Nepozanus di daz conf. — Gundisaluus uermudi armiger conf. — Nunu garseani conf.

Veremudus rex conf—irmo.

## XCIII

*Pactum venditionis loci qui Custodias, nunc Costoias, dicebatur, propè flumen Leça. Ex libro regestorum Sedis Conimbricensis Livro Preto, sic dicto, descriptsimus.*

967

**Carta uenditionis**

In dei nomine. ego primogenido cognomento heibele uobis auogada et ad uxor uestra ilubidi placuit michi bone pacis uoluntas ut uenderemus uobis sicut et uendimus una pariter cum uxori mee mansura hereditate nostra propria que habemus de parentes nostrorum gosuldí in uilla quo uocitant custodias iusta ribulo leza territorio portugalensis. uendimus uobis ipsa hereditate de quanta comodo ipsius nostros parentes obtinuerunt de quantumcumque uisi fuerunt per omnes illorum antiquiores terminum que circuitum viii<sup>a</sup> porcione integra in domum in pumares cum suos egressus et clausuras figueiras pessegueiros ameisenares terras ruptas uel inruptas arbores fructuosas uel infructuosas petras mobiles uel immobiles montes fontes exitum uel regressum omnia quantumcumque in ipsa porcionem ad prestitum ominis inuenire potueritis quod ad prestitum ominis est. ut integrum uobis uendimus per ubi uobis delimitauimus et coram testibus asignauimus. Et accepimus de uos in precio quantum nobis bene complacuit et apud uos nil remansit in debitum pro nobis dare. Ita ex presenti die et tempore sit ipsa hereditate iam supra nominata de iuri nostro abrasa et in uestro dominio sit tradita et confirmata. Habeatis uos et omnis posteritas uestra iuri quieto et quod inde agere facere uel iudicare uolueritis libera in dei nomine habeatis potestatem. si quis sane quod fieri non credimus quod si aliquis homo contra hanc cartula scripture firmitatis ad irrumpere uenerit uel uenerimus et ipsa hereditate ad iudicio post uestra parte deuendere non potuerimus aut noluerimus comodo pariemus uobis duplatas uel quantum ad uobis melioratas et uobis

**perpetum habitura. Facta cartula uendicionis m idus iulii. Era n v. Primogenido cognomento heibele in hanc cartula uendicionis quod fierit uoluit manu mea roboraui +. mansura manu mea +.**

Gundalfu test. — Pelagius test.

Ranosindu test. — Brandon test. — Blandila test.

Fromarigo test. — Atina presbiter — Lubon abba.

Tuedus meimus presbiter — Argirigus daildus test. — Gundalfu test.

Alfossi nirru (?) quasi indigno presbitero quasi notuit.

## XCIV

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii sumpsimus.*

967

**Testamentum de nezeron et tortora de illo ualle de hiarellas et de ualle eouo**

Domnis inuictissimis ac triumfatoribus gloriosis sanctisque martiribus sancti mametis martiris christi corum baselica esse cernitur in loco predicto subtus montis lauribanus secus ribulo mondeco suburbio conimbric quos patronum abere uellimus et proptectorem uel intercessorem apud pium redemptorem desidaramus. Ego nos exiguos famulos uestros uel omnium seruorum domini seruos nezeron et tortora cum peccatorum nostrorum mole depressos non usquequa disperatione deicimus qui etiam teste conscientie reatui nostro criminis sepe pauescimus ut per uos tandem sanctissimum martir reconciliari mereamur a domino et quia scriptum est — Vouete et reddite domino deo uestro —. Et ideo nos cum omni effectu mentis atque operis ipsam nostram deuotionem adimplendum procuramus quod per plurimis annis cogitauimus modo adimplebimus. Ideo nos superius nominati nezeron et tortora placuit nobis sana mente integroque consilio mente perfecta pacisque uoluntas ut adimpleremus lex quod gloriosis principis nostri constituerunt una cum ortodoxis uiris inlustris presago spiritu pleni calle rectis pro dubio declararunt de hereditatem ad propinquis extraneis uel unuscuiuslibet personis ut unusquisque de rebus suis cuiuslibet personis cum omni odore et perpetue firmitatem habere tradere liceat. Et ideo pertimescentis diem magni iudicii ne repentina mors sub occasione nobis deueniat Placuit nobis ut faceremus ad ipsius loci et sanctorum altiorum kartula testamenti seriens benefactis de omne nostrum ganatum quicquid nunc abemus uel deinceps augmentare uel aplicare potuerimus usque ad obitum nostrum. It est subtus ciuitas conimbric domos cum cortes cum intrinsecus domorum cupos cupas lectus catedras mensas mensorios et omnia utensilia usui nostro deseruentium aurum argentum ferramentum uel omnis generis metallorum pannos sircos lanos et lineos cibaria uino kaballos mulos et asinos equas res quoque boues uacas et ouelias et porcos seu uolatilium. adicimus uic loco et sancto cenobio uineas et pomares quos habemus in ualle que uocitant inquiris cum toto suo termino et locis antiquis et alias duas uineas in ualle de coselias et terras rubtas et inruptas. Et nostra ratione in uilla de alkapdec et in uilla de alcoirana et in uilla de arazedo sesegas cum suos molinos et nostra ratione in uilla de sancti iusti et in uilla de talubario seu in quinione de forma et nostro quinione in campo de mauricos et una larea in porto de ananelos et in alfaura et alia larea in sancti iusti et alio quinione in arquanio et illo kanale integro qui nobis donauit ille rex. Et adicimus aduc ualle kouo cum terras ruptas uel inruptas de termino de abzoleiman usque in termino de garbes et omnia nostra ratione in uilla de albiaster siue de eclesia siue de domo cum corte siue uineas et nostra ratione in uilla de uimenaria in uineas in pomares ortis uel quicquid apprestitum ominis est. Et omnia nostra ratione in uilla de gondelino et in kampo de fontuaria et una larea in uilla figaria et nostro pomare. Amodo uel deinceps sub ea tamen uidelicet rationem seruata ut in uita nostra nobis deseruiat et post obitum nostrum pro remedium anime nostre ipsas hereditates integras sicut iam superius diximus iuri monasterii huius permaneat. Siquis tamen quod fieri minime credimus et indubitanter tenuimus quod aliquid homo uenerit uel uenire conaberit contra hunc nostrum factum uel decretum ad inrumpendum uel infringendum de propinquis uel de extraneis uel quemlibet homo in primis sit excommunicatus ab omni ceta christianorum et cum iuda traditore abeat participio in eterna damnatione et a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi sit segregatus. Et ipsum quod ausum fuerit contaminare aut inuelere quadruplo componat et post parte iudicum qui tunc fuerit auri talentum n°. Et unc nostrum factum plenam obtineat firmitatem Stantem et permanentem in uius (?) perpetue firmitate. viii° kalendas agustas. Era mv. Ego nezeron et tortora in anc kartam testamenti quod fieri uolumus et religendo cognouimus manus nostras robora + + bimus.

Qui fuerunt presentes. Samson iben abulhiar testis — Filios uoizmagal test. — Gabdella iben zagaz test. — Filio suo flores test. — Julianus cogmento habzecri presbiter test. — Salomon iben nezeron test. — Hamit suo

filio gaudinus test. — Fethe iben rezemondo test. — Suo germano gazim test. — Valid iben atanagildo test. — Suo germano baron test.

Motakar iben spidio test. — Suo germano becar test. — Lazaron leodesindo iben ferhe test. — Zalama iben floresindo test. — Suo germano gondemiro test. — Fromarigo iben nezar lopazer test. — Zalama iben nezeron test. — Kazem presbiter test. — Cendon presbiter test.

## XCV

*Descripsimus ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii.*

968

**Testamentum de uarzenas de ullenla**

Dominis inuictissimis hac triumfatoribus gloriois sancti martiris sancti mametis qui est fundatu in monte lauribani territorio conimbricie. Ego abzuleman et uxor mea gotu cum peccatorum mole depresso in spe fiduciaque sanctorum meritis respiramus non usquequaque disperatione deicimur qui etiam texte conscientie reatum nostrum criminis sepe pauescimus ut ergo per uos sancti martiris tandem reconciliari merear. et ideo deuotionis nostre extitit ut de paupertate nostra tradimus altaribus uestris Varzenas nostras proprias et barrios que abemus super ribulo uiaster ad portum de aqua lada et inde per ille auteiro de illa senoga et inde quomodo exparte cum uilla de creixemiris et inde ad illa fonte de garues et inde subiit ad illo monte et concludet barrios et uarzenas usque fer in illo monte de illa barrosa et uinea que abemus in fonte auria de una parte ipsa fonte et de alia parte carrale que discurrit ad ciuitas conimbricie et tertia de campo que dicitur de fonte auria. tradimus ipso agro et ipsa uinea et ipsas terras post obitum nostrum ad seruendum pro remedio anime nostre et pro in captiuis et peregrinis orfanis et pauperibus ut nec uendendi nec donandi nisi per manibus fratris qui in ipso loco deseruerint in eius arbitrio et per singulos annos memoriam mihi faciatis et qui illos deseruerit suam rationem accipiat et ipsos dominos nostros mercimoniam accipient. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus ad intrupendum hunc factum nostrum in primis sit excommunicatus ad sancta communione et cum iuda traditore abeat participio in eterna damnatione in pena nunquam finienda ubi ~~dilectus~~ cum suis satellibus cruciatus tenet et insuper damna secularia pariet uobis ipsas ereditates dublatas et post parte iudicum alium tantum. Et hunc nostrum uotum plenam abeat firmitatem. Notum die vii kalendas februarias. Era millesima vi.<sup>a</sup> Ego abzoleiman et uxor mea gota hanc kartula testamenti quod fieri uoluimus et religendo cognouimus manus nostras r<sup>+</sup> oborauimus.

Qui fuerunt presentes. Iquila iben nezeron conf.

Donellus conuerso test. — Dulcidio iben almundar test. — Juniz iben salut test. — Ebrahem iben salut test. — Abscoguleile iben salut test. — haboleazan iben stefanus test. — Zagai iben azmon test. — Spidio test. — Abzicri iben nezeron test. — Abul ualit iben tauron test.

Abundantius presbiter test. — Mestilio iben abtumor test. — Sperandeo iben mozeiam test. — Viarigo iben ebrahem test. — Ranemir iben senta test. — Menendo iben tumron test. — Viater. hamdon. santon test. — Nezeron iben teodesindo test. — Zalama iben nezeron test.

## XCVI

*Pactum venditionis cuiusdam praedii in Villela. Apographa charta saeculi XIII non authentica ex scrinio Monasterii Laurbanensis in Publicum Archivum delata textum nobis praebuit. Membrana, verba quaedam, stylus, formulaeque hoc documentum plusquam suspectum redunt.*

968

In dei nomine. Hec est kartulam uendicionis quam feci ego mahomat filius de abderahmen neptus de harit ad abbatem Lucidum de cenobio de Laurbanus et ad omnem congregacionem de omnia mea hereditate que habui de parte de mea auio abderahmen iben abdella in uilla uillela territorio coinbricie cum omne quod apprestitum

est id est ex quatuor partibus terras ruptas et inruptas cum suos casales uel omnibus edificiis. et hec sunt terminaciones earum de una parte monte de dum zuleima quomodo exparte per illo lombo de eyras et de ualle kouo usque fer in illa fonte de gasues et de alia parte per ille monte que uocant auteiro de rrando et inde ad illa ponte de uiaster et perge per illo rribulo in prono usque fer in illa aqua que discurrit de illa fonte de gasues. omnia que nominaui ab integro concessi supradicto abbati pro xxxx<sup>a</sup> solidos de argento puro. abbas et omnem congregacionem dedit et ego accepi et a precium apud eos nichil remansit. Et ille abbas qui comparauit et ego qui uendaui pariter ex utroque parte sanos animos atque mente absque ullam pressuram hominis fecimus. Siquis uero aliquis hominis uenerit ad inrrumpendum hunc meum factum uel quicquid mali eueneri in istam hereditatem et ego non potuero uindicare pariam uobis illam hereditatem dublatam. Et ille abbas firmiter habeat supradicta hereditas. Facta carta viii<sup>o</sup> kalendas februarias. Era millesima vi.<sup>a</sup>

## XCVII

*Nobilis mulier Mummadona dominationem in castrum S. Mametis Monasterio Vimaranensi tribuit, tali modo ut progenies ejus in ipso castro manere possit. Ex antiquo libro regestorum Collegiae Vimaranensis, Livro de D. Mummadona sic dicto, decerpsumus. Codicillum esse testamento sub n.<sup>o</sup> LXXVI jam edito adjectum clarissime patet.*

968

**Item de eadem testamento et de castello sancto mamete**

Post non multo uero temporis quod hunc series testamenti in conspectu multorum est confirmatum persecutio gentilium irruit in huius nostre religionis (*sic*) suburbium et ante illorum metum laborauimus castellum quod uocitant sanctum mames in locum predictum alpe latito quod est super huius monasterio constructum et post defensaculo huius sancto cenobio concedimus cum fratribus et sororibus in ipso monasterio persistentibus ita ut si actio talis fuerit que filii mei gundisalui et Onnice in hoc castellum intredere voluerint non habeant licentia eum in alia parte extraneandi nisi sit post parte monasterii permanendi et in uita filii mei iam sepe dicti teneat eum sub manu et auxiliorum illorum et post obitum filiorum meorum ex meis nepti quod fratrum et sororum elegerint teneat eum post parte sanctum cenobium longo per eum persistentium et si quod absit ut supra diximus filii nepti aut ex prosapie nostre uel frater aut quisliuet homo hunc castellum supra memoratum in parte extranea eum extraneauerit que ad hunc monasterium impedimentum sit hanc confusio quod sursum est constructa in eum superueniat presenti uita et post suum obitum deueniat in tartaris pena et hunc factum in cunctis obtineat roborem firmitatis. Notum die ii<sup>o</sup> nonas decembris. Era M<sup>a</sup> vi.<sup>a</sup> Mummadomna hunc uotum meum libentissime et sponte iterum confirmo.

Qui presentes fuimus et hunc confirmationem concedimus. Gundisaluo menendiz. Rudesindus roderici. Begica enneconi. Petrus spasadiz. Arias senioriniz. Amarellus senioriniz. Honneca menendi filia. Flamula pelagii filia. Uelasqueta pelagii filia.

## XCVIII

*Vermudus' uxorque et filii vendunt Viliulfo et uxori ejus bona quaedam in pago Moreira. Descripsimus ex autographa charta, olim in chartophylacio Monasterii Morariensis, nunc in Publico Archivo servata.*

968

Christus. In dei nomine ego uermudu et uisor mea et filiis nostris uouis uiliulfo et uisor uestra ezilu. non est enim dubium set multis manet nodissimo set propria nouis adcessit uolumtas ut uindere uouis sigut et uendimus ereditate nostra propria que auemus in uilla que uocitant muraria suptus montis petras rubias segus ribulo leza non longe lidore maris. uendimus uouis in ipsa uilla cassas pomares terras sautus deuesas terras ruptas uel inruptas montis fontis aquis pascuis padulibus petras mouiles uel inmouiles de ipsa uilla de muraria per suis terminis antiquis que fuit de auiu meo guntadu et sidi facent se de ipsa ereditate de mediedate vii<sup>a</sup> demus tiui de ipsas octauas i octaua integra menuis vi media et de alia octaua iii<sup>a</sup> integra et de alia octaua ii<sup>a</sup> setimas (?) et

D. et C. Tom. I.

16

de ereditate de pater meo uistremiru octaua integra extra suo domo et extra ille pomare desuper quintana. ita ut de odie die uel tempore aueatis ipsa ereditate de nostro dadu de nostro iuri obrassu et in uestro iuri uel dominium sit tradidu uel confirmadu. aueatis iuri quiedu uos et omnis posteridas uestras. si quis tamen quod fierit minime credimus aliquis omo uos pro ipsa ereditate uos calomniare uoluerit et nos post parte uestra deuendere non poduerimus comodo aueatis licentia et pariet nouis ipsa eredate dublada uel quantum ad uouis fuerit meliorada et uouis perpedim aidurum. facta kartula uendictionis ipsas nonas decenbres era DDVI. uermudu et uors mea in anc cartula uendictionis quod fierit manus nostras rouora ++

gresconiu egarediz test. modari froilaniz test. gudesteu mendiz test. —ianardu tructemiriz test. addaulfu test. cagidu test. gundila test. —sisnandu test.

froila presbiter test. et noduit.

Et adcebitus de uos preciu que nouis bene conplaguit et de preciu abbut uos nicil remansit in deuidu set..... conpludum est.

Christus. Adidicimus uouis in ipsa uilla per ista karta iam suberius nominada de illa senra de codesoso concedimus inde uouis m<sup>a</sup> de quanto ibidem mansuaria (?) abuit in ipsa senra et de nulla que otinuit sando mediate uobis concedimus cum cumtis prestacionibus suis quantum ad prestitum ominis est excetis per ubi diuidem erumtani (?) et gundisalui in illo alo omnia ad integrum uouis concedimus quantum octinuit in uilla muraria. era quod de sursum resona. uermudo in anc kartula confirmationis manus mea +

Petro prespiter test. griffoniaro (?) ostouerediz test. gundisaluo gutelliz test. abundanzo randemiriz test. froila test. tirsum test.

patro test. pelagio test. octauio test. —menendo test. —bretus prespiter notuit —mudario test. luco test. —froiulfo test. recemundo test. aualdo test. gatone test. aluano test. gundulfo gundesindiz.

## XCIX

*Ex codice qui titulum Livro de D. Mummadona p[re]se fert, descripsimus.*

968

### **Karta de moreira de r[ep]a Aulzella**

In nomine patris et filii et spiritu sancti. Uobis dominis inuictissimis ac triumphatoribus sanctissimis gloriosisque martiribus sanctissimi ac piissimi saluatoris et eius glorioissima uirginis domne genitrix marie cum apostolorum martirum et confessorum quorum baselica sita esse dignoscitur in villa nuncupata vimaranes que est subitus alpe latitus inter duos arrogios Aue et auizella discurrentes territorio bracarense. Ego omnium seruorum domini seruus indignus et ultimus Gundisalbus filii ermegildi et mummadomne cum peccatorum mole depressus in spe fiduciaque uestrorum ut per uos sancti dei reconciliari merear deo et sanctis eius angelis quia nec inicium nascendi nouimus nec finem uite scire ualemus quando ab hac luce migraturi sumus. Et ideo ammonente nos propheta ut de bonis nostris aliquid domino offeramus inuitat nos dicens —quod de manu tua accepimus dedimus tibi quia peregrini sumus et aduene et dies nostri sicut umbra super terram.— Hanc uocem audiens ego humilem miserrimus elegi ex facultatibus meis aliquid domino nostro pro expiandis propriis meis sceleribus ut in diem extremi iudicii non cum reus et sceleratissimis sed cum iustis omnibus merear a dextris coronandus intercedentes uos sanctissimi dei electi ut quod ego ex deuotionem proprie mentis mee offero uos digne accipiatis me offrentem. Concedimus uobis sancti dei siue cenobio sancto quod in predictum locum est fundatum seu etiam fratribus et sororibus in hoc loco sub regulari uitam degentium. Id est de quinta de meas villas villa quod dicunt moraria que est in ripa arrogio auizelle prope loci vimaranis subtus mons de cauallus per suis terminis et locis antiquis secundum illa obtinuit frater meus Ranemirus et eius uxor adosinde et abui ego ipsa villa pro incontramutationem quod commutaui cum ipsa adosinda pro quod accepit a me alia uilla uocitata cagiti quod mihi euenit per comeliam divisionis inter meos germanos. ista villa cum domis edificiis et intrinsecis domorum. Ita ut in uita mea obtineam ego duas porciones et tres post parte monasterii et post obitum meum omnia ab integrum relinquam ab ipsis loci deseruitura cum boues et res promiscua pecora minuta. Adicimus etiam loco sancto ex facultatibus nostris id est panos gressicos tres de quingentos solidos et lectum palleum stratura cum alleale continens solidos quinientos sporas fusiles de auro de cc<sup>os</sup> et xx<sup>i</sup> almetegales concas de argentum de L<sup>a</sup> L<sup>a</sup> solidos medietatem de gregibus equis meis ac omnia quod supra diximus loco sancto cenobio predictum concedimus pro abolendis meis utique commissis scelestibus ut omnia deseruentia nostra in hunc predictum locum pro uictum atque tegumentum pauperum uel sumptum aduenientium ospitum seu tuicionem pupillorum atque egentium hominum. Ita

ut hodierno die et tempore omnia quod supra retulimus de iure nostro sit ablatum et monasterio sancto sit traditum atque perenniter concessum. quo et iuratione confirmamus per deum et per eius glorie regnum quia contra hunc factum nostrum ad intrupendum uenturum nunquam ero. Offero adhuc etiam hereditas mea villa quod dicunt castiniaria de villa de armiri terras pumares uel domos quantum ibidem obtinuit mofarrage pumare quod nobis incartauit in salario (?) medietatem de hereditate de safila uel quantum adhuc ad villa de moraria augmentarie uel proplicare potuero in uita mea omnia ab integro sit post obitum meum deseruentia apud monasterio vimaranes ea tamen ratione ut si quis aduenerit puro corde mente deuota diues pauper nobilis innobilis aduena uel peregrinus que in hanc sepe dicta villa moraria monasterium construar sub regulari regimine et uitam monasticam habitare ibi uoluerit cenobium ibi uoluerit construere sub regimine fratribus de uimaranes sit ibi ei ad nos et ad deo licentia adtributa. Si autem per immissione diabolus dies tales fuerint ut hoc facere non uoluerint omnia sicut superius relaxauimus ab integro sint ad uimaranes deseruentem cunctorum seculo finito. Si quis tamen quod minime fieri credimus aliquid homo filii nepti uel ex prosapie nostre aut bisnepti uel quiliue homine contra hanc series testamenti ad intrupendum uenerit quisquis ille fuerit in primis sit segregatus ad corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi ita ut nec ad diem extremum communionem accipiat sed cum iuda domini proditore simul luat pena in perpetua dampnatione et antequam ad mortem deueniat que ac facere temptauerit in iudicio regis uel potestatibus terre ipsius oppressus uel afflictus exsoluat auri libras binas et omnia quod sursum resonat post parte monasterii duplum et a capite capitulis usque ad planta pedis lepre percussus ebuliens uermis careat amborum lumina ut uidentes terreat et audientes contremescant. et hunc factum nostrum cunctis obtineat roborem firmitatis perpetui. Facta series testamenti sub die III<sup>o</sup> idus decembris. Era m<sup>a</sup> vi<sup>a</sup>. Gondisaluus menendi hanc uotum mee deuocioni libentissime confirmo.

#### Item de moreira

Iustum testamentum de ista villa moraria uel adiacenciis suis fecimus illum post parte reliquie sancti iuliani que in ipsa villa fundata est ut sit ipsa villa in suo capo et quem duxerit dominus de qualisliue locis aut de vimaranes aut de alia terra mea uoluerit habitare ut faciat ibi monasterium pro fratres et sorores pro anime mee remedium sit illi adtributa licentia sub regimine uel defensione abeatis (sic) de vimaranes. et si subitater alphetena fuerit ut ibi monasterium non ualeant construere sicut superius diximus tornet se illa villa post parte vimaranes deseruentem pro anime nostre remedio ibi permanentem.

Lucidus alioitit quos uidi conf. — Nepoziapus quos presens sui conf. — Aloitus lucidi quos preuidi conf. — Tellus aloitit confirmo — Adaulsus confessio conf. — Aloitus confessio conf. — Uiliamirus confessio conf. — Gundisalbus monacus test.

Roderico ualasci conf. — Menendus menendi conf. — Rudesindus roderici conf. — Zedon uitiscli conf. — Hordonius nepozani conf. — Sarrazinus lucidi test. — Egica onorici test. — Bera sendinit test. — Sendinus farleredit (?) test. — Fofus spasandit test.

#### C

*Munia bona sua omnia donat coenobio Laurbani. Descripsimus ex apographo authentico saeculi XII, olim in scrinio Laurbanensis Monasterii, nunc in Publico Archivo servato. Lectiones varias adjecimus ex libro regestorum Conimbricensis Sedis Livro Preto, sic dicto, ubi charta haec aerae MVI tribuitur.*

969 (?)

Dominis inuictissimis ac triumphatoribus sanctisque<sup>1</sup> martiribus sancti mameatis et sancti pelagii martirum christi quorum baselica<sup>2</sup> esse cernitur in loco predicto subtus montis lorbani<sup>3</sup> territorio Colimbrie. Ego acsi indigna ac pusilla Munia<sup>4</sup> cum peccatorum meorum mole depressa non usquequa disperatione deicior que<sup>5</sup> etiam teste<sup>6</sup> conscientie<sup>7</sup> reatu meo criminis sepe pauesco ut per uos tandem<sup>8</sup> reconciliari merear a domino. Et quia scriptum est — Vouete et reddite domino deo uestro. — Ideo ego superius nominata<sup>9</sup> Munia<sup>8</sup> placuit michi sana mente integroque consilio mente perfecta pacisque uoluntas ut facerem ad ipsius loci et sanctorum altiorum uestrorum cartulam<sup>9</sup> testamenti series benefacti de omni<sup>10</sup> mea hereditate quicquid nunc habeo uel deinceps au-

<sup>1</sup> gloriissimis sanctisque  
<sup>2</sup> baselice  
<sup>3</sup> laurbano  
<sup>4</sup> munia  
<sup>5</sup> qui

<sup>6</sup> texte conscientie  
<sup>7</sup> talem  
<sup>8</sup> nominatim munia  
<sup>9</sup> cartula  
<sup>10</sup> omnia

gmentare potuero. Ideo do uobis et sancto cenobio meas hereditates quas habeo in loco predicto inter mondecum<sup>11</sup> et aluiam<sup>12</sup>. In primis meam<sup>13</sup> uillam<sup>13</sup> que uocitant midones integrum<sup>14</sup> cum suis<sup>15</sup> Monasteriis<sup>15</sup> et cum suis<sup>16</sup> dextris<sup>16</sup> et<sup>16</sup> cum<sup>16</sup> suis<sup>16</sup> terminis<sup>16</sup> antiquis<sup>16</sup> et<sup>16</sup> aliam<sup>16</sup> meam<sup>16</sup> uillam<sup>16</sup> teoderice<sup>16</sup> integrum<sup>16</sup>. et do uobis ipsas uillas cum suis<sup>17</sup> ecclesiis<sup>17</sup> et cum suis<sup>18</sup> dextris<sup>18</sup> in omni<sup>19</sup> atque<sup>19</sup> giro. In primis per riuulo de caballis<sup>20</sup> usque intrat in mondego<sup>21</sup> et de alia parte per uillam<sup>22</sup> de<sup>22</sup> trauanca<sup>22</sup> et<sup>22</sup> inde<sup>22</sup> per<sup>22</sup> illa<sup>22</sup> archana<sup>22</sup> intratque<sup>22</sup> in mondego<sup>23</sup>. et<sup>23</sup> confero<sup>23</sup> uobis illud<sup>24</sup> portum<sup>24</sup> cum suo barcho<sup>25</sup> de midoes<sup>26</sup>. et adicio uobis<sup>27</sup> aliam<sup>27</sup> meam<sup>27</sup> uillam<sup>27</sup> adhuc<sup>27</sup> que uocitant framianes<sup>28</sup> integrum<sup>28</sup> que iacet in ripa de aluia per suis locis et terminis antiquis et<sup>29</sup> cum<sup>29</sup> Monasterio et cum suo ornamento et cum una biblioteca omnia que notaui ab integro uobis concedo pro remedio anime mee et parentum meorum et pro luminaribus altarioribus uestrorum uel<sup>30</sup> elemosinas pauperum. sicque<sup>31</sup> tamen quoque<sup>32</sup> fieri minime credimus<sup>33</sup> et indubitanter tenemus<sup>34</sup> quod aliquis homo uenerit<sup>35</sup> uel<sup>35</sup> uenire<sup>35</sup> conauerit<sup>35</sup> contra<sup>35</sup> hunc<sup>35</sup> meum<sup>35</sup> factum<sup>35</sup> uel<sup>35</sup> decretum<sup>35</sup> ad irrumpendum uenerit in primis sit excommunicatus et<sup>36</sup> ab omni cetu christianorum et a corpore et<sup>37</sup> sanguine<sup>37</sup> domini nostri ihesu christi sit extraneus et cum juda traditore habeat participium ita ut corpus eius non suscipiat terram<sup>38</sup> sed maledicant ei qui maledicunt diei qui parati sunt suscitare leuiatan. et ipsum quid<sup>39</sup> ausus fuerit contaminare in quadruplum<sup>40</sup> uobis componat et pro<sup>41</sup> parte potestate que<sup>42</sup> tunc fuerit auri talento uno. Et ut<sup>43</sup> meum factum hunc<sup>44</sup> obtineat<sup>44</sup> roborem<sup>44</sup> plenum<sup>44</sup>. Facta carta testamenti xi<sup>o</sup> kalendas Januarii<sup>45</sup>. Sub<sup>45</sup> era<sup>45</sup> M<sup>a</sup><sup>45</sup> VII.<sup>a</sup><sup>45</sup> Et<sup>46</sup> ego Munia<sup>47</sup> in hac<sup>48</sup> carta<sup>48</sup> testamenti quam<sup>49</sup> fieri iussi et relegendō<sup>50</sup> cognoui munimine<sup>51</sup> roboraui<sup>51</sup>.

Sub christi nomine Villelmus<sup>52</sup> episcopus Columbriensis sedis conf.<sup>53</sup> — Sub christi uirtute<sup>54</sup> Ermegildus<sup>54</sup> episcopus visensis<sup>55</sup> sedis conf. — In christi uirtute Jacobus episcopus Lamecensis sedis conf. — Sub<sup>56</sup> christi<sup>56</sup> auxilio<sup>56</sup> Arrianus<sup>56</sup> episcopus<sup>56</sup> dumensis<sup>56</sup> sedis<sup>56</sup> conf.<sup>56</sup> — Sub<sup>56</sup> christi<sup>56</sup> amminiculo<sup>56</sup> Sesnandus<sup>56</sup> episcopus<sup>56</sup> Auriensis<sup>56</sup> sedis<sup>56</sup> conf.<sup>56</sup> — In<sup>56</sup> christi<sup>56</sup> potencia<sup>56</sup> dominicus<sup>56</sup> episcopus<sup>56</sup> Zemorensis<sup>56</sup> sedis<sup>56</sup> conf.<sup>56</sup>

Ordonius<sup>56</sup> rex<sup>56</sup> conf.<sup>56</sup> — Ramirus<sup>56</sup> rex<sup>56</sup> conf.<sup>56</sup> — Sancius serenissimus princeps conf. — Veremodus<sup>57</sup> rex simili modo conf. — Gunsaluus<sup>58</sup> munionis conf. — Rodesindus<sup>59</sup> diaz<sup>59</sup> conf.

Ouecus<sup>60</sup> munionis conf. — Gundesindus<sup>61</sup> conf. — Didacus munionis conf. — Nepozanus diaz<sup>62</sup> conf. — Remenus<sup>63</sup> diaz<sup>63</sup> conf.

Dominicus quasi presbiter notauit<sup>64</sup>.

11 mondeco	38 terra
12 aluia.	39 quod
13 mea villa	40 quadruplo
14 integra	41 post
15 suos monasterios	42 qui *
16 suos dextros et terminos antiquos et alia mea villa teoderize integra	43 hoc
17 suas ecclesias	44 plenam obtineat roborem.
18 suos dextros	45 ianuarias. Era M <sup>a</sup> VI <sup>a</sup> .
19 omnique	46 deest
20 caballos	47 munera
21 mondeco	48 hanc cariam
22 illa archana que diuidet inter trauanca et midones et per illo riuulo de	49 quod
sena usque intrat	50 religendo
23 mondeco. Et congero	51 manu mea+++ roboro.
24 illo porto	52 uulfus
25 barco	53 confirmo. Didacus munionis conf.
26 midones.	54 nomine esmegildus
27 adhuc uobis alia mea villa	55 uisiensis
28 flamianes integra	56 haec desunt
29 cum suo	57 Vermodus
30 et pro	58 gundisaluus
31 Siquis	59 Rudesindus fernandiz
32 quod	60 Oueco
33 credo	61 Examenus didaz
34 teneo	62 didaz
35 contra bunc meum factum uel decretum	63 Gutierre gunsaluiz
36 deest	64 notavit. Didacus munionis conf.
37 deest	

## CI

**Decerpsimus ex Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii.**

970

**Testamentum de monasterio bacalusti in ripa de durio**

In nomine domini nostri ihesu christi. Ego christoforus confessor. Placuit mihi adque conueni per bone pacis et uolumptas nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metu sed propria mihi accessit uolumtas ut facerem textum scripture testamenti post parte sancti mameatis et sancti pelagii martiris christi

cuius baselica fundata est in locum lauribanus territorio colimbric. In domini nostri ihesu christi licet omnia que in unc mundum ad usum ominis conferuntur a deo qui creauit omnia ordinantur. Tamen valde dignum est unde hoc quod accipit ex oc placeat puro oblationes instinctu. A deo is talibus preuentus oraculis pro it ut merear uestro sancto sufragio apud deum a cunctorum meorum nexibus absoluo peccaminum et desiderate eterne uite merear obtainere triumfum. Offero et dono sacro sancto altario iam supranominato siue et tibi primus abba uel fratribus tuis qui ibidem in uita sancta perseuerauerint pro uictum atque uestimentum monacorum id est do et offero meo monasterio uocabulo bacalusti In territorio timillopus in ripam fluminis durio at portum que dicitur bacalusti cum suis adiectionibus et cum suos canales et cum suas uarzas de ambas partes durio. Et offero aduc uobis alia mea ecclesia uocabulo sancta eolalia cum suos domos terras uineas pomares pratis padulibus aquis aquarum uel sesegas molinarum in omnique circuitu et ipso sauto integro et terras qui iacent usque in muro qui diuident cum villa de ciuitadelia et de portu de sancto uincenti et inde per lombo usque in sarmenia et de dextera parte per carrale antiqua usque ubi diuidet cum villa de lombatella et cum villa de nausti usque in sarmenia. Omnia ut dixi uobis confero pro remedio anime mee uel parentum meorum perpetimabitura. Quo et iurationem confirmo per deum patrem omnipotentem quia contra hunc meum factum nunquam ero ad intrumpendum. Et qui talia ausus fuerit contaminare uel infringere tam de meis propinquis quam de extraneis In primis sit excommunicatus ab omni cetui christianorum et cum iuda traditore abeat participio in eterna pena nunquam finienda. Et insuper quantum auferre temptauerit in quadruplo componat et ad seniorem patrie duo auri talentum. et unc meum factum plenum abeat roborem. Facta series testamenti viii<sup>o</sup> kalendas Magias. Era Millesima viii.<sup>a</sup> Ego christoforus confessor in hanc kartula testamenti manu mea r+ oboro. Recemodus diaconus test. Gundemarus manu mea+. Vitiza presbiter test.

## CII

*Charta venditionis tertiae partis cuiusdam praedii rustici cum domu et suppelectile, in pago, ut videtur, Azevedo nuncupato. Autographa charta, olim in scrinio Monasterii S. Vincentii Ulisiponensis, nunc in Publico Archivo servata, nobis textum suppeditavit.*

971

In dei nomine nos sisoaldo et sorori mea nomine guandilo plaguit nobis bone pacis uolumtas ut uindere uobis donnani et uxori tue trudilo terlia portione de omne nostra hereditate que auemus in uila aziueto (?) territorio portugal de parentorum nostrorum uisteria et iheluira id est kasas qum intrinsecis eorum (?) cupus cupas lectos katedras mensas uel omne musitate domorum uineas pomares uel omnes pomiferas ..... (?) terras cultas ... baruaras aruores fructuosas uel infructuosas aquas aquarum omnipium eductibus suis hubique ila potueritis inuenire per suis antiquiores terminos. uendimus uobis inde m<sup>a</sup> portione sigut desuper resonat ..... accepimus de uos pretio uacca et alio pretio que ..... conplaguit quod si aliquis ... uos proinde calumniauerit que nos a iudicio deuindigare non potuerimus ... noluerimus tunc inferam uel inferam pars nostra partique uestre quod ualere con ipsa ereditas duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata. facta kartula uenditionis xvii kalendas martii in era millesima viii.<sup>a</sup> sisoaldo manus mea +. guandilo manus mea +. .... sindin test. didaci test. petro test. sendino test. teoderigo test. zamario presbiter test. notario test. zalama (?) test. auo..... uitalis presbiter scr.... fridinando test. .... test. trusido (?) test.

## CIII

*Adosinda Benictoni vendit Oseredo Pelagiz uxori que in villa Gacim possebat. Descriptsimus ex volumine regestorum, saeculo XVIII exarato, qui titulum Tombo de S. Simao da Junqueira, T, iv, prae se fert et in Publico Archivo servatur.*

971

In Dei nomine. Ego Adosinda Bernictozi plaguit mici pro bone pacis, et uolumtas ut vinderemus vobis Oseredo Pelagiz, et uxori vestre Adegrundie, sicut et vindo ereditate mea probria in Villa Gacim, subtus monte Boconte probe ribulo Ave, et vindo vobis ipsa eredita integra, quantaque ibi aveo in casas, et plantatas, exitus, vel regresum, cum cunctis prestationibus suis quanti aprestatum ominis est sive et de parentum meorum, vel co-D. et C. Tom. I.

modo etiam de ganantia ad intres vobis illa concedo ubique sua veritas podueritis invenire; pro qua acepimus illo bove morgelo medio, et pro que tolerasti me in mea vita de victi, et de vestito, et sic illa mea comodo et de prole mea Sindileuba; de odie die aveatis illa pereniter, et posteridas vestras juri quieto, ut si aliquis omo uenerit contra anc kartula vindictionis inrumpere vel inmodice tentare, comodo pariamus vobis illa eredita dublata, et quantum ibi fuerit meliorata, et judicato. Notum die quarto Idus Martii, era milesima nona. Adosinda, a prosoaria mea, et de prolia mea Sindileuba, etiam in anc carta mano mea ro+. Qui presentes fuimus Gundemaro testes, Alvitu testes, Elias testes, Gundesindo testes, Gilmiro testes, Menendo notuit.

## CIV

*Sumpsimus ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii.*

972

**Testamentum de sancto martino de frexeneda**

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus sanctisque martiribus sancti mameatis et sancti pelagii quorum reliquie in eodem loco sunt recondita in loco predicto laurbanensis cenobii territorio conimbricie cum peccatorum nostrorum mole depresso in spe fiduciaque sanctorum meritis non usquequaque desperatione deicimur qui etiam texte conscientie reatu criminis sepe pauescimus ut per uos sancti martires consequi ueniam mereamur peccatorum nostrorum, nos ergo exiguo pusillo hacs indignos seruos seruorum dei uincenti presbiter et martini cognomento homeir et adeizon ut faceremus uobis sicuti et fecimus textum scripture testamenti series benefactis pro remedio anime nostre siue de tio nostro uincentius presbiter diue memorie quomodo nobis obtinuit in uita sua id est ecclesia nostra propria quos habemus in arrualde columbriense uocabulo sancti uincenti cum suis titulis et adiacentiis suis et cum omnis ornatus ecclesie. Et adicimus etiam in hoc testamento alia nostra ecclesia in uilla frexeneda uocabulo sancti martini episcopi cum suos dextros et cum suos uillares et omnis ornatus eius signos crucis et calices uela templorum et altiorum libros ecclesiasticos et spirituales. Item cortes cum casas et intrinsecus eorum quantum ad omnes aprestitum est. et diuide ipsa ecclesia et ipsos uillares cum uilla verde per regum que discurrit usque in certoma et per fonte unde gignit ipso regum et pergit per montes inter illa via antiqua et illo uallo usque in ribulo et fonte et concludet ipsas terras desuper ribulo. omnia que notauiimus ab integro concedimus pro remedio anime nostre siue de tio nostro uincenti presbiter. Si quis tamen quod fieri minime credimus et aliquis omo uenerit uel uenerimus qui hunc factum nostrum inrumpere quesierit in primis sedeat excommunicatus ab omni ecclesia et ad ceteri christianorum et cum iuda traditore abeat participio in eterna damnatione. et ipsum quod ausus fuerit inrumpere quadruplo componat et post parte iudicum solidos D. Et hunc factum nostrum plenam habeat roborem stantem et permanentem. sub die quod erit n<sup>o</sup> kalendas magii. Era m<sup>o</sup> x<sup>o</sup>. Nos uero superius nominati uincenti et martini et ayzon in anc karlam testamenti manus nostras proprias r++ oboramus.

abdella test. — samson test. — Louerigu test. — Iueiro test. — Aspidio test.

Ismahel test. — Farhon test. — Sismir test. — Homar test. — Mestulio test.

Ermegildo test. — Hazem test. — Menendo test. — Iuliano test. — Homeir test.

## CV

*Pactum venditionis quorundam bonorum in Cazomanes. Charta autographa, ex chartophylacio Monasterii S. Vincentii in Publicum Archivum delata textum nobis praebuit.*

972

Christus. In dei nomine ego donani et oxor tua idilo plaguit nobis bone pacis uoluntas ut uinderemus uobis ianardo et oxor tua oneka et gontemiro et oxor tua elisanet sicut et uendimus ereditate nostra propria que auimus in uila que uocitant kazomanes territorio portugalensis et comparauiimus ea de oliti et de suo filio daceredo. uendimus uobis mediatate de kasale quod fuit de florenzo et de pomare tras coraco que dicent criadoiro

**mediata et de pomare de arias m<sup>a</sup> intecra et de pomare de baldeñiro mediatate menuis m<sup>a</sup> et de pomare de dulcidio m<sup>a</sup> uel omnem nostra ereditate ubi ea potueritis inuenire per terminos anticos et per alias terras calvas vñ<sup>a</sup> intecra et media uobis concedimus et de kasale de speziosa m<sup>a</sup> cum suos domus et casale de muro m<sup>a</sup>. uendimus uobis istas eritas comodo sunt nodatas et delimitatas per suos terminos anticos in montes et fontes terras ruptas et baruaras pomiferas et omnia que in ei sunt.**

**Et ego arias uindo uobis iam superibus nominati ianardo et oneca gontemiro et elisauet uindo uobis vñ<sup>a</sup> de kasale de florenzo intecra et de pomare que dicent criatorios vñ<sup>a</sup> et de pomare de arias m<sup>a</sup> et de pomare baldeñiri de mediatate m<sup>a</sup> et de kasale de dolzidio vñ<sup>a</sup> intecra et de kasale de speciosa cum suos domus vñ<sup>a</sup> intecra et de casale de muro vñ<sup>a</sup> et de ereditate que fuit de gaton et de sua molier plalaia que comparauit suo filio ansuri de suos germanus in porziones menuis m<sup>a</sup> et de tota uila per terminus anticos nona media et casa media. et cepimus de uos nos superibus nominati donani et idilo et arias prezio que nobis bene conplaguit pro istas eritas. aueatis uos illas eritas et omnem posteritas uestras et si aliquis omo uos kalomiare uoluerit por ipsas eritas et de nostras partes noluerimus eas autorecare et diuindicare post uestra parte pariemus eas duplatas et uobis perpetim auit.. rit. facta kartula uenditionis era millesima x<sup>a</sup> vii kalendas decenbriias. donani et idilo et ariarias manus nostras + + +.**

sendino test. argenili trutesindo test. todomiro test. godina zesarior gendo test. arias sindofaliz test. uizoy. ariulfo donacalio sendino rodorico arualdo sandino .... seleges.

Uisterla frater scripsit.

#### CVI

#### *Desumpsimus ex Libro Testamentorum Laurbanensi.*

975

#### **Testamentum de salas et de uilla de albiaster**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego samaritana uobis petro presbitero cum peccatorum meorum mole depressa in spe fiduciaque sanctorum meritis non usquequaque disperatione deicio qui etiam teste conscientie reatui meo criminis sepe pauesco ut ergo per uos tandem reconciliari mereamur a domino. Et quia scriptum est —Vouete et reddite domino deo uestro— Hob oc ergo compuncte corde et inspirante divine uirtute ut pro aliiquid digne textum possimus examine metuendum Ego iam prefate samaritana clegi ~~testamentum~~ concessionis facere sieuti et feci post parte memorati petro presbitero de omnia mea hereditate quanta nunc habeo uel deinceps augmentare uel puplicare potuero usque ad obitum meum id est uilla de albiaster cum terras ruptas et inruptas uineis et pomiferis et uilla de salas cum terras ruptas et inruptas uineas-pomiferis domus et intrinsecus domorum omnia que ad usum ominis est et hec sunt terminationes earum. des ille ribulo de albiaster et perge per ille lombo de ille monte quomodo exparte inter crexemiris et salas et trauce illa karraria que uadit ad illa marmeleira usque fer in illa karraria de illa uimeneira et perget per sancto martino de paliates et inde per ille lombo usque fer in illo ribulo de albiaster. Concedo tibi omnia que super resonat ut in uita tua omnia tibi deseruat et post obitum tuum iuri monasterio laurbanensium permaneat simul secundum illo tuo testamentum quod post parte ipsius monasterio testasti ut sit in ornamentum ipsius baselice et pro luminaribus altiorum atque elemosinas pauperum. Siquis tamen quod fieri minime credo et indubitanter teneo quod aliquis homo uenerit uel uenire conauerit contra hunc meum factum ad inrumpendum in primis que domini sunt sit excommunicatus ab omni cetui christianorum et cum iuda proditore abeat participio in penam nunquam finienda et ipsud quod auctor fuerit contaminare quadruplo componat et post parte potestate qui tunc fuerit auri talento uno. Et hunc meam testationem in cunctis plenam obtineat firmitatis robore. Facta carta testamenti seriens benefactis v<sup>a</sup> idus ianuarii (?). Era millesima xi<sup>a</sup>. Ego samaritana in anc carta testamenti quod fieri uolui manu mea ro++boraui.

Credendo conuerso test. —Fazbona test. —Mota.. f test. —Lucido test. —Melic iben flores test. —Ermoriga test. —Maladon test. —Elias test. —Gomar test. —Zoleiman abbas test.

Zaadon frater —Placentius presbiter —Auriol presbiter —Lazarus presbiter —Vincenti presbiter —Saude presbiter —Carlon test. —Lucido test. —Zuleiman test. —Joab test.

Iben flores test. —Lone iben floride —Marco test. —Abaiube test. —Iben iaquinto test. —Abziceri presbiter test. —Nezeron test.

## CVII

*Ex Libro Testamentorum Monasterii Laurbanensis descriptissimus.*

973

**Testamentum de monasterio bacalusti in ripa durio**

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus sanctisque martiribus sancti mameli et sancti pelagii martiris christi corum baselica scita est in locum predictum monasterio lauribano territorio colimbrie discurrente ribulo mon-deco. Ego exigua hac pusilla munna cum peccatorum mole depressa in spe fiduciaque sanctorum meritis respiro non usquequaque desperatione deicio qui etiam teste conscientie reatui mei criminis sepe pauesco ut ergo per uos sanctissimi martyres reconciliari merear domino atque sanctorum omnium sufragium fide supplicatione uotis omnibus imploro. Et ideo deuotioni mee extitit ut de paupertatula mea sancte ecclesie uestre aliquantulum ex uoto proprio conferre deberem. Et quia scriptum est —Vouete et reddite domino deo uestro— Et ideo cum omni affectu tandem ipsam meam deuotionem implere procul acsi concedo et offero ecclesie uestre adque sacro sancto altario uestro pro uicto atque uestimento monacorum seu pro remedio defunctorum meorum qui migrati sunt de oc seculo siue pro luminaribus altiorum uestrorum uel elemosinis pauperum et pro memoria dominissimi mei domni ueremudi diue memorie seu et nostre ante deum ueniam merear consequi do et offero meo monasterio que uocitant bacalusti in territorio timilopus in ripam fluminis durio cum suis adiectionibus et cum suos canales et cum suas uarzenas de ambas partes durio. Et offero uobis alia ecclesia sancta eolalia que uobis testauit frater christoforus beate memorie domos terras vineas pomares pratis pascuis molinis in omnique circuitu et sauto et terras qui iacent usque in muro qui diuident cum villa de ciuitadela et de porta de sancto uincen-ti et inde per lombo usque in sarmenia et de dextera parte per carrale antiqua usque ubi diuidet cum villa de lombatella et cum villa de nausti usque in sarmenia. Omnia ut dixi liberum in dei nomine abeat. Quo et iurationem confirmo per deum quia contra hunc meum uotum nunquam ero ad inrumpendum. Siquis tamen quo fieri non credo aliquis omo uenerit tam de meis propinquis quam de extraneis contra unc meum factum ad inrumpendum In primis sit excommunicatus et cum iuda traditore abeat participio in eterna pena. Et quantum auferre temptauerit in quadruplo componat. Et hunc meum uotum firmum abeat roborem. Facta series testamenti xi kalendas aprilis. Era m xi<sup>a</sup>. Ego munna in anc kartula testamenti manu mea confirmo +.

Aloitus lucidi conf. —Roderigus tedoniz conf. —Gundesindus didaz conf.

Gundisaluus ~~mon~~neonis conf. —Sancius rex conf. —Sub christi nomine Rudesindus episcopus conf.

Ego christoforus confessor quo domna mea fecit mihi placuit et confirmaui +.

Gundemarus confirmo. —Recemondus diaconus test. —Vitiza presbiter test.

## CVIII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi sumpsimus.*

973

**Testamentum de villa malore in ripa de seira**

Non est enim dubium sed multis manet notum. Ego donal Placuit michi sano animo et sana mente integrum que consilio ut facerem uobis domno primus abba et congregatio uestra de monasterio laurbanensium cartula testamenti de omne meum ganatum que habeo uel augmentare potuero usque ad obitum meum pro remedio anime mee uel parentum meorum. do atque concedo uobis mea villa que uocitant seira et villa maiore integra cum omnibus prestationibus suis terras ruptas uel inruptas siue sesegas molinarum. Omnia ut dixi post obitum meum uobis concedo perpetim abitura. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc meum (sic) ad inrumpendum In primis sit excommunicatus et cum iuda traditore abeat participio in eterna pena nunquam finienda. Et insuper damna secularia pariet quantum auferre conaberit dublatum et ad iudice d solidos. Et hunc meum factum plenam abeat roborem. Facta kartula testamenti xi kalendas aprilis. Era Millesima xi<sup>a</sup>. Ego donal in hanc kartula testamenti manu mea r++ oboraui.

Zuleiman presbiter test. —Vizoi test. —Teoda test. —Aleite test.

Lubenal test. —Salbator test. —Branderigu test. —Viariagu test.

## CIX

*Pactum venditionis bonorum mobilium et immobilium in Costoias propè flumen Leça. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

973

**Carta uenditionis**

In dei nomine. Ego uiarigo et uxor mea leouilli uobis aduocatus et uxori tue leouilli. Placuit nobis bone pacis uoluntas nullius coegeritis articulo sed propria nostra uoluntate ut vnderemus uobis nostram hereditatem quam habemus in custodias que iacet inter durio et leza nostras casas cupas et cupos lagares lectos cathedras seu intrinsecus domorum aliter terras pomares ameixenares alia pomifera que ibidem sunt plantata aquis aquarum exitus montis petras mobiles uel omnia que ibidem potueritis inuenire quicquid ad placitum hominis est per suis antiquis terminis. de ipsa hereditate que nobis uendimus et de sursum resonat medietatem uobis concedimus ad pauendum omnia iuri uestro permanendi et accepimus de uobis precium in guinabe et in res et in alias causas que nobis bene complacuit in xxx<sup>a</sup> modios et de precio penis uos nichil remansit in debito. Ita ut ab hodierno die uel tempore sit ipsa hereditas de iuri nostro abrasa et iuri uestro sit tradita. Habeatis uos et omnis posteritas uestra. Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo inde quid extraere uoluerit pro ipsa hereditate tam de nostro laborato quam etiam et de comparato que nos a uestra securitate deuindere non potuerimus aut noluerimus post parti nestre tunc pariemus parti uestre ipsam hereditatem duplatam uel quantum a uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta carta nodum die vni kalendas aprilis. Era m<sup>a</sup> xr<sup>a</sup>. Vario et uxor mea leouilli in hac cartula uenditionis quod fieri uoluimus manus nostras roboramus++. Qui presentes fuerunt :

Cresconio ermigilli test. — Ihoannes credendi test. — Quiriacus gundisalui test. — Menendus edironi test. — Aluitus gundemarus test.

Janardus didaco conf. — Fasila diaconus conf. — Oletrio presbiter conf. — Felix presbiter conf. — Venedario odorio.

Framuldo seoderedus — Cesario conf. — Gundisalous.

## CX

*Hujus pacti venditionis quorundam bonorum in villa Zelzoni charta autographa, olim ad Collegium da Graça Conimbricensi pertinens, in Publico Archivo invenitur. Ex ea charta texum hausimus : verba vero illa quae, vel abolita, vel penè deleta vetustate erant, sumpsimus ex apographo, initii saeculi XVIII in codice, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira T. III prae se fert, exarato.*

973

Christus. In dei nomine. Ego teodilo plaguit mici bone pacis uolumtas nullus quoque gentis imperio nec subbadentis articulum nec pertimexentis metus set propria mici accessit uolumtas ut ubi uindere uobis uizoi dostrulfi-  
zes et uxori uestre sindileoua sicut et uindo uno pedazo de terra in villa zelsoni subtus monte bogonti territorio portugalensis. leua se ipse pedazo de ipsa terra de pumare de songimera et figi se in fontano ad bauza de abbade et de alia parte per suo ualo et de alia parte per termino de pumare qui fuit de menindo. et idem uindo uobis alia terra qui se leua de ipso pomare de menindo et uay per fontano et figi se per suo ualo et idem figi se in fontano cum suo concluso et stat in fundo una mazanaria valeriana. et aduc uobis hic concedo alia terra qui se leua de ipso regu et uay per suo ualo per termino de peraria usque fer in termino de romarigu et de alia parte per illo rego et inde per illo pozo et uay in giro et figi se ut prius dixit. et adicimus aduc uobis illo kasal cum suas parietes et cum suas mazanarias et suos castiniarios et cum sua agua et quanto ipsos kasales que in ista carta resonant in se obtinent et ad prestitum ominis est. pro que accepit de uos pretio uno lenzo et una adosa (?) et duos modios milio et ii<sup>a</sup> bebeas et ii<sup>a</sup> obelias cum suos filios tamto mici bene plaguit et de pretio penis apud uos nichil remansit in deuito ut abeatis ea uos firmiter et omnis posteridas uestra iure perenni temporibus seculorum agire uel donare aut cuit uos illa relinquere uoluerit liuera in dei nomine abeatis potestatem. Siquis aliquis omo uos

D. et C. Tom. I.

18

pro it calomiare uoluerit an uoluerit (*sic*) comodo abeatis licentia de me adprendere ipso qui in carta resonat dublado uel quanto ad uos fuerit meliorado et uobis perpetim auituro. Facta cartula uenditionis nonas iunii era millesima xi.<sup>a</sup> Teodilo in anc cartula uenditionis a me ipsa cognouit facta mano mea +. Idem mexido suo filio confirmans + quila suo genro conf. +

brandila test. — menindo test. — arias de retorta test.  
albura test. — sunimiro test. — uimaredo test.  
cresconio test. — didagu test. — olidi test.  
ermili test. — lili test. — songimera test. — uinili test.  
Benedictus notuit.

---

## CXI

*Descripsimus ex libro regestorum, Livro de D. Mummadona sic dicto.*

973

**Cartula de sancta eolalia de nespereira et de britelo**

In dei nomine. Ego idiuerto et uxor mea fradegundia Uobis Guntemirus confessio et fratres et sorores habitantes in casa de vimaranes. Placuit nobis bone pacis et uoluntas ut faceremus uobis sicuti et fecimus textum scripture cartula uendicionis de ecclesia uocabulo sancte eolalie que est fundata in villa nesperaria subtus monte de cauallus territorio bracharensis. de ipsa ecclesia damus uobis inde medietate integra cum cunctis prestacionibus suis domus cubas cubos ministeria lectos catedras uel omnis intrinsecus domorum et omnia suas adiacentias sicut illa obtinuit ansemirus abba pumares uineas sautos aquis aquarum de quantus ipse ansemirus abba in suo iure obtinuit medietate integra uobis inde damus atque concedimus et alia villa de britello quos fuit de pelagio et de felicia siue quantum nos ibi comparauius in ipsa villa pumares vineas sautos casas cupos catedras lectus exitum et regressum arbores fructuosas uel infructuosas aquas cursiles uel incursiles uel quantum in ipsa villa potueritis inuenire tam de patre nostro quam et de comparatela. ut abeatis ipsa villa iuri quieto integra cum cunctis prestacionibus suis ut quicquid exinde agere facere uel iudicare uolueritis liberam in dei nomine habeatis potestatem mea ratione integra siue de comparatela ubique illa potueritis inuenire. damus uobis medietate integra de ipsa ecclesia et illa villa integra pro uestro renouo cc<sup>o</sup> xxx<sup>a</sup> modios de ciuaria que abuimus a dare in casa de nesperaria et non abuimus unde uobis illos complere. ita ut de hodie die uel tempore sit ipso que in carta resonat de iuri nostro abrasa et in uestro iure uel dominio sit tradita atque confirmata. Siquis quod fieri minime credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula conceptionis que nos in iudicio non potuerimus deuindicare aut uos in uoci nostre quomodo pariemus uobis ipsa et ipsa uilla duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim. Notum die viii<sup>o</sup> idus nouembris. Era m<sup>a</sup> x<sup>a</sup> i.<sup>a</sup> Ildiuerto (*sic*) et fradegundia in hanc cartula uenditionis manus nostras roboramus.

Aloitus test. — Jesulfo test. — Patre test. — Aaron confessio test.  
Johannes confessio test. — Didacus confessio test. — Caritus test. Didaco test. — Roderico test.  
Rapinato telliz test. — Teodegildo test. — Johannes presbiter test. Tramiro test. — Uiliamirus diaconus notauit.

---

## CXII

*Romarius et Emilo fratres donant Domitiae et suo duplici monasterio bona quaedam propè flumen Ave, ecclesiasque duas cum supplectile. Charta autographa, ex chartophylacio Sedis Conimbricensis in Publicum Archivum delata, nobis textum suppeditavit.*

974

Domnis inuictissimis ac triunfatoribus christi gloriosis sanctisque martiribus domini salbatoris sancte marie semper virginis et genetricis domini nostri ihesu christi sancti migaeli arcangeli sanctorum apostolorum petri et pauli sancti andre apostoli sancti martini episcopi et confessoris domini. ego serbo christi rromario presbitero et germana mea emilo ideo extitit deuotionem pro remedio anime mee uobis hofferet et concedimus in loco predicto uilla que dicent ualeriani que est iusta castellu de boue rribulum aue inter uilla mazanaria et fornelli.

obinde ego iam dicto rromario hoffero et confirmo uel testamento facio de lloci ipsius sancti salbatoris uel socio-  
rum eius ut ic diximus sacris sanctis altaribus et tiui domitrie uel potestatis tue et fratribus et sororibus tuis qui  
tecum in uita sancta perseuerauerint concedo uel adtesto uobis ipsa ecclesia uocabulo sancta maria et sancto  
migaelum et sancto martino. et adicimus uobis alia ecclesia uocabulo sancto migaelum arcangeli et sancti mameti  
martiris christi cuius baseliga fumdata est in uillar que dicent felgaria .... (?) cum omnem suos intrinsegus quod  
ad usum hominis pertine ad ipsa ecclesia secundum illa obtinuit tio uestro astruario cum coniungia sua. contesto  
uobis ipso que supra diximus cum omnem suos dextros et suos libros uel omnem sua ministeria signos cruces  
capsas calices uelus uel omnem suo hornamento altaris terras ruptas uel barbaras petras mouiles uel inmouiles  
arbores fructuosas uel infructuosas pumares uineas sautus rrouoreta aquas cursiles uel incursiles exitus montium  
uel recessum uel hubi illa potueritis inuenire per llocis et uigus et terminos antigus tam de nostro comparato  
tam et de nostris donationibus ab intecro uobis testamus extra terras que a benedicta incartauiimus et extra ra-  
cione que fui de gondesindo et de fralemgo in uillar ilderizi. Ita ut diximus sit omnia quod super testatus est ad  
ipsum lucum deserbia pro tolerantia fratrum serborum domini qui ibidem in uita sancta perseueraberint. Ita ut  
de odie uel tempore sit omnia quod superius resonat ad ipso llocum deserbia quod et iuratione confirmo per  
deum celi et tronam glorie eius qui contra hunc factum nostrum numquam uenturi erimus ad inrumpendum. si-  
quis tamen quod sierit non credo ut aliquis homo ex propinquis nostris uel quislliae generis omne hunc factum  
nostrum inrumpere uoluerit in primis sia excumunigatus ad corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et  
cum iuda traditore avea partem in damna secularia et insuper parie mīor auri libras quamvis exolbat et uos pe-  
reni. Facta seriem testamenti mīo idus magii. Era millesima xii.<sup>ma</sup> rromario presbitero in oc testamento mano  
mea +.

rrizila test. — germias test. — mito test. — dominicon test.

guandila test. — argerigu test. — abolino test. — ascarigus diaconus testes sumus.

### CXIII

#### *Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii decerpsumus.*

974

#### **Testamentum de uillauerde suptus uakariza**

In dei nomine. Ego uincenti presbiter cognomento homeir in domino deo salutem eternam amen. Placuit  
mihi ut facerem ad uobis domno et pater primus abba simul cum collegio cenobio uestrorum pro remedio anime  
mee contestarem uobis sicuti et contesto uilla mea propria quos eiecit de stirpe mea et est nomen eius uillauerde  
comparada de abios et parentibus uel ereditibus meis nomine baeturio inter uimeneirolo et barriolo ripa ribulo ua-  
kariza suptus mons buzaco territorio colimbrie. concedo uobis ipsa uilla per suos signales in circuitu secundum  
iuri meo manet cum omnibus prestationibus suis domus cortes cum edificiis suis uineis pomiferis hortis et sesegas  
molinarum cum vīo molinos que iam ibidem feci. Ita ut in uita mea mihi deseruat et post obitum meum ab in-  
tegro concedo. Quo et coniurationem confirmo per deum patrem omnipotentem quia contra hunc meum factum  
numquam ero ad inrumpendum. Siquis aliquis homo contra hunc meum uotum ad inrumpendum uenerit in pri-  
mis sit excommunicatus et ad cetui christianorum segregatus et cum iuda traditore habeat participio et ipsum quod  
auferre conaberit quadruplo componat et post parte iudicum d solidos componat stantem et permanentem. mīo ka-  
lendas iunias. Era m xii<sup>a</sup>. Ego uincenti presbiter in hunc testamentum quem fieri uolui manu mea r++ oborau.

Zuleiman iben salomon test. — Juliani iben abbilion test. — Homeir iben abdeHa test. — Abzuleiman iben  
iquila test.

Santon iben senior test. — Abuldazir iben aldemir test. — Iohanne iben Zacoy test. — Abundantius pres-  
biter test.

## CXIV

*Ovecus Garseani donat Laurbanensi Monasterio villam S. Comba, cum praediis rusticis ipsae obnoxiiis, ecclesias et suppelectilem. Descripsimus ex autographa charta, olim in chartophylacio Conimbricensis Sedis, nunc in Publico Archivo servata.*

974

Hob honorem domini nostri ihesu christi et sanctorum glorissimorum martirum sancti mameatis et sancti pelagii et cetera sanctorum apostolorum pignera que in eodem loco sunt recondita in loco nominato urbanensi cenobio suburbio colinbrie. Ego famulo dei oueco garseani con peccatorum meorum mole depresso in spe fiduciae sanctorum meritis respiro non usquequaque dispiratione deycior qui etiam texte conscientie reatui meo criminis sepe pabesco Ut per uos tandem sanctissimi martiris reconciliari merear a domino deo nostro. Et quia scriptum est — uobete et reddite domino deo uestro — Et ideo cum omni affectu mentis atque operis ipsa mea deuotionem adinplendo procura. Unde monedula mea aliquantulum munus ex uoto proprio procura conferre sicut enim legimus instituta sententia comodo principes nostri constituerunt comodo accesserunt una cum orthodoxis viris inlustris presago spiritu pleni calle rectis pro dubio declararunt de hereditatem propinquis siue neptis uel extraneis aut cuiuslibet personis ut unusquisque de rebus suis in omni robore et perpetua firmitate abere tradere licet. Ego exiguo famulo dei oueco garseani placuit michi sano animo integroque consilio mente perfecta pacisque uolumtas ut facerem ad ipsius loci sancti mameeti textum scripture testamenti series benefactis ideo offero pro medio anime mee siue defunctorum meorum In primis villa de sancta columba cum suos uillares et suas ecclesiastas et suis locis et terminis antiquis uineas pomares ortos ortales aquas aquarum sesigas molinarum exitos montium ingressus et regressus domus cortes intrinsecus eorum cubas cum bibere cubos cum cibaria aurum argentum ornamentum ecclesia pannos siricos lineos uel lanceos caballos equas mulos asinos frenos sporas spadas scudos lanceas lorigas ferrum seu metalorum uel quantum apprestitum ominis est. Et diuidet ipsa villa et ipsos uillares per illa arca que est in illo campo iuxta illo fontano inter sancto iohanne et perget per lomba que diuidet cum termino de trexete ubi est uia antiqua et inde per montis per petras fictiles usque diuidet cum villa genestosa per lomba prope ecclesia sancti pelagii inpronante per termino forte usque in ribulo adon et de alia parte contra parte aquilonis per montes et per arcas antiquas et per petras sicilatas que diuidet cum villa aluarin et inde inpronante ad ribulo crinis et concludet alio monasteriolo nomine sancti georgii et inde per ribulo crinis usque in foce ribulo adon. Etiam omnia quod notaui medietatem partem concedo. Siquis tamen hunc factum meum infringere temtaberit aut alii genere demutilare que temptauerit an filiis suprinis nebotis aut aliquis omo qualibet subrogota persona ut hunc meam deuotionem necletem aut spontem conpuelere uoluerit in primis ira dei omnipotentis super eum descendat et uiuens a fronte inbalus careat lucernis et ad corpus domini nostri ihesu christi sit segregatus et dupla perditione damnatus atque cum iuda proditore adsurus lugeat penas in eterna damnatione. et hanc series testamenti firmiter abeat roborem. Facta kartula testamenti xi kalendas agusti. Era t x ii. Ego oueco garseani in hanc kartula testamenti manu mea confirmo +.

gutieri muniz confirmans + — didagus confirmans + — sub christi nomine uilulfus colimbriensis episcopus conf. — sub christi nomine Iquilani dei gratia episcopus uisense sedis conf. — sub christi nomine iacobus dei gratia episcopus lamezense sedis conf.

Hanui didaz test. — gundisaluo scemeniz test. — abolmundar gondolfyz test. — garsea sanctiz test. — abbitu benedictiz test.

oueco gudesteiz test. — albaro ansuriz test. — eita maioriz test. — guntelli test. — maurelle garvez test. — garzia muniz test. — scapa test.

gomece muniz test. — scemeno sauariçoiz test. — munio didaz test. — ermigio didaz test. — didago uielaz test.

teodosius abba — cresconius presbiter — sarrazinus presbiter — martinus presbiter scripsit.

CXV

*Gundesendus et uxor ejus Columba tradunt in manum Tructesendi praedium quodam in villa Guilhabreu situm, eo quod praedium aliud ille amiserat rei vindicationis causa. Charta autographa olim in scrinio Monasterii Morariensis, nunc in Publico Archivo servata nobis textum praebeuit.*

976

Christus. In dei nomine ego gundesendo et uxor sua columba uobis tructesendo placuit nobis bone pacis uolumtas ut faceremus uobis scripture firmitatis de erdate nostra propia que abemus in villa uiliauredi. omnia uobis damus adque concedimus ab intecro per ubi illa podueris inuenire per suis locis et uicis et terminis antiquis et quanto in ipsa erdate aprestitu ominis est aueatis uos et posteritas tua. et damus uobis ista erdate pro illa que iam uobis uendideramus per pretio et per uestra carta in spodenzi et exiuit nobis calumniosa ita ut de odie die et tempore sit ipsa erdate de iuri nostro abrasa et in uestro iure sia tradita uel confirmata. si quis tamen cot fierit non credimus aliquis omo proinde calumniare uoluerit que dublemus uobis ipsa erdate et uobis perpetuam auitura. facta cartula nodum die viii<sup>o</sup> kalendas marcas. era millessima xiii.<sup>a</sup> gundesendo et columba in anc cartula manus nostra + s.

fasila uimariz. guntigio presbiter. ioane gumiro. harraze zendon. uedisilo amarelo. arias gaudiniz. gundesendo sentariz. rauelle iusto. guntato didaci. arias randiz. aluano abrecano. beleco gardalia. bonus zendon. ariariz uegitu ic testes.

CXVI

***Descriptsimus ex Libro Testamentorum Laurbanensi.***

976

## **De villa larzana et de uarzena**

Ego lubigildo et argifonsa uobis primus abba et fratribus uestris. Placuit nobis sano animo integroque consilio mente perfecta ut facerem ad ipsius loci et sanctorum altariorum uestrorum kartula testamenti de nostra hereditate propria que abemus in villa larzana terras ruptas uel inruptas et in uarzanas hab integro uobis concedimus et in colimbria nostras ereditates. Omnia ut diximus pro remedio anime nostre uobis concedimus et parentum nostrorum qui migrati sunt de oc seculo tam in uita quam post obitum nostrum ut sint in sustentatione fratrum qui in eodem loco sunt in luminariis altariorum uestrorum uel elemosinis pauperum siue captiuorum. Si quis tamen quod fieri minime credimus et indubitanter tenemus aliquis homo uenerit uel uenire conaberit annos an de propinquis nostris uel de extraneis contra hunc nostrum factum uel decretum ad intrumpendum uenerit In primis sit excommunicatus et extraneus a sancta communione et cum iuda proditore abeat parte in damna secularia et insuper pariet post parte ipsius monasterii quantum auferre temptauerit in quatuor duplo componat et uobis perpetim abitura. et post parte iudicium d solidos. Factas cartas testamentorum idus martii. Era millesima xiii.<sup>a</sup> Et nos pernominatos homines de sigaria et de uillare telliado et de kasomes id sumus pernominatos Zahadon mestulius et laudonie abaiub presbiter iulianus presbiter ihoannes et domna de villa fundila sesuito frater et alius presbiter Leobigildo in has kartas testamentorum quod fieri uoluimus et religendo cognouimus manus nostras proprias r+++++ oborauimus. Qui preses fuerunt :

— Juliano test. — Saluator test. — Galindo test. — Didago test. — Iben donello test. — Elias iben apaz test.  
— Santimir iben apaz test. — Randulfo iben spidio test. — Lones iben didago test.

**Froila conf.** — Romano iben froila test. — Jacob iben iohanne test. — Gontado iben sijoi test. — Omar iben lucido test. — Zacarias iben unsuito test. — Rapario (?) iben sesmiro test. — Gaudinas. Reirigu. Fagildo. test.

## CXVII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii hausimus.*

976

**Testamentum de domna palla de alualat**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris uidelicet filii et spiritus sancti. Hec est tomum series scripture testamenti quem facere decreui Ego Enderkina qui et palla uobis domino primus abba cum collegio fratum uobiscum degentes in locum sancti mameatis et cetera sanctorum pignera in loco ipso recondita quorum basilica fundata esse dinoscitur in latera montis urbani in domino deo salutem sempiterna amen. Annuit atque conuenit spontanee mee uolumptatis electio ut concederem atque contestarem uobis tertia de villa de albalat ab integro per suos antiquiores terminos. Et abui ipsa villa de parte parentum uel abiorum meorum que michi euenit in parte sub diuisionis ordine quem abui cum germanos uel eredes meos. Et est ipsa villa iam dicta albalat securus ciuitas conimbric discurrente ribulo mondeco. Et diuidet cum villas prenominate fonte auria et bollon et de tertia parte nobales quas aperuit de stirpe fratri uestro gundemiro iben daudi. Do et contesto de ipsa villa iam dicta tertia parte ex integro cum omnibus prestationibus suis sicuti iuri meo mansit uel manere poterat ut sit pro sustentatione fratrum seu ospitum pauperum et peregrinum et pro luminaribus altiorum uestrorum pro remedium scilicet anime mee siue parentum uel abiorum meorum seu etiam pro memoria perenniter conseruanda de uiri meo pie memoria domino suario. Abeatis adeatis et in perpetuum vindicetis iuri quieto. Siquis tamen quod fieri non credo aliquis homo uenerit qui hunc meum factum uel uolum infringere uel uiolare uoluerit in primis que domini sunt sit segregatus a corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi et cum impiis et sceleratis penas luat tartareas baratro dimersus. et pro secularia damna afflictus pariet ipsa re que auferre temptauerit post parte monasterii dublata et ad iudicem insistentem solidos 10 et hunc meum uolum uel factum in cunctis obtineat firmatatem roborem. Facta series testamenti die m<sup>o</sup> idus agusti. Era millesima x<sup>a</sup> mii.<sup>a</sup> Ego enderkina qui et palla hanc concessione a me facta quod fieri uolui et religendo cognoui manu propria + conf.

Dulcidius diaconus test. — Sancio gartianiz test. — Magister leui test. — Sonimiro test. — Barualdo test. — Exemeno enniquiz test. — Habzec ordoniz test. — Aluito ordoniz test. — Suario arianiz test. — Menendo iben elias test. — Arias iben uitus test. — Teodilla conf. de cella noua test.

Elias iben Zekerini test. — Albauzan iben mahamudi test. — Mudurafe iben fatelion test. — Amatorem iben uassallo test. — Iquila iben nezeron test. — Julianus presbiter test. — Albura presbiter test. — Godino presbiter test. — Zeide presbiter test. — Ermorigo presbiter test.

## CXVIII

*Charta haec venditionis in Libro Testamentorum Laurbanensi invenitur.*

976

**Testamentum de villa de ferrariolos**

Nos omnes de ferrariolos que subter roboraturi uel signa facturi sumus. Id sumus marcus et uxor mea antulina Abdonna et filii meis meheb et menendo montukem et uxor mea palma iusto et uxor mea eolalia nauis iulia arias et uxor mea maiorina elias et uxor mea maiorina item iulia leocadia Item menendo et uxor mea faregia totos de villa ferreirolos uobis domino primus abba uel fratribus uestris. Placuit nobis atque conuenit nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria nobis accessit uolumtas ut uenderemus uobis nostra villa integra que uocitant ferrariolos pro precio nominato id est octuaginta modios inter milio et tritico tantum nobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in debitum. Ita de odie et tempore sedeat illa villa de iuri nostro abrasa et in uestro tradita atque confirmata perpetimque abitura. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus contra hunc nostrum factum ad inrumpendum in primis sit excommunicatus et quantum auferre conaberit in duplo componat et ad iudicem L<sup>a</sup> solidos. Et anc karta uenditionis plenam habeat roborem. Facta karta uenditionis kalendas nouembris. Era millesima xiii.<sup>a</sup> Ego marco et uxor mea antulina abdonna et filii meis moheb et mendo montukem et uxor mea palma Iusto et uxor mea eolalia arias et uxor

mea maiorina nausti iulia leocadia menendus et uxor mea faregia in hanc karta uenditionis quod fieri uoluimus  
manus nostras r+++++ oborauimus.

Qui fuerunt presentes. dauid de handones — Samuel de larzana test. — Salamon de kanallas test. — Elias de  
aelanas test. — Abdella et uitus test.

## CXIX

*Monasterio sive ecclesiae de Cacanes donat Trastina bona immobilia quaedam. Descripti-  
mus ex autographa charta, olim in scrinio Collegii da Graça, sic dicto, Conimbricensis, nunc in  
Publico Archivo servata.*

976

Christus. In dei nomine ego trastina cumloemento trastalo. Non est enim dubio sed multis manet cognitum ac bene notissimum heo quod ego iam sepedicta plaguit mici bone pacis uolumtas ut facere sicut et facio testum scripture firmitatis uel donationis post parte de mea quinta ad domus sanctorum sancti salvatoris sancti mame-  
tis sancte crucis sancti martini aepiscopi et sancti cibriani aepiscopi cuius baseliga scita est in cacanes. testo atque concedo ibidem ad ipsius domus sanctorum uel ad suos fratres qui ibidem perseuerantes fuerint in uita sancta omnem mea ereditas quanta aueo in ipsa uilla de cacanes per omnis suis terminis antiquis in quantum post mea parte ibidem ad prestitum ominis est. omnia concedo in terras in montes in fontes pomares sautus rouoretus figales petras uel quantum ibidem ad prestitum ominis est siue etiam et in uilla coua concedo m<sup>ir</sup> castaniarias qui sunt in riba de fontano super portum ubi dicent ponte de domno uiliuſu de ipso fontano usque in illa riba sursum concedo ipsas castaniarias comodo stant per ordine cum homne ipso terreno quod resonat. omnia quod iam superius diximus concedo et dono omnia ab integro post parte de mea quinta pro remedio anime mee ut do-  
net mici dominus remisio peccatorum meorum aueant et possideant fratres iuri quietum et in perpetuum vindicent qui ad ipso domus sanctorum perseuerantes fuerint. Et si quis quod fieri non credo aliquis omo uenerit ex progenie mee aut quisliue homine qui isto meo factum intrumpere uel infringere tentauerit in primis sit excomu-  
nigatus et de fidem catholica exegregatus ut cum iuda traditore abeat participio et sit ibidem condemnatus ut oblatio eius non recipiatur dominus pro in operibus iustisie (?). Et insuper pariet in uocem ipsius eglesie uel de  
suos fratres ipsas ereditas duplata uel quod lex doguerit. Notum die quod est in kalendas ianuarias. Era Millesima xiii.\*

Trastina in hoc pactum testamenti manum mea + fecit. Exemeno grisomariz test. Gondesindo test. frater teodefredo test. Fagildo test. teodila test. didagu diagonus edonia teodilani aragunti clementina uiliefonsus adulisiz semdamiru testes.

## CXX

*Monasterio S. Joannis de Valeiri Penedruia praedia rustica varia donat. Ex autographa  
charta, quae in chartophylacio Conimbricensis Sedis servabatur, et nunc in Publico invenitur  
Archivo, descriptimus.*

977

In nomine sancte patris (*sic*) et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritu sancti ob onorem uel amorem tuo christe triumfatorum et martirum tuorum nativitas sancti ioanis baptista et precursoris christi corum baselica esse fundata discernitur in uilla ualeiri discrente riuulo rio mediano terredorio portugalense prope ciuitas sancta maria. obinde ego penedruia plagui mici bona pacis et uolumtas ut facere ad ipsius locis dominis sanctis textum sim-  
ul et scripture firmitatis de ereditate mea propria que abeo in uilla quod est inter ualeiri et ipse casal cos uocitant osorei et est ipse casal in riba de ille riuulo que discurre per figuerido et de alia parte in gondulsi medio de illo casal de riba de ille riuulo gustu.... lus pinus per ubi illos potueritis inuenire et ipse casal quos uocitant sauegodi ex parte cum osorei per ille riuulo que discurre de figuerido et per ille aroio qui discurre de illa lagona et ex parte con pumares et uadi iusta ille forno telliario. do ad ipsius locis sanctis mea ereditate et mea edificia quantum ibi potueritis inuenire et pro remedio anime mee et pro uictum et uestimentum monagorum fradrum uel sororum qui ibidem in seruicio permanent et non damus ei licitum ad nullo omni proinde aligo deuindigare nisi ad ipsius dominis sanctis. nodum die quod est x<sup>o</sup> kalendas maii era millesima x<sup>o</sup>v. si quis tamen quod fieri non creditis aliquis ohmo ueneri ad inrunpendum contra uinc factum nostrum inrunpere temptauerit in primis

siat excommunicatus ad corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et con iuda traditore parte suscipiat in eterna damnatione et numquam finemda et insuper pariat ipsum quod sursun resonat dubladum. factum est anc series testamentum. penedruia in oc series testamentum manun mea r+o. pro testes gundisaluo presbiter quos uidi. Emila quos uidi. Fonso presbiter quos uidi. nebocano quos uidi. Auomar quos uidi. senteiro test. ordonio test. petro test.

Inueniendo notuit.

---

### CXXI

*Daniel presbyter et Zuleima cum uxore et filiis vendunt abbatii et fratribus Monasterii Laurbanensis quasdam molas aquarias in Forma sitas. Ex Libro Testamentorum Laurbanensi hausimus.*

977

In dei nomine. Ego daniel presbiter et zuleima cum uxore mea et filiis uobis primus abba cum congregatione uestra. Placuit nobis adque conuenit nullius cogentis imperio nec suadentis articulo nec pertimescentis metum sed proprie nobis accessit bone pacis uoluntas ut uenderemus uobis molendinum nostrum proprium quem abemus in uilla que uocitant forma. et habet iacentia ipsud molendinum super uestrum molendinum. qui est ad illam pontem. Vendidimus uobis ipsum molendinum integrum cum omni sua prestantia Ego daniel presbiter n<sup>o</sup> partes de ipso molendino et ego zoleiman illa tertia et accepimus de uobis precium aderatum et definitum. Ego daniel presbiter peza de bacellare qui erat in coselias et abet iacentia de una parte uinea de uinea (*sic*) de domna iulia et de alia parte sua uinea de daniele presbitero Et ego zuleiman accepi de uos argentum solidos xxii<sup>o</sup> xvii solidos hazimis (*sic*) et v<sup>o</sup> solidos mohomati. Vos dedistis et nos ex integro accepimus et de pretio apud uos nichil remansit in debitum. abeatis adeatis et in perpetuo vindicetis iuri quieto uos et omnis posteritas uestra. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenire conauerit qui uos pro ipso molendino inquietare uoluerit an nos an quislibet omo que nos post parte uestra vindicare uel auctorizare aut noluerimus aut non potuerimus pariemus uobis ipso molendino duplato et post parte comitis uel regia potestas pariemus solidos c et uobis perpetim abituros. Facta kartula uenditionis sub die nn<sup>o</sup> idus iulii. Era m xv.<sup>a</sup> Ego daniel presbiter et Zuleiman cum uxor mea in hac kartula uenditionis quod fieri uoluimus manus nostras confirma+uimus. Muluc aba ic test. — selmon iben leim ic test. Lazaro iben gondemiro ic test. Abzuleiman iben iquila ic test. Zuleiman iben salomon ic test. Abolbalit iben tauron ic test. Abzcri presbiter ic test. Garseas presbiter test. Homeite iben abdela ic test. Bakri iben abdela test. Venze presbiter ic test. Paulus presbiter ic test.

---

### CXXII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii decerpsumus.*

978

### Testamentum in ripa de seira illa uilla

In dei nomine. Ego adaulfus presbiter uel conuerso in domino deo sempiternam salutem amen. Ideo placuit mihi per bone pacis et uolumtas ut facerem uobis domno primus abba textum scripture de omnia mea hereditate que habeo in ripa de seira id est mea uilla pernominata seira integra terras ruptas uel inruptas arbores pomiferis et quicquid ad prestitum ominis est omnia ab integro uobis concedo pro remedio anime mee uel parentum meorum. Ita ut in uita mea mihi deseruiat et post obitum meum ad monasterium lauribanus reuertat. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenero contra hunc meum factum ad inrumpendum in primis sit excommunicatus a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et cum iuda traditore abeat participio et insuper quantum auferre temptauerit in dublo componat. Facta carta testamenti viii kalendas magias. Era millesima xvi.<sup>a</sup> Ego adaulfo presbitero uel conuerso manu mea propria r++ oboro.

Vir obtimo test. — Valide test. — Abtauita test. — Mirualdo test. — Melior test. — Item ualide test. — dulcidius test.

## CXXIII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi descriptissimus. (Vid. ante n. cxxi.)*

978

**De molines de forma**

In dei nomine. Ego zuleiman iben lazaro et uxor mea et filiis meis uobis domino primus abba cum collatio  
uestra. placuit nobis atque conuenit ut uenderemus uobis nostro molino que abemus in forma. uendimus uobis  
ille molino ab integro cum suo accessu uel regressu et cum suo aqueducto sicuti iuri nostro mansit. Et accepimus  
de uos in precio una uinea in uilla de coselias. uos dedistis et nos accepimus. Ita de odie die uel tempore sedeat  
ille molino de iuri nostro abraso et in uestro tradito. Siquis tamen quod fieri credimus (*sic*) aliquis omo uenerit  
uel uenire conaberit contra unc nostrum factum quomodo pariat uobis ille molino dublato et uobis perpetim abi-  
turo. Facta carta uenditionis xvii kalendas magii. Era m<sup>a</sup> xvi.<sup>a</sup> Ego Zuleiman in anc carta uenditionis manus nos-  
tras r+ oborauimus.

Froila gutierrez test. — Homeir iben abdella test. — Venze presbiter test.

Zuleiman iben nezeron test. — Garseas presbiter test. — Paulus notuit.

## CXXIV

*Pactum venditionis mediae partis villa de Moreira et mediae villa de Causo. Charta au-  
tographa quae olim in scrinio Monasterii Morariensis servabatur, nunc vero in Publico Archivo  
custoditur, textum nobis suppeditavit.*

978

Christus. In dei nomine ego geluira uobis donani zalamiz et uxor uestra .... plaguit nobis bone pacis uo-  
luntas .. uendimus uobis uel donamus uilla de moraria mediatate de illa cum omnibus prestationibus suis terras  
pomares uineas domus montes fontes exitus per suis terminis antiquis ductus earum uel sesigas molinarum. abet  
iacentia ipsa uilla discurrente ribulo leza subtus montis petrosso prope litore maris damus uobis mediadate de  
ipsa uilla integra cum omnes prestationibus suis uel adiacentie sue. et damus uobis de uilla de causo que fuit de  
ioacino mediadade integra con omne adiacentie sue quantum ad prestitum in ea deseruit quantum ad prestitum  
ominis est ubi uos illa potueritis inuenire per suis terminis antiquis et accepimus de uos pretio que nobis bene  
conplaguit cauallo de ..... (?) boues et m<sup>or</sup> panos placiules de singulos boues et aligos folles et de pretio apud  
uos nicil remansit in deuito. de odie die sit de nostro iure rasa in uestro dominio sia confirmada aueadis uos ea  
uel filiis uestris uel omne posteridatis uestre. siquis sane quod fieri non credimus aliquis omo uos pro illas uillas  
calumiare uoluerit que uos in uoz nostre deuindigare non potueritis et nos ausati fuerimus in retro facere que  
ad uos illa non auctorquemus ad concilio pariemus a uos illas dublatas uel quantum uos fueritis melioratas et  
uos perpetim. Facta cartula uenditionis vi idus (?) setenbris. Era r<sup>a</sup> xvi.<sup>a</sup>

geluira nunniz in anc cartula manus mea confirma. gunterodis manus mea confirma+mus.

zidi cresconiz test. — uermudo cresconiz test. — pelagio eganiz test. — quintila eganiz test. — uermudo al-  
uitiz test. — rossendo (?) aluitiz test.

aluito brandiliz test. — gudesteo test. — rapinado test. — petro test. — spadengo (?) test. — doniz (?) test.  
uimara notuit.

## CXXV

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii descriptsimus.*

978

**Testamentum de azeuedo in terra de sancta maria**

In dei nomine. Ego indigna gogilli cognomento bellida cum peccatorum mole depressa placuit mihi sano animo mente perfecta pacisque uolumptas ut facerem ad ipsius loci sancti mameatis et sancti pelagii martiris christi quorum baselica fundata est in territorio columbrie kartulam testamenti de meas uarzenas que abeo in uilla de azeuedo ad ille porto de sancto uincenti de ambas partus (*sic*) ille fontano et ille molino qui fuit de arias liquiz integro et sunt illas hereditates in terra de sancta maria ad ille porto de sancto uincenti de peraria. omnia ut diximus uobis concedo pro remedio anime mee et parentum meorum. Siquis tamen quod fieri non credo aliquis homo uenerit ad intrupendum unc meum factum in primis sedeat excommunicatus et quantum auferre temptauerit in dublo uobis componat. et unc meum uotum firmum abeat robo. Facta series testamenti viii<sup>o</sup> kalendas decembres. Era m<sup>a</sup> xvi.<sup>a</sup> Ego gogilli in ac testamenti manu mea r++ oboro. Seniorino test. dulcidiu test. Viliuſu test. Arias gendiz test. Moderigu noemiz test.

## CXXVI

*Charta autographa hujus donationis bonorum in Alvarelhos, Gemunde et Zadões, oīm  
in scrinio Monasterii Morariensis, nunc in Publico Archivo servata, textum nobis praebeuit.*

979

Christus. In dei nomine ego animia conomento nina placuit mici asto animo et bone pacis uolumtas nulis coque gentis inperio nec suadentis artigulo set probia mici accesit uolumtas ut donare uobis adefonsus sicut dono adque confirmo omnia mea ereditate que aueo in uila uocidada aluarellos et in uila gemundi et uila zadones et sunt ipsas uilas in urbium portogalensis secus ribulo aue et sunt ipsas uilas de subsecionem parentum meorum soario et mater mea ..... (?) in locum sanctum christoforum. istas uilas iam supra nominatas per suis terminis et limitis abtiquis (*sic*) sexta (?) quanto me competet inter eredibus meis in pomares et domibus meis exitus montis aquarum terrarum kacosolanos (?) et baruarum et omnia montana et omnia aruustriorum quanto ad prestidum ominis est quam in ipsa mea porcionem inuenire podueritis omnia porcionem mea integratiui concedo dono adque confirmo. aueas tu adefonso et omnis posteritas tua iuri quiedo et temporibus seculorum et quitquit de ea facere uoleris liuera in dei nomine aueas polestate sub eam tamien uidelicem rationem seruada eum aut aliquis de probinquidane (*sic*) mea uel de quacumque parte aliquis omo persone uenerit in ronpendum contra anc cartula confirmacionis que eum post tua parte in iudicio deuendere non poduerit pariet tini in cuiuslie iudicio fuerit electo ipsa ereditade dublada uel quanto ad uobis fuerit meliorada et tini perpetu dim aiduro. facta kartula donacionis Era millesima x<sup>a</sup>vii<sup>a</sup> quod est mense marcio. animia conomento nina in anc kartula donacionis manu mea conf.

ioane prespiter test. modericos prespiter. donani test. sendino test. gondissaluo test. sauarico test. abre gano test. eirico test.

## CXXVII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi desumpsimus.*

980

**Testamentum de alquinitia de gaudinas et composta**

In dei nomine. Ego gaudinas et uxor mea composta. Placuit nobis sana mente integroque consilio mente perfecta ut faceremus uobis textum scripture de ereditate nostra propria que habemus uel augmentare potueri-

mus usque ad obitum nostrum id est de uilla alquinitia media (?) ubi est uestra ecclesia uocabulo sancti martini territorio miranda et nostras cortes cum casas et intrinsecus domorum omnia que ad usum ominis pertinet. et nostras vineas iuxta illa ecclesia cum suas aquas et suos ortos. Adicimus etiam alia uinea qui est in ipsa villa et nostras terras ruptas uel inruptas. Omnia ab integro uobis domno mestulius abba et sancti mameti de cenobio laurbanus concedidimus post parte monasterii uestri iam supra dicti. Siquis tamen quod fieri non credimus et aliquis omo uenerit uel uenerimus contra hunc nostrum factum ad inrumpendum In primis sit excommunicatus et cum iuda traditore habeat participio et insuper quantum auferre temptauerit in quadruplum uobis componat. et unc nostrum factum plenum abeat roborem. Facta karta testamenti v kalendas martii. Era millesima xviii.<sup>a</sup> Ego gaudinas et uxor mea composta in anc kartula testamenti quod fieri uoluimus manus nostras r + + oborauimus.

donnon test. — Arias test. — Floride test. — iacob test. — Aluitu test.

Viadeir test. — abonazar test. — Veila test. — Zuleiman test. — Gudesteo test.

Recemiro test. — Salude test. — Abzag test. — Mestulio test. — Leouildo test.

## CXXVIII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi hausimus.*

980

**Testamentum de talauelro**

Domnis inuictissimis hac triumphatoribus sanctisque martiribus sancti mameatis et sancti pelagii et sotiorum eius corum baselica esse scita in loco predicto subtus montis lauribannus secus ribulo mondeco suburbio conimbricie quos patronum abere uelle et quos propagatorem apud pium redemptorem desideramus. Ego nos exiguo famulos dei bahri et trunquilli cum peccatorem (*sic*) mole depresso placuit nobis sanus sana mente integroque consilio mente perfecta pacisque uolumtas ut adimpleremus lex quod gloriosos principes nostri constituerunt. Et ideo nos pertimescentis dies magni iudicii ne repentina mors sub occasione nobis eueniat placuit nobis ut faceremus ad ipsius loci et sanctorum altiorum uestrorum kartula testamenti de hereditate nostra propria que abemus in uilla talabario in quinione de iben hocem uno agro de riu usque in monte in abdemna de una pars filios de homeite beate memorie et de alia pars sic similiter terra qui fuit de leopicini presbitero. et una uinea qui est in quiris iacente iusta iohanne iben alualiti et de alia pars uinea de auripino. et damus uobis nostras ecclesiastis uocabulo sancti micaheli arcangeli et sancti petri apostoli in uilla tentugal et in uilla arquanio sancte Eolalie semper uirginis concedimus firmiter ut diximus. Ita sic concedimus cupo de xxxx modios et cupa de xxxx quinales in quem ipso fructo se coleat et pro memoria nostra deseruiat. Sub ea tamen uidelicet rationem seruatam ut in uita nostra nobis deseruiat et post obitum nostrum iuri monasterii permaneat. Siquis tamen quod fieri credimus (*sic*) aliquis omo uenerit uel uenire conaberit contra unc nostrum factum in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore abeat participio in eterna damnatione. et insuper quantum auferre conaberit in quattuor dublo componat et ad iudicem solidos reddat. Facta karta testamenti v<sup>o</sup> kalendas iunias. Era millesima xviii.<sup>a</sup> Nos superius nominatum bahri et trunquilli quos elegimus confirmamus ++.

## CXXIX

*Pactum venditionis dimidia partis cuiusdam praedii extra moenia Conimbricensis civitatis s<sup>t</sup>iti. Charta autographa, ex scrinio Monasterii Laurbanensis in Publicum Archivum delata, textum nobis suppeditavit.*

980

Christus. In christi nomine ego cresconio uobis domno primus abba cum collatio uestra. Annuit mici ad que conplacuit per bone pacis uoluntas nullus cogentis imperio nec suadentis artigulo ut uinderem uobis mediata de mea corte quem abeo in arrualde de conimbricia et est ipsa corte secus eccliesie sancti petri et alia parte uestra corte et tercia parte kasa de zalama iben floresindo et quarta parte corte de emulaz et de suos filios. Vendo uobis mediata de ipsa corte simul cum illa kasa que est contra uestra corte et illa ficaria qui est ante illa kasa.

Et accepit de uos pretium aderatum et definitum in lxx et v solidos argenteos que mici bene complacuit. uos dedistis et ego ex integro accepi et apud uos nicil remansit in deuitum. Abeatis adeatis et in perpetuo uindicetis uos omnis posteritas uestra. Siquis tamen quo fieri non credo aliquis homo uenerit ad inrupentum hanc kartula uenditionis que in iudicio post parte uestra auctoricare uel uendicare non potuero pariem post parte uestra ipsa corte et ipsa kasa duplata uel triplata. Et hanc kartula uenditionis plenum obtineat roborem et perpetue firmate. Facta kartula uenditionis sub die ii idus nobembres. Era millesima xviii.<sup>a</sup>

Ego cresconio in hanc kartula uenditionis quod fieri uolui et relegende cognobi manu mea +.  
qui preses fuerunt. dulcidio iben abolmudar test. — iunizi iben salut test. — abamor mestalio iben abamor test. — ebrahim iben salut test.

abscogaleile iben salut test. — cundemiro iben zoleiman test. — heicar iben florit test.  
beniamin diagonus notuit.

## CXXX

*Donationem hanc amplissimam villaे de Traxedе et aliarum ex autographa charta, olim  
in scrinio Laurbanensis Monasterii, nunc vero in Publico Archivo servata, descripsimus.*

981

Ob honorem domini nostri ihesu christi et sanctorum gloriosissimorum martirum sancti mametis et cetera sanctorum pignera qui in eodem loco sunt recondita in loco nominato urbanensi cenobio suburbio colimbrie. Ego famulo dei gundisaluо muniz et uxor mea mamodona cum peccatorum nostrorum mole depresso in spe fiduciaque sanctorum meritis respiramus non usquequaque disperatione deicimur qui eciam texte conscientie reatu nostro criminis sepe pauescimus ut per uos tandem sanctissimi martris reconciliari mereamur a domino deo nostro. Et quia scriptum est — Vouete et reddite domino deo uestro — Ego famulo dei Gundisaluus et uxor mea mamodona Placuit nobis sano animo integroque consilio mente perfecta pacisque uoluntas ut faceremus ad ipsius loci et sanctorum sancti mametis et sancti pelagii textum scripture testamenti series benefacti de omni nostra hereditate quam habemus de villa nostra propria que uocitant Traxedе cum suo monasterio discurrente ribulo adon prope ipsius ripa ipso monasterio cum omni ornatu suo. Cruces calices coronas capsas et uelas templorum uel omni ornatu ecclesie. Adicimus etiam alias uillas ad ipsum monasterium deseruendum Ecclesia de traxedilina ubi est sepultura eius cum adiussionibus suis cum uilla genestosa. Et de alia parte uilla negosela que diuidet per arcas cum monte mauraz et trauanca. et deditus in cubitu dextro per arcas que diuidet cum paradela per lomba usque in ribulo adon et ultra ribulo adon uilla que uocitant papizinos Et alia uilla olibaria de currellos cum suo monasterio et cum suos dextros et uilla de siluares cum suis terminis antiquis Et uilla de sancto iohanne de teliada et uilla de ragolfe. Ita omnia que notauius ab integro uobis concedimus pro remedio anime nostre et parentum nostrorum diue memorie ut sit in sustentatio fratrum in luminariis altiorum uel elemosinis pauperum. Siquis tamen quod fieri minime credimus et indubitanter tenemus aliquis homo uenerit uel uenire conauerit de nostris propinquis uel de extraneis contra hunc nostrum factum ad inrumpendum in primis sit excommunicatus a sancta communione et cum iuda christi traditore habeat participium in eterna damnacione et pro damna secularia afflictum ipsud quod auferre temptauerit in quadruplum componat et post parte iudicu m solidos. et hunc nostrum factum plenum obtineat roborem. Facta series testamenti xi kalendas ianuarias. Era x viii. Ego gundisaluus muneonis et uxor mea mamodona qui anc cartam testamenti iussimus facere et cum idoneis testibus confirmare et cum propriis manibus nostris confirmauimus ++.

Sub christi nomine Viliulfus episcopus colimbriensis sedis conf. — Sub christi nomine Iquilani episcopus uisiensis sedis conf. — Sub christi nomine Iacobus episcopus lamezensis sedis conf.

Rodesindus frenandiz conf. — Tedon suariz conf. — Telo aloitz conf. — Menendus gunzaluiz conf. — Fernandus gutieriz conf. — Osorio ouequiz conf.

Beniamin diaconus notuit.

## CXXXI

*In Libro Testamentorum Laurbanensi invenitur.*

981

**Testamentum de gudesteo de recordanes**

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus gloriois sanctisque martiribus sancti mameti et sancti pelagii et sotiorum eius martirum quorum baselica esse scita in locum lauribanus territorio conimbricie. Ego exiguo famulo dei gudesteo cum peccatorum meorum mole depresso Placuit mihi ut facerem ad ipsius loci et sanctorum altariorum uestrorum cartula conceptionis de terras quam habeo in uilla recordanes que comparei de eirigo et sunt m<sup>o</sup> lareas. una larea que se leua de uallo de castiniarias et plega in ribulo de agada et habet in ampio n<sup>o</sup> passus et cubito et alia larea qui iacet in uarzena maior leua sse de monte et plega in ribulo abet in ampio passus m<sup>o</sup> et alia larea qui se leua de media uarzena et plega in ribulo habet in ampio passus m<sup>o</sup> et m<sup>o</sup> cubitos. Et xxxx<sup>a</sup> modios milio et m<sup>o</sup> cupos concedo post parte monasterii. Siquis tamen quod fieri minime credo ut aliquis homo uenerit anc cartula testamenti (*sic*) sit excomunicatus ad sancta communione sit segregatus et insuper pariet de quo contaminatum fuerit duplatum. et anc scripture plena obtineat firmitate. notum die x<sup>o</sup> kalendas ianuarias. Era millesima xviii.<sup>a</sup> Ego gudesteo manu mea r++oboro.

Eigo test. —Fromarigo test. —Ascarigus test.

Frater andre test. —Johaune test.

dominic presbiter test. —Gondesindo test.

Sagadus presbiter scripsit hic fui.

## CXXXII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi descriptimus.*

981

**Testamentum de palos et de lamas de gunzalue mendiz**

Hob onorem domini nostri ibesu christi et sanctorum glorioissimorum martirum sancti mametis et cetera sanctorum pignera quod in eodem loco sunt recondita in loco nominato urbanensi cenobio suburbio conimbricie. Ego famulo dei gundisaluus menendiz cum peccatorum meorum mole depresso in spe fiduciaque sanctorum meritis respiro non usquequaque desperatione deicior qui etiam texte conscientie reatui meo criminis sepe pauesco ut per uos tandem sanctissimi martiris reconciliari merear a domino deo nostro. et quia scriptum est —Vouete et reddite domino deo uestro— Et ideo ego exiguo famulo dei iamdicto gundissalus menendiz placuit michi sano animo integroque consilio perfecta pacisque uolumplas ut facerem ad ipsius loci sancti mameti textum scripture testamenti series benefacti de omnia mea ratione quam habeo in uilla uocitata palos secus ribulo uauga quarta portione de ipsa uilla ab integro per omne suos uicos et terminos anticos. et diuidet ipsa uilla cum uilla palaciolo et de alia parte uilla de padazanes et belli et alcorauin et christoualanes. et diuidet per montis meisou frido et per uilla de hanni quod est de domna palla. Et de uilla lamas quarta portione integra per suos terminos anticos. concedo post parte monasterii iamdicti in ipsas uillas iam dictas quartas portiones ab integro quantum mihi competit inter meos heredes pro remedio anime mee et parentum meorum diue memoria ut sit in sustentatio fratrum in luminariis altariorum uel elemosinis pauperum. Siquis tamen quod fieri minime credo et indubitanter teneo aliquis homo uenerit uel uenire conaberit de propinquis meis uel de extraneis contra hunc meum factum ad inrumpendum In primis sit excomunicatus a sancta communione et cum iuda christi traditore habeat partcipio in eterna damnatione. Et pro secularia damna afflictum ipsud quod auferre temptauerit in quadruplum componat et post parte iudicum solidos d.<sup>o</sup>s Et hunc textum scripture plenum obtineat roborem. Facta karta testamenti xi<sup>o</sup> kalendas ianuarias. Era millesima xviii.<sup>a</sup> Ego gundisaluus menendiz in anc kartula testamenti quod fieri uolui manu mea r++oborauit.

Veremodus rex. Prolix domni ordonii. —Sub christi nomine uiliulfus dei gratia episcopus colimbriense sedis conf. —In christi nomine ikilani gratia dei episcopus uisense sedis conf. —Sub christi nomine Jacobus

D. et C. Tom. I.

21

dei gratia Episcopus lamezense sedis conf. — Gutierre didaz conf. — Tello eloritiz conf. — Menendo gundisaluiz conf. — Rodorigo sarraziniz conf.

Tedon aldretiz conf. — Gundisaluo aluariz conf. — Rodorigo sarraciniz conf. — Gundisaluo didaz conf.

## CXXXIII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi descriptissimus.*

981

**Testamentum de recordanes in ripa de agada**

Hob honorem domini nostri ihesu christi et sanctorum glorioissimorum martirum sancti mameatis et cetera sanctorum pignera qui in eodem loco sunt recondita in loco nominato hurbanensi cenobio suburbio conimbricie. nos quidem exiguos famulos dei fredenando sandiniz et uxor mea geluira Cum peccatorum nostrorum mole de- pressus in spe fiduciaque sanctorum meritis respiramus non usquequaque disperatione deicimur qui etiam teste conscientie reatui nostro criminis sepe pauescimus ut per uos tandem sanctissimi martiris reconciliari mereamur a domino deo nostro. et quia scriptum est — Vouete et reddite domino deo uestro — et ideo nos supranominati fredenandus et geluira placuit nobis ut faceremus ad ipsius loci et sanctorum altiorum kartula testamenti series benefactis de tertia de villa nostra propria uocitata recordanes in ripa de agada quomodo iacet cum uentosa et antolini comodo illas obtinuit sandinus suariz et uxor sua Exemena. Et habemus ipsa tertia integra per sortem diuisionis cum nostros iermanos. Homnia quod diximus ab integro uobis concedimus cum quantum in se obtinet. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenire conaberit qui unc nostrum uotum infringere temptauerit in primis sit excommunicatus ad sancta comunione et cum iuda traditore habeat participio in eterna damnatione et insuper quantum auferre temptauerit in duplo uobis conponat et post parte iudicum <sup>duo</sup> solidos conponat et <sup>et</sup> c<sup>m</sup> flagellas suscipiat. Et hunc nostrum factum plenam obtineat roborem. Adicimus huic in loco et sancto cenobio liuerto nostro nominato teodemiro aluitiz et sua uxor ermesinda pro remedio anime nostre. Iterum adicimus ibidem ut per singulos annis de nostras salinas de coneliaria dent post parte monasterii xx<sup>1</sup> modios de sal. Era millesima xviii.<sup>a</sup> Nos autem fredenandus et geluira in anc kartam testamenti quod fieri uolui- mus manus nostras r<sup>+</sup> oboramus.

Gundisaluus muneonis conf. — Suario sandiniz conf. — Ranemiro gunzaluiz conf. — Menendo gunzaluiz conf.

Suario erotiz conf. — Pelagio liedroniz conf. — Melazar iben alcapzor conf. — Benjamin diaconus scripsit.

## CXXXIV

*In Livro de D. Mummadona, sic dicto, invenitur.*

982 (?)

**Carta de villa fornos**

In dei nomine. Ego tradilo conuersa vobis sobrinas meas Ermosinda conuersa Tadilo conuersa sesilli conuersa Ebrili conuersa Placuit mihi per bone pacis et uoluntas asto animo ut facerem uobis iam dictas textum scripture firmitatis de omne mea hereditate que abeo in villa fornos et habe iacentia inter tamiga et durio sub- tus monte de aradus territorio anegia. damus uobis illa atque concedimus de omne ipsa hereditate iii<sup>a</sup> integra quantum me corpode (*sic*) inter fratres meos uel heredes. concedimus uobis atque confirmamus in terris montes fontes aquis pascuis atque paludibus terras ruptas atque dirruptas petras mobiles uel immobiles mazaneiras casti- neiras vineas uel omnes pomiferas siue etiam sesigas molinarum et omne domum meam cum suis intrinsecus domorum cubos cupas lectos mensas catedras uel quantum ibi ad prestitum hominis est. confirmamus uobis ipsa iii<sup>a</sup> integra et insuper casale que dicent uiniale quod fuit de auia nostra ermecundia. confirmamus uobis atque concedimus ut abeatis uos firmiter ipsa hereditate siue in uita mea siue post obitum meum in uestro iure sit tra- dita atque confirmata et de nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita et concessa. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo contra hanc cartula firmitatis uenerit uel uenerit ad inrumpendum an nos an

alius in uoce nostra an unus ex progeniis nostris In primis ut sit extraneus a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi non accipiat communione et cum iuda domini traditore luat penas in eterna dampnatione. Facta cartula firmitatis x<sup>o</sup> v<sup>o</sup> kalendas agustas. Era m.xx.<sup>a</sup> Trudilo conuersa in hac cartula firmitatis manus meas roboro.

Solmirus presbiter test. — Felicis presbiter test. — Teoderedus test. — Bonacinus presbiter test.

Gontemirus confessio conf. — Gregorius presbiter conf. — Seremanus presbiter conf. — Arualdus diaconus conf.

Flomaricus dominicus test. — Marcus confessio conf. — Froila confirmo — Sangemiro conf. — Ordonius presbiter notauit.

## CXXXV

*Charta venditionis cuiusdam agri in pago Sumlani siti. Desumpsimus ex Livro Preto Co-nimbricensis Sedis.*

982

**Carta donationis**

In dei nomine ego iliseo et uxori mea sendina rando et uxori mea flamolina argileoua (*sic*) framila et uxori mea trudili Placuit nobis bone pacis uoluntas nullus metum pertimescentis sed propria nobis accessit uoluntas ut ubi donaremus tibi sumla et uxori tue gudilo sicut et donamus ut ualleat donacio sicut et uendidit larea de terra in villa sumlani territorio portugal et iacet iusta larea de uilifonso et de alia parte larea de nandulfo et donamus uobis ipsa larea super uestra mensa ad pane et ad carne et ad bibere uos donastis et nos accepimus. Ita ut de hodie die uel tempore de iuri nostro sedeat abrasa et in iuri uestro sit concessa ut habeatis uos et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum quicquid ex ea agere uel facere uolueritis libera in dei nomine habbatis potestate. Siquis omo uos pro id calumniare uoluerit an uoluerimus quonodo habeatis licencia adprehendere de nos ipso que in carta resonat duplato uel quanto ad uobis fuerit meliorado et uobis perpetim habitura. Facta cartula firmitatis xvi kalendas septembbris. Era m xx.<sup>a</sup> Iliseo et uxori mea sendina rando et uxori mea flamolina sumla et uxori mea argileoua flamila et uxori mea trudili in hanc cartula donacionis manus nostras robora-  
mo ++++++ s.

Gudesteo test. — Sumla test.

Vidragildo test. — Mirone test. — Viliuado test. — Frater bagino test.

Gotermias test. — Fusilia buualensis test. — Mirone test.

Sisualdo test. — Fraino test. — Fredenando test.

Viroerla notuit.

## CXXXVI

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi hausimus.*

982

**Testamentum de recordanes et de belli in ripa de uauga**

Non est enim dubium set multis manet notum eo quod fuit suario sandiniz absque filiis legitimis et dum uenit ad ora exitus sui adcomendauit sua causa et suas hereditates ad suo iermano fredenando sandiniz que misisset sua causa pro sua anima in monasteriis in ecclesiis in pauperibus uel in captiuis ut cuncta sua causa per sua manus fuisset distributa. Interque memorauit ipse suario sandiniz et diligenter adcomendauit ad ipse domno fredenandus ut uillas nominatas recordanes cum suos uiccos nominatos antolini et uentosa qui sunt in ripa de agada et alia uilla que dicunt belli qui est in ripa de uauga ipsas uillas iamdictas cum omne suas aprestationes ut testasset eas post parte monasterii laurbanensi pro remedio anime sue. Ideo ego fredenando ad uicem persone iermani mei suarii adimplendo illius uolumptatem uel petitionem hanc scriptura facere elegi ut ipsas uillas iamdictas omne suas rationes quantum illi ibidem quadrat inter iermanos et integro post parte monasterii iamdicti. Ego quidem famulus dei fredenandus ad uicem persone iermani mei suarii uobis demno primus abba uel fratribus suis ad aulam monasterii uocabulum sancti mamecis Placuit mihi ut uillas iamdictas recordanes cum suis uicis qui est in ripa de agada et alia uilla qui dicunt belli qui est in ripa de uauga per suis terminis antiquis uel quantum ad prestitum ominis est ut uillas ipsas iamdictas sint ex tota sua ratione post parte monasterii uestri

traditas ut sint in sustentatione fratrum in subsceptione ospitum in luminariis altiorum uestrorum et in redemptione captiuorum. Siquis tamen quod fieri non credo aliquis homo uenerit uel uenire conaberit qui unc uotum iermani mei infringere temptauerit In primis sit excommunicatus a sancta communione et cum iuda christi traditore habeat partem in eterna damnatione et pro secularia damna legum afflictus pariet ipsud que auferre temptauerit in duplo conponat post parte monasterii Et post parte iudicum solidos D.<sup>o</sup> et hanc series testamenti plenum obtineat firmitatem. Facta series annuntionis uel testamenti sub die kalendas septembres. Era millesima xx.<sup>a</sup> Ego fredenando sandiniz in anc series testamenti quod fieri uolui et religendo cognoui manu propria r+ oboro.

Sub christi nomine uiliulfus episcopus colimbre sedis conf. — Gundisalvus erotiz conf. — Tedon aldretiz conf. — Rodorigo sarraciniz conf. — Suario erotiz conf.

Vermudo aceriariz conf. — Trastemiro eldretiz conf. — Froila songemiriz conf.

### CXXXVII

*Quidam Julius et uxor dant Donani Zalamizi uxoriique ejus dimidiā partem bonorum quae in pago Osella possidebant. Hoc pactum (quod medio aevo incommuniationis dicebatur) invenitur in charta autographa, olim in scrinio Monasterii Morariensis, nunc in Publico Archivo servata. Edidit jam RIBEIRO (Dissert. Chronol., T. I, Append. N.<sup>o</sup> 7).*

983

Christus. In dei nomine ego iulio et uxor mea onorada placuit nobis atque conuenit nulus que congenitis imperio nec suadentis articulo set probria nobis aczesit bone pazis uolumtas asto animo intecroque consilio ut fazimus uobis donani zalamizi cartula incomuniazionis de omnia nostra ereditate quanda que auemus in villa que uozidant osella subitus monte codale secus ribulo camia. incomuniamus uobis in ipsa villa iam prenominada de omnia nostra ereditade mediedade siue de parentela comodo et de comparadela per u illa podueritis inuenire per suos uizos et suos terminos anticos montes fontes pascus padulibus terras caluas ruptas uel baruaras aquas aquarum sesegas molinorum domus cum intrinsecus eorum cubas cubus lectus cadederas mensas trepezas ut quiquit ad prestidu ominis est quanta quecumque auemus nobis mediedate conzedimus ida ut de odie die et tempore siat ipsa ereditate de iuri nostro abrasa et in uestro dominio siat tradida nel confirmada aueadis teneadis et in perpedu uendizedis. siquis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenero contra anc cartula incomuniazionis et uobis illa non autorigauerimus post uestra parte comodo pariemus ipsa ereditate de qua agitur dublada. facta cartula incomuniazionis sub die quod est era millesima xxi<sup>a</sup> vi kalendas martias. iulio et uxor mea onorada māhus nostras ++.

menendo test. — patre test. — dorio test. — pederagildu (?) test. — zibrianu test.

gendo test. — zidello test. — mesendo test. — valentinu test. — eldemiru test. — zamario quodo (sic) nonduit et scripsit.

### CXXXVIII

*Hujus amplissimae donationis, a Gundisaldo Menendi Monasterio Vimaranensi facta, autographa charta labente saeculo XVIII in scrinio Collegiatae Vimaranensis adhuc servabatur; sed postea aut amissa aut deleta est. Exemplare ex eadem charta desumptum, eaque tempestate descriptum, in nostrae Academiae bibliotheca custoditur. Id nobis textum praebuit. Lectiones varias ex Livro de D. Mummadona, in quo illud tam insignis muneris documentum translatum est, adjecimus.*

983

Sub<sup>1</sup> Imperio Sancte et Individue Trinitatis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Dominis Invictissimis, Gloriosis, atque Victores, mundique triumphatoribus, Sanctis Martiribus Celestis<sup>2</sup> Glorie luce perfusos, et premium Beatitudinis laureatos, quorum Baselice<sup>3</sup> fundate<sup>4</sup> cernuntur in loco nuncupato Morarie fundo, inter bis amnes utrasque Aves, sive et inter duorum Alpes Unione, et Cabalorum montes, suburbio Bragarense<sup>4</sup>, haut<sup>4</sup> procul a Ter-

1 Karta de moreria et de ecclesia sancte teile et de armis  
et de villa coua  
Svb

2 celesti  
3 basilica fundata  
4 bracarense aut

mas Calidas, et deorsum Ponte Lapidea : id est Sancte Thecle<sup>5</sup> Virginis, et martiris Christi, cum ceteris innumerabilium Reliquie Martirum, Apostolorum, Pontificum, Virginum, et<sup>6</sup> Confessorum. Ego exicuus<sup>7</sup> Famulus Christi, licet indignus, Gundesalvus<sup>8</sup>, ob Divali Imperio, et vestre celsitudinis Gloriamque vestrorum meritis respiramus, non usquequa desperatione dejicimus<sup>9</sup>, sed plenam fiduciam vestrīs<sup>10</sup> confido, ut piaculorum meorum nexibus absolutis, interventu vestro tandem reconciliari merear<sup>11</sup>, vestroque et Sanctorum omnium suffragio, fida supplicatione, votis omnibus imploro. Ideoque Devotioni<sup>12</sup> mee extitit, ut ex donis, que mihi Dominus contulit, et largitionis sue attribuit<sup>13</sup>, Aulam clementie vestre votis congrui<sup>14</sup> redere<sup>15</sup>, reminiscētē Divini Oraculi, ita dicentis : Vovete et redite<sup>16</sup> Domino Deo vestro : simili quoque modo manu fortis ille, Divino repletus<sup>17</sup> Spiritu, intonat dicens : Quod accepimus de manu tua, Domine, dedimus tibi. Ubi cum voce orationis, et Provetie<sup>18</sup> subjunxit<sup>19</sup> dicens : Presta, Domine, ut semper in veneratione<sup>20</sup> mens ista permaneat. Unde et<sup>19</sup> Ego serbus<sup>21</sup> Christi Gundesalvus<sup>22</sup> in simplicitate cordis mei, eruditis exemplis letus offero, atque concedo Altaribus glorie vestre ipsa Villa superius comprehensa<sup>23</sup> per omnes suos terminos, per areas<sup>24</sup> antiquas, petras concavas, seu burgatas, et scultiles<sup>25</sup>, cum ageris<sup>26</sup> terrarum, saltim fictiles petrarum hinc atque ultra ribus<sup>27</sup> in ea discurrentia, quos ipsi termini intercludunt<sup>28</sup>; ut ab odierno<sup>29</sup> die, et tempore, cum vineis, pomeriis, harboribus<sup>30</sup>, aquis, montibus, domibus, atque utensilibus<sup>31</sup>, pascuis, paludibus, cunctisque, ominis<sup>32</sup> usibus devetur<sup>33</sup>, Domui Sancte Marie Virginis et genitricis<sup>34</sup> Domini nostri<sup>35</sup>, et Salvatorem Dominum nostrum, cum Apostolis Martiribus, virginum, et confessorum, quorum in cenobio Vimaranes sunt recondite reliquie, pro remedio anime mee, et indulgentiam peccatorum meorum jugiter inserviat, et quantum<sup>36</sup> ad<sup>37</sup> Domum ipsius Sancte Marie, vel ipsis sanctis, cum Beata Thecla<sup>38</sup> offero pro mea quinta, illud concedo eandem fundo, secundum ea<sup>39</sup> comutavi<sup>40</sup> cum mea cognata Adosinda, post decessu<sup>41</sup> germani mei Ranimiri<sup>42</sup>, pro quo de nos accepit predio nuncupato cajide<sup>43</sup>, cum cunctis adjunctiōnibus<sup>44</sup>, suisque prestationibus. Adicimus etiam huic loco Sancto Villam<sup>45</sup> de<sup>46</sup> Armiri<sup>47</sup>, que fuit de Guntina<sup>48</sup>, nutricem Regis. Simili modo et pumerios, qui<sup>49</sup> fuerunt de Fafila, et alio de Visclario, qui sunt de Ecclesia prope Sancti Martini Episcopi. Et in Villa Cova, quantum ibidem habuit Egas, que comutavimus<sup>50</sup> cum fratres de Vimaranes, pro illud, quod fuit de Moabita Messarraie<sup>51</sup> in Armiri, sive et ipsa<sup>52</sup> Villa Cova, quantum ibidem habuit<sup>53</sup> Patruina, et ratione de Adosinda, que comparavinus de filio suo Mito.

Concedimus etiam ibidem incomuniatos<sup>54</sup> nostros de Barrosas, quantos ibidem habemus, ut serviant ad ipsa casa post obitum nostrum. Et<sup>55</sup> adicimus etiam ad Aulam ipsius pumare in Negrellus<sup>56</sup>, quos<sup>57</sup> fuit de Segeredu<sup>58</sup> Danielis<sup>59</sup>.

Concedimus ipsa villa desuper nuncupata Moraria, et ejus Ecclesie<sup>60</sup> Sancte Teclē cum omnibus hereditatis quod in hoc testamento<sup>61</sup> resonant, Adsiterio<sup>62</sup> Vimaranes, ut Abbatem, Fratres, Monacus, vel sorores in loco ipso Vimaranes ibidem consistentium<sup>63</sup>, vel qui sub Regule Institutionis ejus Domino servierint, et pompa hujus secali abrenuntiaverint, et vita sancta deduxerint, caste, pie, et sobrie vita<sup>64</sup> subduxerint, et confessionis<sup>65</sup> normam, vel Sanctorum Patrum exemplis cenobitarum fuerint degentes, et sancte conversationis persistentium, sint eorum profectibus<sup>66</sup> pereniter<sup>67</sup> profuturis, et de juri nostro abstultis, eorum utilitatibus prosint perpetim habituris.

Addimus<sup>68</sup> etiam ipsius Sancte Ecclesie non solum hoc, quod literis exaratum est eis ibidem inservire; verum etiam quod adhuc augmentare<sup>69</sup> volumus, que presto non est, et temporis opportunitate non sinit ipsa ecclesia tribuenda, Deo annuente disponimus in ministeriis, scilicet, que Sacris Ordinibus sunt necessaria, id est, liberos, cruces, calices, signos, vela, vel turabula<sup>70</sup>, seu candelabra, necnon et cuncta, que Sanctorum Ordinum sunt

<sup>5</sup> teclē  
<sup>6</sup> uel  
<sup>7</sup> exiguis  
<sup>8</sup> Gundisalbus  
<sup>9</sup> dejicimus  
<sup>10</sup> uestris meritis  
<sup>11</sup> domino merear  
<sup>12</sup> deuocioni  
<sup>13</sup> attribuit  
<sup>14</sup> congruis redderem  
<sup>15</sup> redite  
<sup>16</sup> aſſatus  
<sup>17</sup> profecie ſubiungit  
<sup>18</sup> ueneratione tua  
<sup>19</sup> deest  
<sup>20</sup> seruus  
<sup>21</sup> Gundisalbus  
<sup>22</sup> comprehensa  
<sup>23</sup> arcas  
<sup>24</sup> scultiles  
<sup>25</sup> agreres  
<sup>26</sup> riūs  
<sup>27</sup> inter concludunt  
<sup>28</sup> bodierno  
<sup>29</sup> arboribus  
<sup>30</sup> utensibus  
<sup>31</sup> omnibus  
<sup>32</sup> debetur  
<sup>33</sup> genitricis  
<sup>34</sup> ſea

<sup>35</sup> quantus a  
<sup>36</sup> teclā  
<sup>37</sup> eam commutauſ  
<sup>38</sup> diſcessu  
<sup>39</sup> ranemiri  
<sup>40</sup> cagidi  
<sup>41</sup> adiunctionibus  
<sup>42</sup> uilla  
<sup>43</sup> deest  
<sup>44</sup> gutina  
<sup>45</sup> que  
<sup>46</sup> commutamus  
<sup>47</sup> mafarraie  
<sup>48</sup> ipſe  
<sup>49</sup> abuit  
<sup>50</sup> incomuniatos  
<sup>51</sup> deest  
<sup>52</sup> negrellos quod  
<sup>53</sup> segeredo danielit.  
<sup>54</sup> ecclesia  
<sup>55</sup> testamentum  
<sup>56</sup> adſiterio  
<sup>57</sup> persistentium  
<sup>58</sup> uite  
<sup>59</sup> confessionis  
<sup>60</sup> profectibus per hominiter  
<sup>61</sup> Adicimus  
<sup>62</sup> auſmentare  
<sup>63</sup> turibula

competentia<sup>64</sup>, mente promptissima promittimus<sup>65</sup> adimplenda, et Sacris<sup>66</sup> Altaribus offerenda inibi deservientium concedimus profutura. Spondimus<sup>67</sup> etiam in<sup>68</sup> ipsius loci nostro in tempore fideliter deservire, et eis adminiculum, quod prestare potuerimus, devota mente, et firma intentione<sup>69</sup> per omnia adjuvare; ac sicut ipso loco juri nostro debito mansit, vel manere potuit, aut poterat<sup>70</sup>, omnia cum omni voce, et persecutione Aule ipsius Sancte Marie Virginis de cenobio Vimaranes, vel servos, et ancillas Dei, hic permanentes, offerimus, perpetualiter possidenda.

Quem<sup>71</sup> tamen scripture<sup>72</sup> basilice vestre traditam et thesauris glorie<sup>73</sup> vestre reponimus, et cum omni vigore mansura decrevimus, qualiter ex presenti die, et tempore juri vestro pateant possidenda, et in perpetuum vindicanda. Filiis quoque nostris, saltim neptis, aut trineptis, seu<sup>74</sup> prosapie nostre precipimus, ut sint ipsorum Monachorum<sup>75</sup>, ibidem regulari degentes, ut sint illis amodum Defensores, et in eorum profetibus<sup>76</sup> supradicte Ecclesie<sup>77</sup>, vel ibidem habitantibus scutum defensionis contra quoslibet<sup>78</sup> adversantibus illis in celo<sup>79</sup> Domini<sup>79</sup>, et timore Christi, per concilium<sup>80</sup>, et collatione fratrum, vel servorum Dei, ubi diximus, de Vimaranes; non sibi ex ipso loco aliquid vindicantes, vel munusculum accipere presumentes; sed in defensione eorum, ut diximus, precipimus occursuros, et in presentia Principum, vel judicium, seu Pontificum vocem ipsius Ecclesie, vel cultorum ejus intendant post<sup>81</sup> parte confessionis de Vimaranes defendant, ut aymus<sup>82</sup>, tam filii nostri, et nepti, seu trineti<sup>83</sup> hoc<sup>83</sup> adimpleant, et compleant. Quamquam etiam<sup>84</sup> omnis<sup>84</sup> Posteritas nostra, vel viscera nostra devotione et voluntate implere mandamus, et autorigare<sup>85</sup> usque in perpetuum<sup>86</sup> mandamus, simulque ordinamus mercedem a Domino per hoc consecuturos, et Benedictionem<sup>87</sup> ipsorum Sanctorum, et hic, et in eternum adepturos. Ut tam in vita nostra, quam etiam post excessu nostro nullis inibi cuius<sup>88</sup> testamentum facimus, licitum sit ipsum locum transmutare, vel contramutare, saltim vendere<sup>89</sup>, seu donare, non a Rege, non a Comite, vel ad Episcopo, aut alia confessione, nisi in ipso cenobio perpetualiter habitantes, ut supra prescriptum est. Precipimus tantummodo ut<sup>90</sup> noster filius, aut sobrinus<sup>91</sup>, neptus, vel trineptus, quisquis<sup>92</sup> fuerit ex Prosapie nostre, non damus illis<sup>93</sup> licentiam de hoc<sup>94</sup> opusculo aliquid auferre, nec<sup>95</sup> potestative<sup>95</sup>, nec<sup>95</sup> presumptive<sup>95</sup>, nec<sup>95</sup> pro<sup>95</sup> qualive<sup>95</sup> via, aut dicendi: Hereditas Patrum meorum aut Avorum, aut de Bisauio: et dicendi: Mea est possidendi ista hereditas, sicut<sup>96</sup> solent multos talia dicere, vel facere: quisquis illum voluerit facere, ut nostrum irrumpat votum<sup>97</sup>: si fuerit filius, qui hec<sup>98</sup> talia presumat<sup>99</sup>, de Corpus Christi, et sanguinem ejus, quod est potatus, illi<sup>100</sup> sit extorris<sup>101</sup> sedis ejus, et habitaculum<sup>102</sup> post excessu<sup>103</sup> illius, ubi satan obtinet ducatus<sup>104</sup>, et ille Principatus<sup>105</sup>: si fuerit sobrinus extra sedeat, et expulsus, et de Christi habitaculum<sup>106</sup> Paradisus extraneus: et si fuerint nepti, aut<sup>107</sup> trinepti, aut ex Prosapie nostre, qui hunc<sup>108</sup> devotionem nostre temerarie inmodice voluerint inrumpere<sup>109</sup>, Deus adimpleat votum nostrum: et qui talia presumpserit, et<sup>110</sup> hoc opus, ut diximus, pena sit<sup>111</sup> luitatus<sup>111</sup> in ignem eternum habitaculo ejus; non resurgent cum Sanctis, sed cum diabolis<sup>112</sup>, nec<sup>112</sup> resurgent cum Christo, sed cum demone habeant participium<sup>113</sup>, qui hunc votum<sup>114</sup> nostrum inrumpere voluerint<sup>115</sup> in aliquo, vel inmodice, quantum est momento<sup>116</sup>. Evidem<sup>116</sup> jure damus, et promittimus habendi, et ponendi<sup>117</sup>, qui in ipsius loco<sup>118</sup> duxerint<sup>118</sup> vitam Monasticam, regulam sub pretextu<sup>119</sup>, et regimine fratrum, vel sororum, servorum Dei, vel Ancillarum degentes, et normam Patrum deducentes in fundo Vimaranes, ad ipsius concedimus loco, pro tegumento<sup>120</sup> omnium fratrum, uel<sup>121</sup> sororum, advene, et peregrini, egeni, et pauperem<sup>122</sup>, qui<sup>122</sup> sub manu Abbatis de Vimaranes<sup>123</sup> fuerint<sup>123</sup>, tam hospitum<sup>124</sup>, quamquam<sup>124</sup> etiam omne genus hominum habeant inde victum, et vestitum; habeant inde consolationem, simulque et<sup>125</sup> tolerationem, vel<sup>126</sup> illis sint<sup>127</sup> attributa licentia, et perfecta sempi-

- 64 competencia
- 65 promittimus
- 66 sanctis
- 67 Spondimus
- 68 deest
- 69 intencione
- 70 poterant
- 71 que
- 72 scripture
- 73 ecclesie
- 74 uel suprinus seu
- 75 monacorum
- 76 profestibus
- 77 sancte ecclesie
- 78 quolibet
- 79 zelo dei
- 80 consilium
- 81 et post
- 82 aimus
- 83 trinepti hanc
- 84 omnis etiam
- 85 octorgare
- 86 sempiternum
- 87 benedictione
- 88 cuius hoc
- 89 uenundare
- 90 aut
- 91 suprinus
- 92 quicquid
- 93 illi
- 94 hanc
- 95 ne potestatibus ne presumptibus ne per qualibet

- 96 ut
- 97 modum
- 98 hoc
- 99 presummat
- 100 ad extremum illi
- 101 exterritos
- 102 habitaculum
- 103 excessu
- 104 ducatum
- 105 principatum.
- 106 habitaculo
- 107 uel
- 108 hanc
- 109 inrumpere
- 110 de
- 111 sint luiturus
- 112 diabolis, non
- 113 participio
- 114 factum
- 115 uoluerit
- 116 monento. et quidem
- 117 possidendi
- 118 loci deduxerint
- 119 pretesto
- 120 tegumentum
- 121 et
- 122 pauperum que
- 123 vimaranis fuerit
- 124 ospitum quemquam
- 125 deest
- 126 ut
- 127 sit

terna clementia, et nos ante deum merces<sup>128</sup> copiosa, et remuneratio digna usque in sempiterna per secula; quo<sup>129</sup> et jurationi confirmo, per Divini Nominis eternitatem<sup>130</sup>, quia contra hanc meam spontaneam voluntatem hujus series testamenti numquam ero venturus ad irrumendum.

Siquis tamen hunc factum nostrum, quod pro ablutione<sup>131</sup> peccatorum meorum decrevi facere, temerarius, vel presumptor<sup>132</sup> ex Prosapie mee<sup>133</sup>, sive extra colonus saltim, quisquis ille fuerit, sit ab omni ceto Christianorum consortio<sup>134</sup> privatus, ab Ecclesia Catholicorum maneat excommunicatione multatus, ad Corpus, et Sanguis<sup>135</sup> Domini Nostri Iesu<sup>136</sup> Christi Mediatoris Redemptorem non accedat, sed confusus permaneat: maledicant ei, qui<sup>137</sup> maledicunt diei, qui<sup>138</sup> parati sunt suscitare Leviathan<sup>139</sup>. In presenti evo placa<sup>140</sup> divinitus percusus<sup>141</sup>, amborum<sup>141</sup> videns lucerne frontibus carens lumine pribetur<sup>142</sup> atque lepra<sup>143</sup> cortix<sup>143</sup> stipatus<sup>143</sup> scaturientibus vermis sit devoratus, cum bioteneatus<sup>144</sup> deputatus, et iude proditoris Domini heres effectus, pari<sup>145</sup> pena sit luiturus, atque in synodo<sup>146</sup> hujus<sup>146</sup> malo<sup>146</sup>, sive concilia judicum quoactus, propter solam improbam voluntatem addictus<sup>147</sup>, dua<sup>147</sup> auri talenta conuictus<sup>148</sup> post ipsius Sancti Monasterii persolvant, et hec scriptura firma permaneat, et integrerrima cuncta per omnia. Facta series testamenti II<sup>149</sup> nonas julii. E.<sup>150</sup> T.XX.I.<sup>a</sup><sup>150</sup>

Ego denique seruus Christi Gundesalbus<sup>151</sup> hunc series testamenti quod in honore Saluatoris Nostri Hiesu<sup>152</sup> Christi, cum multorum sanctorum, et Acisterio<sup>153</sup> S.<sup>153</sup> Thecle<sup>153</sup> Virginis fieri malui, ad Vimaranes decerno<sup>154</sup> permansurum, et manu propria, Deo annuente, ex voto ultroneo confirmo +<sup>155</sup>.

Sub ea tamen videlicet ratione servata: si super me conjux mea Ermisinda<sup>156</sup> duxerit<sup>156</sup> vitam, et ab ipsis Moraria<sup>157</sup>, et S.<sup>158</sup> Tecle quesierit venire moram faciendum, mense, aut<sup>159</sup> duos, pro nobis ibidem Missas facere, et pro anima nostra orare, licentiam ei damus pro isto: Et quando fuerit se, relinquat eam post parte cenobio<sup>160</sup> Vimaranes<sup>160</sup>, ubi deinceps<sup>161</sup>, et amodo decernimus perpetuum habendi, et possidendi juri quieto<sup>162</sup>.

Osorius<sup>163</sup> Ovequis<sup>163</sup> confirmans. — Fafila Odaris<sup>164</sup> confirmans. — Velascu<sup>165</sup> Eneguis<sup>165</sup> confirmans. — Pelagius Menendis<sup>166</sup>. — Fromarigu<sup>167</sup> Odoris<sup>167</sup>. — Sanbati Alvitis<sup>168</sup>. — Lizenius<sup>169</sup> Pepis<sup>169</sup>.

Suerius<sup>170</sup> Gutierrez<sup>170</sup> conf. — Gundesalbus<sup>171</sup> Menendiz conf. — Froia<sup>172</sup> Munius<sup>172</sup>. — Bera<sup>173</sup> Muniuz<sup>173</sup>. — Velascus<sup>174</sup> Anezi<sup>174</sup>. — Enegu<sup>175</sup> Muniuzi<sup>175</sup>. — Albura<sup>176</sup> Pepizi<sup>176</sup>. — Pepi<sup>177</sup> Ranulfis<sup>177</sup>. — Tellu<sup>178</sup> Guntigiz<sup>178</sup>. — Flaynu<sup>178</sup> Didazi<sup>178</sup>. — Kintila<sup>178</sup> Kintilazi<sup>178</sup>. — Sandemiru<sup>178</sup> Christovalizi<sup>178</sup>. — Lovegildu<sup>178</sup> Alacicu<sup>178</sup>.

Gonta Abba conf. — Viaricus<sup>179</sup> Confessus conf. — Sarracinu<sup>180</sup> Suarii<sup>180</sup> conf. — Theuderedus<sup>181</sup> Prepositus conf. — Viliamirus Confessus conf. — Lucidus Confessus conf. — Didacus Confessus conf. — Guntemirus Didaci filius conf. — Fagildus Redimiris<sup>182</sup> conf. — Arias Pelagi filius conf.

Nunus qui notavit<sup>183</sup>, et pro testem confirmo +<sup>184</sup>.

128 merces  
129 quod  
130 trinitatem  
131 ablutione  
132 presumptos  
133 nostre  
134 consorcio  
135 sanguinis  
136 ihesu  
137 quia  
138 quia  
139 leuiatan  
140 plaga  
141 percussus arborum  
142 priuetur  
143 lepre cortitus stipatus et  
144 et cum biotenatos  
145 et pari  
146 sinodo uel mallo  
147 adictus duo  
148 conuinctus  
149 r<sup>e</sup>  
150 Era n<sup>m</sup> xx<sup>a</sup> I<sup>a</sup>  
151 Gundisalus  
152 ihesu  
153 arcisterio sancte tecle  
154 decernuo  
155 confirmo.  
156 hermesinda dum uixerit  
157 morario  
158 sancte  
159 ad  
160 vimaranes cenobio

161 deinceps  
162 quieto. **Allas.** (?) Quod sursum non est exaratum que pro nostra anima dedimus ad ipsius loco sancte marie ibidem deseruenti pro ablwendis sceleribus meis id est corona ex auro obrizo cum lapillis obtimo composite opusculo magna denique fiala ex eletro mirabilis solidorum numero LXX<sup>a</sup> necnon et concia argentea opus perfectissimum simili quoque medo solidos numero I<sup>a</sup> planetas duas opere dignissimo palleum straminis lectus cum solidos ut seruiat ibidem ut deo accipiamus mercedem et digna remuneracionem et de factis nostris preteritis remissionem et indulgentiam peccatis.  
163 Osoyo quequiz  
164 odarit  
165 Ualasco ennegoz  
166 menendi conf.  
167 Flomarico odariz conf.  
168 aluitiz conf.  
169 deest  
170 Suerio guterit  
171 Gundisalbus  
172 Froia muni... conf.  
173 Ibera muniuz conf.  
174 Ualascu sanchiz conf.  
175 Enegu muniuzi conf.  
176 deest  
177 Pepina nulviz conf.  
178 haec desunt  
179 Uiarigus  
180 Sarrazinu suariz  
181 Teuderedus  
182 ramiriz  
183 notuit  
184 confirmo.

## CXXXIX

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi descriptissimus.*

984

**Testamentum de villa gondelini de domna tegla**

In nomine domini. ego famula dei tegla uobis primus abba uel fratribus uestris qui estis morantes in monasterio lauribanus territorio conimbricie sana ego et sana mente integroque consilio mente perfecta pacisque uolumtas ut facerem uobis in onore sancti mameatis et sancti pelagii kartula testamenti de mea hereditate uel facultate quanta nunc abeo. Id est in villa quem dicunt gundelini m<sup>a</sup> de ipsa villa ab integro uobis concedo quia tantum mihi competit inter meos iermanos uel heredes pro remedio anime mee uel parentum meorum. Et do uobis ipsa mea ratione de ipsa villa per suis locis et terminis antiquis sicut eam obtinuerunt parentes nostri domno aloyto et domna munia pie memorie. Et adicio aduc uobis meo seruuo nomine astruario qui fuit seruuo de parentes uel abios meos et omnes filii uel nepti eius de ipso iam dicto astruario ut uiuant in ipsa villa illos seruos et qui se deant ibi sub manus domino primus abba et collegio fratrum et qui seruiat cum illos barcos qui sunt in ipso porto sub manu ipsius abbatis pro remedio anime mee. et do uobis m<sup>a</sup> de ipsa villa cum illos barcos et cum illo porto et cum suos uillares et cum suas ualles que discurrent de monte buzacco usque in portella de salice. Ita ut ex presenti die et tempore sedeat illa villa et ille seruuo de nostro iure abrasa et in uestro dominio tradita uel confirmata perpetimqueabitura. Siquis tamen quod fieri non credo et aliquis omo uenerit uel uenero contra hunc meum uotum ad inrumpendum In primis sit excommunicatus ad corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et cum iuda traditore abeat participio et insuper quantum auferre temptauerit in quatuor dublo conponat. et unc meum uotum firmum obtineat roborem. Facta carta testamenti viii idus Januarii. Era m<sup>a</sup> xxii. Ego tegla in anc karta testamenti manu mea

Gutierrez didaz conf. — Aloytus froilaz conf. — Quecco uimaraz conf. — Menendo tedoniz conf. — Astruario conf.

Kintila test. — sauarigu test. — Odario test. — Aloitus test. — Sarracino test. — Eizon test. — Rodosindo presbiter — Ermorigus presbiter — Arias presbiter notuit.

## CXL

*Pactum venditionis partis cuiusdam fundi prope castrum de Pedroso. Charta autographa olim in scrinio Monasterii Morariensis, postea in chartophylacio Monasterii S. Vincentii Olisiponensis servata, nunc in Publico custoditur Archivo.*

984

Christus. In dei nomine ego aloittus una cum meos fratres leouegildo et qualatrudia placuit nobis per bone pacis uolumtas ut uinderemus uobis lazaro et uxori tue lempeda sicut et uendimus tertia de casal que fuit de hazemon et de idilo. de ipsa menus inde m<sup>a</sup> portionem. et uenit nobis illo de nostra iermana flamulina qui fuit mulier de offilo cuia fuit ipsa ereditas iam dictam. et abet iacentiam ipso kasal in villa cersetu subtus castro petroso territorio portugalensis in loco predicto iusta pomar ... emiro et offilo. leua se de casal que discurret ad mare et file sse in rrio. concedimus ipsa rationem iam dictam cum suas casas et suas aruores uel omnem suo plantato siue quantum ad prestitum ominis est exitum uel regressum pro que accepimus de uos pretio n<sup>o</sup>s modios ciuaria et r<sup>o</sup> folle zomac (?) et uno porkalio modial que nobis bene conplaguit ita ut de odie die uel tempore sit de iuri nostro abraaso in uestro iure uel dominio tradito uel confirmato. abeatis uos et omnis posteridatis uestra. siquis tamen quod fierit minime credimus omo ad inrumpendum uenerit uel uenerimus an nos uel filii seu mandatori (?) nostro siue quoslibet omo que in iudicio noluerimus obturigare pariemus uobis ipsa ereditas iam dictam duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uos perpetimabituram. notum die ii kalendas martii. Era xxii<sup>a</sup> peracta millesima.

aloittus et leouegildo et qualatrudia in anc cartula uenditionis manus nostra + + + zamario. froila eresul fiz. ananias. uermudo. citi semeniz — testibus.

## CXLI

*Salamirus et Argimundus, cum uxoribus, agros quosdam inter se commutant. Charta autographa olim in scrinio Morariensis Monasterii servata, nunc in Publico invenitur Archivo.*

984

Christus. In dei nomine ego salamiro et uxor mea adosinda uobis argimundo et teodildi placuit nobis per bone pacis uolumtas ut faceremus tiui carta contramutationis de terra nominade quatro porciones que iacent in acro ubi tu abitas de uallo de laria de eclesie in suco de lariolla de froila que fuit de monrando in ampio et de longo de suco de eclesie in monte cum suo exitu ipso acro inticro cum omnem sua prestantia et illa terrocina que iuso uadit usque in rio de uallo ad parte monte intesta de illa de eclesie. et accepimus nos alias terras in acro ubi abitas quinta extra mazanarias et in acro sub eclesie de suco de eclesie in suco de froila et illa ualle de eclesie usque in calbones de una laria quinta et de ipso suco usque in domo de uimara decima ita ut de odie die uos proinde calumniare uel repetio uel descontrare uenerit comodo pariet ipsa terra duplata. notum die pri-die kalendas decenbris in era m xx ii.

salamiro adosinda in oc karta manus nostra ++. salo test. quandila test. froila test. nazari. balderedo test. arias test. patrecino test. aluitus test. cendo test. rando (?) cidelo test.

## CXLII

*Pactum venditionis cuiusdam fundi in pago de Pedroso siti. Charta autographa, olim ad Monasterium Morariense pertinens, nunc in Publico servatur Archivo.*

984

Christus. In dei nomine ego uiliarico et uxor mea guanadilli uobis izila christoualiz et uxor tua creusa plauit nobis asto animo intecroque consilio et prona uolumtate ut facere uobis iam dictis sicut et facimus cartula uenditionis de ereditate que auemus subzione parentes nostros manuel et matre et de auio nostro rodorico et iacet ipsa ereditate in uilla que uocitant sancto martino in uilla petroso territorium portugalensis. damus aque concedimus uobis in ipsa uilla sancto martino quinon de iii geiras in aprile et iacet ipso quinon inter lareas de froisendo et de guntato et leua se de casal de argentia et fige se in leira que fuit de donnon et damus uobis nostra ratione in tiniosello et in fellali et per tota uilla nostra ratione ubi illa potueritis inuenire in terras caluas uel baruaras aruores fructuosas uel infructuosas aquas cursiles uel incursiles pascuis padulibus et quantu que in ipso quinon aprestito ominis est et accepimus de uos precio que nobis plaguit inter ciuaria et zizera et carne uno soldo gallegano uos dedistis et nos accepimus et de precio apud nicil remanisit in deuito. Ita ut de odie uel tempore sit ipsa ereditate de iuri nostro abrassa et in uestro dumnio sit tradita uel confirmada aueatis uos et omnis posteritas uestra. si quis tamen quod fierit non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus que anc carta uenditionis inrumperet uoluerit et nos post parte deuindicare noluerimus tunc infera uel infera pariemus uobis illa dublata uel quantum a uos fuerit meliorata. facta carta uenditionis xv kalendas ianuarias in era millesima xxii. uiliarico et guanadilli in anc carta uenditionis manus nostras ++.

atan froiliz test. —arias gudesteiz test. —parente leouesendiz test.

uidramiro riquiliz test. —felloti menendiz test. —magister iuanne test.

magister gundesindo test. —fredenando ...tiniz test. —izila .....endiz test.

parente sesmondiz test. —ero quederiz test. —sauarico quellaniz test. —goiam iuliz test. —sanbati test.

## CXLIII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi descriptissimus.*

984

**Testamentum de olibaria de atila presbiter et de illa ecclesia**

In dei nomine. Ego atila presbiter. Placuit michi sana mente integroque consilio mente perfecta pacisque uolumtas ut facerem ad ipsius loci sancti mameti et sancti pelagii qui sunt fundatas in monasterio laurbanus sub regimine mestalius abba uel fratribus uestris textum scripture de omnia mea hereditate uel facultate quanta nunc abeo uel augmentare potuero usque ad obitum meum in primis do atque offero pro remedio anime mee uel parentum meorum mea uilla que uocitant oliuaria integra cum omnibus adiectionibus suis et terras ruptas uel infuntas et pascuis padulibus siue sesegas molinarum et uineas et pomares et cortes cum casas et intrinsecus domorum quantum ad ominis apprestitum est. et ofero uobis mea ecclesia uocabulo sancte Eolalie cum omni ornatus eorum. et do uobis illa uilla cum terminos anticos ubi illa potueritis inuenire post obitum meum uobis concedo pro remedio anime nostre. Siquis tamen quod fieri non credo et aliquis omo uenerit uel uenerimus contra hunc meum factum ad inrumpendum uenerit in quadruplum uobis componat et hunc meum factum plenum abeat roborem. Facta karta testamenti era millesima xx<sup>a</sup> ii.<sup>a</sup> Ego atila presbiter in anc karta testamenti manu mea r++ oboro.

Abzuleiman test. — Teodesindus test. — Viader test.

Braolio ansuriz test. — Albano test. — Ildras test.

Floresindo test. — Arias test. — Zuleiman test.

## CXLIV

*Nazari et uxor ejus servos quasi adscriptitiōs Donani Zalamizi se constituunt, ut ei obnoxios sint dum quodam debitum non solverint. Charta autographa, olim in scrinio Monasterii Morariae, nunc in Publico Archivo servata, nobis textum suppeditavit.*

985

Christus. Nazari et uxori sue emiso connomento matre pactum et ligali placitum facimus uobis donani zalamizi ut de odie die uel tempore quod erit vx kalendas feueruarias et era millesima xxiii<sup>a</sup> sic presemte se nazari et sua mulier a..... omnes bonos ubi ueritate azipiat nostro domino donani zalamizi con isto nazari pro suo uino que condanabit ... aqua et cuba de sizera de LXX quinales que condanabit et omnem suo ganato que despedit et si ausatus fueri se ad alia parte transferere ante que uestro ganato compleat si minime fezerit et istum placitum exerit quomodo abeatis lizentia me adprendere nazari con sua mulier et con suos filios incurbatus in seruitio uestro sicut et alias serbos ariginales (*sic*) fatiunt. nazari et uxori sua emiso connomento matre in oc placitum manus nostras ++.

salamiro. zemdom. guamdila. fromarigo. uisterla. eigulfo eldoimiro. paremte test. test. test. test. test. test. sumus.

dabit̄ ermegildus notarizi test. i notuit.

## CXLV

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi sumpsimus.*

985

**Allia carta de tertia de gondeline et de onecca lucidi**

In dei nomine. Ego onecca lucidi et rodorigo erotiz. Placuit nobis casto animo et propria mente et exponencia nostra uolumtate ut faceremus uobis domno primus abba et fratribus uestris textum scripture firmitatis de hereditates nostras proprias que abemus in uilla quem dicunt gundelini et fuit ipsa uilla de abios nostros aloylus et munnia. Concedimus uobis nos superius nominatos onecca et rodorigus m<sup>a</sup> de ipsa uilla pro remedio anime nostre uel parentum nostrorum et in onore sancti mamecis et sancti pelagii que sunt situs in monasterio lauribanus. Ita ut ab odierno die et tempore sint ipsas nostras hereditates de iuri nostro abrasas et in uestro dominio sint traditas uel confirmatas. Et quicquid de eas facere volueritis liberum in dei nomine habeatis potestatem. Quod iurationem confirmamus per deum et regnum eius quia contra hunc nostrum factum uel uotum nunquam erimus uenturi ad inrumpendum. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenire conaberit qui hunc nostrum factum infringere temptaberit in primis sedeat excommunicatus a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et cum iuda traditore abeat participio et insuper damna secularia pariet ipsa re que auferre temptauerit dublata uel tripata. et hunc nostrum factum plenum obtineat firmitatis roborem. Facta karta testamenti vii kalendas magii. Era m xx m<sup>a</sup>. Ego onecca et rodorigo in anc kartula testamenti manus nostras r+ oborauimus.

Veremudus rex conf. — Tellus aloitici conf. — Gundesindus fredenandiz conf. — Aloitus froilaz conf. — Gutierre lucidi conf. — Rodorigo froilaz conf. — Gresomarus presbiter conf.

Arias armentarizi conf. — Froila ketici conf. — Munnio sarracinizi conf. — Cresconio presbiter conf.

## CXLVI

*Froila Leoderiguz et Munia Tegiz bona sua immobilia inter se communia reddunt. Eadem vero bona, post amborum decessum, inter haeredes suos et Monasterium Sancti Petri dividi statuunt. Charta autographa a RIBEIRO edita (Dissert. Chronol., T. I, Append. N.<sup>o</sup> 8), olim in scrinio Collegii da Graça Conimbricensis, nunc in Publico Archivo servata, nobis textum praebeuit.*

985

In nomine sancte et indiuidue trindadis. Ego froila leoderiguz et munia tegiz prolis laurenzia textum uel de perfiliazione uel benefactis factus unus ad alias de nostras ereditates. et si unus ex nobis primitus transmigraverit que obtinea illo alio ipsas ereditates usque ad ouidum uero suo. Et post ouidum uero nostro damus ipsas ereditates a filios de guandila et de goldregodo et filius de gundesindo et de armena Ut aueant illas et omnis posteridas suas. Hic sunt uillas prenomina das abulin ferraria balestarios feberos ascarizi pardelos et pro remedio anime nostre facimus textum escritura firmidadis de uillas prenomina das a locum predictum sancto saluadoris domini nostri ihesu christi et sancte marie senper uirginis et sancti pelagii martiris que est fundata. Corum uaseliga uogabulo sancto pedro. id sunt uillas prenomina das ranusindi et eglesia uogabulo sancto ioane que est sida in foze de sauza et uilla de paradella et uilla de pera. Et sunt ipsas uillas iam supra nominadas subtus montis bendoma territorio anegia discurrente ribulo sauza. In dei nomine ihesu christi amore illius eclesiis perpetuidatis. Ob honorem seruos uestros iam supra nominados seruos froila leoderiguz et munia tegiz prolis laurenzia qum pecadores mole depresa ipse (sic) fiduziaque sanctorum meridis resperantes non usquequa desperazione deiizio que eziam texte consienzie nostre crimini sedem pauesimus ut per sancti martiris tandem reconciliari merear deo inuode (sic) et redide domino deo uestro damus atque conzedimus in loco iam supra nominado ut die sit (sic) animas nostras remedium ut ipsas uillas iam supra nominadas per cunctis locis et terminis antiquis domus domorum cum omnibus intrinsegus domorum earum cum cumulis prestazionibus suis. et conzedimus ad locum sanctum adque confirmamus pro remedio anime nostre ut aueant posideant de omnia nostra progenie que in uida sancta perseuerauerint. Et illitum non damus nec uindendi nec donandi set ad ipsus domus domini iam supra nominadas deseruiat ad coniuratione confirmamus per indiuidue trinidatis. qui cuntra unc factum nostrum nuc (sic) uenerit ad inrumpendum

\* in Cete RIBEIR. In autographa charta desunt haec verba quae forte Riberius ex quodam apographo sumpsit.

aliquis homo uel de propinquis ex genere nostre aut de extranea parte in primis sit excumunigadus ab omni ecclie reus a comunione sancta et separadus fidem christi katholiga et cum inpiis xeleradis in inzendium depudadus et cum iuda tradidore in perpedua damnatione et super iudizes estantia et pontiuizes ordinazio pariet ad ipso loco quanto inde usurpadus fuerit dubladum uel ~~iii~~ dubladum secundum lex dozet et unc factu nostrum plena aueat firmidate usque in perpeduum. Facta siriens testamento nodum die quod erit xvii demo (sic) kalendas Agostas. Era xxiiii<sup>a</sup> peracta n.<sup>a</sup> Ego froila leoderiguz et munia teginiz prolis laurenza manus nostras confirma—mus.

loderigu guedesindiz conf. — ososoredo (sic) ederonzi conf. — tegio guedesindizi conf. — guadla (sic) guedesindiz conf. — zoueda guedesindiz conf.

fafila guandilaz conf. — tegino guadilaz conf. — loderi guandilaz conf. — gudesteu ansalonma conf. — zepon guadilaz conf. — uistreia guandilaz conf.

ernezer conf. — guntinu frater conf. — ustrario presbiter — cidi presbiter.

arumond frater (?) belasco frater — gonzari indignum noduit.

gudinu loderiguz test. — astrulfu naniciz test. — adusu maugadiz test. — igu test. — ansalon test. — cidi randulfiz test. — gualamiro test. — cidi guntemiriz test. — gaton gontemiriz test. — uizoi emilaz test.

gontuigius abba conf. — pelagi presbiter conf. — fofo conf. — elias frater cos uidi conf.

### CXLVII

*Munius Gundisalviz donat Monasterio Laurbanensi dimidium pagi seu villa de S. Comba, cum aliis bonis mobilibus et immobilibus. Ex autographa charta, olim in chartophylacio Conimbricensis Sedis, nunc in Publico Archivo servata, textum sumpsimus.*

985

Domnis inuictissimis gloriosis hac triumphatoribus sancti salbatoris et sancte marie uirginis et sancti mamei ob cuius domus uel honore eglesie uestre perpetua felicitate firmitatem quia exutus corporea de hoc seculo ad alia transferuntur anima qualis namque se illic peruenire considerat qui hic bona peragenda corde et corpore pigritat. monet enim nos dominus dicens — date et dauitur uobis. — Unde et dauid talibus satagens operibus dum uota adque donaria sua et populus sraheliticus domino didicare dicebat. — Tua sunt enim homnia domine et que de manu tua accepimus dedimus tibi. — Et ideo talibus prouentum oraculis ut meream uestro sancto sufragio a conctorum meorum nexibus absolbi peccaminum et desiderata uite eterne stauile placito percurre passu. Ideoque ego munniu gundissalbiz cum peccatorum mole depresso dono adque offero sancte eglesie uestre cuius baselica esse dinoscitur locum que dicitur lauribano dono et offero domui huic medietate de uilla mea propria quos uocitant sancta columba cum aiacentiis suis uillares cum suas eclesias uobis domno beniamen abba et congregatio uestra et ipsa uilla cum exitus montium ingressus et regresus cortes cum casas intrinsecus eorum cubos cum ciuaria et cubas cum biuere lectus cadedras mensas cum piniales mensorios pannos siricio laneos et lineos aurum arietum caballos mulos et asinos sellas frenos sporas spadas scudos et lanzae equas boues et uacas et obelias seu et porcos ita et uolatilium uineas et pomares et suautos terras ruptas uel inruptas uarcenas ortales molinos uel quantum aprestitum ominis est et diuidet cum uilla aluarim per montis et lareas et terminos fortes usque in riuulo crinis cum ipso monasterio sancti georgi et de alia parte cum sancti iohanni per illo fontano perge per montis diuidet cum uilla trexedi per locis et terminos anticos usque in riuulo adon. homnia quod notauit ab integro concedo pro remedio anime mee. Siquis uero ex propinquins disrumpere uoluerit sibe extraneis ad inrumpendum consurgere conauerit In primis sit extraneus corpus ac sanguis domini nostri ihesu christi et cum iuda proditore abeat participium in pena eterna et insuper damna secularia afflictus pariet tantum et alium tantum quantum auferre ausus fuerit et pariet post parte regis auri talentum unum. Facta kartula testamenti xi<sup>o</sup> kalendas agustas. Era t xx m.<sup>a</sup> munniu gundissalbiz in anc cartula testamenti manum meam confirmo +

gutier munniuz confirmans + — didagus confessor +

Hanni didaz test. — Gundisalbo scemeniz test. — Tedon aldetriz test. — Gundisalbo albariz test.

Gomec moniz test. — Ecemeno sauariz test. — Munnui didaz test. — Ermeiro didaz test.

aluaro lihoriz test. — suario gutteriz test.

rodorico moneoniz test. — gundisaluo gomez test. — anagulfo test.

maurele garsea test. — garsea munniz test. — aluito benedictiszi test.

Ecemeno didaz confirmans — menendo luzi confirmans — Oueco garseani confirmans — didago munniuz confirmans. — abolmundar gundulfiz test.

Cresconius presbiter scripsit.

## CXLVIII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi descriptissimus.*

985

**Testamentum de mortalago que fecit ouecus comes**

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus sancti salbatoris et sancte marie virginis et sancti mameti ob cuius domus uel onore ecclesie uestre perpetua felicitate firmitatem quia exutus corporea de oc seculo ad alia transfruntur anima qualis namque se illic peruenire considerat qui ic et bona peragenda corde et corpore pigritat. Monet enim nos dominus dicens —Date et dabitur uobis— Unde et dauid talibus satagens operibus dum uota atque donaria sua et populus israheliticus domino dedicare dicebat —Tua sunt enim omnia domine et que de manu tua accepimus dedimus tibi—. Et ideo talibus prouentum oraculis ut meream uestro sancto sufragio a cunctorum meorum nexibus absoluи peccaminum et desiderata uite eterne stabile placito percurrere passu. Ideoque ego houocco garseani comes cum peccatorum mole depresso dono atque offero sancte ecclesie uestre cuius baselica esse dignoscitur locum que dicitur lauribanus dono et offero domui huic villa mea propria uobis domino primus abba et congregatio uestra villa quos uocitant castrello vi<sup>a</sup> inde ab integro de ipsa villa cum omnibus prestationibus suis domos cum edificiis domorum pomares terras cultas atque barbaras uel omnia quicquid ad prestitum ominis est. Diuidet ipsa villa per termino per fonte sub ecclesiam sancti genesi et transit ribulo mortalago et inde per regum usque in fonte de reuelianes et perget per monte usque ubi dicent terra fracta et feret in parietias et inde per carbilio furato et inde ad mallatones et de alia parte per fontano de cortegaza et inde in prono usque in termino de paratella adprehendit se per termino monte infesto usque in alias parietes contra mondeco et includet in medio castro de mortalago et exit ad saxos albos descendente ad mortalazlio et inde ad fonte iam nominata. dono atque concedo vi<sup>a</sup> de ipsa villa pro remedio anime mee et pro remedium anime defunctorum amunne et gudine cui beate memorie. Siquis uero ex propinquis disrumpere voluerit siue extraneis ad inrumpendum consurgere conaberit in primis sit extraneis a corpus ac sanguis domini nostri ihesu christi et cum iuda proditore abeat participio in pena eterna et insuper damna secularia afflictus pariet tantum et alium tantum quantum auferre ausus fuerit et pariet post parte regis auri talentum unum. Facta kartula testamenti xi kalendas agustas. Era m xx iii.<sup>a</sup> Houocco garseani et comes in anc cartula testamenti manu mea confirmo. Ego munio gundisaluz quod cognatus meus fecit pro anime genitricis uel iermane mee conf. +.

Gutierrez muniz conf. —Didagus muniz conf. —Hanni didaz conf. —Gundisaluo exemeniz conf. —Ouecco godesteziz conf. —Albaro ansuriz test. —Gartia muniz test.

## CXLIX

*Pactum venditionis fundi cuiusdam prope castrum de Pedroso. Charta autographa, olim ad Monasterium Morariense pertinens, nunc in Publico custoditur Archivo.*

985

Christus. In dei nomine ego segiredus presbiter ideo plaguit mihi bone pacis uolumtas ut uinderem uobis aloyttus et uxor uestra gudina sigut et uindo ereditate mea propria quem aueo de partem parentum meorum in villa luginosa subtus castro petroso territorio portugal. uindo nobis iam dictis medietate de ipsa ereditate casa una murea teliata integra et de alia casa murea coperta a genesta media et illa cortina sub cassa integra. de pomares figares castiniarios uel omnem generum pomiferum terras ruptas et barbaras fontes montes arbores pratus pasquis padulibus cum aqua eductibus suis accessum uel regresum exitum et regresum per suis antiquiores terminos ubique ea potueritis inuenire. siue et in villa spino mea ratione et in uillare sperandi mea ratione quanta me competet inter fratres uel eredes. de isto quod desuper resonat medietate integra uobis uindo de quanto meos parentes ibi abuerunt et eum in iure obtinuit de illa riba qui est super illa uestra senra contra eglesia parte exceptis una peza de terra que incartamus ad eglesia et una lariolina que incartauit ad tructo. et accepit de nos pretio una egua et uno boue et ni lenzos et de precio abut uos nicil remansit in deuitum. Ita ut de odie die et tempore de iuri meo abrasa et in uestro iuri uel dominio sit tradita adque confirmada. aueatis et omnis posteritas uestra. si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uel ex eredibus meis uenerit ad inrumpendum que ego de-

D. et C. Tom. I.

24

vindigare non potuero post parte uestra aut uos in uoce mea tunc inferat uel infera pars mea partique uestre pariet uobis ipsa ereditate dublata uel quantum ad uos fuerit meliorada et uobis perpetim abiturum. facta cartula uenditionis pridie kalendas octobris. Era millesima xx<sup>a</sup> iii.<sup>a</sup> segiredus presbiter in anc cartula uenditionis manum mea +.

segiredus presbiter domno test. garcias test. tunino test. baquino test. zanote (?) test. uermudo test. nadorio presbiter test. abdella test. uermudo presbiter. clementina test. uermudus abba testes.

## CL

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in pago de Figueiroa siti. Charta autographa ad scrinium Morariense olim pertinens, nunc in Publico servatur Archivo.*

985

In dei nomine. Ego eilo cui nomine dulceuida ideo plagui nobis asto animo intecroque consilio ut vindemus uobis uermudu trudinizi sicut et uindimus ereditade nostra probria quos abuimus de pater nostro gudinu et mater mea eilo. et ipsa ereditade iacentia (*sic*) in loco preditu fiqueirola suptus castro argefonsi discurrentis ribulus aue et teredorio portugal. damus uobis adque concedimus de ipsa ereditade iii<sup>a</sup> intecra quanta me inputa inter fratres uel eredes in casas pomares sicales castinale aruores fructuosas uel cederis terras ruptas uel barualas aquis aquarum et sesicas molinarum uel quantu ibi ominis aprestitum fuerit. damus uobis aque concedimus ipsa ereditade et acebimus de uos procio (*sic*) que nobis bene conplaguit id est xx solidos tantu nobis plaguit in boue que ueno de sanctaeiren in xv et alias vinale tantu nobis plagui et de pretio penis abu uos nicil remansi in debitu. abeatis uos firmiter et omnis posteritas uestra iure quieto temporibus seculorum. sane mente quo fierit non credimus aliquis omo ueneri uel uenerit contra anc cartula uenditionis que ego nos securus ad inditio devindicare uel auctorcare non poduerimus pos uestra parte que in uestra pariemus ipsum que in carta resona dublado uel quantu uobis fueri melioradu et uos perpedin aidura. facta cartula vendicionis nodum in die quod erit xv kalendas nouembbris. Era xxiii super millesima. Eilo cui nomine dulceuida manum sua r+.. qui preses fui ic testes. sandinu gondesindu ..... dona ..... cidi presbiter nodui... qui ..... zalama.

## CLI

*Pactum venditionis tertiae partis cuiusdam fundi et aliorum bonorum in pago Guilhabreu. Charta autographa, quae nobis textum praebuit, ad perantiquum Monasterium Petrosense pertinens ex chartophylacio Universitatis Conimbricensis in Publicum Archivum nuper est delata.*

986

Christus. In dei nomine ego sagulfo trudildi gutina resemara ideo plaguit nobis asto animo intecroque consilio n..... que gentis imperio neque suadentis artigulo set probia nobis accessit uolumtas ut uinderemus uobis troitesindo osorediz et uxori uestre unisco sicut et uendimus ereditatem nostra probia que auemus de aiios nostros rando et pater nostro arias (?). abet ipsa ereditate iacentia in logo predicto in uila que uocitant uiliabredi subtus castro ..... us territorium portugalem sis. leua se ipsa ereditate ..... qui dicurre .. fonte .. ta et uenit in prono usque a morauzo per illo arugio et conclude ipso linare de fontanella et inde per illo morauzo et atrauesa illa carreira antiqua et inde per illo comoro super pumare de galone et torna sub illo alio morozo de cortinas et inde in directo de ipso morozo in ..... et uai per illo rio infesto pro a monte aguto. damus aque concedimus de ipsa hereditate comodo iace concluza iii<sup>a</sup> intecra cum omnem sua prestantia pumares figales sautus arbores fructuosas uel infructuosas aquas cursiles uel incursiles petras mouiles uel inmouiles casas in montes in fontes pascuis padulibus terras baruaras uel ructas cesum uel regresum exitus montis per terminis antiquis quantum aprestitum ominis est iii<sup>a</sup> integra uobis concedimus. et damus illa cortina integra comodo iace conclusa con suas cidrieiras et con suas mazanarias et con suas ... arias iusta nostram domum. et damus de illo linare que iace in terra de pumare de fromarigo de ui..... quartas medietate que fui de rando et medietate de illo casare que fui de ..... comodo iace concluso per suo uallo que derunt a meo patre in ed..acionem pro kasament.. et

vr<sup>a</sup> (?) de illa ereditate que fuit de rando ubique illa potueritis innenire integras in montes in fontes per terminis antiquis et in mulinis et quanto a prestatum ominis est vr<sup>a</sup> (?) portione uobis damus et accepimus de uos pretio in res in panos in ciuaria xxii (?) modios. et ego geluira ploris nuniz accepi de uos in ofretionem pro ac carta confirmando de ipsa ereditate de ipsis nostros mancipios nominibus comodo de sursum resona 1<sup>o</sup> lenzo de .....foles zomaques. tanto nobis bene complacuit. Ita ut de odie die et tempore aueatis uos et omnis posteritati uestre iuri quieto. si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc cartula uemditionis que in iudicio deuindigare non potuerimus post uestra parte comodo pariemus uobis illa dublata uel quanto a uos fuerit meliorata et uos perpetim aueatis. Era millesima xxiii. Facta cartula uenditionis sagulso trudili gutina resemara manus nostra +++++ geluira prolis nuniz .....

amarelus test. astraruo test. magister guntigio test. belario test. .... gundesindo ..... test. .... miro test. aldereto test. frogulso beati test. guntato test. belito test. gondesindo test. fasila test. alio fasila. adaulfo test. sesnando test.

## CLII

*Ex Libro regestorum Collegiatae Vimaranensis, Livro de D. Mummadona dicto, sumpsimus.*

986

**Carta de parada cum ecclesia ibi sancto saluatore**

Svb imperio opificis rerum qui trinus in unitate extat colendus et adorandus atque glorificandus neconon in nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritu sancti. Domnis inuictissimis hac triumphatoribus gloriiosis sanctisque martiribus sancti saluatoris cum ceteris innumerabilium reliquie martirum apostolorum pontificum confessorum et beate dei genitrix marie semper uirginis quorum basilica noscitur esse fundata in villa vimaranes inter duos alues aue et auicella ad radicem alpe latito urbis bracarense cum sinibus galietie. habitantes in ibi sub imperio christi seruorum seu ancillarum dei. Ego exigua famula christi et ancilla dei flamula ansurici nutricem regis ob hanc sub christi auxilio et uestre celsitudinis gloriamque uestrorum meritis respiro non usque quaque disperatione deicio sed plenam fiduciam domino confido. ut quia oculorum meorum nescibus absolu-tis interuentui uestro tandem reconciliari mercar uestroque et sanctorum omnium suflagio fide supplicatione uotis omnibus imploro. ideoque deuotioni mee extitit ut ex donis que mihi dominus contulit et largitionis sue attribuit aulam clementie uestre uotis congruis redderem reminiscente diuinis oraculis ita dicens —Vouete et reddite domino deo uestro—. simili quoque modo manu fortis ille diuine affatim spiritu intonat dicens —quod accepimus de manu tua domine dedimus tibi quia peregrini et hospites et quasi umbra sumus in terra.— Vbi cum uoce orationis et prophetie subiunxit dicens —Praesta domine ut semper in ueneratione tua mens ista permaneat.— Obinde ego iam supra dicta ancilla christi flamula in simplicitate cordis mei eruditam exemplis letam offero atque concedo ad ipsius domus dei iam superius nominati vimaranes et ad fratres et sorores ibidem persistentes villa parata quos fuit de sendamiro ardeicazi quem mihi concessit rex domno adefonso per cartula firmitatis. et est ipsa villa in territorium bracarense subtus alpe alaria arrugio discurrente purizo concedo uobis ipsa villa cum omnem sua prestantia casas cum intrinsecus domorum simul et ecclesia uocabulo sancto saluatore qui ibidem est fundata cum suo ornamento casula de sirgo calicem de argento cum sua patena similiter et crux de argento et signo de metallo et suos libros manual orationum et antiphonal necnon et casas cum intrinsecus earum cupus cupas lectos catedras mensas uel omnem persia que ad usum ominis pertinet. similiter et pumiferis uineis pomares saltus ficas aquis aquarum uel segicas molinarum uel quicquid in ipsa villa ad prestitum hominis est. omnia que diximus ab integro concedimus pro remedio anime mee ad ipsum locum sanctum et ad fratrum et sororum ibidem persistentium ut sit illis ad seruendum pro uictum atque tegumentum qui sub regule dominio seruierint et in uita sancta perseuerati fuerint. de qualibet generis homo qui bonus fuerint sub regule et dominio abbatis. et qui pompa huius seculi abrenuntiauerint et uitam sanctam deduxerint caste pie sobrie uitam deduxerint et confessionis normam uel sanctorum patrum exemplis cenobitarum fuerint degentes sint eorum fientibus perenniter profuturis ut illos abeant inde tolerationem et nos mercis copiosa ante deum retributione et eorum utilitatibus prosint perpetim abituris. Si quis tamen hunc factum nostrum quod pro ablutionem peccatorum meorum decredi facere temerarius uel presumptor aut ex prosapie nostre siue extra colonus quisquis ille fuerit sit anathema marenata et ab omni cetu christianorum extraneus et de ecclesia catholicorum maneatur excommunicatione multatus. ad corpus et sanguinis redemptoris nostri non accedat sed confusus permaneat et in presenti euo plaga diuinitus percussus amborum careat lucernis frontibus lumine priuetur et cum iuda domini proditore simili luat

penas in eterna dampnatione. et insuper pariet post parte ipsius monasterii ipsa villa duplata uel triplata et a partem iudicis terre auri talenta duo. et hunc factum nostrum in cunctis obtineat firmitatis roborem longeua dierum. Facta series testamenti notum die quod erit ipsas kalendas decembrias. Era m<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> iii.<sup>a</sup> Flamula christi ancilla in hac scriptura manu mea confirmo.

Petrus abba manu mea conf. — Petrus prepositus conf. — Sauaricus conf. — Fagildus conf.

Arias conf. — Elduara comitissa conf. — Valascus ameliiz conf. — Amarelle conf.

Et alii multorum filii benenatorum qui erant in concilio de vimaranes.

## CLIII

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis descripsimus.*

987

**Venditio unius laree de terra in villa sumlani**

In dei nomine ego sandino et gundisaluo placuit nobis bone pacis uoluntas nullus pertimesceremus (*sic*) metus sed proprie nobis accessit uoluntas ut ubi uenderemus tibi sumla et uxori tue gudilo sicut et vendimus larea de terra ad iura uestro domo et habet iacencia inter larea de dulcidio et de alio lado de astrulfo in villa sumlani territorio portugalensis subtus monte gundemar ribulo flumen dorio. et accepimus de uos precio duos modios in sicera et in ciuada et una zorame. tamto nobis bene complacuit et de precio penis apud uos nichil remansit in debito. ut habeatis uos et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum quicquid ex ea agitare facere uolueritis libera in dei nomine habeatis potestate. Siquis aliquis omo uos pro id calumniare uoluerit an uoluerimus comodo habeatis licencia de nos adprehendere ipso que in carta resonat duplato et quanto fuerit ad uos meliorado et uobis perpetim habituro. Facta cartula uendicionis nostras gustras (*sic*). Era millesima xxv.<sup>a</sup> Sandino et uxori mea gundisalba in hanc carta uendicionis manus nostras ++.

Furtunio test. — Gudesteo test. — Flairo test.

Vestremiro test. — Sendina test. — Mironus test. — Viliuado test.

Artaldo test. — Maniulfo test. — Sisualdo test. — Visterla presbiter.

Cresconio — Anserigo test. — Sumla test. — Sandus notuit.

## CLIV

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii sumpsimus.*

988

**Alio testamentum de mortalago que fecit Munnio gundisaluiz**

Dominis inuictissimis hac triumfatoribus sanctisque martiribus sancti mameatis et sancti pelagii ob cuius dominus uel honore ecclesie uestre perpetua felicitate firmitatem quia exutus corporea de oc seculo ad alia transfruntur anima qualis namque se illic peruenire considerat qui hic bona peragenda corde et corpore pigritat. Monet enim nos dominus dicens —date et dabitur uobis— Vnde et dauid dicit —Tua sunt enim omnia domine et que de manu tua accepimus dedimus tibi.— Ideoque ego munnio gundisaluiz cum peccatorum mole depresso dono atque offero sancte ecclesie uestre cuius baselica esse dinoscitur locum que dicitur lauribano dono et offero domui huic villa mea propria uobis domino beniamin abba et congregatio uestra villa quos uocitant castrello v*ia* inde ab integro de ipsa villa cum omnibus prestationibus suis domos cum edificiis domorum terras ruptas uel inruptas uel omnia quicquid ad prestitum ominis est. Et diuidet ipsa villa per termino per fonte sub ecclesiam sancti genesi et transit ribulo mortalago et inde per regum usque in fonte de reuelanes et perget per monte usque ubi dicent terra fracta et feret in paretalias et inde per carbalio furato et inde ad mallatones et de alia parte per fontano de cortegaza et inde inprono usque in termino de paratella. adprehendit se per termino monte infesto usque in alias parietes contra mondeco et includet in medio castro de mortalaga et exit ad saxos albos descen-

dente ad mortalazelio et inde ad fonte iam nominata. dono atque concedo vi<sup>a</sup> de ipsa villa pro remedio anime mee et pro remedium anime defunctorum meorum amunne et gutine cui beate memorie. Siquis uero ex propinquis disrumpere uoluerit siue extraneis in primis sit extraneus a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et cum iuda christi traditore abeat participium in pena eterna. Et insuper damna secularia afflictus pariet tantum et alium tantum quantum auferre temptauerit et post parte regis auri talentum unum. Et anc kartula testamenti plenum abeat roborem. Facta kartula testamenti xi kalendas octobris. Era Millesima xxvi.<sup>a</sup> Munniu gunzaluiz in hanc kartula testamenti manu mea confirmo +.

Ego houecus comes conf. — Gutierrez muniz conf. — Fortunius sauarigiz conf. — Gundisalus leouegildiz test. — Sezoi test. — Gundisaluo test.

## CLV

*Pactum venditionis partis cujusdam praedii in villa de Cerzedo siti. Charta autographa, olim ad scrinium perantiqui Monasterii Morariae attinens, in Publico Archivo servatur.*

988

Christus. In dei nomine ordonio et uxor mea idilo una germana nostra saruili plaguit nobis per bone pacis uoluntas ut uenderemus uobis lazaro et uxor tua lempeda eredi (*sic*) nostra propria que auemus in villa cersedo subtus castro (*sic*) territorio portugalense in logo predicto ubi auita ..... hazemon et idilo m<sup>a</sup> de ipso casal **integra** tanto kadeuit inde a nostro patre cartemiro quomodo se leua de illo kanto de illas casas que fuerunt de ualidi usque in rio et de alia per casal de cartemiru et inde per casal de offilo per ubi est conclusu cum suas prestantias (?) et suas pomiferas pro que accepimus de uos pretio vi quartarios de ciuaria et unu porcalio de ..... tantum nobis bene plaguit ida ut aueatis illa m<sup>a</sup> firmiter de nostro dato quia iam nostra mate framilli uendiuuit alias nostras creditates a donani zalamizi et alios omnes. abeatis illa que uobis uendimus proinde et uos et posteritas uestras. et si aliquis omo uenerit uel uenerimus contra cartula uenditionis ad inrumpendum et uos illa non autorgarmus post uestra parte quomodo pariemus uobis illa dublata uel quantum ad uos fuerit meliorata. facta cartula uenditionis m<sup>o</sup> kalendas octubres. Era xxvi<sup>a</sup> peracta millesima. Ego ordonio et idilu et saruilli in cartula uenditionis manus nostras ro+++ pepi test. zamario test. daniel arioliz. cidi eximenizi ic test. aluitu frosendizi ic test.

## CLVI

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptissimus.*

989

**Carta uenditionis de hereditate que est in villa alduari**

In dei nomine. Ego petrus cognomento gontoigio placuit michi bone pacis uoluntas asto animo et propria mea uoluntate ut uinderemus uobis tructesindo osorediz et uxori uestre unisco sicut uindo m<sup>m</sup> integrum de hereditate quam habeo de patre meo migido et matre mea eilo. est ipsa hereditas in villa alduari territorio portugensi subtus monte mahamudi. et uindo uobis duas lareas de terra quas comparaui de meo germano menindo. et iacet sub larea de tio astrulfo et figit se in larea de eduo et de alia parte in larea de fofo. et accepi de uobis xi modios in ciuaria et in sicera et in pane et in res pro illa media et pro illa alia medietate do uobis illam pro represtitu que leuauit de uestra casa de leza coniermanus meus michael propter et non habuit unde ipsum representum uobis dare. et do uobis illam aliam medietatem pro me. Do uobis et confirmo ipsum quod in carta resonat per suis terminis et locis antiquis. Vendo uobis casas hereditates pumares terras uineas et sautos mazanarias aquis aquarum sedibus (*sic*) molinarum uel quantum ad prestitum hominis est et in ipsa hereditate podueritis inuenire in dei nomine habeatis potestatem. Siquis aliquis homo uos pro calumpniare uoluerit quomodo habeatis licentiam de meo adprehendere ipsum quod in carta resonat duplata uel quantum a uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta cartula firmitatis xv kalendas apries. Era m<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> vii.<sup>a</sup> Petro cognomento gontoigio in hanc cartula quam fieri relinquendo cognoui manus meas roboraui +. Migido test. Gundesindo test. Tuerigo test. Odorio test. Gondemaro test. Teodila test. Alius gundesindus test. Donnane fraulfiz test. Florensendo test. Gunwaldus notuit.

D. et C. Tom. I.

25

CLVII

*Vimaredus Abbas duplicis Monasterii S. Michaclis et Froila Absalonizi quaedam praedia, in valle Sardoria et in pago Barius sita, inter se commutant. Membrana in qua hoc pactum continetur, ex chartophylacio Monasterii Araucensis delata et in Publico Archivo custodita, non nobis omnino suspicione caret. Interdum in litteris manum scribae saeculi X non invenimus : signa nominibus in subscriptione adjecta insolita sunt : vocabula, demum, quaedam potius posterioribus temporibus quam illae aetati tribuenda nobis videntur. Attamen ad ipsam chartam ut supposititiam vel fictam plane rejiciendum haec quidem non sufficiunt, sed ad caute eam accipiendum lectorem docent.*

989

Christus. In dei nomine. Ego uimaredo abba una con consensum fratribus et sororibus nostris de monestorio sancto migaeli ut fazeremus uobis froila absalonizi et ad usor uestra egilo sigut et facimus cartula incontramudationis de ereditate nostra propria que auemus in nalle sardoria urbis anegie ribulo pauia suptus monte serra sicca. et aue iazentia in uilla uarzena ad uado cauallar. est illa ereditate como illa optinuimus in ipsa uilla siue et illa que iui frater adulfu comparauit siue et nostra razione in sisonzini per ubique illa optinuimus como diuide per lonba de rompesakus et inde in area que fuit de gondiuado et in uillar de eigumediade inde ad illa frecta et feret in pelagu negro per ubique uobis delimidauimus uel coram testibus asignauimus scilicet piscarias cannarios terras castiniarias pumares vineas figares amecsenarias aruores uel omnia quantoque iui ad prestidum omnis est. exceptis ille mulinu cum sua sesega et ille porto. Illo ale uobis conzedimus. et azebimus de uos alia ereditate in uilla barius que fuit de ero et de ermentro que nobis bene complaguit. Ita ut des odie die et tempore sit ipsa ereditate de iure nostro abrasa et in uestro iure et dominio sit tradida et confirmada. aueatis uos et omnis postereditas uestra. si quis tamen quot fierit non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus ad inrupendum contra anc cartula contramudationis que nos a iudicio deuindigare non potuerimus que pariems uobis illa dublada uel quanta uobis fuerit meliorada. facta cartula contramudationis xii<sup>o</sup> kalendas abriles. Era mille-sima xxvii.<sup>a</sup> uimaredo abba in anc cartula contramudationis manus mea rouoranit. +

Ego ernilli deouoda in anc cartula manus mea + —getina manus mea + —maria deouoda manus  
mea + —Etualo deouoda manus mea + —Martina egilo tederona Iquila aniedrudia siue fratres et sorores  
manus nostra + + + + + s

abregano ansilizi ic testis — zamario brandilizi ic testis — Velasco furtunizi ic testis — flainu gondesen-dizi ic testis — riquila ic testis — Froila atanagildizi ic testis.

Vimaredo fredenando. frater zamario. menendo zamarizi — tedon zamarizi — tanoi presbitero — menendo presbitero — Leo presbitero — gella presbitero — it sunt testes.

Viliado haltonizi manus mea +

Villalobos Bartolomé Martínez  
David mirazi golderes

CL VIII

*Pactum venditionis partis pomarii cuiusdam ad radices montis de Alvarelhos siti. Charta autographa quae inter documenta Morariensis Monasterii servabatur, in Publico invenitur Archivo.*

990

Christus. In dei nomine. Ego argemiro et uxori mea siti patrecino et uxori mea trudildi uobis ederonio et uxori uestre gunterote placuit nobis per bona pacis uolumtas ut uinderemus nobis sicut et uendimus ratione in pumare nostro proprio que abemus in uilla palmatianas suptus castro aluarelius discurrente ribulo abe territorio portugalense. et est ipso pumare in logo predicto in pumare de bauza. uendimus uobis inde m<sup>m</sup>a intecra et sunt mazanarias prenominatas xxiii comodo iacet per riba de illo arugio de illa fonte et de alia parte comodo diuidimus cum tiu nostro donazo ut abeatis uos et omnis posteritas uestra et acepitimus de uos premium una cabra cum suo cabrito et m<sup>m</sup> quartarios de milio tanto nobis bene conplaguit. si quis tamen quod fierit minime non credimus et aliquis omo uos proinde callumniare voluerit que nos ad uestra securitate deuindigare non poduerimus aut noluerimus pariemus uobis ipso pumare duplatu vel quanto ad uos fuerit meliorato et uobis perpetim abiturum. fa-

cta kartula uenditionis m<sup>o</sup> kalendas magii. Era millesima xxviii.<sup>a</sup> argemiro et patrecino et uxores nostras in anc  
kartula uenditionis manus nostra + + + + s.

qui preses fumus — kagito tedenando — Ioacino braolio.  
sagulfu test. — gundesindo test. — alio gundesindo test. — zalama test.  
uilifonso test. — stefano test. — rodorigo test. — kagito (?) test.  
brandila test. — aluito test. — zaccarias test. — pelagio presbiter noduit.

## CLIX

*Charta donationis cuiusdam praedii in pago Aldoar ad radicem montis Mafamude. In  
Livro Preto Conimbricensis Sedis invenitur.*

990

**Carta donationis siue confirmationis**

In nomine domini. leodegundie plolix (*sic*) eroni in domino deo eterne salutem amen. Ideo placuit michi  
bone pacis et voluntas ubi donaremus uobis tructesendo osoreiz et uxori uestra hunisco sicut et donamus. valeat  
donacio sicut et uendicio. damus uobis hereditatem in uilla alduari territorio portugal subtus mons mahamut discurren-  
te flumen dorio prope litore maris comodo illa obtinuit auia nostra domna godo exceptis ratione de uimara  
ermiariz. Confirmemus uobis terras arbores fructuosos (*sic*) uel uicos et locis antiquis per ubi illa potueritis inue-  
nire libera in dei nostre (*sic*) abeatis potestatem ut habeatis eam firmiter uos et omnis posteritas uestra iuri quieto  
temporibus seculorum quicquid ex ea aliquid agere uel facere uolueritis et ad cartam confirmando accepimus de  
uos uno boue et una pelle tanto nobis bene conplacuit. Si quis aliquis homo uos pro ista calumniare uoluerit an  
uoluerimus como habeatis licencia de nos adprehendere ipso que in carta resonat duplato et quanto fuerit melio-  
rata et uobis perpetui abitura. Facta carta confirmationis xiii kalendas decembris. Era mxxviii.<sup>a</sup> Leodegundie pro-  
lis eroni in hanc cartula firmitatis manu mea conf. + Qui presentes fuerunt. Gudesteo presbiter conf. Tellon  
gundemariz test. Manno test. Froiulfo anagildiz test. Velasco uelasquiz test. Gundesindo test. Hono-  
rigo didaz test. Flauiano test. Viraremiro test. Froila didaz. Gontualdo notuit.

## CLX

*Cessio quorundam agrorum in villa de Macieira. Charta autographa, ad Monasterium Morariense quondam pertinens, in Publico serratur Archivo.*

991

Christus. In dei nomine ego ausendo et uxori sue zonza plaguit nobis per bone pazis voluntas ut fazere uo-  
bis domna trastallum sigut et facio testum scripture firmitatis sigut et facio testum scripture de agros nostros pro-  
prios quos auemus in uila que uozitant mazanaria ipsos agros comodo sunt demarcatos et conclus in omique giro  
ad integrum illos uobis conzedemus per ubi uobis illos delimitauimus et coram testibus asiginauimus ad integrum  
uobis illos conzedimus con omenem sua prestantia quiquit ibidem ad prestitum ominis est. et damus uobis illos  
in oferzionem pro que nobis sacastis linpio de conzelio et sano pro parte de illo iudizio que noscum abuit ade-  
redo pro parte de illa ereditate que nobis sendinus et iulia uenduit ut de odie die uel tempore sit ipso que in  
carta resonat de iuri nostrum abrasa et in uestro iure sit tradita adque confirmata. sit sane quod fieri non credi-  
mus aliquis omo ueneri uel uenerimus contra unc factum nostrum ad inrunpendum que nos in iudizio post parte  
uestra deuindigare non potuerimus aut uos in uoze nostra tunc ueatatis podestate prendere de nostra parte ipso  
que in carta resonat dublata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetuum auiturum. facta cartula vi<sup>o</sup> ka-  
lendas feberarias. Era mxxviii.<sup>a</sup> ausendo et uxori sue zonza in anc cartula manus nostras ++.

fosofrandulziz test. — uiliulfu atiniz test. — sandu brandiliz test.  
eirigu sertor test. — gratinum leouildiz test. — ansemiru branderiz test. — toderedo test.  
gondaro test. — gundulfu antoniz test. — fortis melezizi test. — gutinum fosiz test.  
astruari cota test. — menendo godesteozi test.  
romarigu presbiter noduit.

## CLXI

*Pactum venditionis cuiusdam fundi in pago S. Martini ad radicem montis de Pedroso. Charta autographa, olim in scrinio Morariensis Monasterii servata, nunc in Publico custoditur Archivo.*

991

Christus. In dei nomine ego potenzo et uxor mea egelo uobis izila et uxor uestra creusa placuit nobis asto animo et prona uolumtate nullis quoque egentis imperio nec suadentis artigulo set propria nobis accescit uolumtas ut faczerem uobis cartula uendicionis de ereditate mea propria que auemus in villa que uozitant sancto martino mea porzione quanto me conpotet inter meos fratres uel eredibus ubi illa potueritis inuenire in pomares in terras ruptas uel inruptas in aruores fructuosas uel infructuosas in eisitus moncium et aczessum uel regresum uel in quantum ad prestitum ominis est et est ipsa ereditate supranominala in villa sancto martino suptus alpe petroso pro que accepimus de uos precio in octo modios in que nobis bene complacuit et de precio penis aput uos nicil remansit in deuito. si quis sane quod fierit non credimus aliquis uenerit uel uenerimus ad inrunpendu uel ad infringendum anc cartula uendicionis que fierit et prost (sic) parte uestra illa noluerimus denendigare tunc infera pas uobis partique uestre ut pariemus uobis illa duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim auitura. facta cartula uenditionis m<sup>o</sup> kalendas marcas in era millena xxviii.<sup>a</sup> aueatis uos et omnis posteritatis uestre iure quieto. potenz et uxor sue egelo in anc cartula uendicionis quod fierit et manus nostras rouorauimus.

tructemondo de ferraria test. — gaudio suo germano test. — uidramiro christoforus clericos test.

daniel test. — daui.... test. — go.... test. — izi... ontemiriz test. — nau... test.

## CLXII

*Bona sua immobilia frater Arius Monasterio de Nandim testamento donat. Ex autographa charta, olim in scrinio Collegii da Graça Conimbricensis servata et nunc in Publico Archivo existente, sumpsimus.*

991

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus et gloriosissimi sancti iacobi apostoli sancti tome apostoli sancti uincenti et leuite sancti clementi episcopi sancti pelagii et martiris christi cuius baselice edifigada est in villa nandini securus ribolum aue territorio portugalensis ego ariusu frater famulus dei ofero ad ipsa eglesie et ad fratribus qui in uita sancta perseverari quanta portione et omnia mea ereditate quanta abeo de parentela et de omni ganantia in villa nandini cum quantum in se obtine et a prestilum ominis est concedo ad ipso loco mea ereditate ab integro ubi illa potueritis inuenire post partem ipsius eclesie pro remedio animee mee nec vиндendi nec donandi sed ibi serbienda usque in perpetuum. si ego iam credo in trinitatem inseperauilen quia non era reuersurus contra anc testamentum ad infringendum uenerit uel tentaberit et si aliquis de propinquis nostris uel qualive generis omo in primis sia excomunigalo et cum iuda traditore abea participio in damnacione perpetua et insuper parie ipsas ereditates in quadublum exinde proferre tentauerit ad ipsa eglesie sit perpetimabitur. factum textu testamenti et scripture firmitatis notum die quod erit v<sup>o</sup> kalendas magii. era millesima xxviii.<sup>a</sup> ariuso frater in oc testamentum et scripture firmitatis manu mea ro+.

Pro testes. todesindo test. — egeka test. — sisuerto test. — fagillo test.

uedramiro test. — espasando test.

fradimiu notuit.

## CLXIII

*Judicium sententia de ecclesia S. Martini de Viliaredi, in lite inter presbyteros Sagulfum et Gontigium exorta. Charta autographa, olim in scrinio Monasterii Vaironensis, nunc in Publico Archivo custodita, nobis textum praebuit. Edidit RIBEIRO (Dissert. Chronol., T. I, Append. N.<sup>o</sup> 9).*

991

Christus. Dumuium quidem non est set multis mane pleuis acque nodisimu eo quod ego abuit intenziu sagulfi presbiter cum gontigio presbiter pro eglesia uogauolum sancto martinum que est fundata in uila uiliaredi quia dia sagulfi presbiter quia era sua ereditate. et sacauit gontigio frater suas escrituras et suas firmidades in concilio et deuindigauit ipsa eglesia de sagulfi et de alios suos eredes quia comparara gontigio ipsa ereditate de et (sic) suos parentes de cancerigu et de alios todos suos eredes. et fundauit asperigu ipsa eglesia et aidauit ila per plures annos et post relinqui ila in manu de suos filios nominibus gontigio et amarelo ..... nua de alios suos eredes et otinueru ila in faciem de suos eredes per plures annos sine aliqua inquiedatione oiuainta annos sine aliqua inquiedatione. et postea coliuit gontigio presbiter ipse sagulfi in sua casa pro li facere seruizio bono. et placcitum rouorado in concilio que non abuise de ilo aliqua sposida mala in ipsa eglesia et postea in rubit ipse sagulfi presbiter ipso placitum et facia se eredario in ipsa eglesia. et fuit gontigio presbiter cum isto placito ad concilio ante aluitum aluitizi gomeze benegas et gudinu bencegas ederonio aluitizi truitesindu nantildizi et aliorum mul torum filio honorum. et anouit se sagulfi in ueridate et cedauit se sagulfi a pedes de dona domitria et de gontigio presbiter et feceron sc ipsos iudices rogadores et rogauerunt multum pro ipsum placitum que rouorara et que eisisse sagulfi de ipsa eglesia et amplius non fecese in bidem alia sposida. et pro suo seruizio dederunt inde de ilo decimu inter pane et a beuere LX modios per rogo pro (?) ipsas horas que disera in ipsa eglesia et una sagia uizione et super ipso placito adrouorabit alio ad don ..... in ipso conzilio. et ista anuzione ante ipsos iudices. sagulfi presbiter in ac escritura manu sua + s in ipsa era XXVIII cod erit xv<sup>o</sup> kalendas setenbres.

gomeze benegas confirmas — aluitus aluitizi confirmas. gudinu benegas confirmas — ederonio aluitizi confirmas — truitesindo nantildizi confirmas.

menendus conf. arcerigu — manuel presbiter. maurgado presbiter — mido guandilizi test. — rizila test. al uitus gondesindizi — ermimiru test. cagidu gundulifizi — frogia arualdizi. froila test. cenoi test.

era (?) testes it sunt. amarelo mestalizi test. — gundesindu mestalizi test. — astruedu test. gontado didazi test. — gondesindu. cepa. fasila. uizoi astrulifizi — fredenando uizoizi test.

## CLXIV

*Argimiru et uxor colonos quasi adscriptitios se constituunt in quodam villa dominae Trastalae. Descriptimus ex charta autographa, olim in scrinio Monasterii Morariae, nunc in Publico Archivo custodita.*

991

Christus. argimiru et uxori sue ermilli ad uobis domna trastalam per unc meum placitum uobis adinplendum compromiso comodo si ausatum fuerit me ad alia podestate proclaimare aut de uestra uila exire sine uestro mandato aut sine uestro sabere aut sine uestra iusione comodo pariet uobis sine aliqua dilatatione v solidos et de quo agitor dublato. factum placitum III<sup>o</sup> kalendas setember. Era MXXVIII. argimiru et ermilli in oc placitum manus nostras fezimus ++ et insuper caread mea rationem de illas uacas que aueo.

gundulifizi test. — godesteo pepiz test. — zidi pepiz test.

gutinus test. — fromarigu (?) test. — astruorio test.

ausendo testis — eirigu testis.

romarigu presbiter notuit scripsit.

CLXV

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Coenobii sumpsimus.*

992

**Testamentum de alquinitia de seculare et abuzat**

In dei nomine. Ego seculare et abuzat Placuit nobis per bone pacis et uolumptas ut faceremus ad ipsius loci sancti mametis textum scripture de hereditate nostra propria que abemus in villa de alquinitia et nostras cortes cum casas et lagare et eupas m<sup>s</sup> et cupos m<sup>s</sup> et uineas cum suas clausas et quarta de pomare que fuit de iacob alkerma et v<sup>e</sup> mazanarias que abeo de parte auio meo abuzag in villa alkinitia et xv mazanarias que abeo de auio meo electus in villa algazala et uno ortale cum suas mazannarias et una uinea et una larea de terra cum m<sup>m</sup> mazanarias et alio ortale cum m<sup>s</sup> mazannarias Et m<sup>s</sup> pedazos de terra cum suas mazannarias et alio pumare siue alia mea ereditate que abeo in ipsa villa terras ruptas uel inruptas et omnia que abeo uel augmentare potuero usque ad obitum meum ad uobis concedo integro post parte monasterii uestri. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc nostrum factum ad inrumpendum in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore abeat participio et insuper quantum auferre temptauerit in quadruplum componat et uobis perpetimabitura. Facta carta testamenti xvii kalendas iulias. Era millesima xxx.<sup>a</sup> Ego seculare qui et abuzag in anc karta testamenti manu mea r++oboro.

Arias iben electus test. — Vizoy test. — Leouegildo test. — Iohanne sarraziniz test.

Flores test. — Gaudinus test. — Azarias test. — Marcus test. — Elias test.

Benedictu test. — Martin test. — Sendulfus test. — Mestulius test. — Nazar test.

CLXVI

*Ex Livro de D. Mummadona descriptum est.*

992

**Carta de hereditate in villa sautello et barreiros**

In nomine domini. Ego fratri daniel uobis mea domna Mummadomna prolix didaci et ad fratres et sorores habitantes sub tramite regularis in cenobio Vimaranes. Magnus est enim titulus donationis scripture firmitatis hactus largitatis qua nemo potest ad inrumpendum uenire neque foris lege eicere sed quidquid grato animo et prona uoluntate offertur opportet enim semper libenter amplecti. ideo denique iam supra nominato fratri daniel placuit mihi ut facerem uobis domnos meos iam supra taxati textum scripture firmitatis cartula incommuniationis de hereditate mea propria que abeo in villas Sautello et barrarios. et fuit ipsa hereditate de tios nostros Gundesindo truitelli et sixerla. et secundum illa nunc modo in iure nostro obtinemus trans linares pratis padulibus saltis uineis pumares figares cesares piscarias sesigas molinarum aquis aquarum cum eductibus suis uel quantum ad presitum hominis inuenieritis in ipsa villa extra meo domo ubi modo abito cum suo ortale. omnia quod superius resonat medietate uobis firmiter concedo ita amodo et deinceps abeatis teneatis et usque in perpetuo uindicetis uos et cuius uice adueniens habitandi monasterii Vimaranes. Siquis tamen quod fieri nuncas uidetur hunc factum nostrum immode molierit mutilare et a uestro temerario conauerit infringere ex qualiuie persona sit an ex propinquitas nostra an ex parte extranea adueniens qualiscumque persona spiritu orribili prouocata in primis sit segregatus a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et cum iuda domini proditore luat penas in eterna dampnatione ita ut nec in finem communionem accipiat set in perpetuo confusione permaneat et insuper pariet uobis omnia ipsa hereditate duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et post parte iudicis auri talenta i<sup>r</sup> et uobis perhenniter habituram. notum die scripture incommuniationis et firmitatis vn<sup>r</sup> idus Septembbris. Era xxx<sup>a</sup> discurrente post m.<sup>a</sup> Frater daniel in hac cartula incommuniuationis quod fieri elegi manu mea confirmo.

Gonta abba conf. — Teoderedus prepositus conf. — Sarrazinus confessus conf. — Uiarigus confessus conf.

Gundesalbus confessus conf. — Uiliamirus confessus conf. — Ordonius confessus conf. — Valascus confessus conf.

Japhar presbiter test. — Nunus presbiter test. — Guntemirus presbiter test. — Froila presbiter test.

## CLXVII

*Cessio fundi cuiusdam in pago de Loureiro prope castrum quod Recaredi dicebatur. Charta autographa, ad Monasterium Morariense quondam pertinens, in Publico Archivo servatur.*

993

Christus. In dei nomine ego godesteo ideo plaguit mici bone pacis uolumtas asto animo integroque consilio ut per scriptis facerem uobis gundisalbus fredenandiz et uxori uestre ermesinda sicut et facio de ereditatem mea propria que abui in uilla laurario qui est inter uila tanuz et mazanaria suptus kastro rekaredi territorio portugalese. uindo uobis ipsa ereditatem pro illa fidiaduria que uobis fidiaui querino per illo placitum que uobis rouarai et sacaui illo de uestros ferros et post hec fugalauise ipse querino et exsese ipse placitum et pro id accesit mici uolumtas ut pro ipsa actio concedo uobis ipsa ereditatem at integro per suis terminis antiquis quantum que ibidem podueritis inuenire que at prestitum ominis podueritis inuenire in ipsa mea ereditatem quantum me conpodet inter meis fratribus uel eredibus terras ruptas uel inruptas aruores fructuosas uel infructuosas pedras mouiles uel inmouiles aquis aquarum et sesegas molinarum pascuis padulibus exitus montium accesum uel regresum. omnia todum at integro abeatis uos et omnis posteritas uestra usque in perpetum uindictis. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis omo proinde uos kalumiauerit que uobis a iudicio deuendigare uel auctorgare noluerimus uel non poduerimus pariemus uobis ipsa ereditate dublata uel quantum a bobis fuerit meliorada et uos perpedim auiturum. Nodum die uel tempore sub die quod erit xv kalendas iuni. Era xxxi<sup>a</sup> post Millesima. godesteo in anc kartula uenditionis mano mea +.

gutier fredenandiz —tahel belasquez —telo ermiariz —heifreiro et ali plures.

donon presbiter —saracino —rando aluito presbiter —goirigo et ali plures qui preses fuerunt.

*In verso membranae*

nos filiisiusorum que sumus de parte ermiario guntigici it sumus aldereto ketenando uimara placitum fazimus uobis gundisalbo fredenandizi ut de odie die uel tempore quot est era millesima xxx<sup>a</sup> m<sup>a</sup> quinto decimo kalendas iunias si egū ermiario ausos (?) fuerit me ad alio domno perclaimare in que gundisalbo fredenandizi illa manda ziti (?) mandare que parient ilos prenominatos que super resonant m<sup>m</sup> or quatuor boues et desuper ipso ermiario cum omnem sua facultate et suo kanato.

nos prenominatos ketenando et uimara aldereto in anc placitum manus nostras rouora++uimus et fuit isto placitum escriptum in consilio ante espasandos aba aketo sandizi zidi trastemirici moheibe presbiter zidi ermiarizi donan froulfici gundino sentario ianardo cartemiro sendino gesulfs brandila seioi sauarigu zidi (?) quasi presbiter cos noduit.

## CLXVIII

*Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, descripsimus.*

994

**Kartula de sancto martino de villa noua de ripa Aue**

Plerisque manet notum et ad multis est notissimum et quod fuit ecclesia sicut est fundata in villa que dicent villa noua que est in territorio bracarense subtus mons autino discurrente riuulo aue et fuit ipsa ecclesia de comes don Geton et coniuge eius ledegundia. et concesserunt ipsa ecclesia ad Gondesindus abba per scribtura et obtinuit ea iuri suo annis plurimis dum uita uixit. post obitum uero suo deuenit ipsa ecclesia in iure filie sue gondeeba gondesindit et a uiri sui Gudesteo et comparauit ego illa Aloytus abba de ipsa gudeeba et de ipse Godisteo per precium c<sup>m</sup> L<sup>a</sup> solidos sicut in carta resonat. et tenente ea per ipsa carta ego Aloitus abba iuri meo per multa annorum curricula fecisti mihi petitione domna nostra comitissa domna Gonzina de ipsa ecclesia uocabulo sancti martini episcopi. et do uobis illa in dona per carta et accepimus de uos 1<sup>o</sup> mulo in c<sup>m</sup> solidos. Et ego comitissa domna Gonzina tenente ipsa ecclesia in meo iure fecisti mihi petitionem tu dilecte mihi karissimi confratris Valasco scemeniz ut concederem tibi ipsa ecclesia in dona sicut et concessi ut habeas tu illa ingenua in

uita tua et post obitum tuum relinque ipsa ecclesia ad monasterio aut ad sacerdos aut ad frater aut soror cui cura sit de anime nostre per cartam firmitatis aut ad gen<sup>s</sup> tua uel extranei cui tua fuerit uoluntas. Obinde ego aloitus abba annuens et fabens obtimis petitionibus uestris sicut uos desideratis me delectat implere et accessit mihi bone pacis et uoluntas ad uobis comitissa domna Gonzina ut facerem uobis textum scripture firmitatis de ipsa ecclesia uocabulo sancti martini episcopi et ceterorum sanctorum beatorum que ibi sunt recondite cum omnem suam rem signum crucis calice atque coronas libros uela uel uestimenta altaris seu domus et intrinsecus domorum cum suis dextris uel omnia quicquid in ipsa ecclesia que ad ea pertinet uel ad prestitum est sit uobis illa donamus quomodo in iuri nostro obtinuimus. Et ego comitissa domna Gonzina ad tibi Valasco confessio sic ea uobis concedimus iuri tuo sicut superius diximus. et accepimus de te proinde in dono n<sup>o</sup> pannos tirazes alamir. habeas et possideas in uita tua et comple quomodo sursum resonat. ita ut ex presenti die uel tempore sit ipsa ecclesia de iuri nostro abrasa et in iure de Valasco scemeniz et confessio tradita atque confirmata. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus ad irrumendum uel infringendum hunc factum illo quesierit inrumpere uel immodico temptauerit in primis sit excommunicatus et separatus a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et com iuda domini traditore habeat partem in eterna damnatione et pro damna secularia pariat ipsa ecclesia cum omne rem suam et cum reliquiis suis in duplo uel trippo pro tua parte et post parte rex aut comite aut iudice que illa terra imperauerit n<sup>o</sup> auri talenta. et hunc factum nostrum in cunctis temporibus plenam obtineat rouorem in seculum perenni. Notum die quod erit x<sup>o</sup> kalendas februarii. Era m<sup>a</sup> xxx<sup>a</sup> n.<sup>a</sup> Comitissa domna Gunzina in hac series testamenti manu mea confirmo. Aloitus abba quod fieri elegi mente deuota conf.

Sub christi auxilio Ariani episcopi conf. —Gonta abba manu mea conf. —Fagildo ramiriz conf. —Assar sarraziniz conf. —Honorico Zaleiman conf. —Gundisaluo sarrazini conf. —Vimara munionis conf. —Mumma deouota conf.

Ordonius confessus conf. —Gaudila confessus conf. —Gandila confessus conf. —Uiarigus confessus conf. —Aron confessus conf.

Kartemiro —Placidius presbiter —Sendino presbiter —Ordonio presbiter —Gadesindo presbiter.

## CLXIX

*Villas pagosque quosdam, inter Durium et Vaccam sitos, Randulfus Abbas Monasterio Palatioli testamento relinquit. Hujus monumenti exemplum, quod in Regiae Academiae bibliotheca servatur nobis textum praebuit. Liber regestorum illius Monasterii qui titulum Livro das Doações de Paço de Sousa p[re]se ferebat, ex quo, hoc ineunte seculo, desumptum fuerat Academiae nostrae apographum, incendio periit.*

994

Dominis Invictissimis, hac Triumphatoribus, Gloriosi, Sanctisque Martyribus tuis, Sancti Salvatoris, et Sancte Marie semper Virginis, et Sanctorum Reliquiarum, que ibi recondite sunt, duodecim Apostolorum, et quorum Baselica cernitur esse fundata in villa Palacioli, subtus mons Ordines, disurrentem rivulo Sausa, territorio Anergie. Et ego humilis servus Randulfus Abba Deo voto, non merito digno, cum peccatore mole depresso spem fiducia in Deum habente, que sanctorum meritis unusquisque dipirationem respicior, que etiam testem reatum mei criminis sepe pavesco, ut per vos sanctos Martires Dei tamdem reconciliari mereari Domino Deo vestro. Item David talibus se eam agibus dum vota matre ad populos dedicare, et dicebat, —Tue sunt, Domine, que de manum tuam accepimus, et dedimus tibi, quia tu dedisti nobis unde nos habemus unde retribuere tibi,— et ideo pertimesco, absi Domino, ut ne veniat mi mors adjuvante, et omnia ordinata dimittere elegi, ut facere textum scripture firmitatis, et series testamenti a Sacris Altaribus tuis, et Ecclesie vestre pro luminaria mea, et pro eleemosinis pauperum, atque omnium, istem ipsum locum ab honorem ipsius Sanctorum vel Sanctorum, que in ipsum locum Sancti Salvatoris reconditos sunt, vel orationem, et quantus ibidem sunt monacorum, fratrum, inde memoria facimus pro remedio anime nostre. Damus atque contestamus ad ipsum locum Sancti Salvatoris, et Sancte Marie semper Virginis, ipsas meas hereditates, que sunt inter Dorio et Vauca, prope Kamina, quantumque habemus de aviorum vel parentorum nostrorum, etiam et de comparatela, sive de ganantia de parte de nostro tio Randulfus Abba, que in testamento sancto priore resonat, et in suas cartas annutiatur, et post illum dum adjutorio Deo in secundo meo testamento composuit pro remedio animarum nostrarum, et alias hereditates, que in meas scripturas resonant, et in meo testamento confirmatas sunt, sic confirmamus nos illas in seriens testamenti ad ipsum locum Sancti Salvatoris, que est fundato in Palacioli, pro remedio anime nostre, et de sorore Pecena, que illas nobiscum ganavit.

ipsas villas cum adjectionibus suis ad ipsum locum contestamus : sunt prenominatas villa Ossela cum ajectionibus suis, et Vilare quos dicent Bostelo, et villa Sobradelo que vocant Vermui, et villa Pinioli ubi est fundato Sancti Martini Episcopi, et in villa Olivaria quos habuimus de patre nostro Zoleima, et de matre nostra Letiviga, et illo que ibidem testavi Pantalio ad ipsum locum, sive quantum comparavimus de Bladus in villa Tavolatela, et in Petra Fitada. Damus atque contestamus ipsas villas cum ajectionibus suis et ad ipsum locum Sancti Salvatoris, pro remedio anime nostre, per suis terminis locis antiquis, per ubi illas potueritis invenire, in montes, in fontes, extum, vel regresum, cum quantum aprestitum hominis est, et quantum comparavimus per nostro precio, et ganimus per nostras kartas, que in ipso nostro kartario resonat, quam et etiam de parentorum nostrorum, et in secundum testamento resonat, que patri nostro Domni Randulfus Abbas fecit pro memorie sue; sic et nos facimus testamentum ad ipsum locum Sancti Salvatoris, que vocant Palacioli, pro nos, et pro illos; ipsa munera, que jam diximus, ad integro contestamus, pro que sumus de alia terra, et pro que colligit nobis Tructesindo Galindiz, et uxor sua Animia in ipso Acisterio Sancti Salvatoris, que vocant Palacioli, ad morandum per regula canonica usque ad obitum meum. Et post obitum meum facio istum series testamenti ut habeant me in mente, in cerea, et in oblationem, et in bodivos, et vestiant, et ornent corpus meum ad sepeliendum : et ipsas hereditates, que in meos scriptos, et in meos testamentos resonant, confirmo : habeant, et possideant pro in temporibus seculorum, et de stirpe sua qui bonus fuerit, et via monastica tenuerit, et in vita sancta perseveraverit habeat, et possideat per regula sancta ipsum, que jam supra diximus : non habet licentia vendere, nec donare non ad Rex, non ad Comite, non ad Episcopo; sed pro parte de Domno Tructesindo, et de Domna Animia, et de ipsas Reliquias sanctas, que sursum resonant, habeant et possideant. Et si aliquis homo venerit tam propinquis, quam de extraneis, qui hunc factum nostrum insringere quesierit, vel temptare voluerit, per qualibet generis homo venerit super scripturas anterioras, aut posterioras, unde nos impedimento habeatis in ipsas villas, aut in ipsa mea memoria, seat excommunicatus de fide catolica, segregatus, et ad Ecclesia sancta separatus, et cum Juda traditore habeat participium in eterna dampnatione, ubi tartarus servens, et ubi est pena non finienda, et pariet ipsum, que temptaverit, duplatum, et ad Rex, qui ipsa urbem imperaverit, alio tanto; et insuper pariet duodena auri talenta pariet et hunc factum nostrum habeat roborem et permanentem vobis perpetim abiturum. Notum die quod erit octavo Kalendas Marcii, Era millesima xxxii.<sup>a</sup> Ego Randulfus Abbas in hanc series testamenti manus meas Roboravimus. Qui presentes fuerunt Vestrimiru testis. Andreas testis. Viliulfo testis.

## CLXX

*Charta donationis dimidii quorundam praediorum prope montem Gondomar et rivulum de Campanhan. Descriptsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

994

**Carta donationis**

In dei nomine. ego froila prolix gundisaluo munneonis et toda domna in domino deo eterna salutem amen. Magnum est enim titulus donacionis in qua nemo potest ac eum (*sic*) largitatis irrumpere neque foris locum proigere sed quicquid asto animo et prona uoluntate libenter amplecti. et ideo placuit mihi asto animo et propria mea uoluntate ut facere tibi leoderigo et uxori tue ermengru carta donacionis sicut et facio de hereditate mea propria que habeo in uilla sumlani et baquini subtus alpe mons gundemari discurrente ribulum canpaniana prope fluuio dorio territorio portugal. ereditate dono uobis in ipsas uillas superius nominatas hereditate quos fuit de nandulfo et uxori sue gundisalba gundiado et uxori sue senior hereditate fasila et uxori sue susana hereditate de gundisendo et uxori sue eilo quos incomunarunt ad abia mea domna sarracina medietate. dono uobis ipsa medietate in ipsas uillas secundum illas domna sarrazina et nos de suo dado cum omnibus prestacionibus suis quicquid in se obtinet. et accepimus de uos in offrecione ad ista carta confirmandum uno copo de argenteo et xv solidos qui michi bene complacuit. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditate de iuri nostro abrasa et in uestro iure uel dominio sit tradita atque concessa. Habeatis et omnis posteritas uestra iuri quieto et in perpetuum. Si quis sane quod fieri non credimus aliquis homo uos proinde calumpniare uoluerit qui nos propter uestra securitas deuendicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis ipso que in carta resonat duplato uel quantum ad uos fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta carta donacionis viii idus aprilis. Era deciens centena et terdecena ii.<sup>a</sup> Froila prolix gundisaluua et toda in hanc carta donacionis quod fieri manum mea + Qui ibidem fuerunt testes :

D. et C. Tom. I.

27

Mauran sparsandizi test. — Aluito osoredizi — Tedon iacobzi test. — Guandila didazi — Tegio gundesendizi — Guntagio gatonizi — Sumla astrulfizi.

Gudinu uenegas test. — Sando de lagares test. — Trasaigu aluarizi test. — Froila didaci test. — Argirigu principi — Alii guntagio — Senator.

Tructesendo osoredizi test. — Pelagio menendiz test. — Tedio gundisaluizi test. — Guandila gondesendizi test. — Ermigius abba test. — Framila astrulfizi test. — Cidi astrulfizi test.

## CLXXI

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptissimus.*

994

**Carta uenditionis de hereditate que est in manualdi**

In dei nomine. Placuit michi uermudo bone pacis uoluntas ut uinderemus uobis trastemiro et uxori tue goda sicut et uindo hereditatem meam propriam que habui de parte de mea muliere guda in uilla manualdi quomodo se leua de petras ueiras et inde in fogo lopare et diuidet cum parada sic de parentela quomodo et de abolingo usque in leza. et proinde accepimus precium genube in xi morabitinis et capsas et i quartarium de ciuada. et habuit ipsa hereditas iacentiam territorio portugalense riuulo discurrente leze. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditas de iure meo abrasa et in iure uestro sit tradita uel confirmata. Habeatis uos et omnis posteritas uestra. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo ad irrumpendum uenerit uel uenerimus pars nostra usurpare uestram pariemus uobis illam duplatam uel quantum a uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta carta uenditionis xi<sup>o</sup> kalendas decembbris. Era m<sup>a</sup>xxxii.<sup>a</sup> Vermudus in hac cartula uenditionis manus meas confirmo + Froila presbiter test. Guandila test. Dauid test. Tederigo test. Menendus test. Guctu test. Trado test. Arias test. Gaudiosa test.

## CLXXII

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Maceeira siti. Autographa charta, olim in scrinio perantiqui Monasterii Morariensis servata, nunc in Publico invenitur Archivo.*

994

In dei nomine ego fremosinda uobis izila cristoualiz et uxori uestre creusa. plaguit mici asto animo et propria mea libenter uolumtate ut facere uobis iam dictis sicut et facio cartula uenditionis de ereditate mea propria que aueo in uilla quot uocitant mazanaria territorium subtus monte ezebrario. uindo ipsa ereditate de lacare de casas uineas cubus cupas lectus cadederas pumares sautos terras cultas uel baruaras uel quantum in ipsa uilla aprestitum ominis est per suis terminos antiquos et aueo ipsa ereditate de patre meo trastemiro et mater mea gondissalba et de auios meos siue quos comparaui. uindo uobis de ipsa ereditate pernominata de quantum me copotet inter meos fratres uel eredibus meis medietate intecra sicut et uobis iam illa alia medietate uendiui per alia carta et accepimus dein pretio placiule que mici bene complaguit xi<sup>m</sup> modios inter res et ziuaria et pannus et siadera. uos dedistis et eum accepit. ita ut de odio die et tempore sit ipsa ereditate de iuri meo abrasa et in uestro dominio sit tradita uel confirmata. aueatis uos et omnis posteritatis uestre aituri perpetuum. Siquis tamen quod fierit non credimus aliquis omo uenerit uel uenoror (sic) contra anc cartula uenditionis intrunpere uoluerit et nos post parte uestra deuindicare noluerimus tunc infera de pars mea a partique uestre parie uobis ipsa ereditate duplata uel quantum a uos fueri meliorata. facta cartula uenditionis x<sup>mo</sup> kalendas ianuarias in millesima xxxii.<sup>a</sup> fremosinda in anc cartula uenditionis manum mea +.

bonoi test. — rouuredo (?) test. — adrianu test. — tructesindo ariani test.

menendo toderizi test. — micael guandili test.

magister gundesindo test. — fredenando batiniz test.

et fuit illa carta rouorata in mazinata sub illa nocaria.

## CLXXIII

*Sunila et uxor vendunt Tructesindo et uxori ejus medietatem fundi cuiusdam in Soalhães prope rivulum de Campanhan. Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis descriptimus.*

995

**Carta incommuniationis**

In dei nomine. Ego sunila et uxor mea gudilo placuit nobis bone pacis uoluntas nullusquoque gentis imperio nec suadentis articulo nec pertimescentis metus sed propria nobis accessit uoluntas ut ubi incommuniaremus uobis tructesindo oserediz et uxori uestre unisco sicut et incommuniamus hereditatem nostram propriam quam habemus in uilla que uocitant sunilani territorio portugalis riulo campaniana subtus castro gundemari secus flu men durio medietatem de omni nostra hereditate per suis terminis uicis seu locis antiquis tam per terminis seu etiam fora ter (*sic*) ubi illam potueritis inuenire exetis illa casa cum suo latere. de alio toto uobis medietatem concedimus terras pumares uineas sautos rouoredas aquas cursiles uel incursiles aquas aquarum et sesigas molinarum cum eductibus suis petras mobiles uel immobiles pascuis padulibus accesum uel recessum exitum montis uel quantum ad prestitum hominis est et in ipsa uilla potueritis inuenire medietatem uobis inde incommuniamus integratam de parentela quam etiam de comparadela de amborum parte totam ipsam medietatem uobis concedimus sicut sursum resonat. et diuidit ipsa uilla cum uilla baquini et uilla tadenadi et de tercia parte cum uilla sautello. et ad cartam confirmandam accepimus de uobis in nostra offrecione similiter et in precio unam uaccam colar ueira et i quinale de sizera. tantum nobis bene complacuit et de precio penis apud uos nichil remansit in debitum. Ita ut de hodie die uel tempore ipsa medietas a iure nostro sit abrasa et in iuri uestro sit tradita. Quisquis ex ea agere facere uolueritis liberam in dei nomine habeatis potestatem. Siquis aliquis homo uenerit de qualibet parte uel uenerimus ad irrumpendum hanc scripture firmitatem incommuniationem quia nos post uestra parte deuindigare uel auturgare noluerimus an nos an filii nostri uel progenies nostra quomodo habeatis licentiam de nostra adprehendere ipsum quod in carta resonat duplatum uel quantum a uobis fuerit melioratum et uos perpetim habiturum. Facta cartula incommuniationis firmitatis nodum die III<sup>o</sup> nonas marci. Era millesima xxx<sup>a</sup>III.<sup>a</sup> Sunila et uxor mea gudilo in hac cartula firmitatis quod fieri relinquendo cognouimus ad nosmetipsos facta manus nostras robaramus et confirmamus +.

Aluitus abbas quos vidi. Cresconius quiriaquiz test. Gueda termiazi test. Donazario gontemondiz test. Gondesindo fredemondiz test. Rodrigo sesmondiz test. Eusebio fiz test. Fafia luz test. Gondesindo fasilaz test. Elde rigo bademondi test. Jacintu midiz test. Godesteo vimariz test. Gontadus notuit.

## CLXXIV

*Permutatio servae pro quodam fundo in pago de Cerzedo et donatio sororis ejusdem servae. Charta autographa, olim in scrinio Morariensis Monasterii servata, nunc in Publico inventur Archivo.*

995

Christus. In dei nomine hego rodorigu guimiriz et uxor mea basselissa uobis donnan zalamiz et uxor tue trudilo in domino deo eterna salutem amen. Magnum est enim titulum donationis in quam nemo poteest ualeat actum largidatis uotum alienum intrumpere negue lege foris proicere set quidquid grato animo liuenter amplecti et pereniter obtinere. ouinde plaguit nobis asto animo et spontanea nostra uolumtate ut faceremus uobis iam dictis sicut et facimus textum scripture donationis de mancipia nostra propria nomine adosinda que est filia ero et munnia quos nobis uenerunt in portione cum eredibus nostris uel fratres. et quando uobis ipsa mancipia donamus erat de annis III. donamus adque concedimus uobis ipsa mancipia iam nominata ut aueatis hea firmiter uos et omnis postheritas uestra iuri quieto et iudicetis sigut et alias uestros serbos originales. Ita et iam supra tacsum donamus ad congermana nostra et filia uestra basselisa alia nostra mancipia nomine gossenda germana de ipsa adosinda et illa in puerizia eitate auentem dies XV ut sine fratribus suis ea firmiter obtineat et quidquid de agere uel facere uolueritis tunc liuera in dei nomine aucas potestatem. et accepimus pro adosinda de donani et trudilo in nostra ofertionc ad karta confirmandum creditate in uilla cereseto III portione in casare que fuit de virtela (?)

mosautiz quomo se leua de riu que discurrit de eglesiola et figet se in strata ueredaria que discurrit de portugal et torna pro alia carrale que discuret ad eglesiola. Ita ut de odi tempore sic siant ipsas mancicias de iuri nostro abrasa et in uestro iuri uel dominio sint traditas adque confirmatas. et si aliquis omo proinde uos calomniare uoluerit de progenie nostre que nos in iudicio deuindicare non potuerimus aut autorigare noluerimus aut uos in uoce nostra tunc pariemus illas uobis duplatas uel quantum ad uos fuerint melioratas et uobis perpetim auiturum. facta kartula donationis xv kalendas magias in era millesima xxx<sup>a</sup>iii.<sup>a</sup> rodorigu et baselisa in anc cartula donationis manus nostra++s.

didagu donaniz presens fuit. didacu gotiniz. godesteo todemiriz. didacu ermoriz. miru abulaze. froiulfo garzeiz. prouezendo dagaredo. adaulfo rodoriz. sendino didazi. uiliarigu onoriz quos notuit. galindo sendino calkiz.

## CLXXV

*Pactum venditionis bonorum mobilium et immobilium in villa de Vimeiro prope flumen Durium. Charta autographa, nuper ex scrinio Monasterii de Pendorada in Publicum Archivum delata nobis textum suppeditavit.*

995 (?)

Christus. In dei nomine ego zamora cognomento zana una cum filiis meis uermudo pelagio petro uizoi brandila gomeze leodegundia plaguit nobis bone pacis uolumtas asto animo integroque consilio nostro set propria nobis azesit uolumtas ut uinderemus uobis zaton muaudiz et uxori tue cita ereditate nostra propria que auemus in uilla quos uocitant uimenario qui est subtus monte uargano discorente riuolo sonoso prope flumen duiro eduiicia domos casas cubos cubas lectos cadedras uel homnia introisiis domorum terras rubtas uel baruaras uinias sautus pumares figares ceresales ameisenales auellanales aruores fructuosas uel infructuosas petras mouiles uel inmouiles aguas cursiles uel incursiles montes fontes pratis pascuis padulibus aguis aguarum uel sesicis molinarum eisitum uel regresum uel quitquit ad prestitum hominis est que in ipsa villa potueritis inuenire tam de parentela quomodo et de comparatela. et diuidet ipsa villa cum villa de taraukella et cum villa leoruani (?) et cum villa de conzella et inde per media uena de agua de duiro et cum titulello piscarias nassarios rizarios. uendimus uobis m<sup>a</sup> de ipsa villa ab integro quomodo illa obtinuit nostro auio don uilenco et nostra auia domna abronilli et azebimus de uos proinde in precio que nobis bene conplaguit. ueatis teneatis uindicetis uos et homnis posteritas uestra et cui illa relinquere uolueritis. si quis tamen quod fieri non credimus aliquis hommo uenerit uel uenerimus ad inrunpendum contra hacn (sic) cartula uendicionis que nobis in iudicio deuindicare non potuerimus post parte uestra tunc pariemus uobis ipsa ereditate dublata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim auituri. facta cartula uendicionis viii<sup>o</sup> kalendas iunias. Era m<sup>xxx<sup>a</sup></sup>iii.<sup>a</sup> zamura cognomento zana una cum filiis meis uermudo pelagio petro uizoi brandila gomeze leodegundia manus nostras robora+++++uimus.

Fuit ista carta rouorata in villa ferrarios ante eglesia sancti martini episcobus.

qui preses fuerunt martinu zuleimaniz test. — froila resmiruz test. — aloito begikaz test. — aloindo iuannez test. — falcon test. — adefonso test.

falderedo test. — sisuerto test. — donnon test. — gaudioso test. — sauarigo test. — nausti test.

rodorigo test. — dago test. — frogia test. — citi test. — dulcidio test. — odaniz test.

iusto test. — andulfo test. — aluaro test. — gundulfo test. — ansila test. — ordonio test. — pepino test.

elias test. — amedeiro test. — aloindo test. — iuanne test. — alio gaudioso test. — sando test. — manila test.

florite test. — esteuano test. — alio manila test. — argemondo test. — alio gaudioso test.

adefonso magistro — zatoncino — ero — zacarias — alio aluaro.

daniel presbiter test. — anderias presbiter test. — gotesendo presbiter test. — gundesaluo presbiter test. — nantildo presbiter test. — garcia diacono test. — ualentino presbiter — fortes presbiter.

remesario test. — uincenzo test. — temime test. — alio donno test.

iubarius (?) ic notuit — recaredus abba quos uidit — ordonio presbiter.

## CLXXVI

**Donatio bonorum mobilium et immobilium in pago de Nandim, Monasterio (ut videtur) ipsius loci facta. Charta autographa, ex scrinio Collegii da Graça Conimbricensis in Publicum Archivum delata, nobis textum suppeditavit.**

995

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus et gloriosissimi sancti iacobi apostoli sancti tome apostoli sancti uidenti et levite sancti clementi episcopi sancti pelagii martiris et alias reliquias corum qui ibidem recondite sunt. Obinde ego famulo dei uermudu benedictici et presbiter in domino deo eterna salutem amen. Ideo plagui mici per bona pacis et uolumtas ut facere ad ipsius locis eglesie et ad fratribus qui ibidem in uita sancta perseueraberint textum scripture de ereditate mea probia que aueo de parentum et abium merorum (sic) sic de parentea quam etiam et de omni ganatione cum quantum in se obtine et aprestitum ominis est ic in villa nandini et in pozo malo et domus cum intrisecus suis concedimus ad ipsum locum sancti apostoli de nandini ubique illa potueritis inuenire pro remedio anime mee. Ita ut de odie die abea ipsa scriptura rouore firmitatis ut si aliquis homo uenerit qui unc factum nostrum inrumpere quesierit tan propinquis quan extraneis in primito sedea excomunigato et cum dadam et abiron auea participio et insuper parie ipsas ereditates in quadublum et si inde proferre temptauerit et ad ipse eglesie sic perpetimabitur. Factum textum scripture firmitatis notum die erit iii kalendas ianuarii. Era millesima xxxiii. uermudu benedictiz presbiter in oc testamentu et donationis manu mea ro+

fradimius presbiter — uermudu presbiter — lusidio presbiter.

todesindo test. — egeka test. — guilierre test. — sisuerto test.

ero test. — fagilo test. — uedramiro test.

Gartias abba notuit.

## CLXXVII

**Pactum venditionis dimidii fundi in villa de Castellões. Charta autographa, olim ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico invenitur Archivo.**

995

Christus. In dei nomine ego mudilli placuit mici per bone pacis et uolumtas sano animo integroque consilio ut per scriptus faceremus uobis izila christoualiz et uxor uestre creuse sicut et facimus kartula uindictionis de medietate de omnia mea ereditate quos aueo in villa castellanus subtus mons zebreiro discurrente ribulo camia terretorio portugal. damus uobis adque concedimus ab integro ipsa media de ipsa villa cum quantum in se obtinet et ad prestuum ominis est per suis terminis et locis antiquis. et accepimus de uos xxxx modios in pretio que nobis bene complacuit et de pretio apud uos non remansit in deuito. Ita ut de odie die in tempore sit ipsa eretate de iuri nostro abrasa et in uestro iuri tradita uel confirmata. abeatis uos et omnis posteritas uestra iuri quieto in perpetuum uiuituri. si quis tamen quod fieri non creditis aliquis omo uenerit uel uenero contra hanc cartula uindictionis temptare uoluerit et nos in iudicio post uestra parte auctorgare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa ereditate dublata uel quantum ad uobis fuerit meliorata et uos perpetim auitura. Facta cartula uindictionis in die quod erit iii<sup>o</sup> kalendas iulii (?) in era Millesima xxxiii. mudilli in ac cartula uindictionis manu mea rouora+bi.

donnan test. — stobredo test. — froila test. — arias test. — citi test.

Ihoannes presbiter notuit.

## CLXXVIII

**Ligo uxorque donant Monasterio Laurbani partem quam possidebant cuiusdam vineae in loco Villa-cova. Charta autographa, ex scrinio illius monasterii in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.**

998

Christus. Domnos sanctos et gloriosos ac post deum mici fortissimos patronos sancti mameti uel cetera pignera sanctorum corum baselica esse fundata dinoscitur in locum lauriuano in domini nostri ihesu christi amore

D. et C. Tom. I.

28

et uestre glorie perpetue onore. nos seruos uestros ligu et palmella quia expuncta mente corporea de oc seculo ad alium umana transfertur anima qualis namque se illuc peruenire considerat qui ic ad bona peragenda corde et corpore pigritat. monet enim dominus dicens —date et dauit uobis— licet omnia que in unc mundum ad usum ominis conferuntur a deo qui creauit omnia ordinatur tamen ualde deo dignum est ut de eo quot accepit unusquisque in mundo ex ea quo accipit ex ac complacat pure oblationis instinctum. Unde et daudi talibus satagens operibus dum uota adque donaria sua populi srahelitici domino dedicaret diceuat —tua sunt omnia et que de manu tua accepimus dedimus tiui.— Adeo iste talibus preuentus oraculis pro id ut mereamur uestro sancto susragio apud deum a cunctorum nostrorum nexibus absolbi peccaminum et desiderate uite stadium placido percurre passu offerimus sacro sancto altario uestro que est sita in locum iam dicto lauriuano uinea nostra propria que abemus in monasterio de uillacoua que comparauius de ipsos fratres de uillacoua pro paro que illis peteuat potestate qui erat in illa terra et de..... proinde ego ligo quinque solidos et ioacino quinque solidos et maruan decem solidos que illis complacuit et iacet ipsa uinea iuxta illa azenia. do atque concedo uobis ipsa mea quarta de ibsa uinea pro remedio anime mee uel defunctorum meorum. do ipsa quarta ab integro tam in uita mea quam et post ouitum meum omnia iuri monasterii pertranscat. quod si quisque pontificum aut erendum nostrorum aut ego aut filiis meis aut aliquis omo qui anc nostram uolumtatem infringere conauerit sit anathema in conspectu dei patris omnipotentis et sanctorum angelorum eius sit etiam in conspectu sancti spiritus et martirum christi et sanctorum apostolorum repetita anathema marenata id est dupli damnatus per dictione. Ut et de oc seculo sicut datan et aniron uibu continuo obsorbeatur iatus et tartareas penas cum iuda christi proditore perenniter ferat cruciatu. et insuper inserat parti idem sancte eglesie uestre tantum et aliut tantum quantum auferre conauerit et sacratis simo fisco argento solidos c et anc nostram deuotionem plenam obtineat firmitatis rouorem. facta cartula testamenti sub die idus martias. Era r<sup>a</sup> xxx<sup>a</sup> vi.<sup>a</sup> Nos superius nominati ligu et palmella in anc cartula testamenti cod fieri uoluimus manus nostra+s rouorauimus.

ioanne iben lusidio test. — iquila iben selmon test. — gundemaro iben teoderedo — ioanne harraze test. — arias iben abraam test. — mozaut iben muzarra.

zaet iben muzarra test. — emila iben euclso test. — euelso iben emila test. — gundisalbo iben zaton — ioanne iben abraam test. — martinu iben atalamondo — halifa iben ordonio.

floresindus presuiter — sarracinus presuiter.

et aliorum multorum id sunt test.

## CLXXIX

*Permutatio vineae cujusdam in Villa-cova pro aliis bonis in pago de Oliveira. Charta autographa, ex scrinio Monasterii Laurbanensis in Publicum Archivum delata, textum nobis suppeditavit.*

998

Christus. In dei nomine ego ioacino et uxor mea guntilli et filiis nostris sendamiro et gaudinas placuit mici sanus sana mente integroque consilio mente perfecta ut facerem uobis domno beniamin abba uel fratribus uestris cartula contramutationis de uinea nostra propria que abemus in monasterio de uillacoua que mici uendide runt ipsos fratres de uillacoua pro fogo que cedarunt et fecerunt damno et proinde cedarunt illos in illa torre de miranda et pariaui pro illos xx<sup>o</sup> solidos que illis complacuit et proinde fecerunt mici carta quarta de ista uinea et iacet ista uinea in ripa de mondegoo de azenia usque in carrale que uadit ad illo barco do adque uendo uobis inde mea ratione ab integro et accepimus de uos pretium que nobis complacuit id est in uilla de oliveira uinea qui fuit de magister atila et pomare iuxta illa cum xxx<sup>a</sup> manzanarias et illa quinta de tiu martin xv manzanarias et terras calbas et sua ratione in casas et de domno valentino suo filio xv manzanarias uos destis et ego accepi et de pretio apud uos nicil remansit in deuitum. si quis tamen quod fieri non credo aliquis omo uenerit uel uenero ego aut filiis meis ad inrumpendum anc cartula uenditionis que nos in iudicio deuindicare non potuerimus comodo pariemus uobis ipsa uinea duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et post parte potestatis solidos c. Facta cartula uenditionis sub die xn<sup>o</sup> kalendas apriles. Era r<sup>a</sup> xxx<sup>a</sup> vi.<sup>a</sup>

Nos superios nominatos ioacino et guntilli et filiis nostris sendamiro et gaudinas in anc cartula quot fieri uoluimus manus nostras rouora+++++uimus.

magister florit — moohomat iben zaton — azarias test. iustu iben ligo — frater tamluz test. gaudinas iben ioacino test. maruan test. — uital iben fazbona test.

daut test. — tudesindo test. — albaro iben elicto (?) — ligu iben ioanne — magister ioanne — florentio iben menendo.

leouegildo iben medima —gundemaro iben aluino —gaudinas test. ianneiro test. —ioanne iben rando  
test. —melec iben abonazar —donadeo iben leouegildo.

leouegildo iben senior —seruando iben abbaz —ioanne ligoualit —uakir sesmiro —beniamin manila —  
marco dadila.

## CLXXX

*Pactum venditionis partis cuiusdam aedis agrique in pago Nanandinit dicto. Autographa  
charta, olim ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico servatur Archivo.*

998 (?)

Christus. In dei nomine. Ego godo et filii meis gutierre et animia plaguit nobis bone paci uolumtas ut uenderemus uobis gutierre et uxori uestre teudilo sigut et uendimus kasa murea nostra probria mediedade et v<sup>a</sup> et de illo quintanale ubit auitabit gundisalbo nobiscum comodo est concluso in omnique giro sit godo medietate et ilos gutierre et aanimia v<sup>a</sup> et astocia sit uindo uobis illa medietate de mea matre cum illa et est ila kasa et ilo quintanale in villa nanandinit inter abet et pel iusta arugio que uocitant caldelas et feruenga terridorio portugalexis. ueadis uos firmiter de dato nostro et in uestro iure et dominio sint traditum et confirmado. abetis uos et omni posteritas uestra. et acepimus de uos precio x modios in que nobis bene conplaguit et de precio abut uos non remansit in deuito. Et sit aliquis quisliue omne ad inrumpendo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula vendicionis que nos a iudicio deuendere non potuerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra pariemus uobis que in kartula resonat duplatum uel quantum aput uos fuerit melioradum et uobis perpetit. Facta kartula uendicionis quod est viii<sup>o</sup> kalendas marcas an Era dxxxvi.<sup>a</sup> (sic) super millesima. Godo et filii meis astocia gutierre et animia in hanc kartula manus nostras signo fe+---cimus.

pelagio requiz it testis —maurgade it testis —benedictum egiquiz it testis.

cresconio test. —trutemiro presbiter testis —manualdo cognomento manoi it testis.

romarigu it testis —leobele sisuulfiz testis —ermerigu it test.

gundulfuguz idilaniz (?) test. —uermudus presbiter benedo test. —frater froniomio (?) testis scripsit.

## CLXXXI

*Pactum venditionis, eidem emptori factae, partis domi hortusque in ipso pago. In verso  
membranae, in qua exaratum est pactum sub praecedenti numero hic insertum, invenitur.*

998 (?)

Christus. In dei nomine ego sumila et astruario plaguit nobis per bona pacis uolumtas ut uinderemus uobis gutiere et uxori uestre teudilo sicut et uendimus porciones nostras de ila kasa et de illo quintanale que fuit de patre nostro gundisalbo et abet iacencia ipso casale et ipsa kasa in villa nandini iusta arugio que uocitant kaldelas (?) segus auet teridorio portugalexis. uendimus uobis de ila kasa et de ilo quintanale comodo est delimedato in omnique nro v<sup>a</sup> porcione intecra cum sua prestantia quidquit aprestitum ominis est figares ameisenares secundum dicimus quod aprestitum est ita ut de odie die et tempore de dado ..... in uestro iure et dominio ... sint traditum et confirmadu ... uos et omni posteritas uestra et acepimus de uos precio x ..... in que nobis bene conplaguit et de precio aput non remansit in deuito. abetis uos iure quieto et sit aliquis omo uos proinde caluniare que nos a iudicio deuindere non potuerimus aut uos in uoce nostra pariemus uos ilo (?) quod ..... et uobis perpetit. Facta ..... era dxxxvi.<sup>a</sup> (sic) super millesima. sumila et astruario in hanc kartula uindicionis manus nostras signo fe+---cimus .....

Ermegildo testis —gundulfu testis —trutemiro testis.

alio gundulfu test. .... frater froniomio (?) .....

## CLXXXII

*Pactio incommuniationis, ut medio aevo aiebant, qua bona propria inter se communia duo vel plures reddebant. In hac pactione de quibusdam praediis in pago de Cerzedo sitis agitur. Autographa charta, olim ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico servatur Archivo.*

999

Atan christoforiz et coniungia mea sendina et lazoro et uxori mea lenpeda pactum et placitum facimus inter nos unus ad alios notum die quo erit vi nonas magi era millesima xxxvii.<sup>a</sup> pro parte de omnia nostras ereditates que auemus in villa quo uocidan cercedo siue leigale siue illa eglesia que uocidant sancti mameti siue cum dei aiudorio auc potuerimus ganare usque obito nostro in ipsa villa ut teneamus illas sanas et intemeradas in uida nostra et si abuerimus ad vindere aut a donare aut a testare aut contramudare unus ad alios et filiis et neptis et omnis posteritas nostras si faciant unus con alios et si minime fecerimus et isto placito exederimus tan nos in uida nostra aut filiis uel prosabie nostre in post obido nostro que isto placito quesieri infringere karea sua ratione post parte de que illo obseruare de ipsas ereditates et insuper c solidos et iudigado. nos subra nominados atam christoforiz et coniungia mea sendina et lazaro et uxori mea lenpeda in oc placito manus nostras ro+++++mus. Ic testes didago test. ioane test. icila test. donam test. aluitu test.

Iuliano notuit.

## CLXXXIII

*Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, desumpsimus.*

999

**Carta de villa Sautello siue plazo**

In Era m<sup>o</sup>xxx<sup>o</sup>vii.<sup>a</sup> Orta fuit intentio inter louesindo abenazar que tenuit sua uoce et de suos germanos uel heredes cum domnos de vimaranes Gonta abba et mummadomna qidaz. petiuit ipse louesindo petitione ad ille comite menendo gonsalui ut habuisset cum eis ueritate pro villa sautello quod ganauit sacer eius egica honoriquiz et constrinxit eos sub ligali plazo sagion nomine Germias aloitz pro ante ipse comite supra taxato. causatus fuit ipse louesindo in sua uoce et de suos germanos et suos heredes qualiter tenuerunt homines de sautello sua hereditate per L<sup>a</sup> L<sup>a</sup> annos et uidit domno eigica comparare ad domnos de vimaranes ad ipsa domna mummadomna et ad domno Gonta abba extra difinitione auudit que aliquando ei sacassent ad face aut audissent legente talia responsum Vimara muniz que uoce tenuit de domno Gonta et de domna mummadomna qualiter comparauit domna mummadomna et Gonta abba et fratres et sorores medietate de ipsa hereditate de frater daniel sicut et illa domna maior ganabit medietate de villa de donon quelaniz et de suos germanos uel heredes sicut in plazo resonat quod ad ipsa domna fecerunt et ad monasterio de vimaranes et ad fratres et sorores et sciente domno eigica quod erat ipsa hereditate de ipso plazo fecit inde petitione ad ipsos domnos et ad caritate et ad benequerentia fecerunt ei donationis de ipsa hereditate per carta super uerbo que alia hereditate non fillassent nec comparassent de ipso plazo nec non fecissent malefacturia super nostros homines. et dum accepit ipsa carta donationis filiauit nostros homines et pendorabit et religauit et pressit alias hereditates super munitione de ipso plazo. et filiauit nostro porto et parauit ibidem suo barco et nauuabit nostros homines et maliauit nostro barcario et exiuit nobis inde multa superbia et malefectoria super nostros homines que abuerit uerbo ut fuisse humile et ille et suos filios et neptos ad casa de vimaranes et pro hanc scelus et per ille plazum unde sciente fuit inrumpemus ipsa donatione et iterum constrinxit eos ipse sagione supra taxato ut ad diem actum dedissent v<sup>o</sup>v<sup>o</sup> testimonias hic in prato aluari in kalendis nouembris ut testificassent super eas uoces quos altercarunt. testificamus nos testes prolati de parte de louesindo abenazari domna emiso adefonso uiliulfiz Quiriaco adulfiz Louegildo abba et frater didaco suhrinus v<sup>o</sup>. de parte de vimara moniuz illa domna mummadomna Gonta abba Aloitus abba Goderedus prepositus Fagudus ramirit. dum autem compleuerunt hunc testimonium tradiderunt plazo ad ipse sagion ut fuisse pro ad lege ubi fuisse ille comite et suos iudices. et inuenerunt hic in gondesindi. et ordinabit suos iudices bera zanoniz Fagildus confessus ut iudicassent ueritatem ipsos iudices inter ipso louesindo et vimara muniuz et suos plazos et suos acertos et inuentarios quos tenebant domnos de vimaranes per que deuindicarunt ipsas hereditates. et dum legerunt ipsi iudices et intellexerunt omnia inuenerunt ueridicum illum quod aseruit vimara mu-

niut. et ordinarunt per librum iudicum ut traucisset vimara muniuz cum suos plazos et suas scripturas et suas testes que erant suas scripturas priores et iterum religauit eos ipse sagion sub certo plazo ut dedisset vimara munioz ipsas v<sup>e</sup> testimonias prenominatas pro ad iuramento hic ad sancto verissimo in villa gondesindi et iurasset quia illo que asseruit vimara muniut esto ueridicum et crebantasset ille plazo que erat prior illa carta que fecerant posterior et illas alias cartas quod fecerunt ipsos homines super ipso plazo et louesindō roborauit ipso plazo pro se et pro suos heredes ut suscepisset ipsas testimonias et ipso iuramento. Dum autem peruererunt ad ipsam baselicam ut compleuissent plazo et iuramento agnouit se ipse louesindo abenazari in ueritate et eiecit ipse vimara et ipsos domnos fora de ipsam baselicam et noluit suscipere ipso iuramento quia dicebant ueritatem. et roborauit illa conditione in manus de ipse sagion Germias aloitz. et item roborauit hanc plazto louesindo abonazar a mea persona et de meos germanos et meos heredes tibi sagioni meo Germias aloitz per hunc meum plazo tibi compromitto ut asignet tibi ipsa villa de sautello pro quod ipsos domnos de vimaranes calumniabit in concilio. Isto magio mediato Era quod supra. et tu asignes ea ad ipsos de vimaranes cuius ueritas est et amplius non calumpniet illa non ego non meos heredes in nulloque tempore pro quo accepit in conpagina de domno Gonta xx<sup>viii</sup> solidos et de domna Mummadomna villa de alaiuti et si minime fecero et hunc plazo exessero pariat post parte monasterii vimaranes d solidos et ipsa villa duplata et post parte regis uel comite que illa terra iudicauerint suo iudicato. Louesindo abunazar in hoc plazo manu mea confirmo et roboro.

Menendus gonsalui manu mea conf. — Sub christi nomine Arias dei gratia episcopus conf. — Pelagius guntemiriz conf. — Sisnandus menendiz conf. — Guterre moniz conf. — Pelagio fideliz conf.

Aloitus abba conf. — Honoricus zaleiman — Gonta abba conf. — Sarrazino suariz conf. — Viliamirus confessus conf. — Kartemirus mitiz conf.

## CLXXXIV

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in villa de Montesinhos. Exemplar hujus documenti, ex charta autographa ad Monasterium de Caramos dictum pertinente, hoc ineunte saeculo descriptum, in Academiae nostrae bibliotheca servatur. Chartam verò illam incendio credimus periisse.*

999

In Dei nomine. Ego Johanes Menendiz, una cum fratre meo Petro Menendiz, et Pelagio Menendiz, vobis Petro Bernaldi, et uxori vestre Marie Vermudiz, facimus cartam venditionis, perpetueque firmitudinis, de tota ipsa hereditate, quam habemus in vila Montesinos preter ipsam hereditatem de Heremigundia : damus vobis atque concedimus, totam ipsam hereditatem supra nominatam de monte in fonte, et per ubicumque illam invenire potueritis, pro precio.... tantum nobis et vobis complacuit et de precio apud vos nil remansit. Habeatisque illam firmiter cunctis temporibus seculorum. Sed si forte aliquis homo venerit, tam de nostris quam de extraneis, qui hoc nostrum factum infringere voluerit, pariat vobis ipsam hereditatem dublatam, et quantum vobis fuerit meliorata, et insuper Domino terre c solidos plate monete. Facta karta mense Novembris, Era m<sup>a</sup>. xxx.<sup>2</sup>vii.<sup>2</sup> Nos supra nominati vobis Petro Bernaldi, et uxori vestre Marie Vermudiz hanc kartam propriis manibus roboramus. Petrus testis. Petrus testis. Johanes testis. Martinus notuit.

## CLXXXV

*Donazanus filii suis, ex quadam serva quam in uxorem duxerat habitis, bona varia donat post mortem uxoris. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descripsimus.*

**Confirmationis carta**

1001

Dubium quidem non est sed ad multis mane notissimo eo quod ego donazano et uxori mea leodesinda sedimus cumiunctis per annos plures per dotalis ordinis et ganamus villas et qui habemus de parentis nostrorum tam quantum potuimus applicare cum dei adiutorio et tenuimus filius nostre petro et clementina et emigravit ad seculo ipsa mea mulier leodesinda et laxauit michi duos filios iam superius nominati petro et clementina et sunt ipsos

*D. et C. Tom. I.*

29

meos filios mancipientes proprius de osoredo tructesendizi de parte de ipsa mea mulier leodesinda et pro id accessit michi bone pacis et uoluntas ut facere ad uos filius meos iam superius nominati tam de parentela quam eciam de conparentela per ubi illa potueritis inuenire liberā in dei nomine habeatis uos potestate. confirmo uobis terras pumares uineas casas sauta arbores arbustorum aquis petrarum moncium pane parum boues uaccas ouelias capras eciam et uolatilia ferramenta medalorum cubos cubus lectus katedras mensas legumina uel quantum ad presitum ominis est omnia uobis confirmo ab integro ex illa qui iam ad gundisaluo moneonis incartauit et extra illa quinta qui dau (*sic*) pro remedio anima mea. Habeatis ea firmiter post morte mea. Siquis aliquis homo uos pro id calumniare uoluerit comodo habeatis licencia de me adprehendere duplato uel quanto ad uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta carta confirmacionis v<sup>o</sup> idus octubris. Era m<sup>o</sup> xxxviii. Donazano in hanc cartula confirmacionis manu mea +. Qui presentes fuerunt :

Velasco uelasquiz — Fofinio beniamiz — Iacundo frater — Patre dauiz — Onorigu didaz.  
Aluito quelaiz — Monderigo tanoiz — Leouegildo emilaz — Aluito ermoriquiz — Ioacino frater.  
Vimara aguudiz — Fromarigu leodemariz — Kanaue didaz — Vimara asueiz — Guntaldo notuit.  
Ruderigu frater — Vestremiro — Albaro boniniāz — Maruan (?) aluitiz.

## CLXXXVI

*Theodemirus presbyter cuidam suo clienti vineae usumfructum concedit, sub conditione non alienandi, ut post usufructuarii mortem, ipsa vinea Sedi Conimbricensi reddatur. Ex Livro Preto ejusdem Sedis sumpsimus.*

1001

**Carta donationis**

In nomine domini nostri ihesu christi. Hec est carta donationis quam feci ego teodemirus presbiter tibi criato meo gontisaluo de una peza de bacello quam plantavi in alcara. do tibi ea atque concedo per suis locis et terminis antiquis introitus et exitus ut illum abeas in uita tua et possideas. Et non do tibi licenciam uendendi sed post obitum tuum pro anima mea sit sancte marie colim briensis sedis. Et si aliquis homo uenerit ad intrupendum hoc meum factum post mortem meam in primis sit excommunicatus et insuper pariat tibi illo bacello duplato et tibi sit perpetimabitur. Facta carta m<sup>o</sup> idus decembris. Era r<sup>o</sup>xxxviii. Ego todemirus hoc scriptum r+oboravi.

Prior eusebius conf. — Sisnandus monaciis conf. — Iohannes monacus conf.  
Fernandus zboriz test. — Gundisaluo diaconus (?) conf. — Iohannes presbiter conf. — Tructesindus diaconus (?) conf.  
Petrus dauiz test. — Froila test. — Tructesindus test. — Gutierre test.

## CLXXXVII

*Unisco et filii ejus praedium quodam in pago de Villar situm Mauricio, episcopo Colimbriensi, tradunt, ut danna quae in bonis ei fecerant, sannentur. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis decerpsumus.*

1002

**Carta uenditionis**

In dei nomine ego unisco suariz una cum filiis meis nominibus exemena et bona et suario et menendo et gutierre et tota et sancia et unisco<sup>r</sup>pelaiz placuit nobis per bone pacis et uoluntas ut faceremus uobis mauricius episcopus colin briense sedis cartula uendicionis de hereditate nostra propria que habemus in uillam que dicent uillar. et habuimus illa hereditate de nostra ganancia quam comparauius cum viro meo pelagio fromariguiz de menendo tructesendiz et de suas filias pro nostro precio et ille illas habuerunt illa de parte de iohanne uiliuadiz et de mater illoram flamula. damus uobis de illa uilla iam dicta uillar sexta parte integra cum omnibus agacionibus suis que in se obtinet siue et de ecclesia sancti michaelis uel eius testamentis suis et cum quantum in ipsa uilla obtinet et aprestitum ominis est per ubi illa potueritis inuenire et suo exitum uel regressum et cum suis

sesegas molinarum uel quicquid hominis per ubi illa potueritis inuenire per suis locis et vicis et terminis antiquis. et habet iacencia ipsa hereditate in villa que dicent villar circa villa dagaredi et discurrente riuulo vallega et subtus castro rekaredi et prope litore maris territorio portugalensis. Damus uobis ipsa hereditate iam dicta pro illo ganato que presi uobis dom pelagio flomariguiz de castramia que disrupt et de illa heremita id est v<sup>que</sup> inter boues et uaccas et iun<sup>or</sup> cabras et pro illa calumpnia de illo monasterio que disrupt et rogamus uos cum illa hereditate cum bonis hominibus ut dimitteretis nobis illa calumpnia de illo monasterio et accepisestis proinde illa hereditate iam dicta sicut et fecistis ad faciem de illos homines bonos et pro uestra mercede. Ita ut de hodie die sit ipsa hereditate de iuri nostro abrasa et in iuri uestro tradita atque confirmata. Habeatis uos illa firmiter et faciatis de illa que volueritis iuri quieto temporibus seculorum. Siquis tamen quo fieri non creditis et aliquis homo ueretur uel uenerimus contra hanc cartula uendicionis ad irrumendum et nos in iudicio noluerimus autorizare uel deuindicare non potuerimus pro uestra parte aud uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis ipsa hereditate duplata uel quantum ad uobis meliorata et nobis perpetim abitura. Facta karta uendicionis die erit x<sup>o</sup>m<sup>o</sup> kalendas marcii. Era m xxxx.<sup>a</sup> Ego unicus pelaiz una cum filiis meis iam superius nominatus in hanc cartula uendicionis manus nostras roboramus ++++++. Qui adfuerunt :

Iohannes test. — Dauid test. — Menendo test.

Randulfo test. — Gunsaluo test. — Vermudo test.

Gundisaluus abba quam uidit — Frogiani archidiaconus uidit — Ramirus abba quos uidit.

Gunsaluo notuit.

### CLXXXVIII

*Pactum venditionis dimidii praedii cuiusdam in villa Esposadi siti. Charta autographa, olim ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1002

Christus. In dei nomine ego gumdesimdo placui mici bone pacis et uolumtas ut faceremus uouis donam zalamizi et uoxori uestre trudilu cartula uemditionis de ereditade mea propria que aueo in uila esposadi et aueo ipsa ereditade de patre meo egas mediade uouis concedo de mea ratione quamtu mei compode inter meos iermanos in ipsa uila .. meos paremtes aidarunt egas et beloi damus ipsa ereditade de meos paremtes quamto mei compote inter meos iermanos mediadade integra per suos terminos antigos in domus in casas in sautus in uineas in montes fontes pascuis padulibus aquas aquarum uel sesegas molinarum quicquid ad prestidum ominis est. et aue ipsa uilla iacemtia inter uila gatonis et uila gumduadi discoremte riuolo leza. damus aque concedimus et adcepimus de uos precio in boue que mici bene conplagui et de precio abut uos nicil remansi. aueadis uos et omnos (sic) posteridas uestras et si aliquis omo ueneri contra cartula ad intrumpendo aut uenerimus cui nos non potuerimus deuendicare post parte uestra au noluerimus uouis autorgare comodo pariemus uouis ipsa ereditade dublata uel quanto a uos fueri meliorada. facta cartula uemditionis era millesima xxxx xv kalendas abriles. gumdesimdo in anc cartula uemditionis manus sua +.

qui presens fuerunt adoreo liizi — maurigo — aluaro ladonizi — tructesimdo egaruzi — ramdo eldeiizi.  
odeiro — iemumdo — didago elozeni — .. duola .. a.

### CLXXXIX

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensi descriptissimus.*

1002

### Testamentum de sancto uincenti de peraria in terra de sancta maria

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego humilem et seruus christi arianus quasi presbiter Ideo placuit mihi per bone (sic) et uolumtas ut facerem uobis ranemirus abba et ad fratribus uestris morantes in monasterio laurbanus textum scripture testamenti de omne meas ereditates quantas abeo uel augmentare potuero siue ecclesias quomodo leigales id est ecclesia sancti uincenti de peraria medietate integra cum omnibus adiectionibus suis

et sancte christine medietate integra cum omnibus adiectionibus suis et sancti martini de mazada medietate integra cum omnibus adiectionibus suis et illas depladeas id sunt medietate de illa hereditate que fuit de abio meo uidisilo et de pater meus guandila ubi illa potueritis inuenire. Concedimus uobis ipsas ecclesias uel hereditates que iam nominauimus pro remedio anime mee uel parentum meorum. et damus uobis ipsas ecclesias uel ipsas hereditates cum omnis ornatus eorum uel aprestationibus suis uel domus cum edificiis suis et sunt illas ecclesias et ipsas hereditates fundatas in villa peraria prope ciuitas sancte marie discurrente ribulo azeuedo territorio portugalensis. Damus uobis atque concedimus. Vt si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus ad intrupendum hunc meum factum in primis sit excommunicatus a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et cum iuda traditore abeat participio et insuper quantum auferre temptauerit in quadruplo componat et hunc factum meum plenum obtineat roborem. Facta series testamenti xv kalendas apriles. Era Millesima xxxx.<sup>a</sup> Arias presbiter in anc karta testamenti manu mea r+ + oboro.

Petro presbitero test. — Sauarigo test. — Songemiro test. — Iohanne test. — Onorigo test.  
Gundisaluus test. — Fromarigus presbiter test. — Rodorigo test. — Aloitus presbiter test. — Trastemiro notuit.

## CLXXXX

**Pactum venditionis quorundam bonorum immobilium in pago de Cercosa. Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis descriptissimus.**

1002

**Carta uenditionis**

In Dei nomine. Ego gondisendo tunoiz et uxor mea eldora. In domino deo eterna salute amen. Ideo placuit nobis per bona uoluntate et pacis nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo nec pertimescitis metu sed propria nobis accessit uoluntas ut faceremus uobis regnaldo et uxor uestra gudina sicut et facio carta uenditionis de hereditate nostra propria que habemus de comparadela que comparauius de dauid gudiniz et de uermudo iohannis. et auet iacentia in villa cercosa subtus mons gabro discurrente riulo canbar territorio alaphoen et damus uobis in ipsa villa cercosa tercia de duos casales. et de alio casal de sub illo pennedo m<sup>es</sup> quartas. et de alio de illo paramio medietate minus quarta damus atque concedimus per huius locis et uigos et terminos antiquos per ubi illa potueritis inuenire cum totas suas terras et omnes suas prestationes quantas in se obtinet que ad presitum ominis est pro que accepimus de uos in precio xxx solidos tantum nobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in deuito ita ut de hodie die uel tempore sit ipsa hereditas de iuri nostro abrasa et in uestro iure sit tradita adque confirmata. Habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. et si quis tamen quo fierimus non creditis et aliquis homo ueneri uel uenerimus contra hanc carta ad intrupendum et nos ad concilio noluerimus auctorgare aut aiudicare post uestra parte aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis ipsa hereditate dublata uel quantum fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta carta uenditionis notum die erit nonas iunii. Era m<sup>o</sup>xxxx.<sup>a</sup> Ego gundisendo et uxor mea eldora ad uobis regnaldo et uxor uestra gudina in hanc carta uenditionis manus r+ + ouorauimus. Qui presentes fuerunt Pelagio test. Froila test. Alio pelagio test. Petrus test.

## CLXXXI

**Desumpsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.**

1002

**Testamentum de villa rocas et de penso**

Dominis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosis sanctisque martiribus sanctique saluatoris et sancti uincen-  
tii sanctorum apostolorum petri et pauli quorum baselice cernuntur in loco predicto uaccariza subtus monte nun-  
cupato buzacco secus riulo discurrente mondeco suburbio colinbiense quos patronos habere uelimus et propa-  
gatorem uel intercessorem qui apud piuum redemptorem desideramus. Ego goandinus famulus uester uel omnium

seruorum dei seruus sandinus diaconus cum peccatorum nostrorum mole depresso non usquequa desperatione deicimus qui etiam conscientie reatu nostro crimi sepe pauescimus ut per uos tam dominis sanctissimis martibus reconciliari mereamur a domino et quia scriptum est —Vouete et reddite domino deo uestro—. Et ideo nos cum omni affectu mentis atque operis ipsam nostram deuotionem adimplendo procuramus quod per plurimis etiam annis cogitauimus modo adimplemus. Iddeo nos sub eius omni nati sandinus diaconus complacuit michi sana mente integroque consilio mente perfecta pacisque uoluntas ut adimpleamus quod gloriosi principes nostri constituerunt una cum ortodoxis uiris illustris presago spiritus plene cale rectis proculdubio declararunt de hereditate a propinquis uel extraneis uel uniuscuiuslibet persone unusquisque de diuersis cuiuslibet persone cum omni robore et perfectione et firmitate habere tradere habeat. Et ideo pertimescentes diem iudicii magni nec repena mors sub occasione in nobis deueniat placuit nobis ut faceremus ad ipsius locum et sanctorum altariorum quam superius nominati et ad ipsum abbatem anderias et fratribus qui sub eius regimine sunt in ipso loco cartulam testamenti series benefactis de monasterio nostro proprio quem ganauimus uel fundamentauimus cum nostro germano gudesto presbitero siue memorie quique nunc habemus uel deinceps augmentare potuerimus usque ad obitum nostrum id est subtus monte zebrario in villa quam uocitant rocas monasterio quod uocitant sancti saluatoris sancti andree apostoli sancti thome apostoli sancti christofori sancte cristine sancte columbe sancte marie sancti pelagii cuius baselica est fundata in ipso loco cum domus intrinsecus domorum libros capsas calices crucis coronas uela uel uestimenta ei ut est ornamenta ecclesie cum omnibus adiunctionibus suis quomodo obtinuimus cum nostro germano iam superius nominato et adicimus ad ipsum locum quod testamus villa que dicent penso per suos terminos cum omnibus prestationibus suis. Damus ipso monasterio atque testamus pro remedio anime mee et pro anima de meo germano gudesto presbitero siue memoria ut habeatis eos sandino in uita mea cobrantie in ipso loco quomodo et alios fratres de ipsa congregacione et ipso nepto meo gudesto talem partem ut unus ex ipsis fratribus si in uita sancta perseuerauerit parte cum fratribus accipiat et nullis laicis non habeat tributam licentiam in ipso monasterio nisi qui in uita sancta perseuerauerit et bonus fuerit partem accipiat sub regimine ipsos domnos de uaccariza. Amodo uel deinceps sub ea tamen uidelicet istam nostram rem facultatem quod resonat in hoc nostro beneficio resonat seruata ut in uita nostra habeamus tolerantiam et post obitum nostrum pro remedio anime nostre ipso monasterio deseruat ingenuo sicut iam superius diximus iure monasterii uobis pertranseat. Siquis tamen quod fieri minime credimus et indubitanter tenemus quod aliquis homo uenerit uel uenire conauerit contra hunc nostrum factum ad irrumendum uel infringendum de propinquis uel de extraneis uel de quolibet homine In primis que domni sunt sit excommunicatus ab omni cetu christianorum et cum iuda traditore habeat participium in eterna damnatione et a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi sit extraneus ita ut corpus eius non suscipiat terra sed maledicant ei qui maledicunt diei qui preparati sunt suscitare leuianum ipsum quod ausum fuerit contaminare aut inuellere quadruplo componat post partem tunc fieri auri talento v° et hoc nostrum factum plenam obtineat firmitatem et permanente in uobis perpetuam firmitatem. u° kalendas decembbris. Era xxxx<sup>a</sup> post millesima. Godino diacono in hac cartula testamenti manus nostras roboro —

Gundesaluo conf. — Monio aluariz conf. — Froila gunsalui conf. — Donan froiulfiz conf. — Arias gundiadiz conf. — Gunsaluo garsea conf. — Eita uermudiz conf. — Cidelo alaza conf.

Salmiro conf. — Magister louegildo test. — Argirigo test. — Randili test. — Quiliamiro test. — Vermudo test. — Adileouo test. — Rando notuit.

Beiamim conf. — Didago aluariz conf. — Pelagius iben egas conf. — Gundisauo iben egas conf. — Beniamim abba conf. — Cidi iustiz conf. — Zitariania conf.

## CLXXXII

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis descriptissimus.*

1003

**Testamentum de recaredi quod testault ulgilia**

In nomine domini nostri ihesu christi eius inseparabile pius qui est trina maiestas et una deitas pater et filius et spiritus sanctus per quem cuncta creata sunt uisibilia et inuisibilia per quem cuncta creata capitula legis intonat dicere. Dominis inuictissimis sanctisque martiribus ac triumphatoribus gloriosissimorum martirum sancti saluatoris sancti michaelis sancte marie uirginis sancte christine uirginis sanctorum apostolorum petri et pauli sancti thome apostoli sancti andree apostoli sancti martini episcopi sancti donati sancti ihoannis apostoli sancti iacobi

D. et C. Tom. I.

30

apostoli quorum baselica fundata est in villa recaredi subtus mons custodias territorium portugalense discurrente riuulo leza. Ego famula dei uigilia cum peccatorum mole depressa quia nec inicium taxandi nouimus nec afinem si-  
ric habeamus quando a bono seculo migraturi erimus et pro remedio anime nostre et de uiro meo nomine leouegil-  
dus et de filia mea que concepta fuerit de ipso meo uiro louegildo et pro predictum domni transacta sunt in meo  
iure eo quod facere uoluimus cartulam testamenti de hereditate que habent in villa recaredi et incartauit illam  
nobis ipso meo uiro louegildo tercia integra et de illas duas partes rationem de mea filia que do ipso meo uiro  
louegildo et incartauit nobis illam propter castitatem uirginitatis decorem et coniugio copulare extra v<sup>a</sup> de sua ma-  
tre. Testamus illam ad ipsum locum sanctum quod de sursum resonat pro remedio anime nostre et de ipso uiro et  
de nostra filia cum domos edificiarum casas pumares terras aquas pascua padulibus quantum ad prestititum (*sic*)  
hominis ibidem potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis ut quicquid in ipso loco aduenerit eis ad-  
uene pupilos uel presbiteros fratres sorores que in ipso loco perseuerauerint in uita sancta sit eis attributa et dom-  
nata atque possidenda ipsa hereditate et non habeant in ea potestatem uindere uel donare et in aula testamenti  
permanere. Ita ut ex presenti die uel tempore si aliquis homo uenerit de propinquis nostris aut etiam de extraneis  
ad irrumendum uel inquietandum contra hoc nostrum factum uel testamentum in primis fiat excommunicatus  
et separatus a fide christi et cum iuda traditore habeat participium in eterna dampnatione et insuper pariet ipsam  
hereditatem duplatam. et hoc nostrum factum habeat plenam firmitatem. Facta carta testamenti quod erit xv<sup>o</sup> ka-  
lendas apriles. Era m<sup>a</sup>xxxx<sup>a</sup>i.<sup>a</sup> Vigilia in hac cartula testamenti manum meam confirmo et signum crucis facio +.  
Qui presentes fuerunt : Questremiro Quos vidit. Onorigo test. Patra test. Vermudus test. Aluitus test. Dulcidio test.  
Gundesindo test. Alius gundesindus aluitiz test. Auolo test. Leobon test.

## CLXXXIII

*Acta litis super quodam agro prope flumen Leça. Descripsimus ex Livro Preto Conim-  
brisensis Sedis.*

1004

**Intentionis agnitio**

Dvbium enim quidem non est sed multis manet notissimum atque cognitum quod habuit intentionem oso-  
redo trutesendiz et sua mater unisco prolis menendi cum godesteo super uarzena que habet iacentiam in ripa  
leza quomodo est conclusa de illo arrugio qui discurrit de casa de godesteo et fere in longo in illo pumare de do-  
mna animia et de amplio leua se de leza et ferit in illos uallos qui diuident cum casale de ianardo et casale de  
donazano balderediz per ubi obtinuerunt illam suos auulos et suos parentes et ipse oseredo per plures annos. et  
leuauit se ipse godesteo et presumpsit in cabo de ipsa uarzena uno pedazo et in cabo de ipso pedazo plantauit  
ibidem mazanarias super monitionem de ipsa unisco una uice et alia uice et tercia leuauit se ipse godesteo et  
fuit ad rodericum pelaiz de cuius manu ipsam terram filiara qui dicebat catatridario in ipsa uarzena et auia ibi  
tridate in precio de viii boueues (*sic*) et fuit ipse roderigo ad magistrum euendeno qui illam terram mandabat sub  
presente comite menendo gundisaluiz et ad magistrum godesteo et ad atam christoforiz ederonio cresconiz gonde-  
sindo iben cila et adduxit illos ad ipsam uarcenam et uenit ipse rodericus cum heredes et cum suos iudices qui  
uiderent ueritatem inter ipsum roderigum et ipsum oseredum et peruiderunt ipsos iudices quia erat ueritate de  
ipso oseredo et de sua matre et dedit ipse magister euendando et magister fasila suo sagioni frolienzo et leuauit ipse  
godesteo ad ueritatem hic ad sanctam mariam de aquas sanctas sub die quod erit viii<sup>o</sup> idus augusti Era xxxx<sup>a</sup>ii.<sup>a</sup>  
ante iudices prenominatos atam christouaiz ederonio cresconiz gundesindus iben izila magister euendando et ma-  
gister fasila. causatus fuit sesnandus in uoce de oseredo trutesendiz cum ipso godesteo qui suam uocem obtinuit  
et de suos heredes qualiter tenente suos auulos de oseredo ipsa uarzena per plures annos et post suos parentes  
cuius dederunt illam in casamento sua mater et suas tias in facie de auulos et de parientes de godesteo et tenuit  
illam ipsa unisco inter cum suo marito et in uiduetate xxx<sup>a</sup> annos et plantauit ipse godesteo ipso pumare suo mu-  
nitione hodie annos viii<sup>o</sup> dicente ipso godesteo in sua uoce et de suos heredes de cuius manu illam terram filiauit  
quia fuit ipsa uarzena de suos auulos et de suos parentes in facie de suos abulos et de suos parentes de ipso ose-  
redo et relinquerunt illam in facie de godesteo et de suos heredes et plantauit illam in facie de tructesindo osore-  
diz atque munitione (*sic*). et intrarunt in placito testimoniale pro in tercio die darent testes sicut et fecerunt. De-  
dit sesnandus testes prenominatos id sunt unisco menendiz sisualdo sisualdiz sesnandus gomadiz Lucido iben egas  
Vestemiro belmiro iquila Frogiulfus Trutesindus guenandiz patre tresuna (?) sodunas in aze c et xxx<sup>a</sup>. et de parte de  
godesteo et de rodorigo id sumus Censoi Cidi Gemondo patre et alio patre trasarigo trutesendo dono cresconio qui

sumus heredes de ipso godesteo et de ipso roderigo in ipsa uarzena fiunt sub una in acie c xxx<sup>o</sup>iii. et tradiderunt placitum ad legem et peruenerunt in tercio die pro ire ad legem et agnouit se ipse rodericus et ipse godesteo in ueritate et tornarunt ipsam domna unisco de lege et rogarunt illam que tornassent a suas testes de iura et dissident ei in alio loco et in alio dia duas tanta terra pro illa sua quam super munitionem plantauerant et in ipsa uarzena et rouorauit ipso rodrico placitum que si non dedissent ei in alio die duas tanta terra que duplassent illam pumar ad ipsam unisco et ad suum filium. et quando uenerunt ad diem que fuit ipsa unisco utrum dedissent ei illam terram et renuabit ipso roderigo et ipso godesteo et non dederunt illam terram et exierunt illo placito et querelauit se oseredo et sua mater ad magistrum euenando qui erat iudex inter illos et ordinauit eis quod duplassent illo pumare sicut in placito resonauit et tornauit ipse oseredus et godesteo ad misericordiam et dederunt ad oseredo suum pomar sengelo et rogou et dederunt ad illum iudicem in offrecione vii lenzos et aliud tamano pumar in iudigado.

Magister euenando conf. + Aluaro test. Sandino test.

Atam christoforis manu mea conf. — Magister menendus manu mea conf. — Ederonio cresconiz manu mea conf. — Gundesindo iben izila manu mea conf. — Cresconius quiriaquiz test.

Magister sandino test. — Fafila magister manu mea conf. — Alius magister menendus conf. — Magister gundisaluo conf. — Magister uestremiro conf.

#### CLXXXIV

*Sandinus diaconus Monasterium suum de Sever Froilae Gonsalvis donat. Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1005

#### **Carta donationis seu per filiationis siue agnitiō testamenti**

Dvbium quidem non est sed multum manet nobis cognitum in ueritate de eo que uenerunt gentes hismaelitarum in sede colimbiense peruenerunt ad deuastandum patriam usque adeo urbis durio deuastarunt ciuitates et portelas per gladio imperio sub regimine ipsas gentes deuastarunt omnes locos sanctos eius et in diebus ipsius permanente obinde ego sandinus didacus prolis sunlani ganauimus cum nostro iermano godesteo presbiter diue memorie uillas et monasteria et testamus pro remedio anime sue monasterio nostro proprio sancto pelagio ad fratres de uaccariza et seruani a nostro subrinum ad nostrum neptum et restauit in manu mea monasterium de seueri uocabulo sancti andree et obtulerat ibi me in que se habuit et post et cadui in delicto in uita mea nec quis miseretur super me. Obinde ego iam superius nominatus ipso sandino placuit michi bona pace et uoluntate nullo cogente imperio nec suadente articulo nec pertimescentis mentio (*sic*) sed propria nobis accessit voluntas ut faceremus uobis froila gundisaluiz cartulam donationis seu inprofillationis de monasterio nostro proprio quos dedit nobis sandinus et gondesindus et goldrogodo. obtinuimus illum pro cartula testamenti. et est ipso monasterio uocabulo sancti andree apostoli et sancti christofori in uilla seueri territorio portugalensi discurrente riuulo uauga et habet iacentiam et diuidet de una parte cum uilla martino et de alia parte cum uilla palaciolo et de alia parte cum villa nesperaria. Damus uobis ipsum monasterium cum domus domorum uel incorcis suis pomares perareaneum enares sautos terras ruptas uel inruptas petras mobiles uel inmobiles aquis aquarum exitus uel regressus quantum ad prestitum hominis est per uicos et locis suis terminos antiquos per ubi illam potueritis inuenire secundum alia carta dicet. Habeatis uos et omnis posteritas uestra iure quieto in perpetuum huius seculi uindicetis ita de die uel tempore de nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita et confirmata ut in uita mea faciatis michi bene et admodoretis et post obitum uero meum tradi pro anima mea et secundo dicit scriptura — Qui pro aliis orat semetipsum deo comendat — et ad cartam confirmandam accepimus de uobis ipsam equam murzelam. uos dedistis et nos accepimus. Et si aliquis homo uenerit aut de subrinis aut neptis ad irrumpendum hoc nostrum factum pariet nobis (*sic*) tantum uel quantum desuper est testata et post parte qui illam terram imperauerit aliud tantum et hoc nostrum factum plenam habeat firmitatem. Facta cartula donationis seu profiliationis Nodum die quod erit idus decembris. Era xxxx<sup>o</sup>iii<sup>a</sup> post millesima. Sandinus diaconus in hac aula cartula manum meam + roboro.

Gunsaluus truitesindiz conf. — Gunsaluus beraci conf. — Aluanus godiniz conf. — Cidi iustici conf. — Eita uermuiz confirmo — Anderias abba conf. — Mauregado frater conf.

Godesteo uermuiz conf. — Vermudus nuniz conf. — Godinus iustici conf. — Magister ramirus conf. — Froiulfo guimariz conf. — Magister ramirus conf.

Trasulfus test. — Cidelio test. — Sandinus test. — Ramirus guizoiz test. — Sandus manu mea Notuit.

## CLXXXXV

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1006

**Venditio hereditatis de custodias**

In dei nomine ego hunia una cum filiis meis andrias et maruan placuit nobis atque conuenit nullius quoque gentis imperio nec suadentis articulo et propria nobis accessit uoluntas ut per scriptis uenderemus uobis ederonio aluitizi sicut et uendimus hereditate nostra propria que habemus in villa custodias. uendimus uobis id in ipsa villa tercia integra de casale que fuit de parentes nostros maruan et aragunti cum una casa murea et illo postato nouo integro ac per ulla nostra hereditate quanta ibidem ad prestitum hominis est per ubi potueritis inuenire in montes fontes pascuis padulibus petras mobiles uel immobiles aquas cursiles uel incursiles quantum ibidem ad prestitum ominis est per ubi potueritis inuenire. et est ipsa hereditas in villa custodias territorio portugalensis dis currente ribulo leza quomodo diuidet cum villa recaredi et de alia parte et villa sindini egru ranualdus pro que accepimus de uos in precio viii modios tantum nobis bene complacuit et de precio apud uos nil remansit in debito. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditas de iuri nostro abrasa et uestro dominio sit tradita et confirmata. Habeatis uos et omnis posteritas uestra iuri quieto. Siquis tamen quod fieri non creditis aliquis homo uenerit uel uenerimus ad intrupendum hanc cartula qui nos in iudicio deuendicare non potuerimus quomodo pariemus uobis illa duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta cartula uendicionis v kalendas aprilis. Era m<sup>o</sup>xxxx<sup>a</sup>iii.<sup>a</sup> Hunia una cum filiis meis andrias et maruan manus nostras + + +

Qui preses fuerunt : Sarrazino iben gaudio — Gondesendo donaniz.

Fredenando odorizi test. — Olide cresconiz test. — Diagu aroerigu test.

Sandino iben anoi test. — Tructesendo gulderediz — Vsque luadiz.

## CLXXXXVI

*Froila Gundisalviz villam suam, Villanova dictam, ad radices montis Bussaco, Monasterio de Vaccariça donat. Charta autographa, ex scrinio Conimbricensis Sedis in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1006

Domnis inuictissimis hac triumphatoribus gloriois quem (*sic*) martiribus et laureatus ab honorem sancti saluatoris et sancte marie semper virginis Ego froila prolis gundisalbus muneonis in domino deo eternam salutem. Ego supra nominalo cum peccatorum meorum mole depresso et diem iudicii timendum Ideo placuit nobis per bone pacis et uolumptas ut pro remedio anime mee uel parentum meorum gundisalbus muneonis et tuta domna facimus series testamenti ad monasterio de uaccariza in honorem sancti saluatoris et sancti uincenti et sociorum eius martirum uobis andrias et fratribus tuis villa nominata que uocitant uillanova suburbio colimbrie iuxta monte buzzako ad rio de angarna et quando partirunt uillas de gundisalbo muneonis cadeu ipsa villa in sua quinta ad illa domna. proinde adtestamus illa post parte de ipsius monasterio concedimus illas per suos terminos antiquos cum omnibus suis prestationibus quantum in illa potueritis inuenire pomares ficas arbores fructuosas uel in fructuosas terras rubtas uel inruptas quantum ibi potueritis inuenire in nostra uita quinta portionem et post nostrum obitum omnia tota ab integro iuri monasterii pertranseat. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit de propinquis nostris qui nostrum factum infringere temptauerit in primis sit excommunicatus et cum iuda christi proditore abeat penam in eterna dampnationem et insuper damna secularia afflictus pariet post partem regis auri libra una et hunc nostrum uotum in cunctis obtineat firmitatis roborem. Notum die xv<sup>o</sup> kalendas iunias. Era m<sup>o</sup>xxxx<sup>a</sup>iii.<sup>a</sup> Froila gundisalbiz manu mea + + +

Magister quizoi test. — placentio sesmiriz test. — cendon test. — gundesindo iben olit test. — nebridio test. — uitaz test.

uelasco garceiz test. — aluaro aluariz test. — aluano gutiniz test. — fredenando trainiz test.

Iuliano presbiter notuit.



## CLXXXXVII

*Argevadus et uxor Didaco Donanizi bona quaedam immobilia tradunt in pago de Perafita ut eos foveat protegatque. Charta autographa, olim ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1008

Christus. In dei nomine ego argeuado et osore mea godella uobis dillago (*sic*) donanizi. magnum est enim in tidullo donationis in qua nemo podens est actum llargidatis intrumpere nec foris llegum proicere set quiquit gratum animo et prona uolluntate oportet senper liuenter anplleti aut omne de rerum suarum uolluntas suas adimplere uolluerit. et ideo ego supradicto argeuado placuit mici pro bone pacis et uolumtas ut facerem uobis didago donaniz cartula firmitatis uel incomuniationis sicut et facio de ereditatem patrum meorum quantumquaque uisu sum auere in uilla que uocidadant (*sic*) petrafitta siue de parentela quam eciam et de comparato exceptis illa que uobis iam in carta possuimus. de illa alia medietatem uobis concedimus in terras in pomares et in aruores fructuosas uel infructuosas et exitus montium et accessum uel regresum et in quoquaque ad prestitum ominis potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis et concedimus uobis una casa integra telliata exceptis illas larias de uillar que dedimus ad eclesia. de illa alia medietate uobis inde concedimus ubi illa potueritis inuenire pro que me deuendates de fisco et amodoretes me in uita mea sub uestra ala. et est ipsa ereditate in uilla que uocitant petrafitta in urbe portugalensis subtus alpe petras ruiuas probe litore maris ut aueatis illa uos et omnem posteritatis uestre iure quieto. ut si quis tamen quod fierit non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus ad infringendum tam nos quam eciam de posteritatis nostre aut quamlibet omo que ego ad iudicio seguros post sparte uestra deuendere noluero tunc inferam uobis ut in iudicio pariemus uobis illa duplata uel quamtuam ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim auitura. Facta cartula firmitatis sub die quod erit  $\text{III}^{\text{o}}$  nonas feberarii. era millena et quaterdecies  $\text{VI}^{\text{a}}$  argeuado et ucsor mea gutella in anc cartula incomuniationis manus nostra—s rouorauimus +.

et de illas casas medietate uobis inde concedimus et accepimus de uos ad confirmandum carta uno boue obtimo et  $\text{n}^{\text{o}}$  modios de pane et damus uobis nostra ereditate in uilla de uillar integra quantum me compotet inter meos eredes per ubi illa potueritis inuenire.

qui ibi presens fuerunt it sunt uilifonso ascariz test. —ioanne uiliarediz test. —suario steuaniz test. —eirigo bernariz test. —fandila test.

odorius presbiter cresconi prolis test. —aluitos presbiter eroni prolis test.

## CLXXXXVIII

*Pactum venditionis quorumdam agrorum in villa Reforta. Charta autographa, olim ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1008

Christus. In dei nomine ego arias et usor sua eileuba uobis gudesteu et usor tua otrocia plagui nobis bone pacis uolumtas asto animo integro nostro consilio nunclo coque exigencis inperio neque suadentis articulo set propria nostra uoluntate ut faceremus uobis cartula uendicionis de lareas de tera nostra probria que nobis comparabimus de gondibado. abe illa una larea iacencia in uila retorta suctus castro de boue teridorio portogalensis discurrente ribulo abe probe lidore maris. leua se de aqua de cornado et figi se in illo ualo circa lareas de careira et abe in anplo  $\text{VII}$  pasos. et illa alia leua se de termino de mouran et figi se in alarcas tortas et in illo uno cabo abe  $\text{V}$  pasos et in illo alio  $\text{VIII}^{\text{o}}$  et foi ipsa larea de censoi et de sua mulier. et de illo agro de ibra... de  $\text{III}^{\text{a}}$   $\text{III}^{\text{a}}$  porcione et illo taliolo quomodo leba se de careira et figi se in lareas que uenen de lanuandeiran  $\text{III}^{\text{a}}$  porcione damus uobis aque concedimus pro que acebimus de uos precio  $\text{III}^{\text{or}}$  modios de milio ..... et 1 lenzo de  $\text{n}^{\text{o}}$  modios (?) que nobis bene conplagui et de precio abu uos nicil remansit in deuido. ida ut de odie die uel tempore sia de nostro iure abrasa et in uestro iure sic tradida uel confirmada abeas tu et omnis posteridas uestras. si quis tamen quod fieri nom credimus aliquis omo ueneri uel uenerimus ab intrumpendu isto nostro facto ab intrumpendu ueneri que nobis a iudicio deuindigare nom podueridis in uoce nostra post parte uestra quomodo pariemus uobis ipsa ereditade dublada uel quantu a uos fueri meliorada et tibi perpedi abiduru. facta kartula uendicionis  $\text{VIII}^{\text{o}}$  kalendas marcias. era  $\text{xxxxvi}^{\text{a}}$  arias et usor sua eileuba in an cartula uendicionis manus nostra++s.

D. et C. Tom. I.

31

qui preses fuerunt : fredenandu godiz test. — gonderedu test. — fagildu test. — alio fredenandu test. — frendu gonderediz test. — guandila test. — adefonsu test. — olidi test. — Etlianu benearias — fromarigo test. — et aliorum fili bone nadorum. Aloitus notuit.

## CLXXXIX

*Pactum venditionis partis cuiusdam praedii in pago de Costoias siti. Autographa charta, ex scrinio Conimbricensis Sedis delata, in Publico Archivo invenitur.*

1008

Christus. In dei nomine ego froila et oxor sua ebraili in domino deo eterna salutem amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut uinderemus uobis ederonio aluitizi et ad oxor uestra trastina ereditate nostra propria que abuimus in uila que uocitant custodias in ilo casal ubi ego aucto mea ratione et per ila uila mea ratione per ubi ila podueritis inuenire per suis locis et uicis et terminus antiquos con quanto ibiden aprestamu omnibus podueritis inuenire. et adcebimus de uos precio pro ipsa ereditate r<sup>a</sup> uaca preniata et m<sup>m</sup> modios de milio et m<sup>m</sup> modios de sal. tanto nobis bene conplaguit uos dedistis et nos acebimus et de precio abud uos nicil remansit in deuito. aueatis uos ea firmiter et omnis posteritas uestras temporibus seculorum et qui exinde agere uolueritis facere. et aue iazentia ipsa ereditate subtus mons custodias territorio portugalensis. Siquis tamen quod fieri non creditis aliquis omnibus uenerit uel uenerimus contra anc cartula uenditionis que nos deuendigare uel autorigare non poduerimus post parte uestra comodo pariemus uobis ipsa ereditate dublata uel quanto ad uos fueri meliorata et ad iudice iudicato et insuper factum nostrum post parte uestra plenana (*sic*) auea firmitate. Nodum die quod erit v<sup>o</sup> nonas marci. Era xxxxvi super millesima. Froila et oxor sua ebraili in anc cartula uenditionis manus nostra ++s rouorarunt.

Que ibi fuerunt presenti uiles maurigo test. maruan test. aldia test. alio maruan test. anderia test. todemiro test. teudila test.

pelagio gatonnizi test.

CC

*Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, desumpsimus.*

1008

**Karta de ecclesia de sancto martino de farega**

In dei nomine. Ego indignus et ultimus domini seruorum seruus Transmirus confessus uobis dominis inuicissimis ac triumphatoribus sanctissimis gloriosisque martiribus sancti saluatoris et genitricis gloriose marie semper uirginis cunctorum uirginum seu beatorum apostolorum martirum uirginum et confessorum quorum basilica dignocitur esse fundata vimaranes scisterio inter duos arrogios selio et seliolo territorio inter ambas aues ad radice montis latito. Ego uero iam prefatus Trasmirus confessus cum peccatorum mole depressus in spe fiduciae que uestrorum respirans non usquequa meritis deicior ut per uos sancti dei reconciliari merear deo et angelis omnipotenti intencione deposco. Magnum est enim titulum scripture firmitatis et testamenti in qua nemo potest ad irrumendum uenire neque foris lege eicere sed quicquid grato animo et prona mea uoluntate opportet enim semper amplecti libenter. Obinde placuit mihi ut facerem huic in loco sancto et ad uobis honoricus confessus et fratum et sororum ibi persistencium textum scripture testamenti de duas porciones meas proprias de ecclesia uocabulo sancto martino prope riuulo auizelle in villa quos uocitant Riu malo. Ieuat se ipsa ecclesia cum terminos suos antiquos de termino que fuit de domno oduario et inde per termino de orranes et inde in auizella unde primitur incoauimus. damus atque concedimus uobis et contestamus ipsas duas porciones de ipsa ecclesia cum cunctis adjunctionibus suis que ibi ad prestitum hominis est casas cupos cupas terras rubtas uel inruptas arbores fructuosas uel infruituosas petras mobiles uel immobiles aquas cursiles uel incursiles montes fontes pascuis padulibus exitu moncium uel regressum uno molino ab integro aquis aquarum uel sesigas molinarum. Adicimus etiam uobis ornamenta ecclesie uestimenta calice cruce libros multos et optimos et omnia uestimenta altaris uel templum ecclesie et omnia ornamenta que ad rem pertinet. et fuit ipsa ecclesia de domna faregia et fecit inde testamento ad congermano meo Arualde presbitero.

unus sub

unus ipsa ecclesia iuri quieto moreque pacifico. et fecit ego Frater Trasmiro cartula benefacti cum ipso congermano meo aluarde presbitero et intraimus ambo pariter in una hereditate et in una germanitate.  
 quisquis unus ex nobis primitus migrasset ab hoc seculo lapet ipsa tercia de ipsa ecclesia sana et intemerata atque unus ex nobis uitam perdixisset et orasset pro eius anima et fecisset missas sicut et fecit ad obitum  
 tercia de ipsa ecclesia iam supra taxata sancto martino cum ipso benefacto que inter nos fecimus. et ipsa tercia iam in meo iure. dedit in illa meo ganato in manus de magister tetone ut obiurgasset eam.  
 unde mihi illo dare et roborauit mihi placitum ligale ut dedisset mihi meo ganato usque anno pleno. Dum uenit ad capud de ipso anno non habuit unde reddere ipso ganato.  
 petuit totos illos placitos. Dum autem uidit se reatum in concilio rogauit me cum sugessione et a facie illa congregacione ut fecisset mihi cartula firmitatis de ipsa  
 hi a dare boues et uaccas et pecora promiscua numero multitudinis. Adicimus etiam uobis duas porciones de illa heremita uocabulo sancto siluestre cum sua ornamenta  
 ecclesia. Habeatis et possideatis uobis honoricus confessus ipsas duas porciones de ipsa ecclesia et de ipsa heremita ut in uita uestra sit in uestro stipendio uictum atque tegumentum  
 habeatis in oratione. et abeant ex uos missas factas ut inde ante deum presentem dignam mercedem recipiatis. et post obitum uestrum omnia que sursum resonat post parte ipsius monasterii  
 admonet nos propheta dicens — Uouete et reddite domino deo uestro — et iterum — quod de manu tua acceperimus dedimus tibi quia peregrini et hospite sumus super terram — Facta carta uel series testamenti manum meam stabilitam et nunquam intrupendum. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo nobilis uel innobilis aut ex prosapie nostre uel extranea uel quisliue omne contra hanc series testamenti ad intrupendum uenerit sedeat maledictus et excommunicatus et segregatus ad corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et cum iuda traditore luat penas in eterna dampnatione et ad ultimum diem iudicii cum sceleratis ad pena resurgatur et perpetuo luctu et ardore cum pseudo (sic) et pariat duo auri talenta conuinctus post parte ipsius monasterii. Nobis quoque sub aminiculo dei ista faciem tibi sit copia criminum. et hunc factum firmiter permaneat longea dierum per secula cuncta amen. Facta series testamenti sub die viii kalendas agustas. Era quaterdena et sexta super decies centena.

Toderico presbitero conf. — Ualasco conf. — Manaldo conf.

Breto conf. — Honorico conf. — Petro conf. — Stephano conf.

Honorico zaleiman — Cartemiro mitiz — Arias tructesindit — Fromosino.

Gundesindus test. — Sandinu test. — Sagado test. — Dominico test.

---

### CCI

*Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, desumpsimus.*

1008

### Karta de mortelra et de osgildi et de villa negrellos

In dei nomine. Ego humillimus domini seruorum seruus Gonta confessus uobis dominis inuictissimis hac triumphatoribus sanctissimis gloriosisque martiribus sancti saluatoris et eius genitricis gloriose marie semper uirginis seu beatorum apostolorum martirum uirginum et confessorum quorum baselica noscitur esse fundata vimaranis scisterio loco predicto inter duos arrogios selio et seliolo territorio ambas Aues radice montis latito. Ego uero iam prefatus Gonta confessus cum peccatorum mole depressus in spe fiduciaque uestrorum respirans non usquequa meritis deicior sed ut per uos sancti dei reconciliari merear deo et angelis omnimoda intencione deposito. Et ideo deuotioni mee extitit ut facerem loco sancto et ad fratrum et sororum ibidem consistentium textum scripture testamenti firmitatis de omni rem mea quicquid habere potero uel proplicare in hac territorio ualuero admonente nos propheta dicentis — Uouete et reddite domino deo uestro — et iterum — quod de manu tua acceperimus dedimus tibi quia peregrini et ospite sumus super terram — Quamobrem do et dono atque contesto huic loco sancto siue et ad fratres et sorores in uita sancta permanentes in ibi Id est in riba selio villa osgildi secundum ea comparauimus per nostras cartas quia per comparatione illa abemus cum omnia sua extra uno petazo que dedimus ad aloito quomodo se leua de illa pena de casa de ero et uene in prono ad illa castinaria et inde per arca minore usque in ualatos de maurelli et extra comparatione de ogenio que ei damus. Villa de cagiti secundum ea comparauimus et ganauius et quos mihi dederunt oliti onorici in offertione pro quod aciserunt duos homines. Villa trepezelo et in portela mortaria quod fuit de salamiro secundum ea ganauius ab integro ut abeant illa sesilli co-

massa (*sic*) et ermesinda in uita sua et post obitum uero suum relinquat ea sana et quieta pro parte monasterii pro remedio anime nostre et de ille comite supra taxato que nobis illa concedit. Villa de siluarellos secundum ea comparauius cum omnia sua. As prephatas villas cum domis edificis et intrinsecis suis uel cum ea que ad prestitum hominis est secundum in nostras resonat scribturas et secundum illa obtinuimus iuri nostro cum cunctis prestationibus suis sit eas concedimus ad fratum et sororum eatenus ut in uita mea sint mihi in meo stipendio et in uictum atque tegumentum ospitum peregrinorum uel pauperum et post obitum meum omnia uobis sit traditum uobis ab integro uobis concessum. Adicimus etiam ad seruitium de ipso loco sancto coppo litone ario seruitium de mensam  $1^{\text{a}}$  salar et infesturia et trolion et duos coliares. Concedimus etiam ad ipso loco sancto pro ornamentis ecclesie capsula ex eletro deaurata et cum lapidibus ornata  $60^{\text{a}}$  solidos facta casullas  $III^{\text{a}}$  una tiraze verde alias dulceris bene compositas. omnia quod diximus ab hodierno die et tempore de iuri nostro abrasa sum sit et post parte monasterii sit traditum atque confirmatum usque in perpetuum. quo de iuratione confirmo per deum celi et eius glorie regnum quia contra hunc factum nostrum nunquam ero uenturum. Siquis tamen quod fieri non credo aliquis homo nobilis uel innobilis aut ex prosapie nostre contra hunc testamentum firmitatis ad irrumendum uenerit quisquis ille fuerit in primis sit segregatus ad corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et cum iuda domini traditore lual pena in eterna dampnatione et ad ultimum iudicii diem cum sceleratis ad pena resurgatur et perpetuo luctu et ardore cum pseudo prophetis antichristi tradatur ita ut nec in finem communionem accipiat sed in perpetua confusione permaneat. Nobis quoque sub anniculo dei ista facientibus sit copia criminum relaxata et cirographa delictorum defegata et porcio celestis iherusalem deo presule condonata et hunc nobis edictum factum firmior permaneat longea dierum per secula cuncta amen. Facta series testamenti sub die  $VII^{\text{a}}$  idus octobris. Era  $XXXV^{\text{a}}$  vi<sup>a</sup> super m.<sup>a</sup> Gonta confessus in hanc series testamenti quod fieri elegi adimplendo manu mea confirmo +.

Honorius abba conf. — Tederedus prepositus conf. — Honorius zaleiman conf. — Ualascus confesso conf. — Onoricus confessus confirmo.

Sagatus conf. — Arias tranctesindiz conf. — Cartemirus mitit conf. — Viliatus uiliatiz conf. — Sonniemirus presbiter test.

Gundinus presbiter test. — Pelagius liliazi test. — Astrulfo pepit test. — Ordonius uimarediz — Fagildus berulfiz — Vimaredo gontazi.

## CCII

*Pactum venditionis dimidii praediū cuiusdam in pago Manualdi dicto. Charta autographa, ex chartophylacio Conimbricensis Sedis in Publicum Archivum delata, nobis textum praebevit.*

1008

Christus. In dei nomine nos argerigo et adosinda placuit nobis asto animo ac probria nostra uolumtate ut uinderemus tiui euendo presbiter sicut et concedimus tiui in ista karta creditatem nostra probria quos abemus in uila manualdi territorio portogal et abuimus nos illa de abios et paremtes nostros in ipsa uila per suo terminum antigum ubique ea potueritis inuenire in kasas in pomares in uinias terras kalbas ecciam et baruaras montes fontes aquis aquarum uel sepsigas mulinarum de quanto inde tenemus in nostro iure qum mater nostra goda et uirum suo trastemiro. Et est fora de alias tuas kartas que ian nos tiui inde rouoramus mediatate integra tiui inde concedimus et illa alia mediatate reserbamus pro nos et nec uindamus nec donemus ad alio hominem nisit ad ti ou tu a nos abeas firmiter de nostro dato. et damus tiui ea pro occasione que abenit ad ipsa adosinda et in suo peccato deuenit a tradictione et abuit pro me a dare cl solidos et dedit inde illos L ad uilifonso mumdinizi et fauolastis pro pro me ad meo marito uirterla et dimisit mici illa merze et rezebit me pro sua muliere et consudunasti nos todos tres in tua kasa ad tua bemfeitoria et dedisti nobis adduc in pretio II boues et III modios de ziuaria et II<sup>a</sup> cabras et uno carnario tanto nobis bene complacuit. Ita de odie die uel tempore de iure nostro ipsa ereditas de iure nostro abrasa et in uestro iure sia tradita et confirmata. si quis tamem quos fierit non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus ad inronpendo contra ad anc kartula firmitatis nostre que nos illa deuindigare non potuerimus pos tua parte ou tu in uoci nostra que pariemus tiui illa dublata uel quantum ad te fuerit illa meliorata et uobis perpeti auitura. Facta karta uinditionis in Era VI<sup>a</sup> et XXX post peracta millesima VIII kalendas setember. argerigo et adosinda in anc kartula manus nostras rouoramus ++.

qui preses fuerunt it sunt froila test. fromarigo test. frogia test. baldoi test. teodila test. modeiro test. leuesendo test. alio frogia test.

CCIII

*In Livro Preto Conimbricensis Sedis invenitur.*

1008

**Venditionis carta de hereditate que est in custodias**

In dei nomine. Ego andrias et uxor mea tresili uobis ederonio aluitiz et coniugie uestre castina ideo placuit nobis bone pacis uoluntas asto animo integroque consilio nullisque gentis imperio neque suadentis nec pertimescentis metu sed propria nobis accessit prona uoluntas ut faceremus uobis prona uoluntas cartulam uenditionis de omnia mea hereditate quanta que habeo in uilla quam uocitant custodias territorio portugensi et subtus mons custodias discurrente riuulo leza. Damus ipsam hereditatem atque concedimus terras ruptas uel inruptas in pumares in castiniarios amesenarias figareas uineas casas aquas cursiles uel incursiles petras mobiles uel inmobiles accessum uel recessum in montes fontes exitus montium per suis terminis et locis antiquis cum quanto ad prestitum hominis potueritis ibidem inuenire omnia uobis uendimus ad integrum ubicumque illam potueritis inuenire cum omni aprestatione sua. et accepimus de uobis precium in viii modios placibiles in res et in pane que nobis bene complacuit. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartulam uenditionis que deuindigare non potuerimus in iuditio post uestra parte et noluerimus auctorizare quomodo pariemus uobis ipsum quod in carta resonat duplata uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetim habeatis. ita ut de hodie die et tempore quod nostro iure habeatis et uestro iure dominio sit tradita atque confirmata uos et omnes posteritates uestre iure quieto. Facta cartula uenditionis Era millesima (sic) xxxx<sup>a</sup>vi<sup>a</sup> post peracta m.<sup>a</sup> Anderias et tresilli manu mea roborauius+. Parente fredoia. Pelagius gatoniz test. Zoleiman alduaka test. Anagildus menendiz. Tanoi. Desterigo. Beligo. Didaco. Maurigo. Maruane. Leouegildo aluitiz. Sandinus presbiter notuit.

CCIV

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1008

**Venditionis carta de hereditate que est in uilla custodias**

In dei nomine. Ego frater carinto et uxor mea donela uobis adoronio aluitiz et coniugie uestre crastina ideo placuit mihi per bone pacis uoluntas asto animo integroque consilio nulloque cogentis imperio neque suadentis articulo sed propria nobis accessit uoluntas ut uinderem uobis iam dictis hereditatem nostram propriam quam habemus in uilla quam uocitant custodias subtus monte custodias territorio portugale discurrente riuulo leza et habemus in ipsa hereditate de auolos et de parentes nostros in terras in pumares in linares in casas arbores fructuosas uel infructuosas aquas aquarum petras mobiles uel inmobiles pascuis padulibus montes fontes accessum uel recessum exitus montis per terminis et locis antiquis quantum ad prestitum hominis ibidem potueritis inuenire omnem meam rationem uobis uendo ad integrum ubicumque illam potueritis ibidem inuenire. et accepimus de uobis precium quod nobis bene complacuit viii morabitinos placibiles in pane et in rebus et in ciuaria. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartam uenditionis que in iudicio deuindicare non potuerimus post uestra parte quomodo pariemus uobis illam hereditatem duplatam uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetim habeatis. ita ut de hodie die et tempore de nostro iure sit abrasa et in uestro sit tradita atque confirmata iuri quieto uos et omnis posteritas uestra. Facta cartula uenditionis pridie idus (sic). Era xxxx<sup>a</sup>vi<sup>a</sup> post peracta millesima. Frater carinto et uxor mea donela manu mea roboro++

Pelagius catonis test. — Tanoi vermundiz test. — Parentie fredoiz test. — Belitus test.

Petrus troitemiriz test. — Marigo test. — Mauram test. — Christoforus test.

Pelagius test. — Anderias test. — Desterigo test. — Zoleiman aboluakiz test. — Sandinus quasi presbiter Notuit.

## CCV

*Descriptimus ex perantiquo libro regestorum Monasterii Ecclesiolensis qui titulum Livro Baio Ferrado pae se fert.*

1009

**Karta de elderiz**

In dei nomine ego aimia gunzalbiz una pariter cum filiis meis pernominatos elduara Suario maria didagu Ideo placui nobis per bona pacis et uolumtas nullo quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metum sed propria nobis accesit uolumtas ut faceremus uobis suario suariz karta uendicionis de hereditate nostra propria que habemus in uilla elderiz sub mons auturelo discurrente riuulo feueros territorio portugalense. et ueni nobis ipsa hereditate in portione de auorum nostrorum quomodo et de ganantia. et abet iacentia inter sanganedo et zerzedello et de alia parte uilla plana et de alia parte nostra ratione de ramir per ubi esparte cum uilar de segoi et cum laurosa et cum moazelus. damus uobis ipsam hereditatem pro pretio quod a uobis accepimus c solidos tantum nobis placuit accipere et uobis dare et apud nos nichil remansit pro dare. Habeatis uos illam et omnis posteritas uestra cum omnes suas prestantias qui in se obtine. kasas vineas pumares aruores fructuosas uel infructuosas terras ruptas uel inruptas exitus montium uel regresum aquis aquarum uel sesigas molinarum per ubi illa potueritis inuenire per suis locis uigos et terminos antiquos. Ita ut de hodie isto sit ipsa hereditate de iure nostro obrasa et in uestro iure uel dominio sit tradita et confirmata. habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. Squis tamen fieri non creditis et aliquis homo ueneri uel uenerimus tam nos quam propinquis nostris filiis aut neptis uel extraneis qui hanc kartam uendicionis intrumpere uel infringere quesierimus et nos in concilio deuindicare non potuerimus aut poluerimus auturgare aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis illa hereditate duplata uel quantum uobis fuerit meliorata. Facta karta uendicionis notum die quod erit xiii kalendas martii. Era m<sup>a</sup>xxxx vii.<sup>a</sup> aimia una pariter cum filiis meis elduara suario maria didagu uobis suario suariz in hanc karta uendicionis manus nostras Roboramus. Suario test. Tructesindo test. Froila test. Dauid presbiter notuit.

## CCVI

*Pactum venditionis tertiae partis praedii cuiusdam in pago de Costoias. Charta autographa, olim ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1009

Christus. In dei nomine ego tidi huna cum filiis meis domnani et dulcina plaguit nobis bone pacis uolumtas ut uinderemus ad uobis pelagio et huxori tue crementina sigut et uendimus uobis nostra ereditade que auctor de parentibus et de auio nostro domni in uilla custodias inter leza et dorio territorio portugalense. uendimus uobis de quintana ubi ipsos nostros parentes auitauerunt m<sup>a</sup> integra et de illo pumare m<sup>a</sup> integra cum suo terreno siue de omne casale quomodo iacet cum suas cortinas m<sup>a</sup> et per toda ipsa villa quomodo iacet inter sancto iaguuo et termino de gaton.. et diuidet per sancta christina et inde per castro de custodias nostra portione quanto inde nos compodat inter fratres uel eredibus nostris terras ruptas uel barbaras petras mouiles uel immobiles arbores fructuosas uel infructuosas aquas cursiles uel incursiles exitus ad montium uel regressum. uendimus uobis iuidem omne nostra portione cum sua prestatione que in se obtinet. et accepimus de uos pretio xvii modios in iouenka et ouelias iii et manta et modio i de milio et .. que nobis bene conplaguit et de pretio apud uos nichil remansit in deuitum. ita de odie die uel tempore sit de iuri nostro abrasa et in uestro iure uel dominio sit tradita adque confirmada. aueatis uos et omnis posteritas uestra et si aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc cartula ad intrunpendum que uos pro iudicio deuindicare non podueritis tunc aueadis podestate prendere de nos ipso que in carta resonat duplato uel quantum ad uobis fuerit melioratum et uobis perpetim auitura. nondum die m<sup>a</sup> idus magi in era xxxvii<sup>a</sup> post perhacta millesima. tidi domnani et dulcina in anc cartula uendictionis manus nostra+++s.

## CCVII

*In verso ejusdem membrane, in qua pactum sub n. ccvi edidimus, aliud pactum venditionis agri cuiusdam in ipso loco de Costoias eisdem emptoribus factae, exaratum est. Forte eo anno peractum quo antecedens exsecutum est : attamen aera subscriptionesque, velustate deletae, desunt.*

1009 (?)

Christus. In dei nomine ego uistrili et filiis meis nominibus goimiru et pelagi et ogenia et trasmi... plau-  
guit nobis bone pacis uolumtas ut uindere uobis pelagi et uxori tue clementina sicut et uindimus casale nostrum  
proprium per sua clausura et cum paretes et cum omne sua prestancia que in se obtinet et abemus ipso casale de  
abio nostro balidu et abet (?) iacencia ipse casale iacencia sub monte custodias ribulo leza et accepimus de uos  
preciu inaderetum et indefinitum i porca et i carnario preciado in m..... bene complacuit. Ita ut de odie  
die uel tempore sit de iuri nostro abrasa et in uestrum dominio sit tradita uel confirmada. abeatis uos et omnis  
posteritas uestra. si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc cartula uen-  
dicionis ad inrumpedu comodo pariemus uobis ipso casale dupludu uel quantum uobis fueri melioradu et uobis  
perpetim (?) aiduru. facta cartula uendicionis .....

## CCVIII

*Leovegildus Alvitez vendit, seu potius tradit Ederonio Alvitez pro quodam debito, partem  
praedii quam habebat in villa de Costoias. Descriptsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1009

**Carta uenditionis**

In dei nomine ego leouegildo aluitiz uobis edoronio aluitiz et uxori uestra trastina. Ideo placuit michi per  
bona pacis uoluntas nulliusque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metum sed propria  
mihi accessit uoluntas ut faceremus uobis cartula uendicionis de mea hereditate que habeo in uilla que uocitant  
custodias territorium portugalensis discurrente ribulo leza. et habet iacencia ipsa hereditate in loco predicto iusta  
uestra domum et fuit ipsa hereditate de meo bisauio iaquinto de ipsa hereditate vi<sup>a</sup> integra cum omnem adpre-  
stacionibus suis in casas in pumares in vineas in arbores fructuosas uel infructuosas aquis aquarum terras ru-  
ptas uel barbaras pascuis padulibus accesum uel recessum exitus moncium per suis locis et terminis antiquis ubi  
illa potueritis inuenire in ipsa v<sup>a</sup> tanto uiso sono ibidem habere pro que accepimus in precio in x modios que se  
face de illos sanal que uos habuimus a dare et de precio apud uos nichil remansit in debitum. Ita ut de hodie et  
tempore de nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita et confirmata. Si quis tamen quod fieri non cre-  
ditis aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc carta uendicionis que in iudicio deuindicare non potuerimus  
post uestra parte comodo pariemus a uobis illa hereditate duplata et in post iudice qui illa terra mandauerit ei  
uobis perpetim habitura. Facta carta uendicionis xv kalendas agustas. Era m (sic) xxxx vii<sup>a</sup> in post peracta mil-  
lesima. manu mea + (sic)

Fructuosus presbiter. Iaquintus frater. Guimarus presbiter. Aluitus pro test.

Cidi parentiz. Vilifonso mondiniz. Donal quandila. Onorigu test.

Sandinus quasi presbiter notuit.

## CCIX

*Ranemirus et Arias in jus adeundi coram judice Amaiae, Osoredo Tructesindo se obligant.  
Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1009

**Agnitio placiti**

Ranemirus et arias uobis oseredo tructesindiz per hoc nostrum placitum uobis facimus ut deinceps amodo quod est era viii<sup>a</sup> et xxxx<sup>a</sup> post peracta millesima n<sup>o</sup> kalendas septembres ut presentemus nos et nostros companarios in presentia iudicis hic in amaia et accipiamus ueritatem quod nos lege ordinare et ueniamus ad diem placitum die isto kalendis ad iii ebdomadas sine alia uocatione ad placitum et uos infidiaturia et si nos minime fecerimus compleamus uos de illos que nos infidiatos datis Et pariemus uobis c solidos sine aliqua dilatione exceptis iudicato. Ranemirus et arias in hoc placito manus nostras roborauius+. Pasuri test. Sandinus test. Olidi test. Flauano test. Lazarus test.

## CCX

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in pago de Louredo. Charta autographa, olim ad Monasterium Morariae pertinens, in Publico servatur Archivo. Edidit jam RIBERIUS (Dissert. Chronol., T. I, Append. N.<sup>o</sup> 11.)*

1009

In dei nomine ego trastemiro et goda et filiis nostris nominibus adosinda et argerigu placuit nobis asto animo et bone pacis uolumtas ut uinderemus ad uobis truitesindo guimiriz et uxori uestra aragunti sicut et uendimus uobis creditate nostra propria que auemus in uilla laureto discurrentis ribolum leza territorio portugalense. uendimus uobis ipsa ereditate pro parte de illa uacca que furtamus apretiata in xv modios que fuit de spasando et non abuimus unde illa pariare nec sententia nec iudicato secundum lex doce pro sagion garzia cartemiriz. uendimus uobis ipsa ereditate intecra cum omnem sua prestantia pro ipsas viii<sup>o</sup> uaccas et pro illo iudicato de dauid (?) que ad uos auiamus ad dare xx carnarios et dimisestes nobis illo. lena se ipsa ereditate de pomare de toderica et inde per illo uallo et diuidet cum cassale de dom teton. ipsa ereditate fere in illa presa unde discurre aqua ad ipsa quintana et uai per illo arugio et figi se unde prius diximus in omnem totum circuitum. et de ample de uallo in ipso rio ad intecrum cum quantum in se obtine et aрестitum ominis est in ipsa ereditate que in ea potueritis inuenire liuera in dei nomine aueatis potestate. et si aliquis generis omne uenerint uel uenerimus ad inrunpendo contra hanc scriptura uenditionis que nos ad parte uestra deuindicare non potuerimus uel auctorcare noluerimus uel qui nostra susceptione abuerit quomodo pariemus uobis ipsa ereditate duplata cum omnem suo rem et iudicato. notum die xvii<sup>o</sup> kalendas nobember. era millesima xxxx vii<sup>a</sup> trastemiro et goda et filiis nostris nominibus adosinda et argirigu in anc scriptura uenditionis manus nostra+++++. qui presentes fuerunt amarrellu test. didagu test. rodorigu presbiter test. ioacino presbiter test. froila presbiter test. ero presbiter test. rodorigu guimiriz conf. addaulfu rodoriguez conf. amsalom mitiz test. spasando test. instu montaqueimiz test. fredario test. patre galindiz test. didagu guandilaz test. sarracino test. flagiano test. gundesindo test. dauid test. sisualdo test. froila dauiz test. belleco test.

## CCXI

*Pactum venditionis fundi in villa Avola dicta prope flumen Paiva. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1009

**Carta uenditionis**

In dei nomine. Ego ildesinda et iermana mea moyli cum suprinos nostros rodrigu sbernz ero rodriguiz gun-tina rodriguiz eldesinda rodriguiz eldoza ermigildiz Ideo placuit nobis per bona pacis et uoluntas ut faceremus

uobis iohanne gundesindiz et uxor tua exemena sicut et facimus carta uenditionis de hereditate nostra propria que habemus de subsceptione auiorum nostrorum et auct iacentia in uila auola subtus mons fuste discurrente riulo pauia territorio pennadele. damus uobis ipsa villa supradicta nostra ratione ab integro quantum nos computa inter fratres eredes per filii (sic) locis et uigos in terminos antiquos per ubi illa potueritis inuenire cum omnes suas prestationes que in se obtinet et a prestitu hominis est. Pro que accepimus de uos in precio xi mealias tantum nobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in debito. Ita ut de hodie die sit ipsa hereditas de iuri nostro abrasta et in uestro iure sit tradita atque confirmata. Habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc carta ad inrumpendum et ad concilio noluerimus auctorgare uel auindicare post uestra parte aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis ipsa hereditate dublata uel quantum fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta carta uenditionis notum die erit xiii<sup>a</sup> kalendas decembris. Era r<sup>o</sup>xxxx<sup>a</sup>vii.<sup>a</sup> Ego ildesinda et moyli nostro subrinos nostros rodrigu ero guntinga eldesinda eldonza ad uobis iohanne gundesindiz et uxor exime (sic) in hanc carta uenditionis manus nostras r+++++ouorauimus. Qui presentes fuerunt : Cipriano test. Iohanne test. Gunsaluo test. Egas test. Pela-gio scripsit.

## CCXII

**Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, descriptissimus.**

1009

**Carta de hereditate quos uocitant nespereira**

In dei nomine. Ego ansila Froila iohanne Seto Fredenando Astruario Fagildo Gontato Gomarigo. Ideo placuit nobis bone pacis uoluntas nullis quoque agentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metum hominis sed propria nobis accessit uoluntas ut faceremus uobis comitissa nostra domna mummadomna cartula uinditionis de villa de eluerto (sic) que habet in uilla quos uocitant nespereira pro que seu in uestra casa de sancto martino seruiciale et ille et sua mulier fromarica et minauit inde ad illos de uestro ganato in ista era xxxx<sup>a</sup>vii<sup>a</sup> c.<sup>m</sup> LX.<sup>a</sup> II.<sup>o</sup> quarteiros et II.<sup>o</sup> puzales de uino et xxx<sup>a</sup>n<sup>o</sup>s modios de milio et mm<sup>o</sup>r modios de tritico et quartarium fiunt sub uno c<sup>m</sup> LXXXX<sup>a</sup> modios minus 1<sup>o</sup> inter pane et uino. et fidiamus nos fidatores quanto superius resonamus ipse elduerto et sua mulier que desent uobis uestro ganato ad diem placiti. et quando uenemus ad diem placiti non abe ipso ildiuerto unde complere ipso ganato et ipse debito et rouorauit ille et sua mulier ad onos (sic) fidatores carta de sua hereditate quantaque habet in villa nesperaria siue de parentela quomodo de comparatela. et roborabit ille ad nos fidatores carta et nos a uos comitissa nostra domna mummadomna. et damus uobis ipsa villa quantaque ibi habet casas uineas pomares sautus figares amexenares petras mobiles uel inmobiles terras ruptas uel inruptas aquis aquarum et sesigas molinarum exitus montium uel regressum uel intrinsecus domorum per suis terminis locis antiquis. damus ipsa hereditate cum omni sua prestantia ab integro et abeatis firmiter pro ipso deuito que uobis fiamus et ille non compleo et proinde damus uobis ipsa hereditate et de pretio apud uos nichil remansit in debitum. ita ut de hodie die uel tempore sit ipsa hereditate de iuri nostro abrasta et in uestro dominio sit tradita uel confirmata. habeatis uos et cuique illa dederitis iuri quieto et im perpetuum uindictis. Si quis tamen quod fieri aliquis homo uenerit uel uenerimus filii uel nepti que in iuditio deuindicare non potuerimus que pariemus uobis ipsa villa duplata et insuper ipse debito nominato c<sup>m</sup> LX<sup>a</sup> II.<sup>o</sup> quartarios et II.<sup>o</sup> puzales de uino et xxx<sup>a</sup> et II.<sup>o</sup> modios de milio et mm<sup>o</sup>r modios et quartarium de tritico duplato uel quantum ad uos fuerit meliorato et uobis perpetim habituro. Facta karta uenditionis notum die quod erit x<sup>o</sup> kalendas januarias. Era m xxxx<sup>a</sup> vii.<sup>a</sup> Nos superius que de sursum resonamus in hac cartula uenditionis manus nostras roboramus.

Qui presentes fuerunt — Ramiro menendi conf. — Asando adaulfiz conf. — Teodegildo pestrariz conf.

Baltario presbiter test. — Aldereto presbiter test. — Fafila floiaz test. — Leodegildo uilifonsiz test.

Aluito legueicut test. — Nuno test. — Egas gunderediz test. — Vimara notuit.

## CCXIII

*Pactum permutationis bonorum, sive partium bonorum, prope flumen Leça in pago Gundivadi dicto existentium. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptus.*

1010

**Carta commutationis**

Domno bellitiz egas et sisnando simul et belmiro didaz que cum illos sum perfiliato placuit nobis atque conuenit asto animo et integro que nostro consilium facereimus uobis domno unisco et filio uestro domno oseredo tructesindiz sicut et facimus cartulam contramutationis et firmitudinis de casal cum suas casas et suos ortales que fuit de auibus nostris aldulfo et baga. Habet iacentiam ipse casal in villa gundiuadi discurrente riuulo leza subtus monte custodias territorio portugensi et diuidit ipse casal per fundamento de illa casa et ferit in illo fontano et concludit illum fontanum usque ferit in leza et perge per aqua de leza usque in illo uallo et uadit per illum uallem qui diuidit inter casal de uermudo et isto dalib (*sic*) casal que uobis concedimus et plega in fundamento de illa casa unde primitus inchoauimus. Damus et affirmamus uobis de ipso casal de medietate quintam foris quintam de ipsa quinta et in ripa de ipso fontano in ipso concluso de agro quod dicunt uarcenella tercia foris quinta. Et accepimus de uobis proinde alia hereditate tanta in illa medietate que fuit de nostra auola baga que uos tenetis pro illa villa ut firmiter obtineatis unusquisquam accepit. Habeatis uos firmiter in ipso casal quanto iam sursum dinumerauimus de medietate quinta foris quinta de ipsa quinta iure perhempni uos et omnis posteritas uestra uel cui uos illam relinquere uolueritis liberam in dei nomine habeatis potestatem. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo ipsam hereditatem uobis calumniare uoluerit et nos illam deuindicare noluerimus uel non potuerimus uel auctorizare post partem uestram tunc pariemus uobis illam hereditatem duplatam foris iudicato et qui terram imperauerit et factum nostrum plenam habeat firmitatis roborem. Facta cartula contramutationis nodum die quod erit n<sup>o</sup> nonas ianuarii. Era xxxx<sup>a</sup>viii<sup>a</sup> post peracta millesima. Domnus egas sisnando et belmiro manus nostras confirmamus + + + +.

Antonius presbiter conf. — Sisnandus gomadiz conf. — Passuri rammiriz conf. — Froiulfo anagildiz conf. — Gundesindo aloitz conf.

Pantalius presbiter conf. — Aloitus presbiter conf. — Bennato test.

Iquila randiz test. — Manwaldus diaconus test.

Notum facimus pro ista ratione de dono in isto casal ut si alii homines eam calumpniauerint quod accipiat oseredus tructesindiz illam suam quam pro illa reddit sine alia calumpnia Si tantum illa dono non potuerit deuindicare de quod et illam calumpniauerit.

## CCXIV

*Senior Felgiriziz villam Lauridello dictam presbitero Odorio nepoti suo donat. Charta autographa, ad Monasterium Morariense olim pertinens, in Publico Archivo servatur. Exemplar a Th. ab Incarnatione editum (Hist. Eccles. Lus., T. III, Prolus. p. 2) mendis intolerabilibus scatet.*

1010

Christus. Magnum est enim nobis titulum dotis haut uel confirmationis in qua nemo potens est hactus largitatis inrrumpere et hunc factum nostrum bunquam infringere set paueat firmitate. Hobinde ego senior et proliis felgirizi accessit nobis bone pacis uolumptas asto animo sana mente integroque nostro consilio expontanea nostra uolumptate per numllius quoque gentis imperio nec numllis suadendis artigulum per numllus quoque per timeixentis metum nec suadentis artigulum set est nobis magna et perfecta memoria et benignissima mea uolumptate ut facere ego subra iam dita senior sicut facere neptum nostro hodorio presbitero kcartula haule firmitatis propter remedium anime nostre uel confirmationis ut aueas de anima nostra cura post obitum nostrum et si damus tiui ila in uita nostra quomodo et post ouitum meo do et dono tiui m<sup>a</sup> de villa lauridelus quos ganauimus cum uiro nostro zendamirus hansuriz sicut nostras continent scripturas et modo habtinuimus ila in nostra uita. sic tiui ila concedimus in tuo iure semper obtineas pro remedio anime nostre. et leua se de ila arca et pergit in directo a rrio per ilo anteiru et super anc guandala pergit ad ilas laginas planas et pergit a terminum de argenti.

et sic concedimus tui de ilo pumar que plantauit didagu apud nos per mediū circa larea gaudiosa in ripa de ilo  
rio medietate de ilo pumar et ile tereno integro et leua se uallu de agro de esplendida et diuide per larea de gun-  
tigiu et animia et diuide per larea de irigus pepiz et pergit ad rriu. ipsa ereditate que desuper resona conzedi-  
mus uobis ila per ipsi lozi ipsius ipsa <sup>un</sup><sup>a</sup> quo desuper nominamus in montes fontes pascuis padulibus aquis aqua-  
rum uel sesigas molinarum cum edulibus (*sic*) earum exitus uel regresu aruores pomiferas domus cum ediuziis suis  
intrinsegus suis que ic aprestitum est damus et confirmamus uobis propter remediu anime nostre et nos inmentes  
in tuos uodiuos et in tua oratione et in omnem tua memoria in qua pro me potueris inuenire uel pro me apli-  
gare in sazerdotibus bonis in confezionibus bonis in omnibus serbis christi uel ancillas dei pro it aueas et posi-  
deas et usque in perpetuo senper uindizes plaze christo amen. etgo neptus odorio acipientis de nos in uestra aula  
confirmatione uno lenzu et n quinales de uino et modium (?) milio que de nos acipientis pro uestra benedictione.  
et si aliquis homo uel ex probinquis tuis te proinde inquietare uoluerit tam in uita nostra quomodo et post nos-  
tro ouitum in primis siat excomunigatus et ad corpus domini separatus et cum iuda traditore aueat partizipio et  
insuper post tua parte pariet pariet (*sic*) ila dublata uel tripata. facta kcartula firmitatis pridie idus marzi in quo-  
ante era **xxxxviii.**<sup>a</sup> senior in anc scriptura firmitatis manu mea ++ confirma.

citi notuit. pepi test. didagu test. froila (?) test. dauid guntiziz. rratisendu test. aluitus test. requesendus  
frater. todemiru test. uimaredu datinus presbiter. pelagiu presbiter. recemondu didazi. nodeirus presbiter. sandi-  
nus frater. anserigu test. recemondu test. uizoy. adaulfu test. sarrazinus test.

## CCXV

**Pactum venditionis cujusdam fundi in pago de Costoias siti. In Livro Preto Sediis Co-  
nimbricensis invenimus.**

1010

**Carta uenditionis**

In dei nomine ego pelagio et uxor uestra (*sic*) sarracina uobis edoronio aluitiz et uxori uestra crastina. Ideo  
placuit nobis bone pacis et uoluntas nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo nec pertimescentis me-  
tum sed propria nobis accessit uoluntas ut uinderemus uobis iam dictis ederonio et crastina hereditate nostra  
propria quos habemus comparada per nostras cartas pro precio iustum in uilla que uocitant custodias subtus mons  
custodias territorio portugalensis disurrente ribulo leza. Damus atque concedimus ipsa hereditate comodo obti-  
nuimus illa de comparatura nostro patre auogate per suis terminis et locis antiquis in pumares figares ameise-  
nales sautus terras rotas uel barbaras casas cum intrinsequis suis petras mobiles uel inmobiles aquas cursiles  
uel incursiles montes fontes exitum moncium cum quantum ad prestitum ominis est per terminis et locis anti-  
quis. Damus illa media donata et illa alia media pro precio et ualet donacio sicut et uendicio sit nobis compla-  
cuit. et accepimus pro illa media una uacca placibilem et v modios de cibaria et uno porco que nobis bene con-  
placuit. Ita ut de hodie die et tempore de nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata.  
Siquis tamen quod fieri aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula uendicionis que in iudicio de-  
uendicare non potuerimus et noluerimus aurturgare post uestra parte comodo pariemus uobis duplata et ad uos  
quantum fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Habeatis uos et omnis posteritas uestra iuri quieto temporis  
seculorum. Facta cartula uendicionis xviii kalendas ianuarias. Era xxxx viii post peracta millesima. Pelagio  
et sarrazina manus meas roboro++.

Elias egicaz test. — Tanoi uermudiz test. — Trasuarigo riquiliz test. — Didacus test.

Palente fredoiz test. — Ero aianiz test. — Mogueime presbiter uidit — Vermudo fromarigo test.

Sesnando gundisaluiz test. — Cresconio pelaiz test. — Gutino floreniz test. — Crestoualo menendo test.

Sandinus presbiter notuit.

## CCXVI

*Acta litis de quodam fundo in pago de Guilhabreu sito. Charta autographa, ad perantiquum Monasterium Petrosense pertinens, in chartophylacio Conimbricensis Universitatis servabatur, nunc vero in Publico Archivo invenitur. Ex ea textum sumpsimus. Edidit RIBEIRO (Dissert. Chronol., T. 1, Append. N.<sup>o</sup> 12).*

1011

Christus. Anbigo quipe non est set pleris notum manet in ueritate eo quod ego daui et animie coniungie eius tenimus ereditate quos fuit de nausti in nostro iure integra per suis terminis ubique fuerit in uilla uiliabredi tenuerunt ea integra per sedis agnitionis quos inde fecimus in mazanaria prope ribulo aue urbio portugal subtus castro de boue fecimus ipsa illa anutione ante illa domna guntina per manus eius confirmata et ibi fuerunt progenie de ipsa animia ipsa ereditate tenuerunt ea per tale actio sicut in illa anutione resona per plures anos exinde uendiderunt illa integra ad illa domna scemena per cartula uenditionis pro pretio iusto quos illis placuit et dederunt ei illa anutione per ubi ea tenebant. Ipsa domna scemena tenuit illa in suo iure integra per anis plures exinde euenit ad illa ouito et lacsauit ipsa ereditas cum sua anutione et cum illa cartula uenditionis in manus de filios suos nominibus suario sandiniz fredenando sandiniz uimara ermiariz et coniungie sue guldregodo et illi tenuerunt illa intemerata in illorum iure. Obinde ego suario sandiniz fredenando sandiniz et uimara ermiariz et coniungie sue guldregodo fecerunt de ipsa ereditate cartula donationis adque firmitatis contra alias ad tructesindo guimiriz et rouorarunt inde illa carta et dederunt ei illa anutione et illa cartula uenditionis per ubi illi ipsas ereditas tenuerunt. Ipse uero tructesindo guimiriz tenuit ipsa ereditate in suo iure anos xxxv exinde leuauit se omine maliciante nomine et incusauit ipsa ereditate quos fuit de nausti ad ruderigo froilaz et in acusatione disi — ecce ubi iace ereditate quos fuit de tuo serbo nomine asperigo — et per ipsa acusatione presit ea ruderigo froilaz et misit illa in calumnia a tructesindo guimiriz. pro tale actio aiuntus fuerunt in ipsa uila ubi erant quoadunatus froia osorediz ruderigo guimiriz osoredo aloitz ordonio ruderiz petrus abba amarelo mestaliz gardalia branderiz sagulfo kagitz garsea cartemiriz et ali plures multorum benenatorum omnino (*sic*). in ipse concilio dicente fuit ruderigo froilaz contra tructesindo guimiriz qualiter foit ipsa ereditate de asperigo quos fuit serbo de suo auio per cartula uenditionis quos fuit facta de ipse serbo et nulla scriptura inde in concilio non dedit. Et dicente erit tructesindo guimiriz contra ruderigo qualiter foit ipsa ereditate de nausti de ingenuita et teneo illa de odie anos xxxv per carta que inde mici fecerunt suario sandiniz fredenando sandiniz uimara ermiariz et uxori sue goldregodo et dederunt inde mici illas scripturas per ubi illi ipsa ereditate tenuerunt et aveo illas. Deinde rouorarunt placitum per manus osoredo aloitz ut dedisent v v testimonias de ipsa uilla et quales fuissent meliores ipsas intrasent in firmamento. tum uenerunt in die tertio in asumto sancta maria sudonus fuerunt in sancta maria de uilla mediana in presentia iudices froia osorediz izila christoualiz ruderigo guimiriz ederonio cresconiz guimiro tructesindiz ordonio ruderiz petrus abba gundisalbo presbiter et alii multorum ominum et ibi dedi ruderigo froilaz suas testimonias nominibus ozario uermudo froia guntigio ordoniz salamiro ordoniz. et dedi tructesindo guimiriz amarelo fratre uidisilo astruedo euenario eldonza et uidi bene ipse concilio que trocisen illas de troitesindo guimiriz que erant plus melioras. et per se tructesindo guimiriz firmauit cum illis isto que in ista anutione resona pro tale actio auendigauit post sua parte ipsa ereditate integra per comodo illa obtinuit daui et animia per terminus uigus et locis antiquis. Nodum die quod erit xiii kalendas setembre. Era xxxx<sup>a</sup> viii<sup>a</sup> peracta millessima. qui preses fuerunt migael gundigulfo gardalia aldereto garsea guntigio salamiro cendon. gaudila notuit et pro testes sum.

## CCXVII

*Descripsimus ex Libro Testamentorum Laurbanensi.*

1012

**Testamentum de uilla coua de Zacarias**

In dei nomine. Ego zaccarias iben egriz. Non est enim dubium sed multis notum eo quod nec initium nostrum nouimus ita nec exitum nostrum scire ualemus et ideo metu mortis perterritus do atque concedo uobis domno beniamen abba et collatio uestra omnia hereditate uel facultate quod abeo uel augmentare potuero id est

in villa de villa coua cortes cum casas et ibi post casas pumares que ibi sunt et una uinea circa uestra uinea que fuit de tia floridia et m<sup>er</sup> insertos et super ipso pumare alia uinea et una figaria et alias ad illa ripa de pilas et alia circa illa de sesnando et de zalama subtus illa uestra que fuit de creixitus et illa que uos mihi donastis ad radice de monte et alio bazillare in testeira de uenzemal et de iohannes et m<sup>er</sup> cupas una de xv quinales et alia de viii<sup>o</sup> quinales et alia de viii<sup>o</sup> quinales et alia de xxx<sup>a</sup> quinales desfeita. Et ad rapeda de taureliones m<sup>er</sup> nasseiros et medio et ad rapeda de villa uno nasseiro et omnia perfia uel utensilia usque ad minima agulia omnia confero uobis pro remedio anime mee et defunctorum meorum ut quicquid post parte monasterii uestri sancti mame-tis et qui ibidem in uita sancta perseuerauerint agere exinde uel facere voluerint in dei nomine abeatis potes-tatem. Siquis tamen quod fieri non credo aliquis omo uenerit qui unc meum uotum infringere templauerit in primis sit excommunicatus ab omni cetui christianorum et cum iuda traditore abeat participio in eterna damna-tione et insuper pariet quantum auferre conaberit dublatum uel tripatum et unc meum uotum obtineat firmita-tis. Facta carta testamenti kalendas februarias. Era millesima L.<sup>a</sup> Ego zaccarias in anc carta testamenti quod fieri uolui manu mea r+ oborau.

Iohannes test. — Ruderigo test. — Gudesteo test. — Manila test. — Reuelle test.

Zaccarias test. — Menendo test. — Marco test. — Stefanus test. — Azarias test.

Suario test. — Salama test. — Abdella test. — daniel test.

#### CCXVIII

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in pago de Fornelos. Unum tantum exemplar hujus pacti nobis superest in libro regestorum (oscitanter quidem scripto) qui titulum p[ro]ae se fert Tombo de S. Simão da Junqueira, T. III. Ex eo descriptsimus.*

#### 1012

In Dei nomine. Ego Gunsalvo Rauparizi, et conjungia mea Monia ploris Suarii plaguit nobis bone pazis, et voluntas in fazeremus vobis Tedon Pelagizi kartula venditionis de ereditate nostra que avemus in Villa Fornele subtus kastro Argifons teridorio Portugalensi inter Ave et Alister in llogo predicto, damus vobis de ereditade de Petro Pelagizi, et de uxori sue Animia medieque de integra con quanto in se obtine que a prestidum ominis est ubicunque illa podueridis invenire in ipsa Villa per suis terminis, et locis antiquos, sive in domus comodo et per toda ipsa Vila cum omni sua, et divizentia, vel omnem geneavorum ubique illa podueridis invenire con quanto in se obtine, et a prestidum ominis est; et deeo nobis illa Petro Pelagizi, et uxori sue Animia pro illos ducen-tos solidos. Quare auverunt nobis a dare pro illo omezidio ille, et suos filios Joanne et Gontemiro, et Didago, et non auverunt illos unde darent ipso pario, et derunt mizi de ipsa ereditade mediedate, et misit Ego nos pro-inde in villa de ille scilicet ducentos solidos in ganada apreziado pro veridade et damus ad vos ipsa ereditade me-dia segura pro resona, et azebimus proinde de vos una mula apreziada in centum solidos, et uno pano de sirgo in quadraginta solidos, tanta nobis bene complagui, et de prezio abut vos non remansit in devido. Ida ut de odie die vel tempore sedea de juri nostro abrasa, et de omnis posterida nostra, et in juri vestro tradida et confirmada. Et siquis tamen non credidis aliquis omo veneri, vel venerimus contra anc kartula intrumpendo que vos in judi-zio vindicare non podueridis in voze nostra, aut nos post parte vestra pariemus vobis ipsa ereditade dublada vel quantum vos fueri meliorada, et vobis perpedim avidura. Facta kartula venditioni octavo kalendas Junii era milesima quinquagesima. Gundisalvo Rauparizi, et domna Monia in a kartula manus nostras++. Qui viderunt Gomeze Rauparizi sit Guinizi testes, Arias testes, Artrulfo testes, Midon testes, Ista testes, Gunsalvo testes, So-nimiro notarius confirmo.

## CCIX

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in villa Fredenandi dicta. Ex autographa charta, in scrinio Collegii da Graça Conimbricensis olim servata, et nunc in Publico Archivo custodita, descriptissimus.*

1012

Christus. In dei nomine ego fromarigu gundesalbi et uxori sue flamula in domino deo eternam salutem amen. plaguit nobis per bona pacis uoluntas nunlus quod gentis imperio neque suadentis artigulum neque per timesentes metum set propria nostra uoluntatem ut facere uobis sunimiro anagildiz et uxori sue pinoti sicut et facimus cartula uenditionis de ereditatem nostra propria que auemus in villa que uocitant fredenandi et in illas alias uillas comodo in ilas alias kartulas resonat comodo obtino ilas mater nostra domna argelo per karta quos fecit ei anagildo de v<sup>a</sup> de omnem sua ereditatem et per alias kartas de conparationes et precio iusto per ubi illas potueritis inuenire con cunctis prestationibus suis quantoque ibidem ad prestidum ominis est per suis terminis antiquis et abet iacentia ipsas uillas prope ribulo aleste teritorio portugalensis subtus ciuitas bogonti et accepimus de uos precio aderato et definido egua colore alakada et xxv modios inter pane et sere et bere (?) que nobis bene complacuit. uos dedistis et nos accepimus et de precio abut uos non remansit in deuilitum set omnia nobis adimplistis. aueatis uos et omnis posteritas uestras. si quis tamen quod fierit non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus ad inrunpendum contra anc kartula uenditionis que nos in iudicio deuindigare non potuerimus aut uos in uoce nostra comodo pariemus uobis ipsa ereditatem duplata uel quanto ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim auitura. Facta kartula uenditionis quod est xxv<sup>o</sup> (sic) idus iunii. Era L<sup>a</sup> peracta millesima. fromarigu gudissaluiz et uxori eius flamula in anc kartula uenditionis a me facta manus nostra++s.

Qui ic fuerunt bonus test. —anagildo test. gontigio test. —pepi sentariz test. sunimiru criulfiz test. gontemiru test. —gontigio anagildiz test.

astrulfo alduariz test. —suo germano anagildo test. —gontino filio de asteiro test. tanquila test. gogito test. —ragimirus presbitero —gundiscalcos presbitero notuit.

## CCX

*Pelagius Gunsalviz fundum quem possidebat in pago de Esmoriz donat uxori. Charta autographa, olim ad Monasterium Petrosense pertinens, e scrinio Universitatis Conimbricensis nuper in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1013 (?)

Christus. In dei nomine et indiuidue trinitatis sancte. Ego pelagio gunsalbiz in domino deo eterna salutem amen. Ideo plaguit mici per bone pacis uolumtas ut facere tibi coniumgie mee ermesinda prolix pelagi et luce uita (?) textum scriptura firmitatis de ereditate mea propria que habeo in villa ermorizi et cortelaza (?) subtus castro de obile discurrente ribulo mediano terridorio portukal quantum ibidem abeo de canantia uel de parentella uel cum dei iubamine aduc haumentare potuerimus per locis et terminis suis hantiquis quomodo diuidet cum villa pariamio et de alia pars cum villa mazaneda per hubi illa potueris inuenire cum prestationibus suis que in se obtinet que ad usum hominis pertinet de istas uillas quantum me competit inter meos eredes (?) abeas tu illas in uita tua post habitum tuum remaneant in manus de filiis nostris qui nati sunt ex mici et ..... fuerint abeant illas iure quieto usque in perpetuum absque alios nostros filios que abemus de ..... partes do tiui illas pro seruitio bono placiuite que mici fecisti et pro que hacepi de te ad confirmando scriptura hunc manto .. lpelionum et L<sup>a</sup> quinales de uino tu dedisti et ego hacepi tantum mici bene conplagui. Ita ut de odie die et tempore sit ipsas ereditas de iuri meo abrrasas et in tuo traditas et confirmatas. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus aut ex quibus de propinquis nostris uel extraneis contra hunc nostrum factum ad inrumpendum parie post tua parte aud ipsis filiis nostris que de sursum resonant ipsas ereditas dublatas seu triplatas et uobis perpetim hauitura. Facta cartula era L<sup>a</sup>. (?) 1<sup>a</sup> post millesima iii nonas iunii. pelagio gunsaluz in hanc cartula manum mea ro+.

Arualo (?) presbiter —menendo fernandiz —menendo audiniz —monnio iben egas —menendo zalamiz —hic testes sumus. Egas didazi quos uidi. uermudo eitaz notuit.

## CCXXI

*Ex libro regestorum Livro de D. Mummadona dicto.*

1013

**Cartula de hereditate in villa de sancto martino**

In dei nomine. Ego patre cognomento iunas et filiis meis Martinu et todenando ad uobis honoricus abba. Ideo placuit nobis per bone pacis et uolumptas ut faceremus uobis kartula uendicionis uel firmitatis de hereditate mea propria quos habeo in villa de sancto martino subtus monte de caualos discurrente Riuulo de molinos territorio bracarensse. habet iacencia ipsa hereditate in loco predicto super illo palacio obdonigo et fere in termino de caldas et torna per termino de villa coua et inde torna per illo vallo de palatiolo. damus de ipsa villa que uobis delimitauimus nū<sup>r</sup> rationes minus xii<sup>a</sup> et comparauius ipsa hereditate de abrario et de septimo et de belleno et de manilla pro nostro precio et per nostras cartas. damus uobis ipsa villa per suis terminis et locis antiquis cum cunctis et prestationibus suis quantum in ipsa villa ad prestitum hominis est figares cersares amexenarias aquas cursiles uel incursiles petras mobiles uel immobiles exitum uel regressum. Damus uobis ipsa hereditate pro uestro ganato que espesimus de uestra casa de sancto martino. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa villa de nostro iuri abrasa et in uestro iuri uel dominio sit tradita atque confirmata. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula firmitatis que nos in iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra tunc infra uel libera in dei nomine habeatis potestatem et uos perpetim habiturum. Facta kartula uendicionis notum die quod erit xi<sup>o</sup> kalendas decembris. Era m<sup>a</sup> l<sup>a</sup> i.<sup>a</sup> Patre cognomento iunas et filiis meis in hac kartula firmitatis manus nostras ro+++. concedimus uobis ipsa villa extra illa xii<sup>a</sup> quod sursum resonat de meo filio fafila tam ego quam et filiis meis pro que accepimus de uos precio c quinales de uino quos scesimus de uestra casa de sancto martino. illa alia uobis concedo ab integro. et habet ipsa hereditate in precio L<sup>a</sup>v<sup>a</sup> modios et dimisimus tibi inde pro remedio de mummadomne Gundisalbus diue memoriae c<sup>m</sup>xxxx<sup>a</sup> quinales de uino. Martinu et todenando ad nostras personas et ad nostros germanos manus nostras roboramus. Fuit facta ista carta in concilio vimaranes.

Valascus confessus Honorius confessus confirmo — Honorius zaleiman Vimaredus confessus conf. — Petrus confessus Stephanus confessus confirmamus.

Suniemirus presbiter — Ordonius presbiter. Menendus presbiter — Fagildus herulit presbiter — Menendus presbiter.

## CCXXII

*Nobilis mulier Unisco filiusque ejus Osoredus, qui bonis quamplurimis Monasterium de Leça ditaverant, hoc ipsum monasterium aliasque amplissimas divitias Vaccaricensis Coenobii sodalibus testamento legant. De anno quo datum vide ea quae RIBERIUS notavit (Dissert. Chronol. T. iv, P. i, p. 138). Membrana in qua hoc testamentum continetur e scrinio Sedis Conimbricensis in Publicum Archivum delata, antiqua quidem est; sed ne authentica sit charta suspicamur (Vide n. ccXLVIII ann. 1021).*

1013 (?)

Plerique huius eonis in casu uita degentibus que diuersis subiacet casibus ut diuturnior sit pro quo agit psalmista — Quoniam mille anni ante oculos tuos sicut dies una — etsi breuior ut iob loquitur — Dies mei uelocius transierunt quam ad texente tela subciditur et consumti sunt absque ulla spe. — Et alidi (sic) — Vnus exodus ad uitam omnibus et unus egressus — Nisi quod creditur omni extrema felicior hac uisita incomodi duceretur deterior etsi peccati obnosius ultima calcaneo anguem non porrigat que ante ea se momordi minime senserat. Denique ego indignaque christi ancilla uniscu una cum filius meus osoredus prolis tructesendi antequam obtotibus diem ultimum pauescentes et ora extrema sensus ad nos pristino reuersus recollens in corde nostro quia confitendi latronem in se credenti in patiuulo uicinam presentiens mortem dignatus est conferre uitam eternam nobis anc non denegare quod plurimis condonaret. Idem idem dum ista agerentur ut instiudia docet patrum et docman pedagogorum in domino precedentium nicil ese religionis in stipite sub manum abatis uel abatise dicens

tramitem inuenimus salutarem consilium cum omnem axem rerum nostrarum ut de paupertatis nostre elegere deuemos arciterium in villa nunccubata leza qui iam olim in dei rebus normam educit cum siui modigo conmiso congregationis sicut et ida hacta sunt. Dum ad eandem cenouio perueniremus deseruentibus nobis villas uel omnem rem nostram elegi fierimus testamentum ut dictum est omnem posesionam (*sic*) fundorum prediorum opidorum auri argenti palle superlectiles sirgo uestibus pretiosis saltim ut quantum in uita nostra posidens fuimus uel iuris nostris tenere potuimus. Et quia sterelis absque liueris remansimus omnia dare monasterii captiuis perecritis orfanis uiduis uel diuersis kasibus occubatis ad ipso arcisterium iam nunccubatu leza relinquimus ec supra scriptio ut quiquit pro anime remedio facere quieuerint uoluerint uel conauerint sit ilis a deo et nobis fas adtributa et potesta concesa. Nuli alio ex prosabie nostre linea suprestitem relinquens nisi ut supra taxatum est monasteria seruorum uel ancillarum dei incolle siue euionis misserimus. Domnis inuictisimis hac triumphatoribus gloriae sancti saluatoris cum uirgo inclita senper genitrix apostolorum martirum pontificum uirginum confessorum corum uec dispares et llocis diuersis cimiteriis aule sunt nunccubate corum uec ic disscriuere prolixior conuenit adiungere homnia sanctorum martirum que dei curie celestis sublimatis Roseo crutre (*sic*) perfusus ad officium predicationis electos uirginitatis glorie coronatus confessorum floribus adornatas. Et sicque inertiam egra mens hic sigillatim scriuere nequiuimus iam in fraginea paradisi locum beatitudinis a dextri ordinis tenere confidimus. Ego christi ancilla uniscu et filius meus serbus seruorum dei osoredus prolix tractesendi cum peccatorum mole depresos in spe fiduciaque sanctorum non usquequaque disperationen deicimus que etiam reatum nostri crimini sepe paueximus vt per uos sancti martires reconciliari mereamur comunem domino hac sanctorum omnium cetu fida suplicationem depossimus. Et ideo deuotionis nostre extitit ut ex uodo proprio auolendis delictis parentum nostrorum nostrisque delitis en discriminibus ob honorem celsitudinis uestre. Concedimus ad ipsum logum sanctum qui est sita in ipsa villa supra tacxata leza subtus monte custodias terredorio portugalensis ipsa villa iam prefata leza cum cumtis aiacentiis et prestationibus suis secundum illa obtinuit pater noster tractesindus et ego unisconi cum filio meo osoredo. villa de egilanes ab integro cum sua uarcena leua se ipsa uarcena de arrugio que discurit sub kasa de llalina et plega de longo usque in arrugio que discurit de maniulfo de suo uilar. Et illa alia uarcena que se lleua de arrugio maior de maniulfo et de alia parte iusta monasterium et fere in longo in arrugio dicurit de kasa de adaulfu. De creditate de donnazanno et de suo iermano gumsaluo mediatate ab integro. De villa godemeru m<sup>ii</sup>a integra per suis terminis secundum illa obtinuit auia nostra trastalo. Ereditates que iacent in pratocello et in salgarios tam de auolengo quam etiam in nostras kartas resonant. De villa rrecaredi medietate et de illa alia media n<sup>ii</sup>a v<sup>iii</sup>a una de rrecemondo et alia de aluito. Ereditate de mala ibi in ipsa villa. ereditate quos fui de domno uilifonso ab integro. ereditate de fremosindo ab intecro. de ereditate de rromano v<sup>a</sup> integra. de ereditate de fromarigo v<sup>a</sup> integra. Et in villa keiranos ereditate quos ic abuit frater sauaricus comparada. Sicque etiam concedimus ad ipsum monasterium sancti saluatoris arcisterium prenominado ueremudi et reliquias uogabulo sancti rromani et sociorum eius sic concedimus ipse logum quomodo et omnem deuitum eius intus que foris tam aiacentiis quam etiam et nos ganauimus sub ausilio dei. Et nomina aiacentiis notecxere ualemus it sunt villa uilifonsi sicut illa obtinuit viro meo tractesindo et ego cum filio meo osoredo. villa flamulini comodo (*sic*) cum merluanes. De villa mandini de medietate v<sup>a</sup> et de illa alia media x<sup>a</sup> per suos terminos et cumtis aprestationibus suis. Et in id ipsa villa iam prefata ueremudi ereditate de sauarigu et de sua mulier quederilli. ereditate de sua iermana adosinda. De ereditate de cordoues quos fui de suo filio quilla v.<sup>a</sup> De ereditate de ordonio todomirizi v.<sup>a</sup> Et alias ereditates quos in nostras cartas et in nostros inuentarios resonant. Quamobrrem damus et donamus uel contestamus hic logos sanctos villa de alduari cum aiunctionibus suis eglesia uogabulo sancti martini episcopi quos fui de aion ereditate que fui astrulfu ereditate de patre pronna ereditate de martino ereditate que fui de domna godo ereditate de megitu incomuniationes de gunsaluo munneonis illa rationem de uimara ermiarizi et alias ereditates pro ipsa villa quos in nostras cartas et in nostros inuentarios resonant. ereditate que fui de domna tarasia uicesinna et in villa plana x<sup>a</sup> de ipsa villa per suis terminis quos fui de ipsa domna. De villa pinario medietate integra. et in uillar et in castrello et de illa parte durio uilar de uizoi quantum inde pro pretium nostrum tenemus de ipsos uillares et per scripturas firmitatis. In villa sunilanes ereditate de sunilla canderedizi medietate intecra et de illa alia illo pumar medio quen nobis dederunt suos filios sicut in nostrum pactum resonat. Et in mitoncelli nostra ratione et alias ereditates pro ipsa villa que in nostras scripturas confirmata sunt. De villa manualdi ereditate de trastemiro domus terras et pumares ab intecro. Ereditate de teudila medietate exseptis suas kasas comodo aqua uertet. villa de pausatella comodo illa obtinui auia nostra uestregia cum viro suo don galindo. Ereditate de petrauzus quos fui de trastemiro. Ereditate de leuegodo cum suo casal et suo plantato et alias quantas in nostras scripturas resonat n<sup>ii</sup>a partes de eglesia sancti mametis. villa de cornado cum sua eglesia uogabulo sancti mamete cum omnibus prestationibus suis. De ereditate de uimara et de peccenna medietate intecra. ereditate de gauinius presbiter integra tam de parentela quam etiam comparada. v<sup>m</sup>a que fui de magister olidi per tota uila. et alia v<sup>m</sup>a que fui de abia nostra domna gontilli. ereditate que fui de nausti integra ereditate que fui de sontrili. uillar de lilla cum suas aquas et suo molinu a kasa de tauron illa uarcena media et m<sup>a</sup> de illo casal et ipsa casa

intecra et in ipsas uillas quantum conparauimus et in nostras cartas resonant. In rrefogios uilla bona cum aiunctionibus suis villa de osonio villa de ofreiso et de brandila cum suas aquas et suos molinos. viii<sup>a</sup> de villa de Maurontani (?) cum iii<sup>a</sup> de illas eglesias sancti iacobi et sancti pelagii cum suas casas et suos dextrus siue pumares. Ipsas uillas iam supra tacxatas damus atque concedimus ad ipsius monasterius cum cumtis aprestationibus suis. Adicimus ad os logus sanctos uel ad ipsius monasterius liuros eglesiastigos per ordinem optimum signum ex metallo faurigatos cruces capsas kalices et patenas uestimenta sacerdotale cum diagonibus uel omnem rem nostram sicut supra dicximus quantum in uita nostra possidens fuimus aurum argentum pallei superlectiles sirgo uestibus preciosis equos mulas equas boues uakas pegora minuta uel premiscua et quantum aduc cum dei adiutorium agmentare potuimus in uida nostra post parte ipsius monasterii sit traditum adque concesum ut a seruorum uel ancillarum dei aduenam pupillum ospitem et peregrinis uel qui in uita sancta perseverauerit. aueant et posideant sicut nos docet lex et proueda (*sic*) —Vouete et redite domino deo uestro— et iterum —Quo de manum tua accepimus et dedimus tui quia perecrini et ospite sumus super terram—. Quia dicit in liuer iudigum ubi dicit liuer quartus et titulus secundus sententia xviii<sup>a</sup> —Vt qui filius non relinquint faciendi de rebus suis quod uoluerint aueat potestatem. Omnis ingenus vir adque femina siue nouilis seu inferior qui filius uel nebotus aut pronebotus non relinquint faciendi de rebus suis quiquit uoluerint induuitanter licentia aueuit nec aliis quibusliuet proximi superiori uel ex transuerso uenientibus poterit ordinatio eius in cocumque conuelli qui recta uinea discuremus non auet originem que cum successionem nature ereditatem posit accibere—. Exinde testamento autem iuxta legum ordinem deuitam siui ereditatem poterant iure successionem. Denique confirmatum est oc dum uita uicxit filius meus et post houitum eius ego unisconi concedo cimiterium leza cum aiacentiis suis a todegildus abba et a frates de uacariza et cuius uoluerit ipse aba relinquere. Quate . . . . . in uita nostra sit nobis in nostro stipendio ospitum perecrinorum uel pauperum. Post ouitum uero nostrum dum compleuerimus diem ultimun per unc te carnis ofitum sit post parte ipsius cenouiis traditus atque concesus ut sit illis seruorum uel ancilarum dei in tolerationem et nobis ante dominum rredemtorem digno remunerationem. Siquis tamen aliquis omo tam umilior quam inferior seu ex genere nostre hunc factum nostrum quod pro animas nostras remedium facere procurauius ex uoto proprio uel modice conuellere uel usurpare temerarie uel leuiter conauerit quisquis ille fuerit exter adfinis anathema marenata multus ab omni eglesia catholiga seiunctus ad corpus et sanquinem redemtoris separatus in conspectu dei et apostolorum siue et agmina martirum excumuninatum ida ut partem in resurrectionem prima non aueat sed iuda domini proditorem eredes baratri penam iugiter permaneat mancipatus et presenti euo amborum carens lucerne frontibus lumine sit priuadus et quantum inde usurpare uoluerit settuplum conponat per seueridatis iudicio et ec firma perpetim permaneat testamentum scripto. Notum die quod erit ii<sup>a</sup> nonas decembre. Era decies centena quinques dena i<sup>a</sup> in quoante ii<sup>a</sup>. Vnisconi prolix meus osoredus anc pie uotum umilitatis nostre in anc series testamenti donibus sanctorum manus nostras confirmamus et rrouora++uimus. Scemena prolix osoredo et domitria in anc series testamenti quod fieri et elegi pro me et pro posteritas mea et progenie mee manum mea confirmo.

Et adicimus uobis uilla fracsino cum aientionibus suis sicut in nostras scripturas resonat et manus nostras ro++boramus.

Froia osoredici et coniungia mea adosinda pro nos et pro posteritas et prosauie nostre anc series testamenti quod fieri et elegi manus nostras confirmamus.

Donadilli cum filio meo osoredo anc series testamenti manus nostras— conf.

Gudesaluus trastemiriz confirmo —Onorigu ouequiz confirmo —Oueco Onoriquiz confirmo —Tructesendo beraz confirmo —Vermudu tetoniz confirmo —Pelagio louesendiz confirmo —Ero suariz confirmo.

Veremudus rex prolix adefonso princibus hanc testamentum conf. —Comite uelascco almeluce conf. —Comite munnio adefonso conf. —Comite gutierre adefonso conf. —Fafila petriz conf. —Frater raupirio (?) maiorinu conf.

Adeita furtuniz iudex conf. —Fredenandus nunici notuit.

## CCXXXIII

*Ex antiquo Libro Regestorum Vimaranensis Collegiatae, qui titulum Livro de D. Mummadona p[re]ae se fert descripsimus.*

1014

**Kartula de moreira de monte longo et de alias mandamentos**

Ambiguum quidem non est sed multis plerisque manet connitum atque notissimum in ueritate Et quod edificauit Mummadomna deouota arcisterium Vimaranes per iussione et consensum Ranimiri principis et testamentum secundum lex canonica docet. Et ipse Rex ad misericordiam motus concessit ad ipso monasterio mandamentos de Aue in auizella per testamentum sicut sunt nominati. id est mandamento de Auizella leuat se de termino de caldas cum villa ollarios et plega usque in riulo malo cum cersito Et leuat se de Ribulo malo cum mortaria et cagiti et atanes et luparia et diuide cum sancto torquato. Et mandamento de Arones cum varzenella et golanes et quintianes. Mandamento de trauazolos villacoua cumfleitas et agrella et villarello et petrosello. Mandamento de sopratello quomodo se leua de aqua de torio cum castellanus usque fere in termino de Rozas. Mandamento de lauotello cum Auezani et colgeses et ribulo de molinus sicut diuide cum terminis calidarum. Mandamento de candanoso leuat se de condomias et plega in termino de cresimiri cum ingenuos et homines fiscalia fatientes siue et seruos quod in colmellos resonant etiam et ingenuatizos sicut scripti sunt in noticias et in agnitione. Villa nesperaria et sancto martino cum homines ad eas deseruientes sicut in noticias conscripti sunt seu et vilar que est inter termino de cresimir et Ribulo de molinos et nesperaria cum omnes habitantes in eo. Villa de sauto cum suo mandamento et elanzi et homines in placidi et Gumilanes cum incommuniationes et homines ibidem habitantes. Farramundanes pensello fontanello et negrellos. Istos mandamentos quod superius resonant cum homines ibidem habitantes et cum omnes suas hereditates tam ingenuos quam et fiscalia fatientes siue et de casata et incommuniatos seu et scusatos lenzarios et uiniatarios et alio tributo reddentes. Omnia ab integro cum omnem rem suam. Et crationem quos concessit comitissa domna flamula ad tie sue domne mummadomne. Villa de lalini et sautello cum adiunctionibus suis et omnes habitantes in eas siue uillas quomodo et incommuniatos ab integro sicut in scripturis colligati sunt. pratu aluari per suos terminos sicut in carta resonat et in alias scripturas cum quantos ibidem habitantes sunt. et gandalari kazorrances Gutellos varzenella. Et post obitum ipsius princeps Ranemirus rex ereptus est in regno filii eius ordonii principis et confirmauit ipso testamento quos pater suus elegerat. et fecit alios testamentos et confirmauit illos. eatenus et pro anima sua fecit testamentum de villa moraria et pro anima de genitorem suum supra taxato diue memorie. Ipsa uilla per suis terminis et locis antiquis cum quanti homines in ea habitantes sunt ab integro. Et tenuerunt in sua uita ipsos testamentos sanos et intemeratos post parte ipsius ecclesie et ipso monasterio. Et post eius obitum hactenus est in regno in hereditate patrum eorum Veremodus princeps. et dum peruenit in terram istam calumpniauit fratres quod eo tempore ipso monasterio regebant pro ipsos mandamentos et pro ipsas villas. Et per talis actio peruererunt in eius presentia hic in ciuitate sancte marie trans durio cum suos testamentos et cum suas scripturas. Et ipse rex ad misericordiam motus ordinauit in ipso concilio ad ipsos fratres ut adfirmassent ipsos testamentos et suas scripturas per sacrosancto iuramento sicut et iurarunt et per manus sagioni mito todegildit et eius vicarius teton suarit. Id est Gonta abba Honoricus confessio Affar sarrazini Toderedus confessio Ualasco scemenit Gondisaluus sarrazinit Viliatus uiliatiz Vandila confratres Uiliamirus confessio (?) Brectus confessio. Et iterum adfirmauit ipse Rex ipsos testamentos et suas scripturas et posuit suos caraculares (*sic*) sicut genitore et auios suos fecerunt. Ipse Rex functus officio ereptus est in regno adefonsus Rex princeps magnus et dum peruenit in hereditate patrum eius hic in oculis calidarum surrexerunt omnes inique et maliciantes contra ipso monasterio vimaranes narrauerunt ei quomodo non erant ipsos testamentos uirificos necnon et adfirmarant illos ante genitorem suum diue memorie. Et ordinauit in eius concilio Sagionem suum nomine aldendo ut presisset villa moraria de monte longo sicut et fecit. Et iterum peruererunt in eius presentia cum ipsos testamentos et scripturas. Et dum talia uidit ille uero ad misericordiam motus ordinauit ut legissent ipsos testamentos in concilio in eius presentiam et de genitricem suam Geloyre regine ut perexquisissent ueritate quod in ipsos testamentos resonabant. Et dum talia uidit et intellexit omnia quod ibi erat conscriptum mandauit ut iurasset ipse abba cum suos fratres quia ipsos testamentos et scripturas erant uerificos et ipso iuramento de prius fuerat facto ante Genitorem suum sicut et iurarunt hic in sancti michaelis arcangeli in oculis calidarum per manum vicarius ziti donnelliz et sagion astrulfo parentiz. Id est onoricus abba Honoricus zaleiman Kartemirus prepositus Honorio aroniz Arias tractesindiz Oueco ennegot Uimara honorigit Viliamirus christoforiz Godinus presbiter Fronosindo presbiter. nos adunati iuraturi sumus per as conditiones sacramentorum et per deum patrem omnipotentem qui fecit celum et terram mare et omnia que in eis sunt et per ipsum quem lo-

nat in oriente et resonat in occidente et per iii<sup>o</sup> euangelia marcus et matheus lucas et iohannes et per xii<sup>m</sup> prophetas et per xii<sup>m</sup> apostolos quia ipsos testamentos quod fecit Rex domno Ranemiro et Rex domno Ordonio et confirmauit Rex domno Veremudo in eius diebus sunt uerificos. Et si mentiti sumus et nomen domini in falsum nominauimus descendat super nos iram domini sicut descendit super datan et abiron quia propter scelera eorum terra illa uiuos obsorbuit. Obinde ego adefonsus serenissimus princeps per hanc serenissimam iussionem meam concedo et adfirmo pro anima mea et auios et genitores nostri omnia quod in ipsos testamentos et in scriptura resonat et desuper conscriptum est ad ipsum prefatum arcisterium vimaranes et qui ibidem in uita sancta perseuerauerint fratrum monachorum uel ancillarum dei. Nona die x<sup>viii</sup> kalendas Septembbris. Era m<sup>a</sup> l<sup>a</sup> ii.<sup>a</sup> Adefonsus rex in hac inagnitio quo fieri elegi manu mea confirmo.

Adefonsus rex prolix Fernandus princeps et Sancia regina dum ad me uenit menendus abba cum ipsa agnitione hic in legione roborem meum ibi inieci et confirmo.

Veremudus rex roborem inieci — Fernandus princeps manu mea signum inieci — Sancia regina manu mea confirmo — Tuta domna manu mea confirmo — Sub dei gratia Ariani episcopi manu mea confirmo — Pelagius guntemiriz manu mea confirmo — Munio ueniegas confirmo — Egas menendi confirmo — Ranemiro menendi manu mea conf. — Menendo menendi manu mea conf. — Munio moniz manu mea conf. — Sueiro gonsaluz manu mea conf. — Pelagio randeniz manu mea conf.

Menendo lucidi manu mea conf. — Roderico gonsalui manu mea conf. — Froila guterriz manu mea conf. — Pelagius menendi manu mea conf. — Suarius guterriz manu mea conf. — Ranemirus menendi conf. — Ualasco almeiuze conf. — Petro flainiz manu mea conf. — Nuno uermudiz manu mea conf. — Petro edelaiz manu mea conf. — Fernando frainiz manu mea conf. — Scemeno floiaz manu mea conf. — Fraino fernandiz manu mea conf. — Roderico ueylaz manu mea conf.

## CCXXIV

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1014

**Testamentum de sunilanes**

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosissimorum martirum ob honorem sancti saluatoris sancti martini episcopi acisterium prenominato uermudi et reliquias loci eius uocabulo sancti romani et omne eius cuius baselica fundata est in ipsa uilla suburbio portugal prope riuulo leza et discurrente arrugio auenosu. Ego indigna ex (sic) exigua ancilla christi ermengro diuine memorie testo et concedo ad ipsum locum sanctum et tibi unisconi et filio tuo oseredi tructesindi et frātres et sorores qui ibi habitantes fuerint et uiam monasticam tenuerint de uilla mea nominata quam nuncupant sunillanes secundum illam ganaui cum viro meo roderico gundesindi et obtinui per meas cartas in meo iure. De ipsa uilla iam supra dicta concedo ad ipsum locum sanctum et ad frātres qui ibi perseuerantes fuerint medietatem integrā et de medietate decimam pro remedio anime mee et anime ipsius viri mei ut sit nobis ante deum merces copiosa et uenia peccatorum nostrorum. Adicimus ibi ipsam uillam per suis locis antiquis et terminis per ubi illam potueriis inuenire et secundum in nostras cartas resonat In montes fontes pumares uineas sautos rouoreta terras ruptas uel barbaras petras mobiles uel inmobiles aquas aquarum sesigas molinarum exitu accessu uel regressum siue et omnia que ad prestitum hominis est. Damus atque concedimus ibi pro remedio animarum nostrarum ut tolerantia sit in frātres et sorores ibi persistentes. et non habeant licentiam uendendi nec donandi nec in alia parte extraneandi nisi ad ipsum locum sanctum deseruendi et ad frātres et sorores ibi perseuerantibus sit eis in extipendium fratrum et sororum peregrinorum pupillum et aduenis. Ita ut ex presenti die ipsud quod in testamento resonat sit ei licitum et concessum habendi et possidendi usque in finem et in seculum seculi. Qui dicit in libro iudicum — qui filium non relinquerit aut nepotes aut prōnepotes de re sua licentiam habeat quod uoluerit faciat — sicut inuenimus in libro iii<sup>o</sup> titulo ii<sup>o</sup> sentencia x<sup>viii</sup>.<sup>a</sup> Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo homine (sic) ad irrumpendum uenerit et factum nostrum siue propinquis siue extraneis in primis sit excommunicatus et a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi sit segregalus et cum iuda traditore habeat participium in eterna dampnatione et insuper componat que in testamento resonant duplato uel triplato et uobis perpetuum habiturum. et hunc factum nostrum in cunctis obtineat firmitatis roborem. Facta series testamenti nodum quod erit iii<sup>o</sup> kalendas nouembbris. Era l<sup>a</sup> ii<sup>a</sup> super millesima. Regnante adefonso principe prolis uermudi filius. Ermengro deouota et diue memorie in hac scriptura testamenti quam fieri elegi et religendo cognoui a me facta manu mea + conf.

Aluitus presbiter quos vidi manu mea conf. — Guntigius presbiter quos uidí manu mea conf. — Petrus presbiter quos uidí manu mea conf.

Ragesendus manu mea conf. — Menendus odarez quos vidi — Belon quos vidi.

Gundemarus suariz quos uidit et scripsit.

## CCXXV

*Descriptum ex codice Livro de D. Mummadona, sic dicto.*

1014

**Kartula agnitio de villacoua de Freitas**

In era L<sup>a</sup>II<sup>a</sup> post peracta m.<sup>a</sup> Regnante adefonsus principis Orta fuit intencio inter fratres de vimaranes et ordonio sentariz pro illa villa de uillacoua quos presumisit ipse ordonio de ipsos domnos de vimaranes et tenuit ea in suo iure annos tres. et intrupit testamentos et cartas per quem illa ganabit illa domna mummadonna et suos abbates. ipsos domnos supra taxatos fecerunt inde querimonia ad illa Comitissa domna Tuta in cuius iure erant ipse ordonio ut habuissent cum eo ueritate pro ipsa villa. et illa Comitissa ordinavit illuc ire suo sagione nomine Airigo pepit que presisset ipsa villa et constrinsisset ipse ordonio et ipsos domnos de vimaranes sub certum plazum perante illa Comitissa ut habuissent ueritate unus cum aliis hic in pena maior et que dedissent ipsos domnos de vimaranes testamentos et cartas de ipsa villa et ordonio suas cartas. Dum autem peruererunt ad diem actum hic in pena maior ante illa Comitissa et comites Rudesindo gonsaluit et Nuno menendiz et Gonsaluo menendiz Ranimiro menendiz et Gutierre roderici ordinavit ipsa Comitissa et ipsos Comites suos iudices que legem docebant id sunt Froila erotiz Honoricus zaleimaz Vermudo todemiriz Menendus gauiniz Egas menendiz Ranemiro menendiz et alii plures filii uenenatorum que in ipso concilio erant ut audissent legentes scribturas de amborum partes et iudicassent eos per uera ueritate. dedit ille abbatte domno Honorigo qui uoce tenabat de casa de vimaranes et de suos fratres et sorores quos ibidem sunt habitantes suos testamentos et suas cartas. et audierunt ipsas scribturas ipsos iudices legentes et cartas de ordonio et intellexerunt eas et adtestarunt era et annum de illas cartas de ordonio cum era de illo testamento et de illas cartas quos in concilio presentabit ille abbatte domno Honorio et inuenient era et annum de illo testamento prior. Et inuenient era de cartas de ordonio posteriores et falsas et aborrendas. et intellexerunt ipsos iudices quomodo subposuerant eas ad illo testamento et mandarunt eas crepare et fuissent inualidas. et elegerunt illo testamento que iam quinquagenario concluderat post parti ecclesie et illas cartas quos in concilio presentabit ille abbatte domno Honoricus. Dum autem uidit se ipse ordonio in tali reatu et oppressus per ueritate ennarrabit quomodo fuerat de ipsa villa qui non concludebant testamento et cartas de ille abbatte de soceros suos Todegildo et Guntina et dederunt ei illa in casamento et inuenierat ea in iure de domnos de vimaranes qui tenebant ea ex datu de ille comes domno Gonsaluo ad cuius illam dederat mitto todegildiz et suos germanos zendas et Gontemiro et uxores eorum per cartulam firmitatis. et sic presumisit ipsa de soceros suos quomodo et illa alia de testamentos quos fecerat Egas arqueriz et domna Adosinda cum filiis eorum. et certificabit ipsos domnos ordonio sentaz ut dedissent ei carta et auctores de ipsa villa. Hic uero in ipso concilio era mitto tudegildiz que illa carta roborauit ad ille Comite domno Gundisalbo et ad coniugem suam domna ermesinda. et noluit auctorgare ipsa villa et negabit quod non rouorauerat ipsa carta nec ille nec suus iermanus. causatus fuit cum ipse mitto uiliamirus christoforiz in uoce de monasterio et ipse carta in quorum presencia iudicum supra nominatos quomodo roborauerat ipsa scriptura et faciebat se ipse mitto ad fora et nolebat ipsa villa auctorgare. Ille uero dedit responsum sic pro se quomodo et pro suos germanos quia nec ipsa carta fecit hec illa roborauit nec ipsa villa asignabit ad ille comite domno Gonsalbo. Hic uero in ipso concilio ordinauerunt ipsi iudices supra taxatos ut dedisset illi abbatte domno Honorio cuius uoce dicebat uiliamirus christoforiz Tegio gundesindiz que pro testem sedebat in illa carta et emila presbitero quod illam cartam conscriperat manibus suis et ille preposito domno Kartemirus et arias tractesindiz et viliamirus christoforiz numero v<sup>o</sup> pro ad iuramento. Et constrinxit eos ipse Sagion airigus pepit per ligali plazum ut dedisset ipse abbatte ipsas testimonias v<sup>o</sup> iam supra nominatas pro ad iuramento hic in sancto michael in oculis calidarum ut adfirmsent ipsa carta que quomodo erat conscripta sic erat uirifica et mitto todegildiz et suos germanos suscepissent illorum iuramento. Dum autem peruererunt ad diem actum misit ipse Sagion ipsos domnos in ipsa ecclesia ut redissent ipso iuramento sicut plazum habebant. et inclinavit se ipse mitto et uxor sua adosinda et suos germanos ad pedes ipse abbatte iam supra taxato et agnouerunt se in ueritate quomodo roborauerant ipsa carta. et eiecerunt eos fora de ipsa ecclesia per manus ipsius Sagion et rouorauerunt illa condicione. et roborarunt hanc plazum

milo togegildiz et uxori mee adosinda et Guntemirus presbiter et cendas tibi Sagioni nostro Airigus pepit per hunc placitum tibi compromittimus ut assignemus tibi die ista m<sup>o</sup> quod est xii kalendas ianuarii Era L<sup>a</sup> n<sup>o</sup> villa de villacoua secundum Era incartamus ad ille comes Gundisalbus menendiz quos fuit de pater nostro Teogildo et mater nostra Gutina ab integro. et tu assignes illa ad honoricus abba et ad fratres et sorores de monasterio vimaranes cuius ueritas est. et amplius non calumpniemus illa in nulloque tempore. et si hunc plazum essegerimus pariemus post parte ipsius monasterii vimaranes ipsa villa duplata et ad iudex uel rege que illa terra iudicauerit suo iudicato. Nos superius nominati in hoc plazum manus nostras rouorauimus.

Froila gutieriz manu mea conf. — Munio menendiz manu mea conf.

Tuta domna manu mea conf. — Ildunza menendi manu mea conf.

Pelagius didaz manu mea conf. — Ordonius gutierit manu mea conf. — Oueco ennegot manu mea conf. — Salomon florentiz manu mea conf. — Flomarico sesnandiz manu mea conf. — Ragefredo bitoniz manu mea conf.

Froila erotiz quos iudicabit conf. — Honoricus zaleiman quos iudicabit conf. — Uermudo todemiriz quos iudicabit — Menendus gauiniz quos iudicabit conf. — Fromosindo presbiter manu mea conf. — Uimara onorici manu mea conf.

## CCXXVI

*Salamirus presbyter dominium nobilis mulieris Vibili Truitesendiz in ecclesia de Canellas agnoscit, petitque ab eadem Vibili ut ipsam ecclesiam habitare et colere ei licet. Exemplar, hoc saeculo inceunte descriptum, ex Livro de Doações do Mosteiro de Paço de Sousa, nunc aut amissio aut deleto, in Academiae nostrae bibliotheca servatur. Id nobis textum praebuit.*

1015

Ego Salamirus Presbitero vobis Domna Vivili Truitesendiz, pactum simul et plazum facio vobis, et heredibus vestris, per scripture firmitatis, pro parte de ipsa Ecclesia vocabulo Sancto Mametis et Sancte Marie, in villa quos vocitant Kanelas, unde intencio inter nos fuit, et dedimus nostras scripturas et vos vestras ante Judices prefali, et crebaverunt meas scripturas, quos invenerunt posteriores, et elegerunt illas vestras scripturas, que erant priores; et vobis damus ipsa Ecclesia ante Sagion, et sanabit vos, et vestros heredes, et pro vestra mercede date mi ea ad continere, que contenea ea, et edifice, et plante, et tenea ea de vestra manu, et sede de vestro jure, et facia cum ea servicio cum veritate, et logre meo labore, et meo postato, et si ibidem aliqua soposita fecerit, aut per me, aut per mandatori meo, aut per scripturas, aut per quemlibet generis homo, quomodo parie post parte vestra solidos d extra judicato. Notum die quod erit m<sup>o</sup> Idus Junii E.<sup>a</sup> L<sup>o</sup>m<sup>o</sup> peracta millessima. Salamiro Presbitero in hoc plazo manus meas roboro. Pro testibus. Vidragildo testis. Egica testis. Truitesendo testis. Blando, Sunilo, Sarrazino, Balteiro, Egica, Alvito, Framila, Genetivio, et alii plures, quos vidimus, et pro testes sumus. Sesnandus Presbiter notuit.

## CCXXVII

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis decerpsumus.*

1016

**Testamentum de hereditate que est in villa recordanes que fuit de atanagildo**

Domnis inuictissimis hac triumphatoribus glorio sis sancti saluatoris et sancti uincenti leuite et sancti iacobi apostoli sanctorum petri et pauli et apostolorum sancti martini episcopi sancti iuliani et baselisse quorum basclice cernitur in loco predicto uaccaricia subtus mons buzaco territorio columbrie prope ciues arcos. Obidinde ego famulo dei recemundo maureliz cum peccatorum mole mcorum depresso ut uos tam sanctis martiribus reconciliari merear a domino. Et ideo cum omnia et recta mentis atque operis nostra deuotione adimpleuimus. Ideo iam superius nominato recemondo placuit mihi sana mente integroque consilio ut facerem uobis emiliano abbatи et collationi monasterii uacarize qui in uita sancta perseuerauerint cartulam testamenti de hereditate mea quam habeo in villa recordanes que fuit de atanagillo et postea dedit michi sua filia adosinda medietate de illa

D. et C. Tom I.

36

per mea carta et meo precio quot in carta resonat. Do uobis ego recemundus medietatem de illa et medietatem de alia quas comparaui de genilo per suos locos et terminos antiquos in montes in fontes exitus montium regressus ad domos. Habeatis firmiter et teneatis eas. et habet ipsa villa iacentia ripas uanga subtus monte alcoba. Habeatis et possideatis firmiter et possideatis eas uos et omnis posteritas uestra que in uita sancta perseverauerit iuri quieto domos cubas cubos et omnes intrinsecus earum que ad prestitum hominis medietatem de quanta in mea carta resonat et deuindigare potuerit. Et qui ergo quod superius resonat irrumpere temptauerit filius nepos fratribus nostris uel progenie nostre In primis sedeat excommunicatus et a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi sit reus et cum iuda traditore habeat participium in eterne dampnationis pena. Et insuper pariat duo auri libras talenta quogatur exsoluere. Facta carta testamenti nodum die quod erit m<sup>o</sup> idus februarii. Era m<sup>o</sup> l<sup>o</sup> iii<sup>o</sup>. Recemundus in hac cartula testamenti manus meas roboro + pro remedio anime mee. Qui presentes fuerunt :

Atam ascarigiz conf. — Menendo odariz. ansoredo conf. — Aluarus abbas conf. — Ero gundisaluiz conf. — Suario gundisaluiz conf. — Didago donaniz conf. — Aluito brafeme conf.

Gundesindo aluariz confirmo — Kediselo kediseliz confirmo — Diago beneas confirmo — Castemirus abbas confirmo — Ederonio aluitiz confirmo — Ihoanes abensalamon confirmo.

## CCXXVIII

*Acta litis, interque litigantes conventum de quibusdam praediis in loco Petrauzos dicto sitis. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1016

**Intentio**

Dvbium quidem non est sed multis manet notissimum eo in ueritate quod habuit oseredo tructesindiz intentionem in sua uoce et de fratribus et de sorores qui cum eo habitabant in monasterio de leza et de uermudi dicente quod ad suos auolos robauerat trastemirus per placitum de omni sua hereditate quantam habuit in ipsa villa quam uocitant petrauzos dicente domno oseredo per sagionem garciā contra ranimiro qui uocem dicebat de flauiano qualiter teheberunt suos auolos de domno oseredo hereditates de trastemiro placitum quod inde trastemiro roborauit ad eos pro debito et post hec ego teobe illa suo pater et sua mater et ipse dominus oseredo pacata in suo iure per annos multos in faciem de patre de flauiano et de suos heredes. post hec de flauiano et ranimiro in uoce de flauiano quomodo comparara suus pater de flauiano ipsam terram quam flauianus ad dulcidium uendiderat ubi dulcidio illum pomare plantauerat et per manus ipsius sagioni garciā intrarunt in placito ad diem fatum que se iunctassent in ipsa villa super ipso pumare et ipsas terras et dedit se domno oseredo suos sabidores et suum placitum sicut et dedi et ranimiro in sua uoce de flauiano suam cartam et suos sapidores et quando uenit ad diem fatum non habuerunt cartam de dare et iuntatos fuerunt in ipsa villa ante iudices cresconio ataniz et ederonio cresconiz fredenando uizoiz hatan christoforoz uilifonso roderigiz adulfo siloniz Et filii benenatorum hominum. et quando audivit flauianus et ranimirus illum placitum de domno oseredo qui erat priore et inuestido de illa hereditate et ueridico agnouerunt se in ueritate in ipso concilio ante ipsos iudices et rogauerunt cum hominibus bonis domno oseredo et sua mater domna unisco et signarunt ad eos ipso pumare et ipsas hereditates per manus ipsius sagionis quem tenant per occultora de placito de ipsos domnos. Flauianus et ramirus placitum facimus uobis domno oseredo et ego spasando una cum ipsos placitum facimus uobis pro ipso pumare et pro ipsas hereditates quas in uestro placito tenetis quod si nos causatus fuerimus aut per nos aut per potestates aut per scripturas aut per quocumque acio nos inquietarmus aut qui illas tenuerint quomodo pariemus illas duplatas et insuper d solidos et iudicatum ad iudicem. Nodum die tertio kalendas ianuarii. Era l<sup>o</sup> iii<sup>o</sup> post millesima. Flauianus et ranimirus et spasandus in hanc agnitionis et placitum manus nostras roboramus +. Qui ibi fuerunt. Dominus sessandus test. — Truitesindus test. — Ihoannes test. — Romanus test. — Vimara test.

Argerigus test. + Sauarigus dauid test. + Gondesindo uiliulfo test. — Gundiuado test.

Alius tructesindus test. — Froila test. — Garcia quos fuit sagioni manu mea conf.

## CCXXIX

*Maurus Mohomat Ibn Abderahmen vendit abbatii Laurbanensi Dulcidio fundum quem in pago de Villela possidebat. Sumpsimus ex autographa charta, quae ex scrinio Laurbanensis Monasterii in Publicum Archivum delata est. Exemplar diminutum mendosumque in Libro Testamentorum exstat. Mensis Regeb Hegirae 407 quo datum, mensi decembri 1016 primisque diebus januarii 1017 respondet.*

1016

In dei nomine et eius misericordia. Hec est cartulam uenditionis quam feci ego mohomat filius de abderahmen neptus de harit ad abbatem dulcidium de cenouio laurbano et ad omnem eius congreationem de omnia mea ereditate que habui de parte de meo auio abderahmen filius de abdella iben harit in villa uillella territorio colimbric a parte aquilonis cum oinne quod aprestitum est hominis ex quattuor partibus terras ruptas uel inruptas cum suos casales uel omnibus edificiis et ficariis et omnia mea ueritate de paucu et de multo et non remansi aput me de omne quo nominaui non paucum neque multum sed omne ad intecrum concessi supradicto abbatii pro xxxx solidos de argento puro. abbas et omnem congreationem dedit et ego accepi et omnem quo uolui exinde feci et de pretium apud eos nichil remansi. et illa hereditate in iudicio de illo abbate et de suis fratribus sicut in iuri meo mansit. Et ille abbas qui comparauit et ego qui uendiui pariter ex utraque parte sanos animos atque mentes et absque ullam pressuram hominis fecimus. Si quis uero aliquis homo uenerit ad inrumpendum hunc meum factum uel quicquid mali cueneri in istam hereditatem et ego non potuero vindicare pariam uobis it hoc malum super caput meum et ex meo ganato pactem. Et ille abbas firmiter habeat supradicta hereditas. Facta cartulam uenditionis era cccc vii mense ragab.

Iahia iben farh iben abeth alhazani test. —Filius de iben naui zaad alamaui test. —Halaf iben aada alamaui test. —Mozoud iben maruan test. —Maruan iben farh allahami test. —Abdella iben naaui turfah alamaui test. —Zebit iben suheit alamaui test.

Abdella iben mozoud alkaizi test. —Zuleiman iben zaodon alamaui test. —Halaz iben zaada alamaui test. —Abdella iben abdil malic allahami test. —Halaf iben abdella allahami test. —Iahia iben zaat iben iahie test. —Mohomat iben halaf iben abderahmen alamaui test.

ahmat iben umar almuradi test. —Mohomat iben zaata test. —Iuzef iben farh azuhdi test.

## CCXXX

*Descriptimus ex Libro Testamentorum Laurbanensi.*

1016

**Hec est karta de uenditionis de uillella**

In dei nomine. Hec est karta uenditionis quam feci ego Zuleiman iben giarah aciki ad abbatem dulcidium et ad suos fratres de cenobio laurbano territorio conimbric de omne quod habui in villa uillella et stat a parte meridie montem qui uocant de iben zuleimen et a parte aquilonis villa de uiaster et a parte orientis montem qui uocant oleaster et a parte occidentis ponte de iben zuleimen. uendiui eis terras ruptas et inruptas uineas et ortos et omnis generis pomorum casas coopertas et sine tegumine et ingressus et regressus montes et fontes auterios et valles et pascuis paludibus et sesegas molinarum. hoc totum sano animo integroque consilio menteque perfecta pro xx<sup>i</sup> solidos de argento kazimi tantum mihi bene complacuit et de precio apud uos nichil remansi et de hodie die uel tempore de iuri meo sit abrasa et in eorum iudicio tradita. Si quis uero in ista hereditate superuenerit aliqua contemptio reuertat in me uel in eis qui de me fuerint et abbas cum suis fratribus perpetualiter habeant quod eis uendidi. Facta kartulam uenditionis Era cccc<sup>os</sup> vii Mense ragiab. Qui preses fuerunt :

Acham iben hallaz azubeide test. —Abdella iben satis alamaui test. —Abdella iben zaada alkaizi test. —Galib iben cidello alamaui test. —Hacem iben umar alkazi test. —Humar iben muzoud test. —Mahomat iben abdelrahamen test.

Mahomat iben abez alaui test. —Halafac iben zaada alamaui test. —Zalama iben nidriz alamaui test.

## CCXXXI

*Pactum venditionis cuiusdam agri in villa de Louredo. Charta autographa, olim ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1017

Christus. In dei nomine ego paladinu gogidiz et uxori mea maiorina placui mihi pro bona pacis voluntas ut uinderemus tibi gartia et sesili agro que dicent de sanbati in uilla lauredo de ipso agro mediadade et de terras de fora mediadade integra et fui ipso agro et ipsas terras de germana mea gaudili et comparabi illo con suo marido nomine astrulfi intrego mediadate tibi inde concedo pro uno boue in xv modios et i<sup>o</sup> lenzo. et si alico omne uenerit ipsa karta intrumpere et eo obturgare non uoluerit parie uobis ipsas terras in duplo. nodum die erit ianuarius mediado. era LV<sup>ta</sup> post milesima. paladinu et uxori sua maiorina in anc kartula manus nostras ++. adfonso test. iaudio test. albaru test. zeidon i test. losidio i test.

Gatom notuit.

---

## CCXXXII

*Servi quidam, assentiente eorum domina comitissa Munia, vendunt fundos, in villa Cumaria, sic dicta, Abunagae Trastemiriz, cui etiam Sonilia praedium tradit pro poena qua multari merebatur. Descripsimus ex codice qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira, T. III, prae se fert; apographum mendis quamplurimis evidenter refertum, sed non nobis aliud manet exemplar.*

1017

In Dei nomine. Ego Matre Froilonia, et Ego Nebradio, et Sentarso, et Sisinando Odoria plaguit nobis adsto animo, et prona nobis accesu volumtas ut anc pariter cum nostros domnos facimus a vobis Abunagas Tastemiria, et ad cunjundia vestra Asadunen Asania sicut et facimus kartula venditionis, et firmitatis de ereditates nossras proprias que abemus de subseptionis parentorum nostrorum in Villa Cumaria subtus Castro Vermudi disurrente ribolum Ave territorio Portugalensis : damus atque concedimus a vobis ipsas ereditates pro que accepi Ego Sentaro de vos in meo pretio viginti et quatuor modios et Ego Nebradio accepimus de vos uno bove decem, et tres modios, et duos modios de milio. Et Ego Comitessa Domna Munia una pariter cum mancipia mea nomine Matre Froilonia accepimus de vos in nostro pretio uno tappede novo in septuaginta solidos, et una pelle agnninia in treginta solidos. Et Ego Sonilia concedo vobis illa mea ereditate pro illa mulier que tenuit in custodia pro decem boves, et fugivi mihi ipsa mulier nomine Reoerenda ut in Dei nomine livera aveati illa potestate juri quieto temporibus seculorum. Et si quis tamen quesieri minime non credimus aliquis omo veneri vel venerimus ad intrupendum contra anc carta qui nos ad judicio devindigare non potuerimus aut noluerimus post vestra parte aut vos in voce nostra pariemus ad vos ipsas ereditates Nos supra nominati dublatas vel quantum ad vos fueri meliorata et vobis per — Facta kartula venditionis, et firmitatis die erit secundo idus Madii Era milesima quinquagesima quinta. Nos subra nominati Matre Froilonia, et Sentario, et Sisnando Odoria pro illa campia, et Sonili ad presolita qui totos nostros domnos sit de illa nostra Domna Comitessa Domna Munia in anc cartula venditionis, et firmitatis manus nossras ro—vora+++++mus. Qui presentes fuimus Gonsalbo testes, Abredulfo testes, Romaritu testes, Ihoanne testes, Menendo notuit.

---

## CCXXXIII

*Zalama presbyter ecclesiam, quam fundaverat ornaveratque in villa de Recardæs, aliaque bona sua Monasterio Vaccariciensi legat. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1018

**Testamentum de pumares et de sautos uineis**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti regnantis in secula seculorum amen. Ob honorem uel amorem sancti saluatoris et sanctorum lucis euangeliste uerissime maxime iulie et sancti iohannis euangeliste sancti iacobi apostoli sancti michaelis archangeli et sancti uincenti levite quorum baselica fundata esse dinoscitur in uilla uaccariza subtus monte buzaco discurrente riuulo mondeco territorio colimbrie. Ego cliens ac pnsillus licet indignus zalama presbiter seruus seruorum dei a multis manet notissimum eo quod hereditaui et edificauit baselicam sancti michaelis in villa recordanes in mea propria ratione de ipsa villa et plantaui pumares ficarias sautos uineas et ceteras pomiferas et ganaui libros ecclesiasticos calices argenteos cruces uestimenta ecclesiastica sirica atque linea. Post hoc opus perfectum deo accessit michi uoluntas mente perfecta et spontanea noluntate facere de ea testamentum ad supradictum locum cenobio sancti uincenti et tibi miliani abbati et ad fratres qui ibi semper in uita sancta perseuerauerint extiterint sic concedo ipsam supranominatam ecclesiam quam omnem facultatem meam quam habeo uel ganauero usque ad obitum meum pro remedio anime mec uel parentum meorum que post obitum iusserunt mihi adhuc supradictum cenobium relinquere ut semper ad ipsum locum deseruiat ut pauperes et peregrinos inde habeant alimentum. Et non damus licentiam ad ullum genus hominis in alio loco transmutare aut donare aut testare sed qui ipso iam dicto loco fuerint habeant et possideant cum omnes suos dextros quod sunt in omni giro LXXX<sup>o</sup>III<sup>o</sup> sicut sententia canonica docet. Et si aliquis ex progenie nostra uel de extrancis hunc meum testamentum auferre aut commutare voluerit in alia parte tam laica persona potentis quam presbiter aut episcopus aut diaconus quisquis ille fuerit excommunicatus permaneat et ab ecclesia catholica separatus et cum iuda traditore habeat participium in eterna dampnatione et a dampna secularia pariat hunc duplatum post parte monasterii et hunc meum testamentum in omni robore semper maneat firmum. Factum testamentum deuotionis pridie idus ianuarii. Era M<sup>o</sup>L<sup>o</sup>VI<sup>o</sup> Zalama presbiter hunc testamentum a me factum manu mea confirmo +.

Vitas test. — Crescentius test. — Offilio test. — Gunsaluo test. — Rebridio test.

Adefonsus presbiter conf. — Vermudus presbiter conf. — Tudenando presbiter conf. — Flores test. — Ciquelio test.

Crescente test. — Euenando test. — Cidi sisualdiz test. — Adefonsus episcopus conf. — Rodericus exarauit memorie.

## CCXXXIV

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus. Accedunt lectiones variae ex alio exemplari in eodem codice descripto.*

1018

**Testamentum de paradela et de abolini et de salas et de sancto martino**

Ambiguum quippe non patet<sup>1</sup> sed plerisque<sup>2</sup> manet cognitum atque patefactum et<sup>3</sup> quod dedit froila gundesaluz<sup>4</sup> uillas et hereditates ad monasterium uaccarize<sup>5</sup> quantas habuit de ezebrario usque in uauga et angre<sup>6</sup> comendabit<sup>6</sup> ea<sup>6</sup> ad cometissam<sup>7</sup> tutam<sup>7</sup> domna<sup>7</sup> ut per manum iussionis<sup>8</sup> sue<sup>8</sup> affirmasset ipsas uillas ad ipsum locum. Ita et factum est. Obinde ego tutam domna et devote offero et concedo ad ipsum locum uel<sup>9</sup> abbati<sup>9</sup> do-

<sup>1</sup> potest<sup>2</sup> multis<sup>3</sup> est eo<sup>4</sup> gundisaluz<sup>5</sup> uaccariza<sup>6</sup> hanc rem comendauit eas<sup>7</sup> commitissam domnam tutam<sup>8</sup> et iussionem suam<sup>9</sup> sanctissimum et sanctorum altiorum ipsorum sancti salvatoris sancti

vincenti levite sanctorum iuliani et basilisse sanctorum petri et pauli apostolorum sancti tome apostoli sancti andree apostoli sancti martini episcopi sancta maria mater luminis sancta eolalia sancta marina sancta christina cuius baselica illorum fundata esse in ipsum locum iam superius nominati monasterium uaccariza subtus monte buzaco territorio colimbriense et ad ipsum abbatem dominum tudeildum et fratribus suis qui in uita sancta perseuerauerint et monasticam uitam deduxint uitam. Habeant et possideant ipsas uillas prenominateas

mno<sup>9</sup> teodegildo<sup>9</sup> et<sup>9</sup> fratribus<sup>9</sup> qui<sup>9</sup> ibidem<sup>9</sup> estis<sup>9</sup> quomanentes<sup>9</sup> ipsas<sup>9</sup> uillas<sup>9</sup> que fuerunt de ipso congermano nostro domni<sup>10</sup> frolani<sup>10</sup> propter remedium anime mee<sup>11</sup> sicut michi comendabat<sup>12</sup> unde mercedem copiosam ante dominum accipiat<sup>13</sup> omnes<sup>13</sup> uillas<sup>13</sup> nominatas<sup>13</sup>. Id<sup>13</sup> sunt<sup>13</sup> medietatem<sup>13</sup> de<sup>13</sup> paratella<sup>13</sup> ad<sup>13</sup> integrum<sup>13</sup> et<sup>13</sup> medietatem<sup>13</sup> de<sup>13</sup> abolini<sup>13</sup> medietatem<sup>13</sup> de<sup>13</sup> salas<sup>13</sup> uel<sup>13</sup> uilla<sup>13</sup> de<sup>13</sup> sancto<sup>13</sup> martino<sup>13</sup> quanto<sup>13</sup> ibidem<sup>13</sup> potuerint<sup>13</sup> inuenire<sup>13</sup> et<sup>13</sup> illud<sup>13</sup> monasterium<sup>13</sup> de<sup>13</sup> seueri<sup>13</sup> integro<sup>13</sup> cum<sup>13</sup> cumtis<sup>13</sup> aiunctionibus<sup>13</sup> et<sup>13</sup> prestationibus suis si etiam et alias suas hereditates ubicumque<sup>14</sup> illas potueritis inuenire in parte illa<sup>15</sup> sicut iam supra<sup>16</sup> taxatum<sup>16</sup> est ut ad integrum permaneant deseruient ad locum<sup>17</sup> ipsum<sup>17</sup> sancti<sup>17</sup> salvatoris<sup>17</sup> et<sup>17</sup> sancti<sup>17</sup> vincipiti<sup>17</sup> sint<sup>17</sup> scripture<sup>17</sup> firmitatis roborem ad aulam ipsius<sup>18</sup> monasterii<sup>18</sup>. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo tam propinquus quam extraneis hunc factum nostrum infringere temptauerit sit anathema<sup>19</sup> in conspectu dei omnipotentis atque sanctorum eius et pro dampna temporalia afflictus<sup>20</sup> quadruplum<sup>20</sup> pariet<sup>20</sup> quantum ausus fuerit infringere et post partem<sup>21</sup> regi uel qui terram imperauerit duo auri libras uel ternas. Facta scripture<sup>22</sup> firmitatis<sup>22</sup> iii kalendas februarii. Era L<sup>a</sup> vi<sup>a</sup> post peracta millesima. Tuta domna in hac<sup>23</sup> scripture<sup>23</sup> firmitatis<sup>23</sup> a me facta<sup>24</sup> et manu<sup>25</sup> mea<sup>25</sup> signum inieci +.

Gundesaluus<sup>26</sup> menendiz conf. — Pelagius guntemiriz<sup>27</sup> conf. — Oduarins aloitiz<sup>28</sup> conf. — Mitus arias conf. — Gundisaluus galindiz<sup>29</sup> conf. — Guntinus<sup>30</sup> euenandi<sup>30</sup> conf.

Teton<sup>31</sup> galindiz<sup>31</sup> conf. — Menendus florenci<sup>32</sup> conf. — Suarius<sup>33</sup> galindiz<sup>33</sup> conf.<sup>33</sup> — Dulcidius abba conf. — Teodemirus<sup>34</sup> gundesindi<sup>34</sup> conf.

Garsia eneguiz<sup>35</sup> conf. — Suarius gundesindi<sup>36</sup> conf. — Fromarigus<sup>37</sup> louesindi<sup>37</sup> conf. — Queco eneguiz conf.

10 domno frolani

20 addictus pariet quadruplum

11 sue

21 parte pariet

12 comendauit

22 scripture firmitas

13 ille accipiat tam uillas nominatas monasterium de seuer cum cunctis aiunctionibus et prestationibus suis quod ibidem deseruierunt in uita de godesteo presbitero et de sindino diacono et addicimus ibidem hereditatem que fuit de eita toderediz in uilla nesporaria. quod parauit ad ipsum comitem domnum frolanum pro illo libro qui fuit de ipso monasterio et in uilla de sancto martino quantas ibidem potueritis inuenire usque in riuulo uauga et de illa alia parte uauga iii integra de villa de spinetello cum canctis

23 hanc scripture firmitatem

14 ubi

24 factam

15 ipsa

25 manus meas

16 superius determinatum

26 Gundisaluus

17 ipsum locum sanctissimum quod iam superius nominauimus hunc ipsum scripture nostre plenam habeat

27 gontemiriz

18 ipsum monasterium.

28 aluitiz

19 anathema marenata

29 gaindiz

30 Gotino euenandiz

19 ubi

31 Teton gaindiz

20 ipsa

32 folient

21 superius determinatum

33 deest

22 scripture firmitas

34 Todemiro gundesindi

23 hanc scripture firmitatem

35 eneguiz

24 factam

36 gundesindi

25 manus meas

37 Fromarigo leuesindi

*Pactum venditionis partis cuiusdam fundi in pago dicto Gazin, propè flumen Ave. Ex quodam codice, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira T. iv p[re]ae se fert, hausimus.*

In Dei nomine. Ego Rami, et uxorit mea Godo plaguit nobis bone pacis, et voluntas, nulius quoque gentis inperio, nec suadentis artigulo, nec pretimextis meduum, set probia mea voluntade, ut fazeremus vobis Doroscede Pelagiz, et conjungia vestra Domna Leodegundia, sigu et fazi kartula vendictionis, de ereditate nostra probia, que avemus in Villa quos voziant Gazin teridorio Portugalensis inter Ave, et Alister, in logo predicto in quintana de Villa, et in ipsa Villa Gazin. Damus vobis ividen quarta de ereditade de parentibus meis Tructesindo, et Nunillo, tanto nos compode inter meos fratres, vel eredes, et azepimus de vos prezio una vaka con suo filio in veginti modios, et unc meum in alio prezi, tanta nobis bene conplaguit; ida ut de odie die vel tempore, sedea de juri nostro abrrasa, et in juri vestro tradida, et confirmata, et de omnis posteridas vestras aveadis vos ipso quod supra resonat ubi, et illa podueridis invenire in illas vilas con quanto in se obtine, que a prestidum ominis est per suis terminis : inda ut si aliquis omo veneri, vel venerimus contra anc kartula inrumpendo, que vos in judizio devindigare non podueridis in voze nostra aut nos post parte vestra, comodo pariemus vobis ipsa eredide dubla, vel triplada et vobis perpedin avidara. Facta kartula venditionis nodum die secundo Nonas Marcii era milesima quinquagesima sexta. Ramiro et Nunilo in anc kartula manus nostra + s. Qui viderunt Enego testes, Tedon testes, Pelagio testes, Suario testes, Elias testes, Cresonio testes, Vimariz Presbyter testes, Sonimiro Notarius confirmo.

## CCXXXVI

*Descriptimus ex codice saeculi XIIII olim ad scrinium Monasterii Ecclesiolensis (de Grijó) pertinente, nuper in Publicum Archivum delato. Codex titulum Livro Baio Ferrado p[re]se fert.*

1018

**De tarauquela karta**

Ego gunsaluus petriz cum uxore mea uniscu muniz uobis Gudinu diaz et pelagio gudiniz et gunsaluo gudiniz facimus cartam uenditionis et firmitudinis de hereditate nostra propria quam habemus in tarauquela de parte auorum et parentum nostrorum uidelicet gunsalui eriz et matrone ramiriz v<sup>am</sup> minus quartam ab integro cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est ubicumque illam potueritis inuenire suis terminatam terminis nouis et antiquis pro qua accepimus a uobis pretium x et septem modios in ganado tantum nobis placuit et apud nichil pro dare remansit. Habeatis uos illam et omnis posteritas uestra firmiter iure perpetuo seculis seculorum. ita ut ab hac die et ora sit de iure et dominio abrasa et in uestro dominio tradita et confirmata in loco prefato tarauquela subtus monte grande discurrente riuulo tarauquela prope littus maris territorio portugalensi in domino sancte marie ciuitatis. Si uero quis uenerit de nostris propinquis sive de extraneis et hanc cartam contempnens infringere quesierit et nos in concilio defendere et uobis concedere noluerimus aut non potuerimus prout decet illam uobis componere cum suo melioratu festinemus et iudicatum. et carta retineat in suum rōbur. Facta carta xiii kalendas iunii. Era m l vi. Ego gunsaluus petriz cum germana mea uniscu illam propriis manibus roboramus. Qui presentes uiderunt. Pelagius test. Petrus test. Johannes test. Menendus notuit.

## CCXXXVII

*Recensionis, sive inventarii bonorum immobilium, quae in pago de Recardães Monasterium Vaccariciense possidebat, charta autographa, ex scrinio Conimbricensis Sedis in publicum Archivum delata, nobis textum praebuit. In perantiquo libro regestorum ejusdem Sedis, Livro Preto sic dicto, exemplar hujus inventarii manet, adeo vitiatum, ut diversum quidem documentum videatur. Hac de causa, apographum illud, minutioribus characteribus impressum, hic subjunxiimus.*

1018

Christus. In era millesima L<sup>a</sup> vi<sup>a</sup> superuenerunt fratres de uakariza in recordanes pro decernirent hereditatem que hic habebant de parte de ermesinda mulier de menendo odarizi et de gesmondo presbiter id sunt sub termino de eiras inuenimus quinon habet in amplio xxxviii<sup>or</sup> passales et in longo de rio usque in monte habet iacentia inter quinon de guncido et quinon de uermudo. Et decernimus alio quinon recto fonte de moracio habet in amplio xvi passales et in longo de rio usque in monte et ad iuso alio quinon sub illo uiminario habet in amplio xviii passales et in longo de rio in monte et iacet inter quinon de offilo et de moheb et inuenimus iuxta illa lagona ad curro de mauros recto ipso cubito ubi se torcit usque in ..... rio in longo et in amplio xiii passales et ipso quinon iacet inter larea de offilo et de uermudo. Et inuenimus recto fonte de laaina quinon habet in amplio xvii passales et in longo de rio in rego et iacet inter quinon de goncido et magister recemondo. Et alio quinon de forno in rio et in amplio xvi passales habet iacentia inter moheb et pelagio et ad iuso alio quinon recto penna de amarelle habet in amplio viii passales et in longo de rio in comaro iacet inter uermudo et offilo. Et ad iuso quinon de retorta habet in amplio xviii passales iacet inter moheb et tanoi. Et inuenimus inter ambas fontes pumare concluso cum xviii mazanarias cum suo terreno et alio pumar leua se de uallo de tanoi usque pleca in casale de didaco in longo et in amplio cum suo terreno et alio pumar leua se de quintana et feret in termino de pelaao.

**Agnitionis carta**

In era m<sup>a</sup> L<sup>a</sup> vi<sup>a</sup>. Sic peruererunt fratres de uaccariza in recordanes por decernerent hereditatem quam ibi habebant de parte de ermesinda mulier de menendo odoriz et de recemondo presbitero. Id sunt sub termino de eiras. Inuenimus quinonem habet in amplio xxxviii passales et in longo de rio ad montem habet iacentiam de una parte quinonem guncido et de alia parte quinon de uermudo et alio quinon ad fonte de ..... habet in amplio xi passales. Et hic ad iusum alias quinon sub uemineiro habet in amplio viii passales et in longo de rio ad montem et iacet inter offilo et moheb. Et hic iuso quinon

de furno habet in ampio vi passales et in longo de illo forno ad rio habet iacentiam inter moheb et pelagium et alio quinion a iuso de pomar de amarelle habet in ampio vi passales et in longo de rio in comaro et iacet inter uermudo et offilo. Et inuenimus in illa lagona ad curro de mauros iacia de tres passales et iacet inter offilo et uermudo et ad iuso a fonte de lagona quinion habet in ampio vi passales et iacet inter goncido et magister recemundo et ad iuso quinion de retorta habet in ampio vii passales et iacet inter moheb et tanoin. Et inuenimus ad ambas fontes pomar concluso cum xviii mazanarias et alio pomar leua se de ualle de tanoi usque plega in casal de donan et alio pomar leua se de quintana et ferit in termino de pelagio. Isto inuentario non saquetis illum sine me quia melior habemus alio et mandate michi illud testamentum de domna godo quia in placito sum pro illo.

## CCXXXVIII

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis de prompsimus.*

1018

**Carta uenditionis de hereditate que est in villa recordanes**

In dei nomine. Ego froni una cum filiis meis cidi cognomentum gutierre et ermesenda placuit nobis bone pacis uoluntate et spontanea nostra uoluntate ut uenderemus uobis toteillo abbatii una cum fratribus uestris monasterio uaccarize sicut et uendimus hereditatem nostram propriam quam habemus in villa recordanes circa riulo agata et habemus illam de patre nostro sagado diue memorie. Vendidimus atque concedimus uobis medietatem de ipsa hereditate ubicumque illam potueritis inuenire terras ruptas uel inruptas arbores fructuosas uel infructuosas montes fontes pascuis padulibus uel limitibus suis aquis aquarum uel sessicas molinarum per suos uicos et terminos antiquos per ubi diuidit cum cabaliares et eiras. Et alia parte spinelle habeatis et possideatis firmiter uos et omnis posteritas uestra iure quieto usque in perpetuum. Et accepimus de uobis proinde precium lxxx<sup>a</sup> solidos argenti quod nobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in debitum. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartam uenditionis ad irrumpendum que nos in iuditio post nostra parte deuindigare noluerimus pariemus uobis illam duplatam uel quantum a uobis fuerit meliorata Et uobis perpetim habituri. Facta carta uenditionis quod est Era m<sup>a</sup>l<sup>a</sup>vi.<sup>a</sup> Ego froni una cum filiis meis gutierre et ermesenda in hac carta uenditionis manus nostras roboraimus+++.

Louegildus presbiter test. — Roderigo presbiter test. — Offilo test. — Gundesindus oduariz test. — Elias test. — Miroa test. — Cidelio test. — Ninna test. — Sarrazinus test.

Nebridio test. — Vitar test. — Sauarigo test. — Dominicus test. — Tudenendo test. — Sandinus test. — Gundisaluus test. — Florer (*sic*) test.

## CCXXXIX

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis hausimus.*

1018

**Carta uenditionis de hereditate que est in villa recordanes**

In dei nomine. Ego ermesinda una cum filiis meis godda et elldora placuit nobis bone pacis uoluntate et spontanea nostra uoluntate ut faceremus uobis emilan abbatii et fratribus uestris cenobio uaccarize sicut et facimus de hereditate nostra propria quam habuimus de parte de meo patre sagado in agado in loco predicto villa recordanes et habeo ipsam hereditatem per medium cum meo germano cidi. Habeatis eam firmiter et quiete terras ruptas et inruptas arbores fructuosas uel infructuosas montes fontes pascua padulibus uel limitibus suis aquis aquarum uel sessicas molinarum per suos uicos et terminos antiquos ubicumque illam potueritis inuenire et accepimus de uobis proinde L<sup>a</sup> solidos argenti quos miserunt in nostra captiuitate ad illos iudeos. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartam uenditionis ad irrumpendum pariat uobis illam duplatam uel quantum a uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta carta uenditionis quod est Era m<sup>a</sup>l<sup>a</sup>vi.<sup>a</sup> Ermesenda una cum filiis meis in hanc cartam uenditionis manu mea roboro+++.

Offilio test. — Gutierre test. — Rodericus presbiter test. — Sudermano test. — Gundisaluus test. — Elias test. — Crescente hebreo test. — Nebridio test. — Vita test.

Tudenando test. — Sandino test. — Gundesaluus test. — Flores test. — Ninna test. — Cidelio test. — Sarrazino test. — Sentario test.

CCXL

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii descriptimus.*

1018 (?)

**Testamentum de boton de uenditionis**

Hec est karta uenditionis de omni hereditate quam habebat oborroz in villa boton quam hereditatem emit arias prior urbanensis cum suis fratribus de predicto mauro oborroz in tempore quo mauri conimbriam regebant in precio uidelicet una equa apoldrada. Et ecce terminationis ipsius predicti hereditatis. Ad oriente per illo liniolo quomodo conclude per uarzena. A parte aquilonis per illa lomba inter larzana per illo peso usque in illa arka quomodo sparte per ualle de kauallos usque in illo monte et diuidet cum marmeleira per illo kasal de olpinos et perge ad illa strada que discurre iuxta oleaster et perge per illa strada usque in illo ribulo et perge per illo ribulo usque retortas et conclude ab illo liniolo. Hanc hereditatem predictum maurum ad predictum emptorem uendidit sicut superius terminatur et integrum nominatum precium ab eo accepit. Vendidit uidelicet eam cum omnibus suis apprestationibus terras ruptas uel inruptas sesegas mollinarum ingressibus et egressibus. Et de hac uenditione cartam istam coram idoneis testibus smaelitis ut tunc mos erat et scribere iussit et manu propria r+ oborauit. Anno secundo regnum arabum Era cccc<sup>o</sup> x<sup>o</sup> secundum uero Era romanorum millesimo quinquagesimo sexto (*sic*).

Mohamed iben farfon test. — Halaf iben maruan test. — Abderahamen iben iahia test. — Hamed iben zaid test.

Gebir iben mahomad test. — Halaf iben houda test. — Mahomad iben maauia test. — Ebrahimi iben hamed test.

CCXLI

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1019

**Testamentum de hereditate que est in seuer quam matilli testata est simile cum villa castellanos**

Dominis inuictissimis ac triumphatoribus glorioisque martiribus sanctisque sancti saluatoris et sancti uincentii et sanctorum petri et pauli quorum baslice cernitur in loco predicto uaccariza subtus mons nuncupato buzacco secus riuulo disurrente mondeco suburbio colimbriense quos patrones habere uellimus et propagatorem uel intercessorem apud pium redemptorem desideremus cor pandimus famula uestra uel ancilla uestra uel ancillarum domini ancilla matilli cum peccaminum nostrorum mole depresso non usquequa disperatione deiciimus que etiam conscientie reatu nostro criminis sepe paueximus ut per uos tam domini sanctissimus martirum reconciliare mereamur ad dominum. Et quia scriptum est — Vouete et reddite domino deo uastro — Et ideo nos cum omni affectu mentis atque operis ipsam nostram deuotionem adimplendo procuramus quod pluriinis annis cogitamus modo adimplenimus. Ideo nos superius nominati matilli placuit mihi sana mente integroque consilio mente perfecta pacisque uoluntas ut adimplere lex quod glorijs principes nostri constituerunt una cum ortodoxis viris illustris presago spiritus plene cale rectis proculdubio declararunt de hereditate ad propinquis extraneis uel unusquislibet personis ut unusquisque de rebus suis cuiuslibet personis cum omni robore et perfecta firmitate habere tradere liceat. Et ideo pertimescentis diem iudicij magni rex (*sic*) repentina mors sub occasione in nobis deueniat placuit nobis ut faceremus ad ipsum locum et sanctorum altiorum iam superius nominati et ad ipsum abbatem todegildum et ad fratres qui sub eius regimine sunt in ipso loco cartulam testamenti series benefacti de hereditate nostra propria quam habemus de auis nostris uel parentibus diue memorieque quam nunc habemus in villa quam uocitant seuer et in loco predicto quem uocitant villa quintanella et est subtus monte zeureiro secus riuulo uauga territorio portugensi. Damus ipsas hereditates ad ipsos martyres iam supra nominatos et uobis abbatu uel fratribus uestris pro remedio anime nostre siue de parentela nostra. et adicimus uobis ibidem villam aliam quam uocitant villam castellanos cum suos santos et omnia que ad prestitum est hominis in calambria quam teneo compadrada de mea germana exemena et aliam rationem de filiis de gontina que transmutauimus in pessegario pro illa de seueri et post hec comparauimus illam de illos de seueri pro remedio anime nostre deseruant

*D. et C. Tom. I.*

38

ipso monasterio descruiat ingenuas sicut iam supra diximus iure monasterii huius pertranseat. Siquis tamen quod fieri minime credimus et indubitanter tenemus quod aliquis homo uenerit uel uenire conauerit contra hunc nostrum factum ad irrumendum uel infringendum de propinquis uel de extraneis uel quilibet homo In primis que domini sunt sit excommunicatus ab omni ceto christianorum et cum iuda traditore habeat participium in eterna damnatione et a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi sit extraneus. Ita et corpus eius non suscipiat terra sed maledicant ei qui maledicunt diei. Ipsum quod ausum fuerit contaminare aut inuellere quadruplum uobis componat et pariet post parte iudicum auri talentum et hunc nostrum factum plenam habeat firmitatem. Nodum die quod erit n<sup>o</sup> kalendas marcas. Era L<sup>a</sup>v<sup>a</sup> post peracta millesima. Matilli in hanc cartam manus robora- uimus.

Sindinus manuadiz test. — Goesteo leuengildiz test. — Froila manuadiz conf. — Froiulfo conf. — Enego gunsaluiz conf.

Eita uermuiz conf. — Arias froiulfo conf. — Cidelu alazag conf. — Ranemiro test. — Froiulfo uimariz test. — Vermudus test.

## CCXLII

**Donatio Monasterii de Sever abbatii et monachis vaccariciensis facta, quam praecedit notitia possessorum ipsius monasterii. Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.**

1019

**Agnitio cuiusdam testamenti**

Multis quidem est scitum et non paucis manet incognitum (*sic*) uel declaratum eo quod euenit monasterium de seucri hereditatem de suario gundesindiz et de coniuge sua domna goldrogodro. obtinuerunt ipsos domnos ipsum monasterium dum uita uixerunt et ad obitum suum fecerunt inde testamentum ad iacob abba et obtinuit eum ipse iacob in omni uite sue et ad omni obitum suum relinquit illam casam et illud testamentum in manus de sandinu suariz et de suo iermano gundesindo suariz quia ipse iacob non lauabit (*sic*) posteritate qui ipsum monasterium obtinuisse et per talem accionem tornabit illum in manus de ipsos domnos. Illi autem fecerunt inde testamentum ad gudesteum presbiterum et ad sandinum diaconum pro remedio animarum illorum simul et parentum eorum qui continuissent illam pro ipso testamento in uita monastica et non habuissent licentiam uindendi nec donandi non ad principem neque ad pontificem nec ad ullum hominem super faciem terre nisi qui obtinuisse firmiter pro monasterio et omne debitum eius per manus de ipsis domnis et pro ipso testamento et dum uita uixerint ipsos domnos et filii sui nominati fernandus sandiz et suarius sandiz obtinuerunt ipsos monacos ipso monasterio sano pro ipso testamento. et post obitum de ipsis domnis migravit gudesteus presbiter et remansit sandinus diaconus in illo monasterio. et tunc surrexerunt in ipsis temporibus filii perditionis gens ismaelitarum et prederunt ipsam terram in qua erat illud monasterium ipsam et alias de dorio usque in cordoba et cum eos andante froila gundesaluiz et in ciuis societate ipse sandinus diaconus. In his diebus erat prosapia de ipsis domnos forciacionatus de ipsa terra ante ipsa gens hismaelitarum. et tunc fecit sandinus diaconus negligentiam grauiter et inrumpit legaturam que erat conscripta in ipso testamento et uenduit ipso monasterio ad froilam gundesaluiz et fecit ei de illo cartam et dedit ei illum testamentum. Modo uero habuit deus misericordiam et tornauit ipsam terram in manus de et sedente froila gundesalui in monte maiore non placuit deo ista sede sed superualiauit eum menendus lucidi et cedauit illum foras de illo monasterio et de ipsa ciuitate simul et de tota ipsa terra et presit omnem suum ganatum simul et omnes suas scripturas que erant de ipso monasterio. et ista placuit deo ut deuenissent in manus de prosapia de ipsis domnos qui illi ad opus deseruiendo tradiderunt sicut ei deuenerunt in manus de nunno et suos iermanos qui sunt filii fernandi et nepotes sandini suariz. Ita uero accessit illis voluntas ut dedisset ipso monasterio ad deseruendum in monasterio de uaccariza et ad aulam sancti saluatoris et sancti uincenti leuite sanctorum petri et pauli apostolorum et sancti martini episcopi et ad tudeildum abbatem et fratribus suis et ut non habeant ibi licentiam nec ius aliquandiu progenies de sandino diacono qui illum uendiuuit. obinde nos nunus fredenandiz et sandinus fredenandiz pro nobis et pro nostris iermanis

facimus textum scripture de ipso monasterio de seucri ad locum uaccarize ad aulam de ipsis sanctos uel ad in-

deildum abbatem et fratribus tuis ut firmiter permaneat post parte tui monasterii cum cunctis aiunctionibus suis iure peremni. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit aut uenerimus an nos an filii an nepti nostri aut quilibet homo qui uos pro hoc munusculo inquietare uoluerint tunc pariet uobis qui talia comiserit omnia quod de sursum resonat duplatum uel quantum a uobis fuerit melioratum. et insuper dei maledictionem ipse sustineat et portas inferni possideat et cum iuda dei traditore partem habeat in eterna damnatione et post parte iudicium pariat auri talentum unum. et hoc factum nostrum plenam habeat firmitatem. Facta scriptura firmitatis III<sup>o</sup> Nonas decembris. Era L<sup>a</sup>VII<sup>a</sup> post peracta millesima. Nunus fredenandiz et sandinus fredenandiz in nostra uice et de nostras iermanas roborauiimus++.

Nunus fernandiz a me facta manu mea conf. — Sandinus fernandiz a me facta manu mea conf.

Pelagius pelaiz conf. — Euenandus ebregulziz conf. — Ascarigus diaconus conf. — Salvador presbiter conf.

Dulcidus presbiter conf. — Florentius presbiter conf. — Iohannes iben salute conf. — Dauid presbiter conf.

Guntemirus presbiter conf. — Arianus presbiter conf. — Sissnandus presbiter conf. — Iohannes presbiter conf. — Iohannes gunsaluiz conf. — Gundesindus sentariz conf.

Sandinus fredenandiz ad me facta manu mea confirmo.

## CCXLIII

*Pactum venditionis dimidiū praedii cuiusdam in villa de Ferreiros. Charta autographa, olim ad Monasterium Petrosense pertinens, et nuper ex scrinio Academiae Conimbricensis in Publicum Archivum delata, textum nobis praecepit.*

1019

Christus. In dei nomine ego mestalio salutem in deo eterna amen. Ideo plaguit nobis acesit uolumitas ut uenderemus uel conzederemus uobis fromaricu iben egas et coniungea uestra adusenda sicut et conzedimus uobis casas uineis pomiferis terras ruptas uel baruaras montes fontes pascuis padulibus exitum uel rezesum aquas aquarum uel sesicas molinarum per suos uicus et terminus anticus de quantum aprestitum est. de parte de auo nostro marco in uilla ferrarius subtus castro alahoucines discurrente ribulo uauca medietate uobis conzedimus pro que defructason ea omnes cuius non pertinet ad ereditare per coricula annorum et deuenemus cum eos ad ueridate in presentia uestra et proinde conzedimus uobis illa medietate et desupra accebimus de uos ad carta confirmando I<sup>a</sup> pelle conelia que nobis et uobis bene complacuit crado animo et bona mente. Ida ut de odie die et tempore de nostro iure abrase et in uestro dominio sit tradita uel confirmada aueatis firmiter uos et omnis postereditas uestra et si aliquis omo ad inrumpendum uenerit uel uenerimus et nos autorcare noluerimus pariemus uobis uobis (sic) illa duplata uel quantum ad uos fuerit meliorada. eo cod erit V<sup>o</sup> idus decembris era LVII<sup>a</sup> super millesima. mestalio in anc kartula uenditionis manus mea ro++. side auo meo marco ..... de magister gudes-teo manus mea ro+

donon presbiter test. — auriol presbiter — daniel test. — eita test.

arias salamoniz cos uidi

## CCXLIV

*Pactum venditionis villae cuiusdam in valle Gaiati dicto, propè Parada, sitae. Charta autographa, olim in scrinio Monasterii Morariensis servata, in Publico invenitur Archivo.*

1020

In dei nomine ego ero suariz et froila erotiz ideo placuit nobis bone pacis uoluntas nullo quoque gentis imperio nec metu pertineiscentes nec artigulo suadentis set propria nobis accesit uoluntas ut uinderemus uobis suario gundipsaluiz et uxor uestra gunterode uilla nostra propria quos auemus in ualle quos uocitant gaiati subtus parada iuuaze discurrente rribulo ure territorio portugalensis damus uobis ipsa uilla com domus ediuiciarum uel con quantum aprestido ominis in illa potueritis inuenire per suis loicis et terminis antiquis siue generis aruorum sicut illa obtinuerunt nostros successores ..... iure integra uobis illa concedimus per terminis antiquis pro que accebimus de uos precio CCLX<sup>a</sup> solidos in que nobis aplacuit et de pretio apud uos nicil remansit in de-

uido ida ut de odie in die et tempore siat ipsa villa de iure nostrum abrasa et in uestro iure et dominio siat tradida et confirmada. queatis uos et omnis posteritas uestras iure quieto temporibus seculorum. si quis tamen quod fierit non credimus aliquis homo uenerit uel ueneritmus ad intrunpendo contra anc cartula vindictionis que uos ad iudicio deuindigare non potueritis et nos noluerimus obturigare uel deuindigare post uesta parte comodo pariemus uobis ipsa villa dublada uel quanto ad uos fuerit meliorada et uobis perpetim auitura. facta cartula vindictionis sub die quod erit quod erit (sic) vii kalendas nobenbrias era lvm<sup>a</sup> peracta millesima. ero suariz et froila erotiz manus nostra++s.

Gundesindo arualdiz conf. — fredenando gundipsalbiz conf. — vidisilo uidisiliz conf. — suario gundesindiz conf.

arualdo gundesindiz test. — vegila gundesindiz test. — kacem ermiariz test. — cidi fredenandiz test.  
trasmiro test. — gundesindo test. — zomeile test. — egika test.  
randulfo notuit.

## CCXLV

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1020

**Testamentum de villa liuira et de villa que dicitur lazaro**

In nomine domini nostri ihesu christi. Ego gaudio et helias pariter cum uxore mea gratiosa et ildura presbiter et murido et uxor mea sisili et uidal et uxor mea eio placuit nobis per bona pace et uoluntate ut faceremus uobis andrias abbati et fratribus uestris in monasterio quod uocitant uaccariza uocabulo sancti saluatoris et sancti uincenti leuite et sanctorum apostolorum petri et pauli et sancte marie uirginis et omnium sanctorum facimus uobis textum scripture firmitatis de villa nostra que uocitant liuira in territorio colim briensi et de alia villa que dicent lazaro. et ipsas villas damus atque testamus ad ipsum locum supranominatum sancti uincenti ad ipsum abbatem supranominatum pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum et auorum nostrorum cum quantum prestitum hominis est terras ruptas uel inruptas arbores fructuosas uel infructuosas pauscuis padulibus aquas aquarum uel sessigas molinarum. Et ipsa hereditas diuidit ab orientale parte cum uillarino et ad meridiem per ipsum montem usque uertit ad illum rogio quem uocitant samia. Ab aquilone parte ubi uertit se illa linira in flumen certome. Ad occidentalem partem per ubi dicunt mamo rasa ubi est illa heremita que uocitant sancti romani. et diuidit per ipsam serram ad portum aureo et uertit in flumine certome per ubi concludent nostras hereditates. et ipsas hereditates desuper taxatas firmiter habeatis et possideatis in perpetuum. Et si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo tam de propinquis quam de extraneis hoc nostrum factum infringere temptauerit anathema sit et in conspectu dei omnipotentis atque eius sanctorum et pro dampna temporalia afflictus pariet quadruplum quantum ausus fuerit infringere et post parte regi uel qui terram imperauerit duo auri libras uel ternas. Facta est scribura testamenti kalendas decembbris. Era m<sup>a</sup> l<sup>a</sup> viii<sup>a</sup>. Nos supranominati in hoc testamento manus nostras Roboramus++++++.

Qui presentes fuerunt Ninnas test. — Ermeiro test. — Louegido test.

Vestremiro test. — Helias test. — Zalama presbiter Notuit.

## CCXLVI

*Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1021 (?)

**Carta uenditionis de hereditate que est in villa castrello**

In dei nomine. Ego ueneiro una cum meis neptis nominibus fafila ueneiro connomento cidi froila gundemario guntildi crastina uobis domna unisco et filio uestro domno oseredo ideo placuit nobis per bone pacis uoluntatem nulloque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metu sed propria nobis accessit

uoluntas bona ut ubi uinderemus atque iam supernominatus hereditate nostra propria nos habemus in uillam castrello et in uilla et tras durio uilar de uizoi de nn duas partes et in uilla castrello de uarzena maior per illam aquam de medio viii<sup>a</sup> duas partes de uarzena mediana de iii<sup>a</sup> ii partes. De uarzena de petra de viii<sup>a</sup> duas partes et de casal de muza cum suo agro de vii<sup>a</sup> ii<sup>a</sup> partes. In agro de sabugano de medio duas partes. In bauza de vi<sup>a</sup> duas partes. In agrello duas partes de vi.<sup>a</sup> Et in uilla zimae de hereditate aduleo de medietate duas partes. Damus ipsas uillas atque concedimus cum quantum ad prestitum hominis est In domos in pumares figares sautos ameisenares uineas aquas cursiles et incursiles petras mobiles et immobiles terras ruptas uel baruaras egressum uel regressum in montes in fontes exitus mohtium per terminis et locis antiquis. Et in illa riparia durio nostra ratione comodo et de illas hereditates que in carta resonat ubicumque illas potueritis inuenire. et accepimus de uobis precium pascibile in boue et in uacca et in pannos et in pane lx<sup>a</sup> modios que nobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in debitum. Ita ut de hodie die uel tempore de nostro iure habeatis et in uestro iure et dominio sit tradita et confirmata habeatis uos et omnis posteritas uestra iure quieto. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartulam uentionis que in iuditio deuendicare non potuerimus post parte uestra quomodo pariemus uobis hereditatem duplatam exter iudicio et uos in perpetuum habeatis firmiter. Facta uentionis cartula Era L<sup>i</sup>x<sup>a</sup> (sic) x kalendas marci. Veneiro froia uenerio cognomento cidi. Froila gundemaro guntildi grastina manus nostras roboramus ++++++.

Randinus boniz test. — Truitesendo sentariz test. — Truitesindo sindiniz test. — Gundesindus test. — Magister sandinus test.

Aluitus palmaz test. — Trasarigo test. — Magister cidi test. — Aridius test. — Monderigus test. — Rodericus test. — Froia test. — Cidelio test. — Vermundus test.

Magister sendinus Notuit.

### CCXLVII

*Ex libro regestorum, Livro de D. Mummadona, sic dicto, hausinus.*

1021

### Kartula de uno casale in margaridi

In nomine domini nostri ihesu christi. Ego famula dei bronili confessa in domino deo eternam salutem amen. ideo placuit nobis bone pacis uoluntas ut faceremus tibi idila et uxor tua astileoua cartula de casale meo proprio que habeo in villa margariti quos mihi concessit mea domna mummadonna quos mihi illa concessit pro seruitium que ei illa complacuit et meos directos et mea offertione quos ad illa complacuit et fecit inde nobis scripture in concilio de vimaranes. proinde concedimus uobis illa ut abeat nobis in memoria in cereum et oblationem panem distribuendo pauperibus pro remedio anime nostre. damus atque concedimus tibi illa quomodo nobis illa domna concessit cum cunctis aprestationibus suis quantum in se obtinet ab integro. habeatis uos et omnis posteritas uestra. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquid omo uenerit qui hunc factum nostrum intrumperit in primis sedeat scumunicatus et cum iuda traditore habeat parti et ibit in eterna dampnatione Amen. et insuper pariet tibi ipsa hereditate duplata uel quantum a nobis fuerit meliorata. Facta cartula firmitatis notum die quod erit x<sup>o</sup> viii<sup>o</sup> kalendas iunii. Era m<sup>a</sup> l<sup>a</sup> viii<sup>a</sup>. Bronili confessa in hac scripture manu mea confirmo. Mummadonna proliz didaz conf. Tuta domna conf. Arias tructesindit conf. Valascus conf. Ordonio conf.

## CCXLVIII

*Unisco Menendiz et Oseredus filius ejus Monasterium de Leça et omnia bona mobilia atque suppellectile quibus illud monasterium ditaverant Vaccariciensi coenobio donant. Vide n. ccxxii ad annum 1013? Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1021

**Testamentum de agelanes cum sua uarzena**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego unisco prolis menendi et patrina in domino deo eternam salutem amen. Vobis toteogildo abbatii et fratribus et sororibus habitantes in monasterio uaccariza concedimus uobis ad ipsum locum sancti saluatoris et sancti uincenti leuite et sancti iuliani basilisse et sancti martini episcopi et sanctorum apostolorum petri et pauli monasterium de leza cum cunctis adiectionibus suis et prestationibus secundum quod illum obtinuit pater noster truitesindus. et ego unisco cum filio meo oseredo uilla de agelanes ab integro cum sua uarzena. leua se ipsa uarzena de arrogio et discurrit sub casa de launa et plega de longo usque in arrogio qui discurrit de maniulfo de suo uilar et illa alia uarzena que se leua de illo alio arrogio maior de maniulfo et fer in ponte petrinea de leza et de illa alia parte de monasterio leua se de illo monasterio et fer de longo in arrogio et discurrit de casal de adaulfo. et de uilla eodemir <sup>iii<sup>a</sup></sup> integra per suis terminis secundum illam obtinuit auia nostra trastalo. hereditates que iacent in patrocello et in saltarios tam de auolengo quam etiam in nostras cartas resonat et de villa necariede medietatem integrum et de illa alia media <sup>ii<sup>a</sup></sup> actabas (*sic*) una de recemendo et alia de argiudo. hereditate de mala ibi in ipsa villa idem in ipsa villa. hereditate que fuit de domno uilifonso ab integro. hereditate de fromosindo ab integro. hereditate de romano <sup>v</sup> integra. de hereditate de fromarigo <sup>v<sup>a</sup></sup> integra. Et in villa kaeiros nos (*sic*) hereditate quam hic habuit frater sauarigo comparata. villa manualdi cum omnibus adjunctionibus suis villa pausatella quomodo obtinuit illam auia mea uistoregia cum uiro suo galindo gunsaluiz hened (?) villa sunillanes cum omnibus adjunctionibus suis mitonaelli et canderedi uillar cum omnibus adjunctionibus suis. caitorelo et alias uillar toradurio. alduari cum omnibus adjunctionibus suis et una ecclesia uocabulo sancti martini idem in manualdi duas partes de ecclesia sancti mameatis. Damus uobis atque concedimus ipsud quod in testamento restat ad ipsum monasterium iam supradictum pro remedio anime de uiro nostro tructesindo et filios nostros oseredo et patrina. Damus uobis ad ipsum locum monasterii et ornamenta ecclesie. id est librum antiphonalium. librum comitum. libro ordino sermonum. Regula passionum de sancti ascischi usque sancto sebastiano. psalterium. crucem. capsam. casula de olari. amictum et alua et dalmatica et ii orales. calicem argenteum cum sua patena. signum de metallo et quantum adhuc cum dei adiutorio augmentare potuerimus in uita nostra post parte ipsius monasterii sit traditum atque concessum. Si quis tamen aliquis homo tam humilior quam inferior seu ex genere nostro hunc factum nostrum quod pro animabus nostris remedium facere procurauiimus ex uoto proprio uel inmodico conuellere uel usurpare temerarie uel leuiter conauerit quisquis ille fuerit exter adfinis sit anathema marenata multatus ab omni ecclesia catholica seiunctus ad corpore et a sanguine redemptoris separatus in conspectu dei et apostolorum siue ad agmina martirum excommunicatus. Ita ut partem in resurrectione prima non habeat sed iuda domini traditorem effectus baratri pena iugiter permaneat mancipatus et presenti euo amborum carens lucerne frontibus lumine sit priuatus et quantum inde usurpare voluerit septuplum componat pro seueritas iuditio. et hec firma perpetim permaneat testamenti scriptio. Nodum die quod erit xii kalendas decembris. Era L<sup>a</sup> viii. <sup>a</sup> Vnisco in hac serie testamenti quod uolui fieri manu mea confirmo +++.

Qui presentes fuerunt Truitesendo sentariz test. — Cartomiro sentariz test. — Desterigo patriz test. — Sauarigo iustiz test. — Esmorigo presbiter conf. — Odario gualamiriz conf.

Fafila fromariguiz test. — Aluitus gondesindiz test. — Gudesteo petriz test. — Gonderedo test. — Et de fratribus de illo abbatte Frater Floride.

Magister enuenando manu mea conf. — Frater mauran conf. — Frater petrus conf. — Magister dulcidius conf. — Magister gutierre conf. — Menendus presbiter Notuit.

## CCXLIX

*Gundisalvus Menendiz donat coenobio Valeriensi quemdam fundum in villa de Avenaleda Leneti dictum. Autographa charta ex scrinio Vaironensis Monasterii nuper in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1021

Christus. In nomine domini et individue sancte trinitatis patri et filii et spiritu sancti regnantis deus in secula seculorum amen. Ego Gundisaluo menendiciz placui mihi pro remedio anime mee ut facio testamentum de uno casale de mea hereditate que ganaui de meo patre menendo patriciz pro meo pretio et dabo illo integro. et non uenit nostra nostra (sic) mulier ibi pro nulla parte nec filios de alia mulier non uadant ad illia que ganamus in uila de auenaleda ad illa. et dabo illo ad sancti saluatoris et sancte marie uirginis et sancti micaelis arcangeli et xii<sup>m</sup> apostolorum qui ibi recondite sunt in cuius domum et honor fundato est acisterio ualeri subtus castro de boue territorio portugalensis disurrente riuolo aue. testo ad ipsum locum sancti saluatoris illo casale ..... quos uocant leneti. Dabo ipsa hereditate post parte testamenti ut habeant inde adiutorio fratres et sorores que ibi habitantes fuerint et via mod ..... uiuerint et uila sancta perseuerauerint habeant et possideant usque in seculi per suis terminis et locis antiquis cum exitum et cum regressum intus et foris per ubi illa potueritis inuenire. Et si aliquis homo uenerit tam de nostra parte quam extraneis contra hunc factum meum intrumpendum ipsa persona qui tale ausus commiserit in primo sedea excomunigado ... corpus et sanguinis domini separatus et maledictus usque in septima generatione et iuda traditore in inferno inferiore luit pena amen. et duo auri talenta et pro parti testamenti quantum inquietare tantum duble et decies centena et qui illa terra imperauerit alio tanto in indicato et insuper anatema marenata qui est LXX<sup>a</sup> et II<sup>as</sup> maledictiones et hunc factum nostrum plena abea firmitate et robore. Notum die erit VIII<sup>o</sup> kalendas decembrias. Era M L VIII<sup>a</sup>. G. menendici in hac series testamenti manu mea r+ouoro.

Qui preses fuerunt Pelagio test. — Gundisaluo test. — Petro test. — Adefonso test.

Gundisaluo presbiter notuit.

## CCL

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Sanguinhedo. Charta autographa ad Monasterium de Pendorada pertinens in Publico servatur Archivo.*

1021

In dei nomine ego sarili uobis auingesindo et osore uestra patrina (?) plagui mici per bona pacis et uolumtas ut uindere uobis omnia mea ereditate quod adueo de aduio meo astrugulſu et pater meo manualdu de omniat ipsa ereditate que adueo in uila sanguiniedo subtus monte corduua teredorio portugalensis adueo iacencia ..... in kasas in uineas in pomares in souttos in deuesas in aquas cursiles uel incursiles uel quantum ad prestidu omniniſt est per suis terminis antiquis quantum me copoda inter meos fratres uel eredes et adcepimus de uos precio XIII<sup>m</sup> modios (?) que nobis bene complaguit ida ut de odie die et tempore adueadis uos ipsa ereditate et posteritas uestra ut quicquid exinde facere uolueritis liuera in dei nomine adueadis potestate. si quis sane eo fierit non credo si aliquis omo uenerit uel uenerimus ad intrumpendum contra anc kartula uendicionis que ego ad ad (sic) iudicio non ualeat (?) deuendere poste pos (sic) parte uestra aum (sic) uos in mea uoce comodo pariet uobis ila ereditate duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim aduidurum. notum die III kalendas decembrias era LVIII.<sup>a</sup> sarili in anc kartula uendicionis manu mea + fecit. faſila. sindinu. trasulſu. zidi sandizi. guntado presbiter (?) et uidimus rouorare.

## CCLI

*In libro regestorum Vimaranensis Collegiatae qui Livro de D. Mummadona inscribitur hoc invenitur documentum post illud quod sub n.<sup>o</sup> CLXVIII jam typis mandavimus. Charta enim vero haec de eodem argumento agit.*

1022

**Item alla karta de ipso sancto martino**

Ad multis uero temporibus uenit febris trabissima ad ipse domno Valasco unde migrauit ab hoc seculo. Et ibidem fuerunt congregati in vimaranes comitissa tuta domna Pelagius guntemiriz Honoricus abba cum omnem congregationem ipsius monasterii et in ipso concilio saccabit ipse domno valasco ista scriptura ut dedisset ea ad honoricus abba et ad ipso monasterio sicut uerbum habuerat. et quando uidit illa comitissa et ipsos domnos hanc causam ordinarunt in ipso concilio ut dedissent ea ad nepti suo uelasco pelagii sicut et dederunt. Obinde ego co-mitissa domna tuta et pelagius gontemiriz et honoricus abba a tibi valasco pelaiz concedimus tibi ipsa ecclesia supranominata sancto martino ut habeas et possideas ea in uita tua pro animabus ipsius domnos supranominatis ut semper pro eis cereum et oblationem ad ipsa ecclesia offeras et in oratione ad memoriam eos abeas in uita tua et ad obitum tuum relinque ea ad sacerdos que bonus fuerit de propinquis tuis aut extranei que boni fuerit uel ad ipso monasterio iam prefatum vimaranes aut ubi tua extiterit uolumptas que te ad memoriam habeant et ipsi que supra notati sunt in testamentum et in carta. Et si aliquis homo uenerit que tibi illa calumpniet exter aut de propinquis nostris quisquis ille fuerit pariat tibi ipsa ecclesia in quadruplum et ad iudicis terre istius auri talenta duo. et hec scriptura plenissima habeat firmitatis roborem. Facta scriptura conceptionis et firmitatis x<sup>o</sup>ii<sup>o</sup> kalendas Septembres. Era m<sup>a</sup> LX.<sup>a</sup> Tuta domna. Pelagius guntemiriz et honoricus abba manus nostras roboramus.

Pipinio gemundia quos uidit — Lacricio ualascoz quos uidit — Louegildus quos uidit.

Pelagius pepinot quos uidi — Pelagio anegildit que ea adsignabit — Fagildus astrulfit notauit.

## CCLII

**Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.**

1025

**Carta uenditionis de villa de seuer**

In dei nomine. Ego citello et uxor mea ermegodo placuit nobis pro bone pacis uoluntas asto animo integro que consilio ut uenderemus uobis gunsaluo galindiz et uxor uestra godina sicut et uendimus hereditatem nostram propriam uillam prenominatam quam uocitant seuer nostram rationem ab integro tam de parentela quam de comparadela ubicumque illam potueritis inuenire quantum ibidem ad prestitum hominis est per suos uicos et terminos antiquos exitus uel regressus aquas aquarum uel sessicas mulinarum terras ruptas uel uarcinas montes fontes casas parietes sautos pumares figares cersales uel omnia pomifera omniue ritu et abet iacentia in villa seueri subitus monte zebrario discurrente riuulo uauga et determinat cum munasterio seueri et alia pars cum silua scura et alia pars de sancto martino ubi nostram rationem inuenieritis in ipsa villa nostro iure inuenieritis. et damus uobis ipsas uillas pro eo quod sacastes nostros filios de catiuo et dedistis pro illis unum maurum de sena in ccc solidos quia nobis et uobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in debito et uos dedistis et nos accepimus ut de hodie die uel tempore sit de nostro iure abrasa et in uestro iure tradita uel confirmata ut habeatis uos et omnis posteritas uestra et uos perpetim habituri iuri quieto. Et si aliquis homo uenerit uel uenierimus ad irrumendum istum nostrum factum aut nos aut filios aut nepotes aut cuiuslibet generis homo uenerit uel uenerimus et in concilio noluerimus autorgare aut nos aut filios quomodo pariemus uobis ipsam hereditatem duplatam uel quantum a uobis fuerit meliorata. Facta carta uenditionis nodum die quod erit ii<sup>o</sup> kalendas augusti. Era LX<sup>a</sup> post millesima. Citello et ermegodo in hanc cartulam manus nostras roboramus ++. Qui presentes fuerunt Azarias conf. — Dauid losidiz test. — Tedon soariz test. — Pelagius soderigiz — Munio aluitiz test. — Dido aluitiz test. — Bazaco (?) Notuit.

CCLIII

*In Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptum invenimus.*

1023

**Carta uenditionis de hereditate de seuer**

In dei nomine. Ego citello iben alazade et uxor mea ermegodo prolis manoi una pariter cum filiis nostris uobis tudeildo abbati et fratribus uestris placuit nobis asto animo et prompta mente et propria nostra uoluntate neque pertimescentis metum nec suadentis articulo sed propria nobis accessit voluntas ut faceremus uobis iam dictis cartam uenditionis de hereditate nostra propria quam habemus in villa seueri et in quintanella subtus monte zebrario discurrente riñulo uauga territorio portugalensi. et habuimus ipsam hereditatem de parte nostrorum parentum nomine manualdo et sesilli ipsam hereditatem integrum de parentela quam etiam de comparadela tanquam illam obtinuit manualdus et sesili in suo iure quomodo diuidet per terminum de silua scura et per terminum de palaciolo et per terminum de nugaria et per terminos antiquos cum quanto in se obtinent quantum in illa potueritis inuenire uel quantum ad prestitum hominis est. et accepimus de uobis precium aderatum et definitum ccc soldos argenteos tanquam nobis bene complacuit uos dedistis et nos presentes accepimus et de ipso precio apud uos nichil remansi in debitum. Habeatis uos et omnis posteritas uestra uel cui illa tradita fuerit de manibus uestris. Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus ad irrumendum contra hanc cartam uenditionis que nos in iuditio deuendicare non potuerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra habeatis licentiam adprehendere de nobis quantum in carta resonat trippatum et post parte potestati qui illam terram imperauerit aliud tantum et insuper quantum ibi fuerit melioratum et uos perpetim habituram. Facta carta uenditionis nodum quod erit xi<sup>o</sup> kalendas octobris. Era L<sup>a</sup>xi<sup>a</sup> superacta millesima. Citellus et ermegodo in hac carta uenditionis manus nostras ++.

Qui in ipso concilio fuerunt hi sunt nominibus suis. Fernandus moniz quos vidi — Creisedo marquiz quos vidi — Domnus presbiter uermudus quos vidi — Vuentius test. — Arias presbiter test. — Stephanus test. — Mathenus froilaz test. — Vimara test. — Godesto louegildiz test. — Ramirus uimariz test. — Gontemiro abreganiz test. — Quirinus soleimaniz test. — Pelagius salamiz test. — Arias abbas conf. — Gundisaluus gaindiz manu mea conf.

CCLIV

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in villa de Adães siti. Ex charta autographa in scrinio Monasterii de Pendorada inventa et nunc in Publico Archivo custodita, sumpsimus.*

1024

In dei nomine ego abas petrus sancti Romani una pariter cun fratres meos In domino deo eterna salute amen. Ideo placui nobis per bona pacis et uolumtas ut faceremus a uobis afonso pelaiz et uxor tua Maria condisaluiz sicut et facimus karta uendicionis per scripture firmitatis de hereditate nostra probria que abemus de testamento de goina aluitiz que testauit at sancti Romanio hic est de auola uestra et abet iacentia ipsa hereditate in uila adalanes subtus mons bastucio teridorio bracalensis discurrente ribolo katabo in loco predicto in ila quintana doneca damus inde a uobis vi<sup>a</sup> integra concedimus uobis illa per ubi illa potueritis inuenire per suis locis et terminis antiquis cum quantum in se obtinet uel obtainuerit et a prestitum hominis est et accèpimus de uos precium iii boues de dece x modios tantum a nobis bene complacuit et aput uos nichil remansi pro dare. Habeatis uos illa firmiter iuri quieto temporibus seculorum. et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc factum nostrum ad irrumendum que nos in iudicio deuendicare non potuerimus aut uos in uoce nostras (?) et nos noluerimus auturgare quomodo pariemus uobis illa hereditas dublata et iudicato. Facta kartula uendicionis die erit xii<sup>o</sup> kalendas octobris. Era T LX<sup>a</sup> II.<sup>a</sup> Nos superius nominatos tibi afonso pelaiz et uxor tua Maria goncaluiz in hac kartula manus nostras robor++amus. Pro testes qui uiderunt Suario testes. Petrus testes. Menendo test.

Alouitus qui exarauit — Gutiere qui notuit.

## CCLV

*Fromosindus Romariquiz filii suis cessionem facit bonorum suorum inter flumina Paiva et Alarda existentium. Charta autographa, olim ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1024 (?)

Christus. Fromosindo romariquizi placitum uel cartula facio a nobis filii meis sindila presbiter et camariz et eugenio et romarigo et eudo et louegildo et alio sindila placuit mici asto anima (*sic*) et propria uolumtate nulum quoque gentis inperio nec suadentis artigulo set accesit mea propria uolumtas ut faceremus scripture firmididis de ereditate nostra propria que auemus inter pauia et alarda territorio urbis anega subtus mons serra sica discurremte ribulo sardoria (?) et ipsa uila rial in logo predicto ... castro et alio castro et fredumir sic meo patre sibe de ganantia et hic in uarcena donega et in agrela et in aciuito et sancta christina et sancto salbatore et nugaria et sancti petri et in alias logares ubi illa potueridis inuenire et alias logares suos pos..... cum omni suas presentias per hunc nobis delimitauimus uel coram testes asignauimus pro que .... meo filio fernando de meo precepto et exederaui ... de tota mea rem et qui inde in aliqua causa ausatus fuerit illa contaminare sedeat ..... et cum iuda traditore abea participio. abeadis uos et omnis posteridas uestra iuri quieto temporibus seculorum. et si aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc cartula ad inrunpendum quomodo pari..... dupladas uel tripadas et insuper xx boues et suo iudigado. Nodum die quod erit ..... kalendas agustas Era ..... cartula manus nostra rouorauit + qui preses fuerunt fromosindo roderiquiz test. ..... sindila notuit.

## CCLVI

*Abomar Gutiniz communicat dominium fundi cuiusdam in Villar de Porcos (incommuniare dicebatur) cum Froila Popiz. Charta autographa ad Monasterium Morariense olim pertinens, in Publico servatur Archivo. RIBEIRO (Dissert. Chronol., T. I, Append. N.<sup>o</sup> 13) juris publici jam fecerat.*

1025

Christus. Abomari gutinizi placitum facio tui froila popizi sup diem quod erit <sup>nn<sup>o</sup></sup> kalendas abriles era <sup>lxiii<sup>a</sup></sup> pro ipse plamtato que faces in illa ereditate de uilar de porcus que nosco adbes ad partire que plamtes ila et aduementes quantum potueris in ila nostra rationem et abeas tu nosco pro medio ilo plamtato et tua semen con illa nostra pro medio in que ilo plamtato durare et postquam ilo plantato fueri delicto de ila terra reliqui ila tu aut qui de tua semen fueri in manus de progenie nostre et in uita nostra abeas tu nosco pacato et non faciamus tui numla supposita mala pro que tuo labore krescas sine tuo facto et si placitum exseserimus kariesca ipse plamtato con suo terrenus. abomari gutinizi tui froila in oc placitum nauis (*sic*) mea + qui presem fuerunt pelagio erotizi test. mendo garceazi test. simdinus arias test. eirigo ianariadizi. ero presbiter notuit.

## CCLVII

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Paçó. Charta autographa, olim ad Petrosense Monasterium pertinens, ex scrinio Conimbricensis Academiae, nuper in Publicum Archivum delata est, ibique invenitur.*

1025

Christus. In dei nomine ego sindinu abormaz et iermana mea gudina abormaz Ideo placui nobis per bona pacis et uolumtas ut faceremus a tibi ranemiru prouesendiz et uxori tua adosinda cartula uendictionis per scripture firmitatis de ereditate nostra propria que abemus in uilla que uocitant palaciolo et fuit ipsa hereditate de pater nostro aborma didaz et de auiorum nostrorum subtus mons sagittela discurrente riuulo quetini (?) territorio portugalensis et abet iacentia ipsa ereditate in loco predicto inter palaciolo et uilla nugaria uendimus a nobis de ipsa ereditate qui fuit de auorma didaz medietate integra per suis locis uicus et terminis antiquis per ubi illa potueritis inuenire cum quantum in se obtine et a prestitum ominis est uos uendistis et nos accepimus. et accepimus de pretio de uos uno boue de xiiii modios et una pelle de xiiii<sup>m</sup> modios tantum nobis bene complacui et de pretio

apud uos nichil non remansi in debitum. Ita ut de odie die et tempore siat ipsa ereditate de iuri nostro abrasa et in uestro dominio sit tradita et confirmata abeatis uos et omnis posteritas uestra ipsa ereditate firmiter uos usque in perpetuum habituri seculi. Siquis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo ueneri uel uenerimus contra hanc cartula uenditionis que nos a parte uestra deuindicare aut obturgare non potuerimus aut noluerimus nos quomodo pariemus nos aut posteritas nostras ad uos aut a posteritas uestras ipsa ereditate dublata uel tripata et quantum ad uos fuerint meliorata et uos perpetimabituro. Facta kartula uenditionis in die quod erit vīnō kalendas iunii. Era m<sup>a</sup> LXIII.<sup>a</sup> sendinu et gudina in hanc cartula uenditionis per scripture firmitatis manus nostras r+to-s.

Geda test. — Froila test. — Germias test. — Sauarigu test. — Donam test. — Egas test.  
Sandinus presbiter notuit

## CCLVIII

*Unisco, nobilis mulier, servas suas quasdam manumittit. Antecedunt acta litis de origine earumdem servarum. Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1025

**Agnitio intentionis**

Ad multis quidem est scitum sed non ad paucos manet declaratum Obinde orta fuit intentio inter rodericum guimiriz in sua uoce et de suos heredes contra cresconium qui calumpniabant illum pro a seruicio. et era ille in seruicio et in iure de oseredo truitesindiz et de sua mater domna unisco et aquerelarunt se ante illum comitem menendum gunsaluiz qui illo ipso tempore docebat omnia et mandauit eis ut pcessent ante ipsum dominum oseredo et dedisset eis cum eo ueritatem sicut et dedit per sagionem nomine gundesindo. et causatus fuit cum eo rodericus goimiriz in sua uoce et de suos heredes et ante iudices prenominati oseredus tructesindiz menendo sesnandiz gudesteo presbiter sesnandus menendiz et pro sagione gundesindo et dedit ei cresconius suum assertorem nomine magister euendando qui potuisset se deuendicare de ipsa calumpnia per ingenium et eos dederunt testimonias de amborum parte hic in gundemari et pergerunt pro a lege et pro eis qui erant inter eos in ueritate et ordinarunt inter eos ut traucisse ipso roderico cum suo testimonio per illos colmelos super ipso cresconio et per suo nocente sicut in iudicato resonat. et deuenerunt inde ad particionem et dederunt inde ad dominum oseredum et ad suam matrem domna unisco in suo iudicato ipso cresconio et cum r<sup>a</sup> filia nada nomine maria et in iure de ipsos dominos genitas fuerunt de ipso cresconio alias duas filias nomine argilo et cdrozia et in nomine sancte dei et indiuidue trinitatis in domino deo eternam salutem amen. Vbi dicit (?) in dei nomine unisco prolis menendo et patruina tibi mancipias nostras nobis maria et argelo et otrocia filias cresconio in domino deo eternam salutem amen. Incertum est enim tempus unde quod nos tale ducimus casum quia nec inicium nascendi nobis nec finem ouite nostre scire ualemus quando geniti fuimus et ob hoc seculo migraturi fuerimus. Hanc nos res excitat ut aliquid bene faciamus ut ante dominum copiosa conueniat mercis admonente nobis illo prouetico quod esayas uades intonat dicens — Dissolute colligationes impietas dissolute fasciculos deprimentes dimitte eos qui confracti sunt liberos et omne onus eorum disrumpe et alium dimitimus unusquisque seruum uel ancillam suam Quia non fecit dominus unus seruns et alium liberum sed totum hominem deus liberum fecit —. Et idem in psalmis — Exiet spiritus eorum et reuertetur in terra sua in illa die peribunt omnes cogitationes eorum —. Obinde ego iam dicta unisco tibi mancipias nostras iam supradictas absoluimus uos ab omni nexu et ab omni iugo seruile et ante dominum libera uoce dicamus — da domine quia dedi miserere quia misericordiam feci absoluimus uos ut sitis liberas et ingenuas agendi manendi laremque fouendi —. Damus atque concedimus uobis pecus uel peculiarem nostrum tam quod habetis uel cum dei adiutorio augmentare potueritis et non damus uobis alio patrocinio nisi soli deo et regem celi et diem sancti atriani et natalie ut cor eentes oblatione pro anima uiro meo tructesindo et de filiis meis doredo et patruina. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo aut ex propinquis nostris uenerit ad irrumpendum hunc nostrum factum in primis siat excommunicatus et separatus a fide christi et cum iuda traditore habeat participium et pariet reus directos duplatos uel triplatos per singula capita et insuper d<sup>r</sup> soldos per singula capita et alud (sic) ei qui illam urbem imperauerit aliud tantum. Facta agnitio nel firmitatis cartula ingenuetatis xvi<sup>o</sup> kalendas iulii. Era LXIII.<sup>a</sup> Unisco nisconi deuota in hanc agnitio nel firmitatis cartula ingenuetatis manus nostras roboramus + + + et audierunt et uiderunt. Magister cresconio salomoniz conf. — Guandila presbiter conf. — Gundulfus presbiter conf. — Godinus presbiter conf. — Froia didaci conf. — Aiulfo trasulziz conf. — Sancio erotiz conf. — Sandinus presbiter conf. — Abolfeta conf. — Fafila test. — Fafila test.

## CCLIX

*Ex libro regestorum Vimaranensis Collegiate, qui Livro de D. Mummadona inscribitur, descriptimus.*

1025

**Carta de villa mediana et de villa aminitello**

Obinde ego adefonsus serenissimus princeps ad uicem et personam filii mei etiam in persona domna mummadonna una cum consensu comite Nunus aloitiz et uxori eius comitissa domna ilduara etiam et comitissa domna onneca seu et comitissa tuda uegillaz et filii meis ermegildus et lupe tibi petro aloitiz in domino deo eternam salutem amen. Placuit namque serenadi nostram gloriam ut faceremus tibi petro aloitiz cartula firmitatis de villas nostras proprias que fuerunt de parentes nostri dux menendus gondisalui et tuta domna it sunt villa mediana medietate ex integra de ea cum incommuniatione de menendo et alias hereditates in ipsa villa que in nostras cartas tenemus et uilla aminitello tercia porcione de ea sicut ea fuit de gondesindo osorit et de uxori sua domna eilo. et alia tercia in ipsa villa aminitello que fuit de cidi odoriz que contramutaui cum illa comitissa post morte de ille comite per innentarios et scripturas pro alia villa que dedit illa comitissa ad ipse cidi tras cadauo nunccupata laco. concedimus tibi as villas superius nominatas pro alia villa quod tibi concessit tya nostra et mater comitissa tuta domna per cartula firmitatis nunccupata cezilli quod tibi dederunt in pretio de tuo cauallo supra taxato et ad obitum de illa comitissa exiuit tibi calumpniosa de parte monasterio de vimaranes et non potuimus eam uindicare de ipso monasterio per ueritate. et pro tali actio dedimus tibi ipsas villas superius adnotadas per locis suis et terminis antiquis ubique eas potueritis inuenire ut abeas et possideas tu et omissis posteritas tua uel cui tu eas relinquere uolueris firmiter facias de eas quod tua extiterit uoluntas. et in ipsas villas concedimus tibi casas cubos lectos uel catedras cubas uineas pumares sauta defesas montes et fontes pradis pascuis palludibus exitus montium ascessum et regressum uel quicquid ad prestitum ominis est in ipsas villas ab omni integritate tibi concedimus. ita ut de odio die uel tempore sint ipsas villas de iuri nostro abrasas et in iuri tuo sint traditas atque confirmatas. Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo uenerit de parte nostra aut de propinquis nostris uel de extraneis contra hunc factum nostrum ad inrumpendum uenerit uel uenerimus pariat tibi qui talia commiserit ipsas villas duplatas uel triplatas cum quantum de mandatum tuas fuerint melioratas. Facta cartula firmitatis m<sup>o</sup> nonas Septembbris. Era LX<sup>a</sup>III<sup>a</sup> post m.<sup>a</sup> Adefonsus serenissimus princeps in hanc cartula firmitatis manu mea roboro.

Sub pondus timoris domini petrus dei gratia lucense sedis episcopus conf. — Christi iuuamine fultus ennegus episcopus interfui.

Nunus aloitiz cones (*sic*) conf. — Ilduara comitissa conf. — Onneca comitissa conf. — Tuta uegilaz comitissa cum filii meis conf. — Roderico uegilaz armiger regis conf.

Pipino scemeniz conf. — Pelagio floilaz que comes conf. — Valasco almeiuz conf. — Fraino fernandit conf. — Didaco osoriz test. — Fromarico rudiliz notuit.

## CCLX

*Presbyteri duo agnoscent monachos Vaccaricienses dominos esse cujusdam domus in qua presbyteri illi habitant. Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1025

Ego guterre presbiter et uermudo presbiter placitum facimus uobis teodegildo abbate fratres de uacariza ut deinceps amodo quod erit xi kalendas octobris Era LXIII<sup>a</sup> pro illa casa de rocas que tenemus de uestro dado se-deamus in illa post uestra parte et quod fratres de uacariza et prendates uestra medietate parada de quanto ibidem habuerit de prestamo et non extraniemus ad alia domno illa casa nec ad aliqua anima faciamus unde uobis impedimento habueritis uos domnos et si minime fecerimus et isto placitum irrumpere uoluerimus tunc per nos hanc per scripture aut per qualibet generis homo quomodo pariemus pernominatos c solidos post uestra parte et iudicatum. ego guterre et uermudo manus nostras roboramus.

Hic sunt test. Cresconius ataniz test. Godesto louegildiz test. Ramiro martiniz test. Maniulfo test. Frater dulcidio test. Fructuosi notuit.

## CCLXI

*Sub specie pacti venditionis, Meitilli dat Octicio quartam partem duorum praediorum quae in villas de Cabanões et de Muradões possidebat, eo quod eam filiamque a captivitate Normannorum redimerat. Charta autographa, ad Monasterium Petrosense olim pertinens, e chartophylacio Conimbricensis Academiae in Publicum Archivum nuper delata, ibi servatur.*

1026

Christus. In dei nomine ego meitilli kartula uenditionis facimus ad tiui octicio de ereditate nostra propria que auemus de auolenga et de parentorum nostrorum in villa kabanones et in muradões iii<sup>a</sup> integra subtus mons castro rekaredi territorio ciuitas sancta maria discurrente riu ouar in ipsa villa kabanones in ipso kasal iii<sup>a</sup> ad integro et de muradões iii<sup>a</sup> integra pro que comparastes nobis de kaptibo mici meitilli cum filia mea guncina et sakastes nobis de barcas de laudomanes et dedistis pro nobis uno manto lobeno et una spada et 1º kamisso et iii lenzos et una uaka et iii modios de sal finto sub uno lxx modios ante ipsos domnos que abitantes eram in cassa de sancta maria de ciuitate tedon galindici et fredenando gundissalbici et ero tellici et de pretio abut uos non remansit pro dare. Ita ut de odie die siat ipsa ereditate de iuri nostro abrasa et in uestro iure siad tradida adque confirmada et aveadis uos ipsa ereditade quod sursum resonat de odie die in denante ad integro et faciadis inde quod uolueridis. Siquis tamen quod fieri non credidis et aliquis omo uen.... uel uenerimus contra anc factum nostrum que nos in iuditio deuindigare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa ereditate dubbla uel tripada uel quantum ad uobis fuerit meliorada. nodum die quod erit iii kalendas magii. Era millesima lxiii. et ego meitilli in anc kartula uenditionis manu mea rouo+ro. qui presentes fuerunt ederonio test. — kazume test. — erigu test. — dauit test. — songemiro test.

Aba uasculum notuit.

## CCLXII

*Donatio bonorum immobilium in pago de Moreira Monasterio ejusdem loci facta. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1027

Christus. In eologida christe trinitas benedicta uiuide que ex priscarum erenigarum que pater in filio et filius in pater premisce etenim ex ambobus prodiens infinita nunquam diuisa set senper unite cui est uera trinitas et inextimauilis bonitas eterna et uera caritas multis modis inenarrauilis bonis uibens et potens tempore seculorum nec finiendi seculis amen. Inluminator adque sanctorum hominum reparator christe et manuel qui dixisti (?) de tenebris lumen splendesceret ad inluminationem scientie claritatis tue et qui post cutem eximio tempore paras opera et quis pollicitum esse dixisti serbum aut ancillam uel domini parare. Ego domine ancilla tua unisconi proliis abomar et sanctia quod in hoc recollens et in corde meo considerans. Ego domine ancilla tua uniscu placuit mihi sub tuo et in tuo amore christi et timore ut hominem ereditas mea in domo domini offerre pro remedio haniue auorum meorum uel parentum meorum tam etiam sibe et me ipsa qui pollicita impleuo domino deo uoto. Ego in nomine patris et filii spiritus sancti apostolis almis uirginibus sacris sancti stephani martiris sanctorum petri et pauli apostolorum sancte marie mater domini sanctorum iuliani et corum in eos principatum tenet inter eos sancti saluatoris cum esse dinoscitur in villa moraria subtus mons faro discurre ribulo leza territario portogalense. Adicio ibidem domine ad ipsius sacro sancto pro uelamen serborum uel ancillarum de serbitio villa mea propria prenominata in ipsa villa moraria que abeo de susceptione auorum meorum et ienitoris mei auomar et sanctia. do et contesto ipsa villa quanta mea ueritas est cun quantum in se ob se obtinet et aprestitum ominis est deseruiat ad ipso loco sancti saluatoris aulam dei concedo. et qui ibi fuerit auitante frater soror sacerdos deo uote et dignus fuerit et in uita sancta perseuerauerit et regula sancta deduserit aueat et posideat. et non tribuimus licitum vindere nec donare nec in alia parte transferre et sub gratiam de illos dominos peremnis qui ereditas non abuerint abeant et posideant firmiter stante ut in isto loco ista ereditate fiant post parte testamenti. Et si aliquis omo uenerit de ereditibus nostris iermanis subrinis filiis uel neptis que ad hunc factum nostrum inrumperet uolueri uel uenire tentauerint ueniat super eos iram dei et ..... celestis et uorax inferni baradri et in-

D. et C. Tom. I.

41

super sit superaflictum et segregatus ad eglesia sancta et separatus ad fidem catholicam et cum iuda christi proditorem sit sociatus et in auentum domini anatima sit. Et tandem lezo inquiritur pariet ipso que contederit dublato ad omnes qui ad istos sanctos ... persisterint et a iudice ..... imperauerit alio tantum. Factum scit seriens testamenti sub die quod est vii kalendas martii. Era m<sup>l</sup>xxv. Hunisconi quod ..... in hanc seriens testamenti manum mea confirmo.

didagu gudinizo confirmo — sauarigu confirmo — migael (?) confirmo.

Tructesindu gudinizi qui manu mea confirmo — Sendino qui manu confirmo — zidi contariquizi qui manu confirmo — Trutesindo guimiriz manu mea confirmo — atan gudinizi manu confirmo.

Aloitus noduit manum mea confirmo.

### CCLXIII

*Servi quidam, annuente domina, praedia in villa, Cornaria dicta, vendunt. Charta autographa, ex scrinio Collegii da Graça Conimbricensis in Publicum Archivum nuper delata, nobis textum suppeditavit.*

1027

In dei nomine ego matre froiloniz et ego nebrigio et sentario et sisinando odoriz plagui nobis adsto animo et prona nobis accesu uolumtas ut una pariter cum nostros domnos facimus a uobis abunagar trastemiriz et ad coniumgia uestra aragunti aganiz sicut et facimus kartula uenditionis et firmitatis de ereditates nostras propias que abemus de subseptionis parentum nostrorum in uilla cornaria subtus castro uermudi discurremte rribolum aue territorio portucalensis damus atque concedimus a uobis ipsas ereditates pro que accepi ego sentario de uos in meo precio xx et iii<sup>or</sup> modios. et ego nebrigio accepimus de uos i<sup>o</sup> boue de xiiii modios et ii<sup>os</sup> modios de millo. et ego comitessa domna munia una pariter cum mancipia mea nomine matre froiloniz accepimus de uos in nostro precio uno tappede nouo in xxx<sup>a</sup> solidos et una pelle agnninia in xxx<sup>a</sup> solidos. et ego sonilli concedo uobis illa mea ereditate pro illa mulier que tenuit in custodia pro x boues et fugiui mihi ipsa mulier nomine reoesenda. ut in dei nomine liuera aueatis illa potestate iure quietum temporibus seculorum. et si quis tamen quo fieri minime non credimus aliquis omo ueneri uel uenerimus ad inrrumpendum contra ahnc (sic) carta que nos ad iudicio deuidigare non potuerimus aut voluerimus post uestra parte aut uos in uoce nostra pariemus ad uobis ipsas ereditates nos super nominatos dublatas uel quantum ad uobis fueri meliorata et uobis perpetimabitur. Facta kartula uendicionis et firmitatis die erit ii idus magii. Era millesima lx<sup>a</sup> v.<sup>a</sup> nos subranominatos matre et nebrigio et sentario et sisinando odoriz pro illa campia et sonilli ad persolta de totos nostros domnos et de illa nostra domna comitessa domna munia in anc cartula uenditionis et firmitatis manus nostras ro—uora+++++mus.

Qui preses fuimus quintilla test. ebregulfo test. fromarigu test. ihoanne test. Menendo notuit.

### CCLXIV

*Ex codice Livro de D. Mummadona dicto, in Publico Archivo servato, descripsimus.*

1028

### Cartula de hereditates de penacoua et de villa frollanes

Godesteo loueriquiz et heredibus meis quod sunt habitantes in penacoua et floilanes quod sumus incomuniatos de domna mummadonna et de casa de vimaranes pactum simul et placitum facimus vobis honoricus abba Cartemirus prepositus seu et omnem congregationem monasterii vimaranes per scriptura firmitatis notum die erit v<sup>o</sup> kalendas octobris Era m<sup>l</sup> LX<sup>a</sup> vi<sup>a</sup> post parte de omnes hereditates que habemus in villa floianes et penacoua que teneamus eas sanas et intemeratas tam etiam quam etiam et prosapie nostre et non habeamus licitum in parte aliena extraneandi vindendi donandi testandi contramutandi nec in scriptura aliena mittendi nisi unus ab aliis nos que sumus incomuniatos de casa de vimaranes et que teneamus ipsa ecclesia de sancto mamete de uestras manus et faciamus uobis cum ea seruitum cum suo testamento et non extraniemus illa de uestro iure nec de uestro seruitio nec adiuuemus nullos homines super ea contra nos (sic) in nullisque tempus per nulla forma hominis in quo inpedimentum uos in ipsa ecclesia aut in illas hereditates habeatis sed obseruemus cum eas illud

quod auios nostros iam incommuniarunt et inplazarunt ad domna mummadomna et ad casa de vimaranes sicut in placitus resonat. et si minime fecerimus et iste placitum exesserimus tam nos quam unus de filiis neptis aut ex prosapie nostre quomodo careamus illas hereditates ad parte uestra et insuper D<sup>o</sup>s solidos. Godesteo et heredibus meis in hoc plazo nostras (*sic*) roborauius. Menendus test. Pelagio test. Itila reposteiro test. Goldries test. Merinus presbiter notauit.

## CCLXV

*Mulier quaedam filiique ejus reddunt praedium in villa Gacin, sic dicta, filio cuiusdam hominis qui eis praedium ipsum vendiderat vel donaverat. Descripsimus ex codice saeculi XVIII, in Publico Archivo servato, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira T. iv p[re]ae se fert.*

1028

In Dei nomine. Ego Nina conomento Matrebona una cum filiis meis Ogenia, Quela, Gudina, Osoredu, plaignit nobis per bone pacis et voluntas, ut faceremus vobis Tedom Pelagiz, sicut facimus cartula firmitatis de ereditate nostra propria, que fuit de vestro Patre, et damus vobis illa karta que nobis fecit, et est illa ereditate in Villa Gacin ad radeice civitas Bogonti, ribulo Ave territorio Portugalense illo casale que fuit de Egilo, et de viro suo Zaton con sua terra voi que illas postueritis invenire, per locis, et terminis antiquis : aveatis vos firmiter, et omnis posteritas vestra juri quieto, et in perpetuo vindictatis; ut si quis tamen, quod fieri non creditis aliquis omo veniret, vel venerimus contra anc kartula firmitatis, et post partes vestra non potuerimus diuindigare, comodo pariemus vobis illa dublata, vel quantum vobis fuerit meliorada. Facta cartula firmitatis quod erit pridie kalendas Januarii era sexagesima sexta pos millesima. Nina, Ogenia, Quela, Gudina, Osoredu, in anc kartula firmitatis nostras manus r+++++. Qui presentes fuerunt Gundesindo testes, Vermudu testes, Mizael testes, Cidi testes, Ordonio testes, Gundisalvo notuit.

## CCLXVI

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Loureiro. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1029

In dei nomine ego mendo garcias plagui nobis per bona paci et uolumtas ut faceremus a uobis ioane cartula uenditionis de ipsa ereditate nostra que aueuimus in uila quos uocitant laureiro subtus mons faro discurenti riuelo ferar in loco predicto bustelo quinta integra per suos locis et terminos antiquis ut ila potueriti inuenire in casas pomares sautos uineas pomiferas pascuos padules acesum uel regresum petras mouiles uel inmouiles aquarum sesigas molinarum teras ructas et barbaras intratus uel exitus uel quantum aprestitum omnis est. et acepimus de uos in pretio v modios tamtam nobis bene conplaguit et de pretio nicil apud uos remansi. aueatis uos et omnis posterita uestra siquis tamen quod fieri non creditis aliquis omo ueneri uel uenerimus aut nos aut filios nostri aut qalieu generis que in concilio pos uestra parte deuendigare non potuerimus como pariemus ipsa ereditate duplata uel quantum fuerit meliorada. menendo carcias facta cartula uenditionis manus nostra rouoramus. in era LXVII super millesima die erit III<sup>mo</sup> kalendas februarias. rorigo presbiter notui. osoilo test. arias test. idila test. gumsalbo test. pedro tosarius test.

## CCLXVII

*Pactum venditionis partis cuiusdam fundi in villa de Carvalhido. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1030

In dei nomine ego elias bene egas connomento cidi in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis truictesindo gutierez et uxor uestra gunterode ereditade nostra probria mediatade integra sibe de illa nostra quomodo de illa de meo iuīlano per ubi illa potueridis inuenire con quantum in se obtinet et aprestidum ominis est. damus uobis illa sibe de parentela quan etiam et de conparadela per suis terminis et uicis et locis antiquis exitum uel regresum. et abe iacentia ipsa ereditade in villa karualido et diuidet ipsa villa con uillar de porcos et de alia parte con villa arones et de tertia parte con villa gemundi subtus monte faro discurrente arrugio uti territorio portugalensis. et accepimus de uos in precio xviiiº (sic) in que nobis bene conplaguit et de precio abut uos nicil remansit in denito. Ita de odie et tempore siat ipsa ereditade de iuri meo abrrasa et in uestro iure et dominio siat tradita et confirmada. abeat illa firmider et omnis posteritas uestras iuri quiedo temporibus seculorum et faciatis inde quod uolueritis. si quis tamen quod fierit non credimus et si aliquis omo ad inrumpendum uenerit uel uenerimus contra anc karta uenditionis que nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare que pariemus a parti uestre ipsa ereditade dublada et quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpetim auitura. facta karta uenditionis die erit vº kalendas iuni era millesima LXVIIIº elias bene egas connomento cidi in ac karta uenditionis manu mea rouor——auimus. et ibi adiunimus. et damus illa larea integra con suas mazanarias. leua sse de kasale de sesilli et fere in termino de gemundi et abe in anplo i passo et quarta de passo manu super caput. elias connomento cidi in ac carta uenditionis manu mea rauora+uimus.

Garzia testis — froila testis — stefano testis.

louegildo testis — menendo testis.

zoleiman prespiter notuit.

## CCLXVIII

*Partem praedii quam possidebat in loco de Figueirosa tradit Balteirus praetori sive iudici de Alafões pro multa quam ei solvere debebat. Charta autographa, olim ad Petrosense Monasterium pertinens, ex chartophylacio Conimbricensis Universitatis delata in Publico Archivo custoditur.*

1030

In dei nomine ego balteiru placuit aque conuenit nulius cogentis imperio nec suademis artigulo set probria nobis adcessit uolumtas ut faceremus uobis fromarigu iben egas et uxor uestra adosenda cartula uenditionis sicut et uendimus ereditatem mea probria que auemus in teritorium alahobeines subtus monte fuste discurrente ribulo bairoso et ae iacemtia in fikeirosa et fuit ipsa eretate de parte de meo auolo potemzo et suo filio uermudo presbiter et abuimus inde intentio in presentia fromarigu iben egas ante iudices de alahobeines arias salomonizi cidiz iustizi . . . . sizi tanoi et ante multas faces bonas. et inuenierunt me in mentira in testimonio et abui li a dare in iudigado uno boue et apretaui me paucu auer et dau aque concedo proinde mea rationem de ipsa ereditate viº integra casas uel teitus eorum pamares (sic) perales figales castaniales nugares ceresales arbures fructuosas uel infructuosas montes fontes exitum acersum uel regresum aquis aquarum uel sesigas mulinarum per ubi illas potueritis inuenire per suis uigus uel suis terminis antiquis comodo se diuide con terminum de aberautis et inde per terminum de penso et inde per terminum de uilanoba et inde per terminum de iben ordonizi et inde fige se in terminum de palatio et inde aberautis unde primis incoauimus. dau aque concedo uobis de ipsa ereditate ipsa viº integra tanto mici quadra inter meos eredes. et accepimus de uos a confirmandum cartula ipse boue que uobis auia a dar et uno modio de milio tantum mici bene quonplacuit uos dedis et nos accepimus con bona mente. Ita ut de odie die uel tempore siat in que in cartula resona de iure nostro abraso et in uestro iure nel dominio siat tradita aque cepta. aueatis uos illa firmiter iure quieto uos et omnis postereditas uestra filiis uel neptis uestris. et si aliquis omo uenerit uel uenerimus et unc factum nostro inrumpere uoluerit comodo pariemus ipso que in cartula resona duplatum uel quantum a uobis fuerit melioratum et desuper parie post parte de potestate qui illa

terra inperauerit ccc solidos et uos perpetim auiturum. Facta cartula uenditionis eo quo erit m<sup>o</sup> die post kalendas septembres. Era LXXVIII post millesima. balteiru uobis fromarigu iben egas et uxor uestra adosinda in anct (*sic*) cartula uenditionis manus mea r++++ouoraui.

Qui presentes fuerunt ic sunt. iacob zadonizi testis. seruando testis. fandila testis. gudinu iustizi presbiter. arias animizi presbiter.

## CCLXIX

*Pactum renditionis fundi in villa de Grijó. Descriptsimus ex antiquo libro regestorum Monasterii Ecclesiensis, Livro Baio Ferrado sic dicto, in Publico Archivo servato.*

1050 (?)

**Karta ecclesiole**

In dei nomine. Ego ederonius prolix tuereu et zuuetta una cum uxore guldregudo. Placuit nobis per bona pacis et uoluntas uendere nostram hereditatem uobis didaco uenegas et uestre uxori marie et filiis uestris quam habemus in uilla ecclesiole subtus monte sagittela secus ribulo arrngio quod discurrit ad cerzedo territorio portugalensi. damus uobis in ipsa uilla totam illam hereditatem quam ibi habuerunt parentes nostri usureu et zuueida in casas quintanales edifitia pumares uineas soutus defensas seu omne pomiferum terras cultas et barbaras pratos et pascua exitus ad montes atque regressus seu et omne quantum in ipsa uilla ad prestitum hominis est et uos in ea potueritis inuenire pro pretio quod a uobis accepimus placabile duas pelles agninas pretiatas in l<sup>a</sup> solidos tantum nobis placuit et de pretio apud uos pro dare nichil proremansit. Habeatis uos illam firmiter et omnis posterita iuri quieto temporibus seculorum. Ita ub (*sic*) hac die et tempore de iure meo sit abrasa et in uestro tradita et confirmata. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus uel de propinquis seu de extraneis qui uobis illam calumniare uelit et nos illam auctorgare uestre parti non potuerimus aut neglexerimus quomodo pariam uobis illam duplatam et quantum a uobis fuerit melioratam et uobis perpetim habituram. Facta karta uenditionis n<sup>o</sup> nonas decembres. Era LXVIII. Ego ederonius et goldregodu illam manibus nostris robor++amus. Qui uiderunt. Zalama uidit test. Pelagius test. Suarius test. Cidi test. sendinus presbiter notuit.

## CCLXX

*Sarracina concedit servo sive clienti suo, David presbytero, ut dominium dimidii ecclesiae S. Cosmae et Damiani cum alio presbytero communicet. Hac concessione fultus, David commune ipsum dominium reddit. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1031

Christus. In nomine domini. Hego sarrazina confessa prolix fredenandi et ieluire in domino deo eterna salutem amen. ad persolbitione te dauid quasi presuiterit pro ipsa tua eglesia uogabolo sanctorum cosme et damiani ut licitum abeas tu testare donare uel quiquit exinde uolueris faciendi liberam in dei nomine abeas potestate. in dei nomine ego dauid prespitero per iussione et solbitione domina mea iam superibus nominada placuit mici bone pacis et uoluntas nullus quoque gentis imperio nec suadentis artigulo neque per timescentis metum neque pars quod est fraudes ingenuo set propria mihi acesit bone pacis et uoluntas ut facere uobis congermano meo ero quasi presuitero textum scripture et perfiliationis uel benefactis simul et firmitatis de ipsa eglesia iam superius nominata sanctorum cosme et damiani quorum baseliga scidada est inter willa laurario et exatornes in termino gemundi et abeo ipsa eglesia de supersceptione et ganatione abios meos fagildo confeso et mundino presbitero. concedimus uobis de ipsa eglesia m<sup>o</sup> integra con omne sua prestantia que in se obtinet et sit potuerimus illa alia media deuin-digare partiamus illa per medio unus con alias uel progenie nostre qui in vita sancta perseueraberit et regula monestiga deduxerit abeant et posideant ex progenie nostre unusquisque sua ueritas abeant et posideant. Ita ut de odie die et tempore abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestre iuri quieto temporibus seculorum. Et quiquit exinde agere facere uel iudicare uolueritis liberam in dei nomine abeas potestatem et pro ad confirmatione cartula benefactis uel perfiliationis accepimus de uos uno poldero de segundos colore rosello con sella et

*D. et C. Tom. I.*

42

freno in lx solidos. si quis tamen quod fierit non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus ad inronpendum contra hanc cartula perfiliationis uel benefactis que nos in iudicio deuindigare non potuerimus aut uos in uoce nostre pars nostre partque uestre abeatis licentia de nos adprendere ipso que in scripture resona duplato uel quantum ad uos fuerit meliorato et uobis perpetum abere. Nodum die quod est viii<sup>o</sup> kalendas obtuber. Era lx<sup>o</sup> viii<sup>o</sup> super millesima. dauit quasi presbitero in hanc scripture firmitatis quod fierit relinquendo et nobit manum mea ro+.

sarracina confessa manum confirmans +. — fromarigu menendiz quos uidit — petro froilaz quos uidit — gondisalbo quos uidit.

pelagio nuniz quos uidit — froila presbitero quos uidit — pelagio adefonsiz quos uidit — astruedo quos uidit.

## CCLXXI

*Pactum venditionis partis cuiusdam fundi in villa de Guilhabreu siti. Ex charta autographa, olim ad Morariense Monasterium pertinente, et nunc in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1031

Christus. In nomine domini simdileua in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit mici bone pacis uolumtas numlo quoque gemtes imperio nec suademtis artigulo neque pars quot est fraudes ingenio set promto animo et integro meo consilio ut per escritis faceremus at uobis guterre tructesimdizi et uxori uestra ermemtro cartula uemditionis de nostra ratione de ille casal que fut de nostros auios dauid et animia et mader nostra mellida conomento matre et lleba se ille casal de ille fomtano que discure proat illa fomte de asperigo et uay proat ille talio iusta illa casal antiqua et fere in ipso talio que ian disimus et damus at uobis inde de ille dauid et de animia de sua porzione viii<sup>a</sup> integra in ipse casal pro que accebimus de uos precio iii<sup>o</sup> solidos tamto nobis conplaguit et de precio abut uos non remansi in deuitum. uos dedistis et nos accebimus. aueadis uos et omnis posteridas uestras in seculum seculi. et est ille casal in uilla uiliabredi teredurio portugal ..... adque conzedimus et si aliquis ..... contra anc cartula ..... et nos post parte uestra deuindigare uel non uoluerimus pariemus ipsa ereditate duplada uel tripada et iudigadu. nodum die erit xv<sup>o</sup> kalendas ianuarias. Era lxviii<sup>a</sup> super millesima. simdileuba in anc cartula uemditionis manu mea r+o.

testes froila salamiru gomtigio amarelo uidisilu notuit.

## CCLXXII

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa Gacin dicta. Autographa charta, ex scrinio Collegii da Graça Conimbricensis in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1032

In dei nomine. Ego adosinda benedictizi plaguit mici per bone pacis et uolumtas ut uinderemus uobis osoredo pelagiz et uxori uestre edegundie sicut et uindo ereditate mea probria in uilla gacin subtus monte bogonti probe ribulo aue et uindo uobis ipsa ereditate integra quanta que ibi aueo in casas et plantatis exitus uel regresum cum cunctis prestationibus suis quantum aprestitum ominis est siue de paremtum meorum comodo et ganantia ad integro uobis illa concedo ubique sua ueritas podueritis inuenire. pro que acepimus illo boue mosgelo medio et pro que tolleretis me in mea uita de uictum et de uestito et sic illa mea comodo et de filia mea sindileuba. de odie die aueatis illa firmiter et posteridas uestras iuri quieto ut si aliquis omo uenerit contra anc kartula uemditionis inrumpere uel inmodice temptare comodo pariemus uobis illa ereditate dublata et quanto ibi fuerit meliorata et iudicato. Notum die viii<sup>o</sup> idus martii era millesima lxx.<sup>a</sup> adosinda a persona mea et de filia mea sindileuba in anc carta mano mea ro+. qui presentes fuimus gondemaro test. aluitu test. elias test. gundesindo test. gilmiro test. menendo notuit.

## CCLXXIII

*Exorta lite inter abbatem vaccariciensem Tudeildum, et abbatem Alvitum, de dominio viliae Sunillanes dictae, litigantes tandem ad concordiam coram judice deveniunt. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1032

**Carta placiti**

Aluitus abbas una cum subrino meo izila saariguizi et tudeildus abbas et domna unisco placitum facimus inter nos unus ad alias pro scriptura firmitatis quod erit m<sup>o</sup> idus marci<sup>i</sup> Era lxx<sup>a</sup> superhacta millesima pro illa intentio que inter nos fui pro uilla sunillaner (*sic*) in presencia ante gundisaluo trastemirizi et per manus saioni uimara eiriguizi et deuenimus inde ibi ad iuramento hic ad monasterio leza per manus ipsius saioni et deuenimus inde ibi ad compagina que partiant ipsos abbas ambebus ipsam nominatus ipsa medietate que incartabit sunilla et uxori sue gudilo ad domno tructesindo et ad uxori sue domna uniscu unde intencio fuit unde saka aluitus abbas scripturas de fanzaranes et domna unisco scripturas de sunilla et de gudilo que posuit in testamento de leza et illo pumar que paribit uedragildu et baltario quomodo est integro in omnique giro cum suas casas ipsa hereditate sicut de sursum resonat et comodo afflamus illam in iure de tudeildo abba parciant ipsos abbas ambo equaliter per medium pro que tornarunt aluitus abba et suas testimonias de iuramento et de pena ut habeant ipsos abbas per medium. et post obitum ipsius abbas fratres de fanzaranes et fratres de leza similiter faciant usque in uita sancta. et qui unus ex nobis de istos abbas aut de ipsos fratres de ipsos monasterios iam nominatos ibidem suposita fecerit super ipsas hereditates que sursum resonant unus ad alias pro se aut pro quocumque generis homo pro quacumque baccio uel calumnia pro impedimento quomodo careat post partem de qui placitum obseruaberit sua rationem de ipsa hereditatem et insuper c solidos et ad iudice suo iudicatum. aluitus abba et izila saariguizi et tudeildus abba et domna uniscu in hoc placitum manus nostra+++++s.

Qui adfuerunt —Gundisaluo uermudizi test. —Sarrazinu gaudilizi test. —Randulfus presbitero test.

Ero uegitizi test. —Fromarigu taninizi test. —Menendo sisnandiz test. —Asemonda testes.

Et sciant ipsos pactos de iuramento et de pena persoltus. Guimara eriguizi qui fuit saioni manu mea confirmo.

## CCLXXIV

*Descripsimus ex Liyro Preto Conimbricensis Sedis.*

1032

**Carta uenditionis de talios qui sunt in bauzas**

In dei nomine. Ego benedictus et uxor mea munia pelaiz placuit nobis pro bone pacis et uoluntate nullo quoque gentis império nec suademptis articulo pertimescentis mecum (*sic*) sed propria nobis accessit bone pacis et uoluntas ut uinderem uobis tudeildo abbati et a ffratribus uestris sicut et uendimus corte de salinas nostras proprias quos aprimis In hereditate de monasterio bauzas cum nostras manus et dei adiutorio. et sunt v talios in ipsa corte. Ego benedictus dedit inde a domno angenado 1º talio et illos alios iii uendimus uobis antegro (*sic*) exceptis quarta que est ratione donniga. et est ipsa corte inter corte de ceidi teudaldiz et de alia parte corte de cidi pelaiz. ad integrum uobis illas concedimus cum sua uasa quantumlibet ibi necessarium est et habent iacentiam in uilla matesinus quomodo diuidit illa aqua que uenit de illa fonte de matesinus discurrente riuulo leza territorio portugalensi subtus castro quisiones (*sic*) ad integrum uobis illam concedimus liberam In dei nomine habeatis potestatem. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartam uenditionis ad irrumendum qui nos in iudicio deuenerimus et eam deuendicare non potuerimus aut noluerimus quomodo pariemus uobis cortem in duplo. et accepimus de uobis precium inter tritico et milio et sicera xx modios minus ii quartarios tantum nobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in debitum. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa corte de nostro iure abrasa et in uestro dominio sit tradita et confirmata iuri quieto Habeatis annos annorum usque in secula seculorum uel cui illam dare uolueritis. nodum die quod erit viii kalendas maii.

Era LXX<sup>a</sup> super millesima. Benedictus et uxor mea in hac cartula uenditionis manus nostras roborauius++ Qui presentes fuerunt. Arias presbiter conf. Romanus test. Halaf test. Bellallus presbiter. Randulfus presbiter. Quandila test. Leouegildus test. Auriol test. Ihoannes Notvit.

## CCLXXV

*Villam de Pinheiro tradit Onega Pelagiz presbyteris Abdellae et Godino, ut teneant dum vixerint. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1032

**Carta donationis**

Magnum est enim titulus scripture firmitatis in qua nemo potest hactum largitatis intrumpere sed habet omo potestate de causa sua inde facere quod uoluerit. Obinde ego omnega ploris pelagii placuit nobis asto animo integra mente ut faceremus uobis abdela presbitero et ad suprino uestro gudino presbitero sicut et facimus textum scripture firmitatis de uilla nostra propria que uocitant pinario ulpe (*sic*) mons custodias discurrente ribulo leza territorio portugalensis in uilla quomodo illa obtinuit roderigo ordoniz de illo memoriale per porto de canas et uai per illa anta pro ad termio de custodias et de celleiro infesto per illo arrogio usque ad porto de canas. Damus atque concedimus uobis ipsa uilla per suis terminis et locis antiquis prestacionibus suis que in se obtinet sicut testauit roderigo ordoniz ad locum sancti martini de teudianes et damus nos ad uobis illa sicut iam superius diximus pro remedio anime nostre et anime de qui illa testauit ut habeatis et edificetis et populetis et habeatis et possideatis et uos et omnis posteritas uestra dum uita uixeritis et nec uendatis nec donetis nec extraneatis in alia parte et in alia scripture transferre concludatis nisi seruatis cum illa ad nobis et ad nostris propinquis et ad illis qui in ipso monasterio habitarent ubi illa uilla in testamento est concessa per ubi illa uobis delimitauimus et coram testes adsignauimus et pro remedio animas nostras habeatis et possideatis uos et omnis gens uestras dum uita uixeritis et post obitum de cunctis gens uestra relinquatis illa uilla cum suis edificiis in post parte testamento de sancto martinho de teudilanes testauit roderigu ordoniz. Facta scripture donacionis series testamenti x kalendas iunii. Era LXX<sup>a</sup> super millesima. Honega ploris pelagii in hanc scripture series testamenti quod fierit et elegit plena habeat firmitate et manu mea roboro +. Pro testes Magister gontigio. Magister fonso. Pepites. Germondo froilaz. Aluito test. Frogulfo presbitero. Magister fromarigu test. Aluito presbiter test. Magister igulfo test. Iustu presbitero. Velasqu ualentiniz test. Mirum test. Donegas test. Cidi test. Dono erotiz test. Ranosindu test. Menendus test. Eita presbiter. ascorigu. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus nos aud gens nostra ad irrumpendum hanc scripture testamenti pariet post uestra parte duplato et hunc nostrum factum adstable habeat firmitate. Honega ploris pelagii in hanc series testamenti manu mea +. c.xxx. d. xxx. n. e.t.l.xxx.r. Et sic pernominato in ista scripture que seruant magister abdella ad comde ad domino quod voluerit conf. + Et si edificardes domus domini ia ipsa uilla de quacumque parte ibi quesierint habitare habitent per sentencie regule.

## CCLXXVI

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in pago de Refoios. Charta autographa, olim ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1032

Christus. In dei nomine ego guta plaguit nouis ut per bona pacis et uolumtas ut faceremus a tibi raupario iermias et uxor sua crementina kartula uenditionis de ereditate mea probria quod abeo de parte meo pater espan-sando in logo predicto in uila de refoius discorente ribulo lesa quodmodo se leua de illo agro maior contra parte de sancto christoforo de ipsa ereditate que fuit de abios nostros odario et platia de ibso quenione integror (*sic*) quarta integra con cumtis prestationibus suis aueatis uos et omnis posteritas uestras iuri perene pro que acebimus de uos pretio v modios quamcum nobis bene conplaguit. Ita ut de odie die uel tempore sit de iure nostro

\* Mendose E pro xl scriptorem codicis ex charta autographa credimus transcripsisse. Numeros plusquam semel notarii medii aevi pro litteris vocalibus sumpserunt. Hic legendum erit Cidi notuit, si litterae E numerum xl subrogetur. Vide RIBEIRO, Dissert. Chronol., T. iv, Part. i, pag. 106 quo loco perperam anno 1042 hoc documentum tribuit.

abrasa et in uestro iure uel dominio siat tradita uel confirmada. Quod sit aliquis omo uenerimus (*sic*) uel uenerimus contra anc kartula uenditionis que nos a iuditio deuimdigare uel obturgare non potuerimus quodmodo pariemus psot (*sic*) parte uestra illa ereditate dublata uel quantum a uobis fuerit meliorata et .... perpetim abiduro. Facta kartula uenditionis sub die quod erit vi decimo kalendas iulias era LXX psot (*sic*) millesima. Guta in anc kartula uenditionis manu mea +.

Steuano test. — odorio test. — lalo test.

anserigu test. — patrecelo test. — quisando test.

menemdo test. — gontado test. — gumsalbo test.

Germias presbiter noduit.

## CCLXXXVII

*'Donatio partis villaे cujusdam Monasterio de Leça facta. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1052

**Testamenti carta**

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosis sancti saluatoris cum virgine inclita semper genitrice apostolorum martirum pontificum virginum confessorum quorum basilea fundata est in villa leza vocabulo sancti saluatoris et sanctorum petri et pauli et sancti andree apostoli et sancti thome apostoli et sancti iohannis apostoli et sancti iacobi apostoli et fratres domini et sociorum eius quorumque disparest et locis diuersis cimiterii aule est nuncupate ue hic describere prolixior conuenit adiungere omnia sanctorum martirum que dei curie celestis sublimates roseo cruore perfusos ad officium predicationis electos virginitatis glorie coronatos et confessionum floribus adornatos et sique inhercia egra mens hic sigillatim scribere nequidamus in fragmenti paradisi loco beatitudinis a dextris ordinis tenere confidimus. Ego ancilla christi uita domna cognomento trastina cum peccaminum mole depresso in spe fiduciae sanctorum non usquequa desperatione deicimus que etiam reatus nostri criminis sepe pauesco ut per uos sancti martyres merear communem dominum ac sanctorum hominum cetu fida supplicationis deposito. Et ideo devotioni extitit ut ex uoto proprio abolendis delictis parentum meorumque delictis en discriminibus ob honorem celsitudinis vestre. Concedimus ad ipsum locum et uobis tudeido abbati et fratribus uestris qui in vita sancta perseuerauerint concedo ad ipsum locum sanctum et fratribus qui ibi perseuerauerint medietatem integrum et de illa alia medietate decima integra pro remedio anime mee et animabus ipsi viri mei ut sit nobis ante deum merces copiosa et uenia peccatis nostris. Adicimus ibi ipsam villam per suis locis et terminis antiquis per ubi illam potueritis inuenire et secundum in nostras cartas resonat et determinat ipsa villa cum villa gatones subtus monte custodias territorio portugalense prope litore maris in montes in fontes pumares vineas sautum rouoreda terras ruptas uel barbaras petras mobiles uel immobiles aquis aquarium sesigas molinarum exitus accessu uel regressu siue et omnia que ad prestitum hominis est. Damus atque concedimus ibi pro remedio animalium nostrarum ut tolerantia sit fratribus et sororibus ibi perseverantes et non habeant licentiam uendendi nec donandi nec in alia parte extraneandi nisi ad ipsum locum sanctum seruendi et fratribus uel sororibus ibi perseverandi sit eis in stipendum fratrum et hospitum peregrinum pupillis et aduena. Ita ut ex presenti die ipso que in testamento resonat sit ei licetum et concessum habendi et possidendi usque in finem et in seculum seculi. Qui dicit in libro iudicum — qui filius non reliquerit aut nepos aut prenepotes de re sua licentiam habeat quod uoluerit faciat — sicut dicit in libro III<sup>o</sup> titulus IV<sup>o</sup> sententia XVIII<sup>a</sup>. Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo hominem ad irrumpendum uenerit factum nostrum siue propinquus siue extraneis In primis sit excommunicatus et a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi sit segregatus et cum iuda traditore habeat participantium in eterna damnatione et insuper componat ipsum quod in testamento resonat duoplum uel triplum et uobis perpetum habiturum et hunc factum nostrum in cunctis obtineat firmitatis roborem. Facta series testamenti nodum quod erit pridie kalendas augusti. Era LXX<sup>a</sup> super millesima. Trastina cognomento uita domna et diuine memorie in hac scriptura testamenti quod fieri elegi et religendo cognoui a me facta manu mea conf.

Qui presentes fuerunt — Auriol presbiter manu mea conf. — Arias presbiter manu mea conf. — Gunsalus presbiter manu mea conf. — Frater petrus manu mea conf. — Frater amor quos uidi — Lucidus quos uidi — Sauarigus frater quos uidi — Godinus donaniz conf.

Menindus sesnandiz conf. — Sindinus sesnandiz conf. — Guanda conf. — Randulfus presbiter conf. — Electus presbiter conf. — Dominicus presbiter conf. — Andreas test.

Romanus test. — Fafila test. — Leuidigus test. — Gutinus test. — Vima test. — Gudesteo test.

Ihoanes midiz quos uidi et scripsi manu mea conf.

D. et C. Tom. I.

43

## CCLXXVIII

*Marcus uxorque ejus Adosinda ecclesiam de Oliveira, quam instituerant, supellectile ac bonis immobilibus quamplurimis ditant. Ex apographo exemplari, saeculo XVIII negligenter descripto et in Academiae nostrae bibliotheca servato, sumpsimus. Autographam chartam, in scrinio Monasterii S. Vincentii Olisiponensis olim existentem, non invenimus.*

1033

In nomine Sancte, et individue Trinitatis Patris, Filii, et Spiritus Sancti, et in honorem, vel amorem Christi triumphatilem, Apostolorum, et Martyrum tuorum : nos exigui servi vestri Marcus, et Aldosinda, ob vestro inclito solatio edificamus, nos auxiliante, ob remedio animas nostras, edificamus Ecclesiam vocabulo Sancti Salvatoris, et Sancte Marie semper Virginis, et Genetricis Domini nostri Jesu Christi, et duodecim Apostoli, et Sancti Michaelis Archangeli, et Sancti Adriani, et Natalitie Sanctorum Tecle nutritorum, Martyrum, et Sancti Vicentii Levite, que sunt recondite in Villa que vocatur Olivaria que est subitus Castrum Saveroso, discurrente riuolo Aue, territorio Portucalense alpe urbium Bracharam ipsam villam concedimus, et prestationibus suis ab integrum per suis terminis, et locis antiquis, concedimus ad ipsum templum que sint pro vestimentum, vel tegumentum servorum, vel ancillarum, que isto loco in vita sancta persisterint, sub manus patrocinio, vel Abati vestro Atani confero, id est, ipsum locum, in quo Ecclesia in vestro nomine fundata esse dignoscitur cum ornamentis ejus, quod ad usus noster Ecclesia pertinet, id est, vella, vel vestimenta altaris, et templi, crucis, atque corone, patene, calicis, signus ex metallo, libros a profecto de toto agni circulo, orales, casulas, turibulos, atque candelias, et pro corpora tumulendum duodecim passus in omnique giro, et pro celeratione fratrum, vel sororum septuaginta duo, cum intrisecus domorum, cupus, carros, lectus, cathedras, mensas, et quidquid ad usum hominis ibidem pertinet, et quo numero quinque vacquas et alia pecora promiscua : adissimus ibidem de ipsa villa Olyvaria de commodo eam obtinuit pater nostro Arias, tertia integra, et per ipsas duas partes de meos germanos; concedimus perinde ibidem Villas, et hereditates, quas ganavimus in Carracedo, et in Subilhanes per nostras firmitates et hereditates, quas ganauimus de D. Baltares, et de Conjuge ejus Animia super ipsam villa Olivaria; et in Villa Brichiquanes, que est subitus riuolo Pel, hereditates de Mendo Gonderos, et de sua Germana Cida, et de Sancto Jacobo de Castelanos cum attestationis, et adinventionibus suis, ipsam Ecclesiam ob integrum, et villa que fuit de Pellagio Tentani, et Dona Elvira, in ipsa villa Olivaria, et illa, que fuit de Drimas Astrufes in villa Linhares, et villa Paredes cum suas piscarias in Rivo Ave et inter Rivo Cadavo, et homen Ecclesiam de Sancto Martino de Vabo, quod nobis consentit Fortes Lupelis per illos testamentos, quod vobis dedit, et villa Belmil, quod caduit in partitione de Germano nostro Tello Arias pro remedio anime sue, et villa Signi, quod ganavimus de Comediça Dona Orraca per nostras firmitates; Ecclesia Sancti Cosmati, que est fundata inter villa Podomen, et villa Linhares, omnes villas, hereditates et Ecclesias, quod in Testamento resonent, concedimus, et contestamus eas cum omnibus prestationibus suis, per suis locis, et terminis antiquis, aquas aquarum, com aductibus earum, sesiquas mulinarum, seu, et omnes piscarias in ipsos rivulos Ave et Cavado; omnia superius nominata post partem ipsum locum sepe dictum concedimus pro remedio animas nostras, et ideo, quia peccatorum mole depresses in spe, fiduciaque, sanctorum meritis, respiremus, non usquequa desperatio Dei cimus, que sit teste conseciencie, reatui nostro expavescimus, fidentes namque tue pietatis, quod te petentibus sepe promittis, quia sicut de manu tua cepimus, ita, licet exigua que dedimus tibi, et ita de tua nimia abundante clementia expectamus, suffragio tribulationis, ut pro hec minima collata pro tuorum Sanctorum nobis copiosa eveniat indulgentia : ideo devotionis nostre extitit, sicut de paupertate nostra aliquantulum ex voto proferre debemus, sicuti et offerimus totius loci, atque Sacrosanctis Altaris nostros sive fratrum, vel sororum, qui ibidem in Religione Sancta cum Christi amore commorantes nos ibidem decernimus permansuros, pro benedictionibus ipsius Atam Abbatis, sicut doctrina patrum regula disternat, et ad isto Abba placuerit; tamen non est discurso firmiter, que in Dei timore venerit talis indigentia, advena, pupillos qui sunt, Deo servos, habeant, et possideant, que ad isto Abba placuerit, et hunc factum nostrum nunquam ad irrumpendum venturi erimus, sed iste Atam Abba habeat, et possideat dumnam vixerit, neve vendat, nec donet, nec in aliam partem ausus extraneare valeat, et post obitum vero de ipsius Atani Abba relinquatur ad ipsum Monasterium cum suis testamentis, et cunctis prestationibus suis, ad fratum, vel sororum, et ad propinquos nostros, qui bonos fuerint, in via Monasteria tenuerint : si quis hunc testamentum infringerit, vel leviter tentaverit quisquis ille fuerit, propinquus, extranuus, vel quilibet generis homo venerit ad infringendum, veniet super eum ranca cons., et vorax inferni barathri, omnesque Sanctos in iudicio Dei habeat, et nullam in finem communicationem accipiat, sed cum Juda traditore eres effectus pari luat pena, et excommunicatus ab omni Ecclesia Catholicorum, et duplicatus in iudicio terreno ad ipsius Atam Abba, et que ille elegit in ipso Monasterio habitantes fuerint, duo auri ta-

lenta portet ad illos, et insuper seiciens tantum componat quod inde usurpare quesierit, et jugiter confessus permaneat, et in hunc testamentum nostrum in cunctis permaneat firmissimum. Factum series Testamenti x.<sup>o</sup> Calend. Martii, Era m. septuagessima prima. Marcus, et conjugee mee Aldosinde Julianu Testamenti, et firmitudinis manus nostre confirmamus : et addicimus ibidem medietatem de ipsa Ecclesia Sancti Martini de Linhares cum obmnibus prestationibus suis. Petrus Lonogindus manu mea confirmo. Ferdinandus sub Christi gratia Episcopus confirmo. Gondaldu Gondisalvi quos vidi confirmo. Pelagio Vermuas quos vidi confirmo. Martinus Valasques confirmo. Julianu Elmoris confirmo. Odosio Camavis confirmo. Osairo Teles confirmo. Guonçalvo Quintus confirmo. Christovalo Presbiter confirmo. Sancius Presbiter confirmo. Cidi Ausericus. Randulfus Leonegildus. Randulfus presbiter. Al- dulfus presbiter. Bona Milit manu mea confirmo. Aragus Millit manu mea confirmo. Lupa Domina confirmo. Urillu confirmo. Decus presbiter confirmo. Gumdema Usuris. Tecla Gonçalvit. Odorius Sesnandes manu mea con- firmo. Galmarius Presbiter notavit. Arias Fraiat confirmo. Egeus Gosendit confirmo. Gondiçalvus Presbiter con- firmo.

## CCLXXIX

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in villa de Fornellos. Exemplar in Tombo de S. Simão da Junqueira Livro III incuriose descriptum, nobis textum praebuit. Non aliud exemplar invenimus.*

1055

In Dei nomine. Ego Nunu Rodericus plagui mihi pro bone pacis, voluntas meas proprias, ut facere vovis Tectoni Pelagizi, et conjungia vestra Animizi, sicut et facio cartula venditionis de ereditate mea propria, que compa- ravi pro meo servizio ad ea complagui, et fecit mici inde carta et a conjungia Gontina de duodecima, et de ipsa duodecima de vovis inde medietate integra cum omnem prestationibus suis per ubi illa potueritis invenire, sigut in illa alia carta resona, et est ipsa medietate in tota villa de Fornelos suptus civitas Bogonti inter Ave, et Alis- ter, territorio Portugalensis, et acepi pretium, et de pretio tue novis bene complagui una polgra in viginti mo- dios; tanto mici bene complagui, ita ut de odie die, et tempore sit de juri meo abrasa, et in vestro jure sit tra- dita, adque confirmata : abeatis vos, et omnis posteritas vestras, et quidquid inde facere volueritis; et si quis ta- men, cot fieri non credimus, et quis omo veneri, vel venerimus contra anc carta venditionis ad intrupendum, vel caluniandum, que novis post vestra parte noluerimus vovis purgare, vel devindigare, aut vos in voce nostra, comodo pariemus vovis illa dublata, vel quanto ibi fueri meliorata, et vo abiturum. Facta cartula vendi- tionis in cot eri secundo Idus Abrilis, era milesima septuagesima prima. Nunu in anc cartula venditionis manu mea roboro. Vermudu Fagildizi, cos vidi — Arias Vencarias cos vidi.

## CCLXXX

*Floresindus uxorque agrum quemdam in villa de Besteiros dominae loci tradunt pro multa judiciali quam ei solvere debebant. Charta autographa, quae olim in scrinio Portucalensis Mo- nasterii de Ave-Maria Benedictinarum Monialium aut amissa aut deleta, textum sumpsimus ex apographo saeculi XVIII in Bibliotheca Academiae nostrae servato et a RIBEIRO (Dissert. Chronol., T. III, Append. N.<sup>o</sup> 1) jam edito.*

1053

Floresindu, et Fradegumdia pactum, et ligale placum facimus ad vobis Domina Jelbira phro illa Varcena, que vobis damus in judicatu, quanta ibi avemus in pumare aliariz, et esmoriz, in villa Balestarios, et damus vobis illa pro illo judicio, que abuimus cum Izila presbiter, pro Saion Illoegildo, umde pervenerunt pro ajuramentu ic in Sancto Cosmate, et tornamus ilos de juhra, et de pena, et demus ad Izila presbiter ibi hereditate de Transfon- tano, contra parte monesterio, con omen suo aprestitum, que era sua veritas, per suas firmidates : d... a vos ilas lareas que sursum resona de Fontano .... vestra parte, et ego Izila presbiter similiter vobis ila confirmo, tan nos, quam posteritas nostra, ut abeatis vos ila firmiter, et omnis posteritas vestra, et qui veneri, sive venerimus de pars nostra ad imfrijere, pariet ipsa hereditate dublata, vel quamtu ibi fuerit meliorata, et vobis perpetim abi- tura. Notum die quod erit iii Kalendas Julias, Era lxxi. Floresindo, et Fredegumdia, et Izila presbiter in anhc escriptura firmidatis manus nostra + + + ipsa Era post milesima. Pro testes. Ansuetu. Enegu. Nunu. Adefonsu. Sendamiru. Froila. Jelmiru. Tauron. Savarigu presbiter. Erinias.

## CCLXXXI

*Donatio villarum de Terroso et de Villa Chan. Charta autographa exstat in membrana, in qua pactum venditionis, sub n.<sup>o</sup> CCLXXI editum, exaratum fuerat.*

1033

Christus. In nomine domini uistregia prolix galimduſ et uistregia in domino deo ad eternam sallutem amen. Indeo (*sic*) placuit mici bone pacis uolumtas numlo quoque gentes imperio nec suadentis artigulo neque pars quod est fraudes ingenio set pronto animo et integroque consilio ut facere uobis gutiere tructesimdizi et coniumgie uestre ermentro sicut et facio uobis cartula donationi et conceptionis simul et firmitatis de uillas meas proprias quos auco inter aue et catauo et uocitant illa teroso et aue iacemtia in loco predicto inter uerazini et regaulsi et amorim alphe montis lanutus prope litore maris territorio portugalemse. et alia inter aue et labrugia nominata uila plana et aue iacemtia inter mirazi et moreirola et de alia parte mola de olibas alphe montis castro boue territorio labremse et portugal in litore maris. et abuimus ipsas ereditates de subseptionem auiorum nostrorum tructesimdus et gumtilli et paremtum nostrorum galimduſ et uistregia. damus uobis ipsas uillas iam supra nominatas pro uestro seruitio que nobis est placiule. et damus uobis illas per suos terminos uigus et lozis antigus cum quantum in se obtinemt et a prestitum ominis est damus atque concedimus uobis ila firmiter ut ualeat inuenitio sicut et uimditio in ipsas uillas mea rationem ad integro sibe in casas in plantatus in intresigus domorum siue in eglarias quantum nostra ueritas est et uos perexquisiere et auimdigare potueritis in dei nomine liuera aueatis potestatem uos et omnis posteritas uestras iuri quietum temporibus segulorum perpetum uimdicetis et pro confirmandum cartula firmitatis acepemus de uos una uaca uitulata tanto nobis bene conplagui. Ita ut de odie die tempore sit ipsas uillas de iuri nostro abrasa et in uestro dominio traditas et confirmatas et si quis aliquis omo uenerit uel uenerimus contra ac kartula firmitatis inrumpere uel frangere quesierit parie ipsas uillas duplatas uel quamtuſ ad uos fuerit melioratas et uobis perpetim auituro. facta cartula donationis et firmitatis notum diem quod erit x<sup>o</sup> kalendas Decembbris. Era LXXI<sup>a</sup> super millesima. uistregia prolis galindus et uistregia in anc kartula firmitatis manus mea confirm+.

qui presems fuerunt — Uermudus et ibeniegas conf. — auomari didazi test. — Olii naustizi test.  
onorigus presbiter test. — gumtigio test. — froilla guimiriz test.  
Odorius ordoniz conf. + — Menendus odariz conf. + — gumdisalbus cresconiz test.  
Pellagius presbiter quos uiui et test. sum — Froila presbiter quos uiui et test. sumus.  
didagus menemdizi test. — fromarigus test. — didagu romariquizi test.  
Erus indignus quasi presbiter notuit.

## CCLXXXII

*Pactum venditionis partis quorundam bonorum in pagis de Pigeiros et de Torno. Ex codice, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira, Livro III, prae se fert, hausimus, cum non aliud exemplar nobis cognitum supersit.*

1033

In Dei nomine. Ego Sando Vitimiri plaguit mizi bone pazis, et volumtas, et nulus quoque gentis imperio, nec suadentis artigulo nec pertimeixentis metuun set propria mea voluntate, ut fazeremus vobis Suario Pelagizi, et conjugia vestra Eilan kartula venditionis sigut et fazio de omnea mea ereditade, quanta que aveo in Villa Peijarios, et in Torno, quarta integra, de quanta abuerunt meos parentes in ipsas Villas nominadas Peijarios, et Torno tan de meo Pater Vitemiro quan de mea Mater Dordia extra illa larea de Agro malo, que mizi deo Rodorigu Brandilazi pro ila ratione de ila, et mea ratione de ipsa larea de Agro malo ila damus vobis ipsa quarta de quanto ibi abui meo Pater, et mea Mater, in kasas, in domos, pomares, figules, et amexenales, sautis, terras rubtas, vel inbarvaras, petras moviles, vel inmoviles montes fontes, pascuis padulibus exidum, retresu, vel quanto prestidum ominis est per suis terminis, et loziis antiquos ubique illa podueridis invenire, con cuntis prestationibus suis. Et asebimus de vos prezio in viginti modios in prezio quare nobis bene conplagui, et de prezio abut vos non remansit in devido, ida ut de odie die vel tempore siat ipsa eredide de juri nostro abraso et in vestro jure tradida, vel confirmada, et de omnis progenies vestre. Et si aliquis omo uenerit, vel uenerimus contra ac kartula inrumpendo, et vos in juzio devendicare non podueritis in voze nostra, aut nos post parte vestra, pariemus vobis ipsa eredide du-

bla, vel quanto ad vos fueri meliorada et et vobis perpedin avidura. Facta kartula venditionis nodum die, quod erit pridie Nonas Dezember era milesima septuagesima prima. Sando in anc kartula manu mea rovora+vi. Odorio testes, Patre bono testes. Qui viderunt Gondesendo testes, Froila Pelagisi testes, Alzumo testes, Davi testes, Cidi testes, Vimasedo testes, Sonimiro notuit, et confirmo.

## CCLXXXIII

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1054

**Platitum de habitatione monasterii de rocas**

Froila presbiter uermudus presbiter uobis tudeildo abbatii et fratribus uestris placitum facimus uobis pro scriptura firmitatis quod erit m<sup>o</sup> idus februarii Era LXX<sup>a</sup>ii<sup>a</sup> superacta millesima. tale placitum facimus uobis ut habitemus post parte uestra in monasterium rogas et faciamus uobis directam ueritatem et non faciamus uobis ibi supposita mala nec extraniaturam sed in ueritate permaneamus in uestra fraternitate post uestra parte et de fratribus de uaccariza. et si minime fecerimus et isto placito exierimus quomodo pariemus post parte que uestra c solidos et remaneat casa sana in iure uestro et casa et monasterium quantum de manibus uestris accepimus. Froila presbiter Vermudus presbiter in hoc placito manus nostras ++. Et ego tudeildus abbas et fratribus meis si uobis illum monasterium tollerimus de uestro iure in uestra uita sine uestra culpa quam uideat concilium que pariamus post parte uestra alios c soldos. Tudeildus abbas et fratribus meis manus meas ++. Mauran frater. Fomarigus frater. Ansemundus presbiter. Randulfus presbiter. Sandinus gundisaluiz. Toderedo eitaz. Scientiam facimus pro ad diem sancti iohannis adimpleamus placitum. Froila presbiter et Veremudus presbiter.

## CCLXXXIV

*Pactum permutationis bonorum quorundam in villis de Pigeiros et de Viariz pro aliis bonis in eisdem villis. Textum, multis mendis quidem foedatum, sumpsimus ex codice, saeculo XVIII descripto, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira Livro III p[re]se fert, aliud etenim exemplar nobis non superstet.*

1054

In Dei nomine. Brandila Vitemirizi plaguit mizi bona pazis, et voluntas, ut fazeremus vobis Suario Pelagizi, et conjungia vestra Eilon kartula contramudationis de ereditade mea propria, que haveo in Villa Pegarios subtus kastro piloso terridorio Portugalensis discurrente rivulo Alister inter Ave et kadavo in lloido predicto quarta integra de ereditade de Patre meo Vitimiro Sizilazi, et Mater mea Gorda ubique illa podueridis invenire, in Villa Pejarios, et in Viarizi contis prestationibus in se obtine in cazas, domos con terminiz e cis suis tam rubtas, vel in barbaras arvores fructuosas, vel infructuosas mazanarias figele ameixenale, Castineales, pesegales pascuis padubus montes, fontes, agnas curriles vel incurries fontis agualas resigus molinare, ex regressum vel quantum aprestidum ominis est in ipsarum villas nominadas per suis terminis, et losis antiquos, et azepimus de vos proinde razzorie de adefensa via integra de ereditade de Gonderedo sui deraquam com de guadillo in Vila Pelagiarios, et in viarizi, et in Pejarios illa rurusidis et de meo Bater Vitimiro de illa egua que venie de Jalado usque illa petra nadiva que esta super illa kasa de Cidi Gonderevi et de ipsas suras usque in rio. tanto mihi, et vobis bene complagui ida ut de odie die, vel tempore sedea de juri nostro abrasa ipso que vobis inkartamus, et in juri vestro tradida vel confirmada, et de omnis posteridas vestra juri quiedo vindize. Et si aliquis omo veneri vel venerimus contra kartula inrumpendo, ut vos in juditio devindigare non podueridis in voze nostra aut nos post parte vestra que vos pariemus illa dublada vel quanto ad vos fueri meliorada, et vobis pro et dinuividura. Facta kartula contramudationis nodum die quo erit decimo sexto kalendas Abril era milesima septuagesima secunda. Bradila in anc kartula manu mea rovor+o. Et ipsa ereditade de Adefonso deo illa Suario Galindizi ad Suario Pelagizi, et pres illa sua Galindizi ad sua filla de adero pro duos cavalos que trove de illos natondo de docentos solidos, et de experiran pro sua culpa quos viderunt Cidi Presbiter, Alzamoter Patre Bono testes.

D. et C. TOM. I.

44

## CCLXXXV

*Nobilis mulier Xemena filio nuruique donat praedia quae in villis de Pigeiros et de Touguinha possidebat. Textum, mendorum haud expertem, sumpsimus ex unico nobis cognito exemplari, in Tombo de S. Simão da Junqueira Livro II exarato.*

1034

In Domino Deo eterne salute amen. Ego Comidessa Domna Xemena Ploriz Fredenado et Geloira ad vobis Fili meo Suario Pelagizi et conjugia mea Eilan. Magnum est enim titulo donationis in quod nemo podeest actum largiaris intrumpere nec foris leys proizere, set quidquid donetur, vel ofertur nullo modo intrumpatur, sicut unc factio nostrum in cunctibus rovore plena aveo firmidade, et ob ut inde Ego jan supra nomina Xemena plaguit mizi bone pazis, et voluntas ut faceremus vobis supra jan dictos Suario, et Eilan kartula donationis per escriptura firmidatis de hereditate mea propria que aveo in Villa Pejarios sive in termino de Tauginia, comodo et de Pejarios de Porto de Muillani ad susu per lagua condodisare pro ad Pejarios usque in alister et de foso fontano dede Muilan usque insulsido quomodo vai in direto Muilan per illo monte pro ad illo termino que demus ad Aloiturau Panizi; deinde ad suso damus vobis ibi de quanto ibiden aveo ubique illa podueridis invenire in kasas, in pomares, salti amexinare figarera arvores fructuosas vel infructuosas terras rubtas vel inbarvaras petras moviles vel infictiles augaz cursiles vel incursiles fontis aquarum vel sesigas molinarum pascuis paludibus montes fontes exidun, regressum, vel quanto a prestidum ominis est per suos terminos et loziis antiguos; tera illa laredevi Temiro Donizi que ei demus, illa alia vobis conzedo comodo vobis delimidavimus pro que es moumido et pro alia gias bonas que mizi fezestes et servizio bono, que nobis bene complaguit valeat donatio sigut vendizio ida ut de odie die vel tempore sedea ipsa ereditade de juri meo abrasa et de omnis posteridas mea, et in vestro jure tradida et confirmada con cunctis prestationibus suis, et de omnis progenie vestre et vobis propedin avidura. Facta kartula donationis, vel escriptura firmidadis nodu die quod est nono kalendas Abriles era milesima septuagesima secunda et siquis tamen quod fieri non credidis aliquis omo veneri vel venerimus contra anc kartula intrupendo que vos in judizio deuindigare non podueridis in vose nostra aut nos pos parte vestra pariemus vobis ipsa ereditade dublada vel quanto ad vos fueri meliorada. Comidessa Donna Xemena in anc kartula manu mea + rovoravi. Qui videru Pelagio Nunizi. Petro kalifazi. Ero presbyter. Cidi Duildiz testis. Froila testis. Daildo testis. Ersurio testis. Arzimiro testis. Cidi Pelagiz. Sonimiro notuit confirmo ipsum.

## CCLXXXVI

*Vitemirus Donizi uxorque tradunt Suario Pelagizi bona immobilia quae in villa de Pigeiros possidebant pro debito cuiusdam Sonimiri cui satisdatores erant. Exemplar, negligenter quidem vel inscite descriptum in codice Tombo de S. Simão da Junqueira Livro iv, nobis, non aliud invenientibus, textum suppeditavit.*

1034

In Dei nomine. Ego Vitemiro Donizi, et uxori mea Vistregia conomento Madre, plaguit nobis bone pazis, et voluntas, nunlis quoque genti imperio nec suadentis artigulo, nec pertimexientis medun set propria nostra voluntade, ut faceremus vobis Suario Pelagizi, et conjungia vestra Eiloni kartula confirmationis per escriptura firmidatis, de ereditate nostra propria, que avemus in Villa Pejarios, subtus kastro Piloso, teridorio portugalensi, discurrente rivolo Alister inter Ave, et Cadavo in illo predicto illa larea de illa Agra de Pejarios comodo illa comparavi de Donana Exemena con sa plantado, et illa larea de tras illa mea kasa como se leva de illa quintana de Gonderedo Zonis, et avit in directo con illo kasal de Luzido usque illo monte, et de illa incruziliada comodo avit illa via ante illa porta de illo kasal de Danila, et ex Pero ad kasa de Aloitu Poldro, et torna toma pro ad Eglesia ubi intra nambas illas vias anbas proas com Salvador usque illo monte. Damus vobis de ipso quod conclusimus nostra ratione quanto ibi avemus con cunctis prestationibus in se obtine, kasas, pazanarias, figales, persegar, ameixenales kartiniaries, quanto a prestidum ominis est, damus ipso, quod super resona pro illos quingentos solidos de illa fidriaduria, que me fidiavi Sonimiro, et kalomiaster illo proinde et conzedimus vobis ipsa ereditade proinde et sakamus et nos et ipse Sonimiro de alima, et de ipsa fidriaduria que vobis exedimus. tanto nobis bene complaguit: ida ut de odie die vel tempore sedea de juri nostro abraso et in vestro jure tradida, vel confirmade, et de omnis posteri-

das vestras juri quiedo vindize comodo vobis delimidavimus, et coranter tiru sinauimus. Et si quis tamen quod fieri non credidis aliquis omo veneri vel venerimus contra anc kartula inrumpendo, que vos in judizio devindigare non podueridis in voze nostra aut nos post parte vestra comodo pariemus vobis ipso, que in karta reso dublado, vel quanto ad vos fuerit melioratum, et vobis perpedin avidura. Facta kartula confirmationis nodum die, quo est octavo kalendas Abrile, era milesima septuagesima secunda. Vitimiro Donizi, et Vistregia in anc kartula manus nostras. Et ipsa larea, que deo Vitimiro ad Cidi da proinde alia in ad Cidi, et ipsa a Don Suare, et Nega Cidi quia non ave inde karta Cidi. Vitemiro in anc kartula manus meas +. Qui viderunt Fromarigu testes Leo-verigu testes Cidi testes Luzido testes Vermudo testes Menderigu testes Sisnando testes Alazamo testes Sonimiro notarius confirmo.

## CCLXXXVII

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1034

**Testamentum de leoueriz quod dedit didacus laidiz**

Dominis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosissimorum martirum ob honorem sancti saluatoris et martyres suos acisterium cuius baselica sita et fundata est in villa que nuncupant leza suburbium portugal. Ego indigno et exiguo seruo dei didacus daildiz diue memorie testo et concedo ad ipsum locum sanctum et uobis tudeido abbatii et fratribus uestris qui ibi habitantes fuerint et uiam monasticam et fraternitatem tenuerint testo et concedo de villa mea nominata quam nuncupant leoueriz secundum illam obtinui de abolenga mea quomodo discurre per illam carrariam antiquam que uadit pro ad illum pontem petrinum et de alia parte diuidit cum geilanes pro illo arroio quod intrat in leza et de ipsa hereditate testamus ad ipsum acisterium sam (sic) suprataxata vii<sup>a</sup> portione integra pro remedio anime mee ut sit michi antequam merces copiosa et ueniam peccatis meis ipsa hereditate in montes fontes in casas sauto rouoreda pascuis paludibus terras ruptas uel barbaras petras mobiles uel immobiles aquis cum aductibus suis aquis aquarum sesigas molinarum exitum montium accessu uel recessu siue et omnia quantum ad prestitum hominis est et ibi potueritis inuenire liuera in dei nomine habeatis potestatem. Damus atque concedimus pro remedio anime mee ut sit tolerantia in fratres et monachis ibidem persistentes. Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo homine ad irrumendum uenerit uel uenerimus factum nostrum siue propinquis siue extraneis In primis fiat excommunicatus et a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi sit segregatus et cum iuda traditore domini habeat participium in eterna dampnatione et insuper componat ipsum quod in testamento resonat duplato uel triplato et uobis perpetim habituro. et ad cartam confirmandam acceptimus de uobis unam uaccam pregnatam. et hoc factum nostrum in cunctis obtineat firmitatis roborem. Facta series testamenti xii kalendas augusti. Era LXX<sup>a</sup>ii<sup>a</sup> super millesima. Didacus in hac serie testamenti manu mea roburai + et confirmaui.

Hi sunt testes. Gonderedo test. — Gudinus test. — Fafila test. — Godinus test.

Romanus test. — Atam test. — Saroi test. — Alius gonderedo test.

Desterigus test. — Sisnandus test. — Cidi test. — Ihoannes notuit.

## CCLXXXVIII

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1035

**Intentio pro hereditate de paramios**

Ambiguum quippe non est sed plerisque manet notissimum eo quod ego habui teloni intentionem cum dono et heredibus suis pro sagione gundesindo in presentia domni oseredi super hereditate de paramio et per suas heredi scripturas et per sua ueritate uendigavi tellon ipsam hereditatem et dedi inde medietatem de ipsa hereditate ad dominum oserendum pro que ei adjuuaui in sua ueritate et quando ueni ipse telon ad obitum suum mandauit. filios suos ut dedisset ipsam hereditatem ad cimiterium sancti saluatoris que est fundata in villa quam uocitant

leza pro remedio anime sue sicut illa uendigauit per testes et iuramentum. Obinde ego nos filius telloni prenomi-  
natus gotina ueremudus zalama tanioi et patruina placuit nobis sub aminiculo dei trinitas indiuisa sicut dixit do-  
minus — Audi israel dominus deus tuus unus est — Offero crucis eius apensionis ultroneo uoto ego seruus seruo-  
rum dei telom et filius eius quorum nomina superius taxata sunt uobis togeildo abbatii uel fratribus uel monachis  
qui sub norma regule in ipso cimiterio perdurantes fuerint. Damus atque concedimus ipsam hereditatem cum cun-  
ctis prestationibus suis et adicimus in hoc testamentum nostram rationem in illa piscaria que est in durio quam  
uocitant cauno inter uillar et laurdello. Habeatis firmiter et iudicetis euo perhemppni. Ut si quis aliquis homo ue-  
nerit uel uenerimus contra hanc cartam testamenti infringere uel inmodice temptauerit pariet quantum de hoc  
testamento abstulerit de quadruplum et uobis perpetim habiturum. Facta cartula series testamenti sub die quod  
erit vii° kalendas marci: Era lxxiiii<sup>a</sup> post peractā millesima. Nos prenominati gotina et uermudus et zalama et  
tanioi et patruina in hac cartula testamenti manus nostras roborauiimus +++. Qui ibidem presentes fuerunt.  
Menendus ederoniz conf. Rodericus arias. Anderias presbiter. Sandinus presbiter. Arias presbiter. Ansemondus  
notuit.

## CCLXXXIX

*Pactum venditionis dimidii praedii cuiusdam in villa de Rial siti. Deprompsimus ex Livro  
Preto Conimbricensis Sedis.*

1055

**Carta uenditionis**

In dei nomine. ego teodilli una cum filiis meis romarigu presbitero et goda placuit nobis asto animo et prona-  
mente et propria nostra uoluntate non perfumescentis metum nec suadentis articulo sed propria nobis accessit uo-  
luntas ut faceremus sicut et facimus uobis domno falaf cartula uendicionis de hereditate nostra propria que habe-  
mus in villa rial subtus alpe mons custodias disurrente ribulo leza territorium portugalense uendimus uobis me-  
diata integra de omnem mea hereditate quanta habemus parentela sic eciam et de comparatela sicut illa obti-  
nuit cum uiro meo canuae ubi illa potueritis inuenire qum quanto in se obtinet et ad prestitum ominis est in ca-  
sas in domus et exitus ad mons uel regressus ad domus per suis antiquilis terminis et accepimus de uos precio  
que nobis bene complacuit iii peles aninias et i<sup>a</sup> conelia ipso nobis bene complacuit uos dedistis et nos presentes  
accepimus et de ipso precio apud uos nil remansit in debito. Ita ut de hodie et tempore sit ipsa hereditate de  
iuri abrasa et in uestro dominio sit tradita et confirmata quomodo illa uobis delimauimus et coram testibus asi-  
gnauimus. Habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra ad cuius heredita fuerit de manus nostras. Si quis  
tamen quod fieri non creditis aliquis homo uenerit uel uenerimus ad irrumpendum contra hanc cartula uendicionis  
que nos in iudicio deuendicare non potuerimus aut noluerimus post parte uestra aud uos in uoce nostra ha-  
beatis licencia adprehendere de nos quanto in carta resonat duplato et quanto ibi fuerit meliorato et uos perpe-  
tim habitura. Facta uendicionis carta die erit v kalendas aprilis. Era lxxiiii<sup>a</sup> superhacta millesima. nos nominatus  
teodilli et filiis meis romarigu presbitero et goda in hanc cartula uendicionis manus nostras roboramus ++.

Qui presentes fuerunt. Gutino quod uidit — Saron test. — Vermudus saroniz test.

Quandila quos uidit — Tueildus abba conf. — Quetenando test. — Egas saroniz test.

Aluitu test. — Didacus saraniz — Ansemondus notuit.

## CCLXXX

*Hujus donationis textum e Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptissimus, lectionesque varias ex alio exemplari in eodem codice inserto sumpsimus.*

1056

**•Testamentum unius domus que est in penacoua in qua ecclesia sancti petri est constituta.**

In nomine domini nostri ihesu christi illuminator omnium reparator emanuel qui dixisti de tenebris lumen splendescere ad illuminationem claritatis tue et qui post uite<sup>1</sup> eximie<sup>1</sup> tempora<sup>1</sup> paras opera et qui pollicitu<sup>2</sup> esse dixisti<sup>3</sup> uel domini parcere<sup>4</sup>. Ego domna<sup>5</sup> famula tua natalia una<sup>6</sup> pariter<sup>6</sup> cum<sup>6</sup> filia mea palmella<sup>7</sup> nomine<sup>7</sup> placuit nobis in tuo amore christe et in<sup>8</sup> tuo<sup>8</sup> timore ut hereditatem<sup>9</sup> nostram<sup>9</sup> in domo domini offeramus<sup>10</sup> pro remedio animarum nostrarum. Et nos ipsas<sup>11</sup> qui pollicito adimplemus domino deo uota<sup>12</sup> in<sup>12</sup> nomine patris et filii et spiritus sancti amen et<sup>13</sup> apostolis almis virginibus sacris sancti martini episcopi et sanctorum apostolorum petri et pauli et quorum inter eos uocabulum<sup>14</sup> tenet<sup>14</sup> sancti uincenti leuite<sup>15</sup> cum esse dinoscitur in uilla uaccariza subtus alpe mons buzacco secus amnem<sup>16</sup> mondeci<sup>16</sup> territorio colimbriense. adicimus ibidem domino<sup>17</sup> ad ipsius sacrosanctum et uenerabile<sup>18</sup> templum dei testamentum facimus de omni facultate<sup>19</sup> nostra<sup>19</sup> quanta<sup>19</sup> habemus<sup>19</sup> et augmentare potuerimus<sup>20</sup> casas<sup>20</sup> cum<sup>20</sup> omni<sup>20</sup> illorum<sup>20</sup> persia que<sup>21</sup> ad prestitum hominis est et per illas uillas omnia cuncta nostra herentia in terras ruptas uel inruptas pascuis paludibus<sup>22</sup> pumares figares uineas uel omne<sup>23</sup> genus<sup>23</sup> pomiferum<sup>23</sup> et aquas aquarum et sessicas<sup>24</sup> molinarum siue<sup>25</sup> in<sup>25</sup> estate<sup>25</sup> siue in etate pluuiie siue exitus ad montes uel regressus ad domum per antiquos terminos sicut illa<sup>26</sup> habuimus<sup>26</sup> in uita nostra. Ideo<sup>27</sup> adicimus ibidem nostram casam que est in medio de ipso castello nominato pennacoua et ad construendum in ea ecclesiam in honore sancti petri et pauli apostolorum et sancti tome apostoli ut similiter deseruiat ad ipsum locum sanctum nominatum sancti uincenti leuite que est fundata in eius nomine cenobio uaccariza ad presbiteros et ad fratres qui ibi morantes fuerint et uitam sanctam deduxerint habeant et possideant eam tam in uita nostra quam post obitum nostrum et uobis abbati domno florite iudicetis hoc meum testamentum sicut uolueritis una cum fratribus uestris in uita uestra in dei nomine habeatis potestatem quam inde facere uolueritis<sup>27</sup>. Ita uno<sup>28</sup> moneo ut nemo presumat<sup>29</sup> in alia parte transferre aut<sup>30</sup> uendere aut<sup>31</sup> donare uel<sup>32</sup> testare<sup>32</sup> sed in hoc loco predicto semper<sup>33</sup> deseruire<sup>31</sup>. Et si aliquis homo tam<sup>35</sup> de<sup>35</sup> propinquis quam<sup>36</sup> de<sup>36</sup> extraneis<sup>36</sup> tam<sup>36</sup> de<sup>36</sup> personis<sup>36</sup> inferioribus<sup>36</sup> quam<sup>36</sup> maioribus<sup>36</sup> qui hoc factum nostrum irrumperem uoluerit<sup>37</sup> ueniat super eum<sup>38</sup> irruptio<sup>38</sup> celestis et uorax inferni et<sup>39</sup> cum<sup>39</sup> iuda<sup>39</sup> traditore<sup>39</sup> habeat<sup>39</sup> participium<sup>39</sup> in<sup>39</sup> eterna<sup>39</sup> dampnatione<sup>39</sup> et insuper dampna<sup>40</sup> secularia<sup>40</sup> pariet post parte ipsius monasterii quantum ausus fuerit inquietare septuplum<sup>41</sup>. et post parte potestate<sup>42</sup> qui illam terram imperauerit aliud tantum. Facta series testamenti viii<sup>13</sup> kalendas marcas. Era millesima LXX<sup>3</sup>III.<sup>3</sup> Ego natalia et filia mea palmela in hac serie testamenti quem<sup>44</sup> ex<sup>44</sup> uoto<sup>44</sup> nostro<sup>44</sup> proprio<sup>44</sup> facere<sup>44</sup> procurauimus<sup>44</sup> manus nostras<sup>45</sup> roborauiimus<sup>45</sup> ++.

Qui presentes fuerunt. Lobon test. — Arias test. — Zacoiben bellite<sup>46</sup> test. — Ivbelin<sup>47</sup> test. — Abdela<sup>48</sup> argeriquiz<sup>48</sup> test.<sup>48</sup> — Froila<sup>48</sup> manuadiz<sup>48</sup> test.<sup>48</sup> — Zacoiben<sup>48</sup> zacoiben<sup>48</sup> test.<sup>48</sup> — Manila test.

**.. Testamentum de casa qua testata est natalia et filia eius**

- 1 uicem eximio tempore
- 2 pollicitum
- 3 dixisti seruum aut ancillam.
- 4 parare.
- 5 domne
- 6 et
- 7 nomine palmela
- 8 deest
- 9 hereditas nostra
- 10 offerimus
- 11 ipsi
- 12 uotum. In
- 13 deest
- 14 principatum tenent
- 15 leuite
- 16 amnis mondeco
- 17 domine
- 18 uenerabilem
- 19 re facultatem meam quantam habuimus
- 20 potuimus nostra casa in illo castello cum sua
- 21 cum quanto
- 22 padolibus
- 23 omnia genera pomifera
- 24 sessigas
- 25 sic in state

- 26 illam obtinuimus
- 27 et quos domno et pater florite abba et presbiter et frater contrata cenobio uaccariza sub ea uidelicet ratione seruata ut in uita nostra obiurgetis et post obitum uero nostrum quicquid exinde agere uel facere uoluerimus libera in dei nomine habeatis potestate.
- 28 unum
- 29 presumere
- 30 deest
- 31 uel
- 32 deest
- 33 deest
- 34 seruire. Et ita eos tamen discusse firmiter state ut illorum hereditas fiat potestate.
- 35 deest
- 36 nostris iermanis suprinis filiis uel neptis
- 37 uoluerit uel uenire temptauerint
- 38 eos ira dei et rumfam
- 39 baratri
- 40 deest
- 41 septuplum pariet
- 42 potestati
- 43 nodum die quod erit viii
- 44 desunt
- 45 meas conf.
- 46 belite
- 47 Iubelin
- 48 desunt

D. et C. Tom. I.

45

Valiti test. — Manoi<sup>49</sup> test.<sup>49</sup> — Anagildo<sup>49</sup> estelliz<sup>49</sup> test.<sup>49</sup> — Zaccaria<sup>50</sup> test. — Frestes<sup>51</sup> test. — Vermundus<sup>52</sup> presbiter<sup>52</sup> conf.<sup>52</sup> — Ego<sup>52</sup> episcopus<sup>52</sup> confirmo<sup>52</sup> et<sup>52</sup> diuina<sup>52</sup> dei<sup>52</sup> gratia<sup>52</sup> sanctificau<sup>52</sup> — Frogiulfus<sup>52</sup> presbiter<sup>52</sup> conf.<sup>52</sup>

<sup>49</sup> desunt  
<sup>50</sup> Zaccarias.

<sup>51</sup> Fortes  
<sup>52</sup> desunt

## CCLXXXI

*Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, sumpsimus.*

1036

**Carta de morteira hereditate ubi dicent campos**

In dei nomine. Ego ermegoto cognomento goti et filios meos et generos nominibus fasila et uxori mee trastalo cognomento domna gonta et uxori mee matre bona citi et uxori mee tructilli uiliamiri audino stephano et uxori mee ermegoto et germana mea ermesinda a tibi christoforus uiliamiri in domino deo eternam salutem amen. Ideo placuit nobis per bona pacis uolumptas ut faceremus uobis cartula uenditionis et firmitatis ut faceremus de agro nostro propria que habemus in villa mortaria ubi modo dicent campos subtus mons latito territorio bracarense. leuat se ipse agro de termino de agro de petro et uadit in directo per succo de soror ilduara et fere in illa cabezana trans illa canbiancia et torna per succo de petro in directo et fere in illa carraria de agro de petro unde primiter incoabimus. ipso agro que conclusimus ab integro uobis illo concedo cum sua aqua de aqua leuita que ipso agro inrigat. et accepimus de uos pretio in offertione illos lenzos de sarbilanes que nobis lexatis in que illo mandamento tenueritis ipsum nobis bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit in debito. Habeatis eam firmiter iure perhemni uos et omnis posteritas uestra uel eum relinquere volueritis liberam in dei nomine habeatis potestatem. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula ad inrumpendum que nos in iuditio diuindicare non potuerimus aut uos in uoci nostre tunc habeatis licitum apprehendere nos ipsum que in carta resonat duplatum uel triplatum uel quantum ad uobis fuerit melioratum. Facta cartula uenditionis et firmitatis notum die quod erit vn<sup>o</sup> kalendas martii. Era m<sup>a</sup> LXX<sup>a</sup> mii<sup>a</sup>. Nos superius nominati in hac cartula uendicionis et firmitatis manus nostras ro+s. Qui presentes fuerunt Arabedo test. Citi didaz test. Honorico frolaz test. Christoforus uiliamiriz notuit.

## CCLXXXII

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa Gazim dicta. Ex codice, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira Livro III p[re]ae se fert, decerpsimus.*

1036

In Dei nomine. Ego Matre Bona Ermildizi una con filia mea Matre Tedonizi plaguit nobis bona pazis, et voluntas nulius quoque gentis imperio nec suadentis artigulo nec pertimeixentis medum set probia mea voluntade ut fazeremus vobis Tedon Pelagizi uxori vestra Vrimia Suarizi sigut et fazimus vobis kartula venditio de ereditade nostra probia que avemus in Villa Gazim subtus Zividad Bogonti terridorio Portugalensis discurrente rivolos inter Ave, et Alister : damus vobis in ipsas Villa omnia mea ereditade quanta ibi nos compode inter nostros iredes ubique illa podueridis invenire tan de parentela quan et de nostras comparationes; et azebi de vos Ego Matre Bona tres quarteiros de milio tanto mizi bene complaguit. et Ego Matre Tedonizi dau ad vobis illa mea erediade integra con quantis prestationibus in se obtinet quanto a prestidun ominis est posque soltaster me por prendere bonos per manu de enego. conzedo vobis illa vel quezione, inda ut de odie die vel tempore sedeat ipsas ereditades de juri nostro abrasas et de omnis posteridas nostras, et in juri vestro tradida, et de omni posteridas nostras juri quiedo vindize usque in perpetum vindizedis. Et siquis tamen quod fieri minime non credidis aliquis omo veneri, vel uenerimus contra anc karta inrumpendo que vos in judizio vindicare non podueridis in voze nostra aut nos post parte vestra comodo pariemus vobis ipsa ereditade dublada vel quantum ad vos fueri meliorada, et vobis

perpedin avidura. Facta kartula venditionis in die quod erit sexto idus Magii era milesima septuagesima quarta. Matre Bona, et Matre Tedonizi in anc kartula manu nostra ro++boramus. Qui viderunt Pelagio testes, Treita testes, Cidi testes, Froila testes, Gontino testes, Petro testes, Sonimiro notuit et confirmo.

## CCLXXXIII

*Pactum venditionis fundi in villa Gazim siti. Ex codice, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira Livro III p[re]ae se fert, descriptsimus.*

1037

In Dei nomine. Ego Gunisalbo Sezemondisi, et uxor sua Madre Bona in Domino Deo eterna salute amen. Ideo plaguit mizi pro bona pacis voluntas nulis quoque gentis inperio, nec suadentis articulo nec pertimexentis medium set propria mici acesi volumtas, ut vinderemus vobis Osoredo Pelagizi, et uxor vestra Ledegundia sigud et vendimus ereditade nostra propria, que abemus in Villa Gazim. et abemus ila de parente nostro Resemondo Gondezindizi, et tenuimus ila de vestro Abolo Don Rodorigu in suo prole : damus vobis ila, atque concedimus per ubi ila podueridis invenire in montes, in fontes in casas in pomares, in figales, in kastinasi, que petras moviles vel inmoviles, exidus montium vel regresum, aquis aquarum, vel sesegas molinari. damus vobis atque concedimus. et acebimus de vos decem modios in precio tantum nobis bene complaguit, ida ut de odie die vel tempore sia de jori nostro abrasa, et in vestro dominio sia tradida aque confirmada; abeadis vos, et omnis posteridas vestra juri pereniter. Et si aliquis omo veneri, vel venerimus contra anc kartula irrumendum que, et in iudicio non podueridis divindigare nec ea vos in voce nostra post parte vestra quomodo pariemus vobis ila doblada, et quantum a vos fueri meliorada, et vobis perpetim abidura. Facta kartula vendicionis octavo idus Februarii era milesima septuagesima quinta. Gunisalbo, et Madre Bona in anc kartula venditionis manu nostras ro++boramus. Qui presentes fuerunt Pelagio Odorisi quos vidi. Froila testis, Joanne testis, Pelagio Dalidizi testis, Suario noduit.

## CCLXXXIV

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1037

**Carta uenditionis de hereditate gundiadi**

In dei nomine. Ego exemena prolix fedenandi una cum filia mea nomine domna maior placuit nobis asto animo et prona mente et propria nostra uoluntate non pertimescentis metum nec suadente articulo sed propria nobis accessit uoluntas ut faceremus tibi falaph sicut et facimus cartulam uenditionis de hereditate nostra propria que habemus in uilla gundiadi et in uilla rial subtus alpe mons custodias discurrente riuulo leza territorio portugalense. et habuimus illam hereditatem de parte de nostra ancilla nomine gutina filia martino et fuit ipsa ancilla de susceptione parentum meorum et euenit michi in portione inter meos fratres. Damus uobis suam hereditatem integrum per ipsas uillas nominatas cum quantum ipse obtinet uel ad prestitum hominis est ubi illam potueritis inuenire per suis locis et antiquis terminis et accepimus de uobis precium aderato et nominato 1<sup>a</sup> pellis aninia integra et alia media qua ipse nobis bene complacuit. uos dedistis et nos presentes accepimus et de ipso precio apud uos nichil remansit in debito. Habeatis uos illam firmiter et omnis posteritas uestra aut cuius tradita fuerit de manibus uestris. ita ut de hodie die et tempore fiat ipsa hereditas de iure nostro abrasa et in iuri uestro dominio fiat tradita et confirmata. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus aut nos aut propinquis nostris aut extraneis ad irrumendum contra hanc cartulam uenditionis que nos in iudicio deuendicare non potuerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra habeatis licentiam apprehendere de nobis quantum in cartula resonat duplatum uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetim habiturum. Facta cartula uenditionis die erit vi kalendas marci. Era lxx<sup>a</sup> v<sup>a</sup> superacta millesima. Exemena filia fedenandi et ieluira una cum genita mea in hac cartula uenditionis manus nostras roboramus ++.

Qui presentes fuerunt. Sarrazina domna conf. — Vermudus fredenandiz test. — Didacus soariz conf. — Pe lagius numnezi conf. — Adefonsus egarediz conf.

Petrus iben falifa quos vidi — Petrus fromarigiz quos vidi — Quetenando quos vidi — Frater froila quos vidi. Frater rodericus quos vidi — Ansemondvs Notvit.

## CCLXXXV

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis. Accedunt lectiones variae ex alio exemplari in eodem codice invento desumptae.*

1037

**Carta uenditionis de hereditate de rial.**

In dei nomine. Ego comite gundisaluo filius froila et uxori mee ermesenda filia fredenandu<sup>1</sup> et ieloira<sup>2</sup> Placuit nobis asto animo et prona mente<sup>3</sup> et<sup>3</sup> propria<sup>3</sup> uoluntate<sup>3</sup> non pertimescentis metum nec suadentis articulo sed propria nobis accessit uoluntas ut faceremus tibi halaf carta<sup>4</sup> uendicionis sicut et facimus<sup>5</sup> de hereditate nostra propria que habemus in uilla rrial subtus alpe mons custodias discurrente ribulo leza territorium<sup>6</sup> portugense et habuimus illa hereditate de parte nostro seruo nomine<sup>7</sup> godesteo filius leodemaro et dolcina et euenit<sup>8</sup> nobis in porcione<sup>9</sup> ipso seruo et sua hereditate inter meos germanos uel heredes<sup>10</sup> et fuit ipse godesteo criazom de pater meus domno meo<sup>11</sup> fredenando et de mater nostra domna geluira<sup>12</sup>. Vendimus tibi quarta<sup>13</sup> integra de hereditate dolodemaro<sup>14</sup> et de dolcina qui fuerunt parentes de ipso godesteo ubi illa potueritis inuenire per ipsa uilla cum quantum in se obtinet uel ad prestitum ominis est cum suo exitum ad monte uel regressum ad domum siue in ribulo siue ubique potueritis inuenire per ubi tibi delimitauimus<sup>15</sup> et coram testibus adsignauimus. et accepimus de te<sup>16</sup> precio aderato et nominato 1<sup>a</sup> addorra<sup>17</sup> siricea colore<sup>18</sup> uiride<sup>18</sup> et 1<sup>a</sup> scala<sup>19</sup> argentea<sup>19</sup> n<sup>as</sup> pelles annias<sup>20</sup> quia ipso<sup>21</sup> nobis bene complacuit tu dedisti et nos presentes<sup>22</sup> accepimus et de precio apud te nil remansit in debito<sup>23</sup> ut<sup>23</sup> hodie die et tempore seiat ipsa hereditate de iuri<sup>24</sup> nostro<sup>24</sup> abrasa et in<sup>25</sup> uestro<sup>25</sup> domnio seiat<sup>26</sup> tradita et confirmata. Habeas<sup>27</sup> firmiter et omnis posteritas tua aud<sup>28</sup> cuius tradita fuerit de manus<sup>29</sup> tuas<sup>29</sup>. Si quis tamen quod<sup>30</sup> fieri minime creditis<sup>31</sup> aliquis homo uenerit uel yenerimus an<sup>32</sup> nos aut proprinus nostris uel extraneis ad intrupendum contra hanc carta uendicionis que nos in iudicio deuendicare<sup>33</sup> non potuerimus post<sup>34</sup> parte tua aut tu in uoce<sup>35</sup> nostra habeas licenciam<sup>36</sup> adprehendere<sup>36</sup> de nos quod in hac<sup>37</sup> carta<sup>37</sup> resonat trippata<sup>38</sup> post tua parte et quantum ibi<sup>39</sup> fuerit meliorata<sup>40</sup> et tu perpetim habitura<sup>41</sup>. Facta carta uendicionis die erit pridie idus marci. Era LXX<sup>a</sup>v<sup>a</sup> superhacta millesima. comite gundisaluo et uxori mea<sup>42</sup> ermesenda domna in hac<sup>43</sup> carta<sup>43</sup> uendicionis manus meas<sup>44</sup> roboro++<sup>44</sup>.

Qui presentes<sup>45</sup> fuerunt<sup>45</sup> Tueidus<sup>45</sup> abba conf. — Petrus conf. — Ammor conf. — Donadeo presbiter — Canabe<sup>46</sup> godesteu<sup>46</sup> conf. — Placidio conf.

Romarigu<sup>47</sup> presbiter<sup>47</sup> — Saron<sup>48</sup> test. — Victenando leodemarizi<sup>49</sup> — Electus presbitero<sup>50</sup> — Suarius<sup>51</sup> lo uegildizi<sup>51</sup> diaguno<sup>51</sup>.

Carta uenditionis	
1 fredenando	26 sit
2 eluira.	27 Habeas tu
3. nostra uoluntate et propria mente	28 au
4 kartula	29 manibus tuis.
5 fecimus	30 quo
6 territorio	31 crederis
7 deest	32 aut
8 uenit	33 deuendicare
9 porcionem	34 pro
10 heredes. et fuit ipse godesteo filius leodemaro et dolcina	35 deest
11 deest	36 licencia apredere
12 eluira.	37 hanc carta uendicionis
13 iiii <sup>a</sup>	38 tripata
14 de leodemaro	39 deest
15 delimitauimus	40 melioratam
16 deest	41abitura.
17 adorra	42 mee
18 colore uerde	43 hanc cartam
19 escala argentea et	44 nostras roborauiu++s.
20 anninas	45 adfuerunt Tudeildus
21 tantum	46 Canabe conf. — Godesteo
22 deest	47 Romarigo presbiter conf.
23 debito. Ita ut de	48 Saron
24 nostro iuri	49 test.
25 iuri tuo	50 presbitero conf.
	51 Suarius louegildici test.

Johanne iben<sup>52</sup> eiza<sup>52</sup> test.<sup>52</sup> — Menendo iohannizi<sup>53</sup> — Ziti<sup>54</sup> patrici<sup>54</sup> — Salvador filii arias<sup>55</sup> — Ennego<sup>56</sup> quandilazi<sup>56</sup> — Ansemondu<sup>57</sup> notuit.

<sup>52</sup> babbista test. Didacus presbitero conf.  
<sup>53</sup> iohannaci test.  
<sup>54</sup> Cidi patrici test.

<sup>55</sup> arias test.  
<sup>56</sup> Engo candalaci  
<sup>57</sup> Pelagius

## CCLXXXVI

*Adosinda filiique, testamentum adimplendo Froilue Godesindiz, viri patrisque eorum, duas partes bonorum immobilium, quae in pagis de Pousada et de Santa Cruz ipse Froila olim coram judicibus vindicaverat, Monasterio de Anta donant. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1037

## Series testamenti

Ambiguum quippe non est sed plerisque manet notissimum eo quod ego froila filius godesindo eo quod michi dedit pater meus in casamento medietate integra de villa pausata et post obitum ipsius pater meus abuerunt mecum meos germanos barralia qui fuerunt genitus de alia mater in dies regnante serenissimo adefonsus imperator obtinente comite menendus prolix lucitu sancta maria et habuimus ipsa baralia in presencia ante diagu donnanizi in ipso concilio. ordinarunt nos iudices et lex ut uindigase omnia cuncta quod michi dederat ipsius pater meus quia ego erat filio primogenito et quando uenit ipse froila ad obitum suum mandauit coniugiam suam adosinda et filiis suis ut deditissent duas partes de ipsa hereditate ad cimiterium sancti martini episcopi et sancti salvatoris et sancte marie virginis et sancta marina et sancta christina et sancti michaeli arcangeli qui fundata est in villa anta et ad tudeildus abba et ad fratribus suis sicut illa uindicabit in concilio. Obinde ego nos filii ipsius froila nominatis didacus et monneo et ildura una cum mater nostra adosinda placuit nobis sub aminigulum dei trinitas indiuisa sicut dixit dominus — audi israel dominus deus tuus unus est — Offero crucis eius apensionis ultroneo uoto ego seruus seruorum dei froila filius godesindi et filius eius et coniungie eius damus et concedimus pro remedio anime sue duas partes de ipsa medietate de ipsa villa pausata sicut illa obtinuit ipso pater noster et suas lareas que habemus in villa sancta cruce et ferent ipsas lareas in litore maris cum cunctis prestacionibus suis cum quantum in se obtinet et ad prestitum ominis est quorum nomina superius taxatum est a uobis domno tudeildus abba et ad fratribus uel monachus qui de nostra fraternitate fuerint et in uita sancta proseruant habeant et possideant sub norman regule in ipso cimiterio damus atque concedimus ipsa hereditate. habeatis firmiter quod de sursum texatum est per suos terminos antiquos et uindicetis eum perenni et est ipsa villa subtus alpe mons sagitella territorio portugalense discurrente ribulo que dicent lagona usque se infundit in mare. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula testamenti infringere uel inmodice temptauerit pariet quantum de hac testamentum abstulerit de quadruplum et uobis perpetim abiturum. Facta kartula testamenti infringere uel inmodice (*sic*) quod erit u nonas augustas. Era LXXV<sup>a</sup> superacta millesima. Nos suprannominatos diago et monneo et eldura cum mater nostra adosinda in hanc cartula testamenti manus nostras roboramus+++++. Qui presentes fuerunt Seieredus presbiter. Ero doriguzi. Pantalio iben iendo. Rodrigu sunilazi. Alio rodrigo. Trasmiru presbiter. Froila sisnandici. Donno uizoizi. Petro iben egas. Ziti emmalizi. Benedicti martinici. Donnam parentizi. Francolinu totus. Ansemondo quasi presbiter notuit.

## CCLXXXVII

*Pactum venditionis agri cuiusdam in pago. Gazim, sic dicto, siti. Sumpsimus ex codice, in quo tantum exemplar hujus pacti invenitur, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira Livro III p[re]ae se fert.*

1038

In Dei nomine. Ego Aloito plagui mici per bone pacis volumtas, munlo quoque gentis imperio, nec suadentis artigulo, set probia mici acepsit voluntas ut faceremus vobis Teton Pelagiz, et uxor tue Animia cartula venditionis

D. et C. Tom. I.

46

sicut et facimus de larea nostra probia, que avemus in Villa Gacini, subtus mons civitas Bogonti, teritore Portugalense, inter Ave, et Alister, et est ipsa larea jeira media de vesadoiro, quos dedit a nobis Teton Savariquiz, pro remedio anime sue. damus vobis ipsa terra pro que acepimus de vos precio quinque quarteiros, in que nobis bene conplagui it est vos dedistis, et nos acepimus, et de precio apud vos nici remansit in devito. Ida odie die, vel tempore siat ipsa ereditate de juri nostro abrasa, et in vestro sit tradita vel confirmada; aveatis vos firmiter, et omnis posteritas vestras, et sit tamen, quod fideri non credimus aliquis omo veneri, vel venerimus ad inrumpendum anc cartula venditionis, et nos a judicio deuendigare non potuerimus aut vos in nostra, comodo pariemus ila duplada post vestra parte, et ad judice suo judigato. Facta cartula vendicionis notum quod erit decimo quarto kalendas Abriles, era septuagesima sexta, super milesima. Aloito in oc kartula venditionis manus nostra rovoro+. Qui presentes fuerunt ic sunt Pelagio Daildiz, Pelagio Citiz Monderigo, Ergemiro Fafilaz Odeiro Cesariz, Eloito notui.

## CCLXXXVIII

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis desumpsimus.*

1058

**Testamentum de villa anta**

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosisque martiribus et laureatis ob honorem sancti saluatoris sancti martini episcopi et confessoris christi sanctorum petri et pauli apostolorum sancti michaelis archangeli sancti thome apostoli sancti iacobi apostoli sancta maria uirginis et genitricis domini sancti pelagii martiris sancte christine sancte marine sancti christofori cuius baselica fundata est in villa quam uocitant anta quam fundauit tudeil-dus abbas una cum fratribus suis pro remedio anime sue et de illos dominos qui eam ganarunt et pro cuius memoria eam dederunt ad ipsum abbatem iam superius nominatum et fratribus suis. Obinde ego ancilla dei adosinda cognomento dulcedomna filia galindi et baselisse in domino deo eternam salutem amen. Ego nos iam superius nominata cum peccatorum mole depressa et diem iudicii dei timendo quia dicit in euangelio — Redime te homo dum uiuis dum potes dum precium in manibus tuis tenes ne tibi ueniat mors subitanea et perdas simul precium et animam — Ego placuit michi bone pacis et uoluntas et ex spontanea propria mea uoluntate ut pro remedio anime mee et de matre mea nomine basilissa damus atque testamus ad ipsos sanctos et uobis tudeildo abbati et fratribus tuis hereditates meas proprias que habeo de susceptione parentum meorum tam de auolengo quam etiam et de comparadela in villa anta subtus alpe mons sagittella territorium portugalense prope littore maris in ipsa villa tercia integra pro tolerantia fratrum hospitum peregrinorum qui in uita sancta perseuerauerint et monasticam deduxerint uitam. Siquis tamen quod fieri non credimus et indubitanter tenemus ut aliquis homo uenerit uel uenire conauerit contra hoc nostrum factum ad irrumendum uel infringendum de propinquis uel extraneis uel de quolibet homine in primis que domini sunt sint excommunicati ab omni cetu christianorum et cum iuda traditore habeat participium in eterna dampnatione et a corpore et sanguine ihesu christi sit extraneus. Ita ut corpus eius non suscipiat terra sed maledicunt ei qui maledicunt diei qui preparati sunt suscitare leuiatam. ipsum quod ausum fuerit contaminare aut infringere quadruplum componat et post parte iudicum tunc fieri auri talenta duo. et hoc nostrum factum plenam obtineat firmitatem. Facta series testamenti a me facta In die quod erit kalendas aprilis. Era LXX<sup>a</sup> vi<sup>a</sup> post peracta millesima. Adosinda in hac cartula testamenti a me facta manu mea rohaura+. Vermudus iben egas conf. Arias presbiter conf. Gotina filia ipsius adozinde conf. Frater aurio quos vidi. Frater petrus quos vidi. Dominicus presbiter quos vidi. Pelagius donnaniz quos vidi. Iohannes presbiter denuntiauit. Asemundus presbiter quos exarauit.

## CCLXXXXIX

*Adosinda Dulcedona Tudeildo abbati monachisque vaccariciensibus tertiam partem bonorum Monasterii de Anta se non alienaturam sed Vaccariciae Monasterio donaturam esse pollicetur. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis hausimus.*

1058

**Placiti agnitionis**

Adosinda cognomento dulcedona placitum facio uobis tudeildo abbati et fratribus uestris deinceps admodum quod est ipsas kalendas apriles Era LXX<sup>a</sup>VI<sup>a</sup> superacta millesima pro parte de ipsis hereditatibus de anta unde uobis istud testamentum facimus uobis atque fratribus uestris qui habeatis et possideatis illas de nostro dato sicut in testamento resonat sicut canonica sententia resonat et docet. et non habeamus nos licitum in uita nostra in alia parte transferre terciam de ipso acisterio anta cum cunctis adiectionibus suis qui non testemus illam nec donec nec uindamus nec extraneemus illam in alia parte nec illam de iuri uestro uel de fratribus uestris prendamus sed obtineatis illam firmiter de iuri nostro iuri quieto temporibus seculorum uos et omnis posteritas uestra uel cuius uos illam relinquere uolueritis liberam in dei nomine habeat potestatem. et si minime fecerit et isto placito exoderit in uita mea aut prosapia mea filiis uel neptis aut quilibet homo fuerit pariet post parte uestra uel de fratribus uestris ipsas hereditates quas in testamento et in placito isto resonat et duplatum uel quantum ibidem fuerit melioratum et insuper auri talenta duo componat post parte uestra sicut sursum resonat et in iudicato. et hunc factum nostrum non sit uiolatum pro ulloque facto sed plenam habeat firmitatem roborem usque in seculum seculi pro sententia canonica. Adosinda cognomento dulcedomna in hoc placitum manum meam roboro +. Qui presentes fuerunt. Auriol test. Petrus test. Dominicus test. Pelagius test. Ansemundus notuit.

CCC

*Pactum venditionis partis pomarii cuiusdam propè Gemunde. Ex charta autographa, ad Morariense Monasterium olim pertinente, in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1058

In dei (sic) ego geluegia connomentum uelita placui mizi bone pacis uolumtas ut per scriptis vinderemus uobis froila et uxori tua gaudiosa connomentumgota sicut et uimdo mea rationem de ilo pumare de rotumdelo de ila III<sup>a</sup> V<sup>a</sup> integra et mea X<sup>a</sup> dotti et fuit ipsa V<sup>a</sup> de filia mea gudiseua connomentum uita et aue iacemcia ipse pumar in terminum de gemundi in loco predicto de ilo arugio in cima de illa lomba pleca in pumar de canabe et de alia parte per u diuide cum ziti gartia et iace in ipso loco supranominatum subtus montes faro territorio portugalemse discuremte ribulu uti. damus aque concedimus uobis in ipse pumare ila nostra rationem integra quod sursum resona et acepimus de uos pretio III modios in que nobis ben complagui et de pretio apud uos nicil remansit in deuito. uos dedistis et nos acepimus ut aueat unusquisquam acepimus. Ita de odie die tempore aueatis ilo de nostro dato uos et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum et si quis aliquis omo uenerit uel uenerimus contra ac kartula uimditionis intrumpere uel framgere uolueri uel uoluerimus et que uos illa deuimidigare uel actorgare noluerimus pars nostra partique uestra et aueatis licentia de nos adpremdere ipso que in carta resona duplatum uel quantum a uos fueri melioratum et uobis perpetim auituro. Facta kartula uimditionis notum diem quod eri V<sup>o</sup> idus abriles. Era LXXVI<sup>a</sup> super millesima. geluegia connomentum uelita in oc kartula manus mea ro +.

qui presem fuerunt. egas test. — truito iulianizi test. — simdinus adefomsiz test. — tetom test.

Erus (?) quasi presbiter notuit.

## CCCI

*Senadrugia Pelaiz Roderico Pepizi uxoriique ejus in clientelam et fidem, (maladia uebant) se dicat. In codice Tombo de S. Simão da Junqueira Livro iv hoc pactum descriptum tantum invenimus.*

1038

Senadrugia Pelaiz facio a vobis Rodorigu Pepizi, et a uxori vestra Tuta, que sedeze vestra malada et non preclame me ad alio dono, et si minime fecerit e prole ei sederit quomo parie vobis quinque boves de quindecim quindecim modios, et a judice suo judigado. Nodum quod erit sexto kalendas Magi era septuagesima sexta in post milia.

Qui presentes fuerunt Germias Vermudiz, Froila Justiz, Vermudo Germias, Cidi Coaz, Didago notuit.

## CCCII

*Pactum permutationis praedii in loco Pegeiros pro alio in loco Celtejanes dicto. Descriptum ex Tombo de S. Simão da Junqueira Livro iv. Unicum superest exemplar.*

1058

In Dei nomine. Ego Rodorigo plagui mici per bone pacis voluntas, numlo quoque gentis imperio, nec suadentis artigulo, set probia nobis acesit volumtas, ut faceremus vobis Rodorigo Pepiz, et conjungia vestre Tuta sicut et facimus kartula contramudationis, vel venditionis, de ereditate nostra propria, que avemus in villa quos vocitant Pegeirus, subtus mons Civitas Bogonti, territorio Portugalense, probe litore maris de cazal, quos fuit de Brandila Sicilazi medio integra exetis illa casa de fora, et in Pausada quarta integra, de ereditate de Vermudo Adefoncizi, damus vobis illos cotres casales con suas ereditates, et con omnibus prestationibus suis quantum ibi appetitum est. damus vobis illos casales pro que acepimus de vos alia ereditate in Villa de Celteganes, scilicet vos dedis et nos acepimus; et de precio apou nos nichil remansi in devito, ida odie die, vel tempore siat ipsa ereditate de juri nostro abrasa, et in vestro juri tradita sit vel confirmada. aveatis vos firmiter omnis posteritas vestra; et sit tamen cod fieri non credimus aliquis omo veneri, vel venerimus ad inrumpendum anc cartula et nos ad judicio devindicare non potuerimus post vestra parte, aut vos in nostra voce quomo pariemus ila duplada, uel quam a vos fuerit meliorata. Facta kartula vendicionis notum die quod erit quarto kalendas Magii era septuagesima sexta super milesima. Rodorigo in ac kartula contramudationis manum mea r+. Qui presentes fuerunt. Germias Vermudiz confirmo. Ceseiro Olitis confirmo. Froila, Citi, Odeiro, Gaudili, Aloitu quazi presbiter notui.

## CCCIII

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in pago de Pedrafita. Ex charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinente, in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1058

Christus. In dei nomine ego eirigu plagui mici per bone pacis et uolumtas non suadentis artigulo se propria nostra uoluntas ut uinderenmus uobis aduomari arianiz et uxor uestra goltrecodo iam dictis sicut et uendimus ereditate nostra propria que aueo de auios meos in uila quos uocitant petra fita in terminum de ataulfi territorio portucalensis subtus mamola de adaulfi et aue iacentia inter recemundi et adaulfi ipsa ereditate et in sunno, (?) tale aue in logitudo lx<sup>a</sup> et iii<sup>o</sup> pasales et in latitud xx iii<sup>o</sup> et in alio locare xxx<sup>a</sup> et vii in logitudo et in latitudo xii pasales. damus uobis uel concedimus sia de nostro iure arasa et in uestro tradita uel confirmata et acepimus de vos precio quanto nobis pene complacui una iouenca soltare et vi quartarios de milio. uos dedistis et nos acepimus et de precio nicil aput remansi in deuito. aueatis uos et omni posteritas uestras. et si aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anz caratula uintacionis ad inrunpento que parie uobis ipsa ereditate dublata uel tripata uel con-

quanto a uos fuerit meliorata. Facta kartula uindetionis in era LXX<sup>a</sup> vi<sup>a</sup> post millesima n<sup>o</sup> kalendas magi facta cartula uindetionis. Eirigu manus meas + + +.

euenanto leuite —eirigu condesinto — rodorigo iz sunt testes.  
cidi presbiter nodui.

CCCIV

*Descriptimus ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona piae se fert.*

1058

**Karta de agnitio de ecclesia sancti christofori et sancti saluatoris  
de ganderela**

Sub imperio sancte et indiuidue trinitatis ..... cum filium unius deitatis atque substantie .....  
uerborum adtamen pro memoria temporum testimonium adhibendum est enim litterarum ut in cunctis notum fiat  
et quod in tempore illo surrexerunt inimici maligni nominibus menendo flomarigoz et audericus presbiter et per  
potentia de domnos de zersedelo cum heredibus eorum presumpserunt casa de sancto christoforo de iure de gun-  
demarus suariz et de ermorigo presbiter que ipsa casa de manu sua tenebat. tunc peruerunt proinde in presen-  
tia honoricus abba pelagius guntemiriz Mitto arias Teton adefonsiz Odoiro sisandiz Queco ennegoz Roderico tra-  
ctemiriz et alii multorum bonorum ominum et ibidem conligaturi sunt in placitum per manus sagioni Aloito ma-  
nualdiz ut ad diem actum aciperent ueritatem unus cum aliis. ita et peruerunt ad diem conligationis huius  
ipse Gundemarus suariz cum heredibus suis dicendo contra ipso menendo flomarigoz et audericu presbiter et dom-  
nos de zersetello cuius uoce intendet Egas safilaz uel adiutatoris eius et quod uenerunt suos bisauolos de gondema-  
rus suariz ad presuria et ad populandum terram per iussione domini Adefonsi principis. et in ipsa presuria edi-  
ficauerunt ibidem ecclesias uocabulo sancti christofori in ripa selio et alia ecclesia uocabulo sancti saluatoris que  
est fundata in villa ganderella et fecerunt firmitatis et testamentos et obtinuerunt illas in iuri eorum pacatas et  
post hec filii eorum et exinde neptis et bisneptis usque nunc tempus et sine alias heredes. et non expectauerunt  
isti nominati desuper discutionem iudicii et presumpserunt de nostro iure manibus ipsas ecclesias et homines et  
ganato sicut in noticias resonat et ad nostra lex presentaremus. Ipsi uero menendo flomarigoz et audericu pres-  
biter et domnos de cersitello responsum dederunt et quia fuerunt ipsas ecclesias de illorum auolo nomine carte-  
nio quediz currit per inuentario usque ad eos perueriat per illorum ueritate. Super hanc causam dederunt testi-  
monio de parte Gundemarus suariz ille per si ermorigo presbiter citiz gunderediz Gundulfo gundamari Vimara si-  
loniz maino (?) suariz Arias presbiter riquila sonitiz Asteiro sendiniz Ero froiscendiz numero decem. Et de parte de  
menendo flomarigoz ille per si Anderigo presbiter Egas safilaz Iusto petriz Roderico airas Sauarico asbello Tode-  
rico dino Aragunto petrix numero decem. Hunc autem peruerunt iudices ad exquirendum ueritate in ipsa casa  
de sancti christofori oucco ennegoz roderico tractemiriz Ermias flomarigoz que lex docent. et dedit Gundemarus  
suariz testamentos et scripturas de ipsas ecclesias et non dedit menendo flomarigoz et Audericu nulla scripture.  
et pro it mandauerunt ipsi iudices que firmet Gundemarus suariz cum suo testimonio sicut in suos scriptos reso-  
nant et examinet pro pena et menendo flomarigoz et audericu presbiter que suscipiat et que dominus iusserit ita  
fiat. illis enim uidentibus et audientibus quomodo ordinabit eis lex parauerunt se in dilatatione et noluerunt fa-  
cere ueritatem sed excesserunt placitum in quo erunt complicata uel in dilatione de ipsas casas et insuper quin-  
gentos solidos et iudicato. sit uobis deo adiutus. Facta et confirmata agnitione in die quod erit n<sup>o</sup> kalendis Se-  
ptembris. Era m<sup>a</sup> LXX<sup>a</sup> vi<sup>a</sup> Queco ennegoz manu mea confirmo.

Roderico manu mea confirmo — Pelagius guntemiriz conf. — Mittu airas manu mea conf.  
Honoricus abba manu mea conf. — Aloito manualdiz conf. — Menendo presbitero notauit.

CCCV

*Petrus et Osoredus materque eorum, Gogina, bona omnia quae in villa de Costoias posse debant Gudino Donaniz et uxori donant. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptus.*

1039

**Carta firmitatis**

In dei nomine ego petro et osoredo una cum mater nostra gogina placuit nobis bona pacis et uoluntas ut faceremus tibi gudino donaniz et uxor uestra teodara cognomento matre sicut et facimus kartula firmitatis de omnia nostra hereditate quod habemus in uilla custodias et que habemus de parte de abios nostros petro et dulcina adeardo et definiido m<sup>a</sup> integra siue de ille kasal comodo et de omnia nostra hereditate per suis locis et terminis antiquis per ubi illa potueritis inuenire cum omni sua prestacione que in se obtinet et ad uso ominis pertinet. et damus uobis illa quarta et habedes inde uobis iam alia m<sup>a</sup> et damus uobis illa hereditate pro habui nostra mater iudicio cum domna adosinda et cum uermudo frolimiz super hereditates et aiudastis nos contra eos in quanto potuisti et fecisti ibidem ad nos alfagia bona que ad nos complacuit sicut dicit in libro v et in eorum sentencias quia ualeat encio sicut uendicio et pro ic facimus uobis ista firmitate. Habeatis uos firmiter et omnis posteritas uestris iuri quieto temporibus seculorum. Et si nos minime fecerimus et uos calumpniare uoluerimus aut nos aut aliquis generis omo in uoce nostra et nos illa non auttorgamus post uestra parte aut illa a uobis in iudicio miserimus comodo pariemus uobis duplatas uel quanto ad uobis fuerit melioratas et uos perpetim habitura. Facta cartula firmitudinis diem quod erit ix kalendas marcii. Era m<sup>LXX</sup> vii<sup>a</sup> Petro et osoredo et gogina ad tibi godino donaniz et ad uxor tua teodara cognomento matre in hanc cartula firmitatis manus nostras roboramus. Menendo sesnandiz quos uidit. Sandino presbiter quos uidit. Diagu test. Andrias presbiter. Lupario quasi presbiter notuit.

CCCVI

*Dorigus Brandilazi praedia quaedam rustica in villa de Pigeiros et in loco Zelleganos sita donumque pro supplectile bonisque immobilebus in villa de Pousada permuat. Descriptus ex codice, in Publico Archivo servato, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira Livro iv p[re]ae se fert.*

1039

In Dei nomine. Ego Dorigo Brandilazi plagui mizi bone pazis et voluntas nonlius quoque gentis imperio, nec suadentis artigulo, nec pertimexientis medun set probia mea voluntade, ut faceremus vobis Suario Plagiz, conjugia vestra Eiloni sigut et fazimus vobis kartula contramudationis de ereditade mea probia que aveo in Villa Pejarios dau ad vobis de illa ereditade de Igestro, et de Nantidia nona integra sive in termino de Pejarios qomodo et de tacumque mea ubique illa podueris invenire con cuntis prestationibus suis, quantum in se obtine que a pretidum ominis est dau ad vobis illa ereditade de Zelleganos comodo dedi mizi illa Rodorigu Pepizi, et uxori sue Tuda Aloitizi per kartula contramudationis pro illa mea de Pejarios et de Pauzada, et aduc daut ad vobis medie dade de illa kasa con sua quintana, que fuit de Avio meo Siziliza comodo obtenuit illa ipse Sizila, in suo jure. Et azebimus proinde de vos, quarta de illa de Pausada de quanta eo dedit ad Rodorigu Pepizi, et alias alfagia bonas que mizi fezestes tanto a nobis bene conplagui ida ut de odie die vel tempore sedea ipso que in kartula resona de juri meo abrasa et in vestro jure sit tradida et confirmada et de omnis posteridas vestras juri quieto vindizio usque in perpeduun con cuntis prestationibus in se obtine. Et si aliquis omo veneri vel venerimus contra anc kartula inrunpendo que vos in judizio vindicare non podueridis, in voze nostra aut vos post parte vestra, comodo pariemus vobis ipsa ereditade dublada vel quantum ad vos fuerit meliorada, et vobis perpedin avidura. Facta kartula nodun die quod erit decimo primo kalendas Madii era milesima septuagesima septima. Rodorigu in hanc kartula manu mea +. Qui viderunt Goab testes, Cidi testes, Jermias testes, Jendo Rodrigezi testes, Freadaze testes, Luzido testes, Sando testes, Sonimiro Notarius confirmo.

CCCVII

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1059

**Testamentum de hereditate de rial et gondiuadi**

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosis sanctisque martiribus sanctique sanctus saluatoris et sancti uincenti leuite sancte marie virginis sancto petro sancto iacobo apostolo sancto ihoanne apostolo quorum basilica cernitur in loco predicto monasterium leza subtus alpe mons custodias secus riuulo discurrente leza sububio portugalense quos patronos habere uelimus et propagatorem uel intercessorem apud pium redemptorem desideremus cor pandimus famulum uestrum uel seruorum domni tructini cum peccatorum nostrorum mole depreses non usqueaque disperatione deicimus qui etiam conscientie reatum nostrum criminis sepe pauescimus ut per uos tandem sanctissimus martirum reconciliare mereamur ad dominum quia scriptum est — Vouete et reddite domino deo uestro —. Et ideo nos cum omni effectu mentis atque operis ipsam nostram deuotionem adimplendo procuramus quod per plurimis annis cogitamus modo adimpleuimus. Ideo nos superius nominati tructino placuit michi sana mente integroque consilio mente perfecta pacisque uoluntas ut adimplerem legem cuam gloriosi principes nostri constituerunt una cum ortodoxis uiris illustris presago spiritus plene cale rectis pro dubio declararunt de hereditate ad propinquis extraneis uel unusquilibet personis ut unusquisque de rebus suis cuiuslibet persone cum omni robore et perfectum firmitatis habere tradere liceat. Et ideo pertimescentis diem magni iudicii nec repentine mors sub occasione in nobis deueniat placuit michi ut faceremus ad ipsum locum et sanctorum altariorum iam superius nominati et uobis tudeido abbati et fratribus uestris qui sub huius regimine sunt in ipso loco cartula testamenti semel benefacti de hereditate nostra quam habemus de comparadela nostra diue memorie quique nunc habemus in uilla que uocitant in rial et in gondiuadi hereditate de guntina integra in ipsas uillas hereditatem de godesto integra quam comparauiimus de domnis suis de comite gundisaluo froilaz et de coniugia sua domna hermesinda de hereditate de egas saroniz et de coniugia sua argilo medietatem integrum. ipsas hereditates quomodo diuident per suos terminos antiquos. et ipsas uillas et ipsas hereditates habent iacentiam subtus alpe mons custodias secus riuulo leza territorium portugalense. Damus ipsas hereditates atque testamus cum bona mente et prona nostra uoluntate siue et alias que de hodie in die ganare et augmentare potuerimus siue et omnem ganantiam quam habemus et augmentare potuerimus in qualibet ganantia de quantum ad prestijum hominis est ut post obitum uero nostrum habeatis et possideatis ubi illum potueritis inuenire iuri quieto uos domno tudeido abbati et fratribus uestris qui sub regimine regule uestre fuerint. et si uenerit unus uel duo de filiis meis qui hodie sub imperio ismaelitarum accipient inde de ipsa hereditate medietatem integrum per manus ipsius abbatis uel de fratribus suis et non uindant non extranient in parte aliena et illa alia ganancia integra ad partem ipsius monasterii et ad ipsum abbatem et fratribus suis pro remedio anime mee ut deseruant ad ipsum monasterium et ad ipsum abbatem iam superius nominatum et fratribus suis uel cui ipse abba illam relinquere uoluerit quod iam superius diximus iure ipsius abbatis uel cui illam relinquere uoluerit huius permaneat. Si quis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc nostrum factum ad irrumpendum uel confringendum de propinquis uel extraneis uel quilibet homo in primis quod domini sunt fiat excommunicatus ab omni ceto christianorum et cum iuda traditore habeat participium in eterna dampnatione et a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi fiat extraneus ita ut corpus eius non suscipiat terra sed maledicant ei qui maledicunt diei. ipsum quod ausus fuerit contaminare aut inuellere quadruplum componat et pariet post parte iudicum auri talenta tria. et hunc meum factum nunquam fiat irruptum sed in omni tempore plenam haheat firmitatis roborem. Nodum die erit x<sup>o</sup> kalendas magii. Era LXX<sup>a</sup> vii<sup>a</sup> post peracta millesima. Tructino cognomento falaph in hac cartula testamenti manum meam conf. +. Randulfus presbiter conf. Dominicus presbiter quos uidi. Elictus presbiter quos uidi. Saluator presbiter quos uidi. Vermudus gatoniz test. Atan romaniz test. Suarius iustiz test. Romanus leuediz test. Lucidus enneguiz test. Ennego guandilaniz test. Cidi patriz test. Gonderedus iaquintiz test. Suarius leuediz test. Ansemundus notuit.

## CCCVIII

*Pactum venditionis duorum agrorum in villa de Retorta. Charta autographa ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servata, nobis textum praebuit.*

1039

Christus. In dei nomine ego gondesindo et uxori sua gondina ideo placuit nobis per bone pacis et uolumtas asto animo integroque consilio nostro nullis quoque gentis imperio neque suadentis artigulo neque pertimescentis metuum se propria nostra accessit uolumtas ut uinderemus tibi aldia et uxori tua columba sicut et uendimus larea nostra propria que abuimus de auolenco et de parentum nostrorum et abet iacentia ipsa larea in villa retorta subtus castro boue territorio portukalensis et uocitant ipsa larea que iacet in agro de peraria et abet ipsa larea in lonco xxxvii<sup>o</sup> passales et in ampio de uno capo vi<sup>o</sup> et in medio viii<sup>o</sup> et in alio locar alia larea quod iacet ad illa taliarina abet in ampio ii<sup>o</sup> passales et leua se de termino de mauran et fere in arugio que discure de mauran. et acepimus de te pretio una manta et una sagia in v modios et milio vi quartarios tantum nobis bene complacuit. abeatis uos et omnis posteritas uestras iuri quietum. Squis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc cartula uenditionis uenerit an nos aut generis nostris aut quilibet generis omo que uos calumniare pro ipsis lareas que nos in iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis ipsis lareas dublatas aut quantum ad uos fuerit meliorata. Facta cartula uenditionis notum die quod erit nonas nouember. Era millesima LXXVII.<sup>a</sup> gondesindo et uxori sua gondina in anc cartula uenditionis manus nostras ro ++. qui preses fuerunt in colatione ecclesie. fredenando test. fagundo test. tudierto clericu test. gonderedo test. arguado test. gumdisalbo presbiter notuit.

## CCCIX

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1040

**Carta uenditionis de hereditate de rial**

In dei nomine. Ego sarracina domna et deo deuota filia dux fernandi et ieluira tibi falafe placuit michi asto animo et prona mente et propria nostra uoluntate non pertimescentis metum nec suadentis articulo sed propria accessit michi uoluntas ut facerem tibi iam dicto cartulam uenditionis et firmitudinis de hereditate mea propria quam habui in villa rial subtus monte custodias disurrente riuulo leza territorio portugalense. et habet ipsa hereditas de parte de seruo meo nomine viliufi filius de donazano et de teodilli. Et uenit mihi ipse viliufus in mea porcione inter meos iermanos. Vendidimus uobis suam hereditatem in terra pro ipsa villa ubi illam potueritis inuenire cum quantum ipse obtinet uel ad prestitum hominis est et acepimus de te precium quod mihi complacuit unam pellem agniam tu dedisti et ego accepi et de precio apud te nichil remansit in debitum. Habeas tu ipsam hereditatem firmiter et omnis posteritas tua uel cuius hereditas fuerit de manibus tuis. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditas de iuri nostro abrasa et in uestro tradita et confirmata. Squis tamen quod fieri minime credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus ad irrumpendum contra hanc cartam uenditionis quam nos in iudicio deuendicare non potuerimus uel noluerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra habeas licentiam apprehendere de nobis quod in carta resonat duplatum uel quantum ibi fuerit melioratum et tu perpetim habiturum. Facta cartula uenditionis nodum die erit ii idus februarii In die sancte eolalalie barcinonensis. Era LXXVIII.<sup>a</sup> superacta millesima. Sarracina domna et deo uota in hac cartula uenditionis manum meam roboraui +. Comitissa domna exemplina conf.

Egas iben egas test. — Froia trasulfiz test. — Desterigo gonderediz test. — Petrus filius de falifa test.  
Vermudus f. test. — Alfonsus taerediz test. — Pelagius nuniz test.  
Quetenando conf. — Gonderedo test. — Ansemundus notuit.

CCCX

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1040

**Carta uenditionis de hereditate de rial**

In dei nomine ego ianardo placuit mihi asto animo et prona mente et propria mea uoluntate non pertimescentis metum nec suadentis articulo sed propria michi uoluntas ut facere tibi salafe carta uendicionis de hereditate mea propria que habeo in villa rrial et habeo ipsa hereditate de patre meo kanabe et mater mea adosinda et est subtus mons custodias discurrente riuulo leza territorio portugalense in loco predicto. leua se ipsa hereditate de casal de adaulfo et fer in casal de goioi. damus et uendimus uobis de ipsa hereditate que ibi habemus de parte parentorum meorum medietate integra de sanara de gontemondo usque ad leza per ipsa villa medietate integra quoniam quanto in se obtinet uel ad prestitum ominis est cum suo exitum ad monte uel regressum ad domum et uendimus uobis eam per sua solucionem de mea domna in cuius porcionem inuenit nomina illa sarrazina domna et deo uota et accepi de uos precio quem michi complacuit iii uaccas et ii lenzlos in toto xxxx<sup>v</sup> modios uos dedistis et ego presentem accepit et de ipso precio apud uos nichil remansit in debitum. Habeatis nos illa firmiter et omnis posteritas uestra uel cuius tradita fuerit de manus uestras per ubi illa uobis delimitauimus et coram testibus assignauimus. ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditate de iuri meo abrasa et in iuri uestro dominio sit tradita et confirmata. Si aliquis tamen quod fieri minime creditis aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc carta uendicionis ad inrumpendum que nos in iudicio deuendicare non potuerimus post parte uestra aud uos in uoce nostra habeatis licencia adprehendere de nos quod in carta resonat duplatum uel quantum ibi fuerit melioratum et uos perpetim habitura. Facta carta uendicionis notum die erit ii kalendas marci <sup>xviii</sup> (sic) in die sancta eolalia barcinonensis. Era lxxviii post peracta millesima. ianardo in hanc carta uendicionis manus meas roboro+. Sarracina domna et deo uota + conf. Vermudus fredenandizi conf. Comitissa exemplaria domna conf. Pelagio nunnezi conf. Egas iben test. Petrus iben halafa test. Gundesendo test. Quetenando test. Froila trasulzizi test. Ansemundus notuit.

CCCXI

*Vidua Uniscone decessa, haeredes ejus litem abbati monachisque vaccariciensibus intendunt de jure possidendi Monasteria de Leça et de Vermuim, quae Unisco filiusque ejus Vaccariensi Monasterio donaverant. Sententia judicum, actores lite cadunt. In Livro Preto Conimbricensis Sedis duo exemplaria hujus diplomatis inveniuntur. Alterum nobis textum, alterum lectiones varias suppeditavit.*

1040

**Agnitionis series**

Ambiguum quippe non est sed plerisque manet cognitum atque patefactum est in ueritate eo<sup>1</sup> quod fuit habitante tudeildus<sup>2</sup> abba<sup>2</sup> in cenobio uaccarice<sup>3</sup> cum collegio monacorum et fratribus et oseredo tractesindiz una cum genitrice sua unisco in cenobio leza et uermudi et cepit<sup>4</sup> illos gratanter<sup>5</sup> animo ut fecissent testamentum uel<sup>6</sup> confirmationem<sup>7</sup> ad ipsum locum predictum uaccariza et ad ipsum pater<sup>8</sup> quod in sira lingua nuncupant alba<sup>9</sup> et ad collegium monacorum fratribus<sup>10</sup> suorum sicut et fecerunt et superualuerunt gentes hismaelitarum<sup>11</sup> super christianos<sup>12</sup> et ipse<sup>13</sup> abbas<sup>13</sup> in amore de fide christi fugiuit ante ipsas gentes et perrexit ad ipsos domnos et<sup>14</sup> ipsos<sup>14</sup> domnos<sup>14</sup> adimpleuerunt omnia que<sup>15</sup> ei promiserunt et quando uenit ad ipsum locum inuenit iam domnum oseredum<sup>16</sup> migratum ab hoc seculo et quando peruenit ipse dominus<sup>17</sup> oseredus<sup>18</sup> ad transitum per coniuratio-

**Agnitionis carta**

- 9 abba
- 10 uel fratribus
- 11 ismaelitarum
- 12 christianorum
- 13 ipso abbate
- 14 haec desunt
- 15 quod
- 16 oseredo
- 17 deest
- 18 oseredo

- 1 et
- 2 gundisaluo abbate
- 3 uaccariza
- 4 fecit
- 5 gratante
- 6 deest
- 7 confirmationis
- 8 patrem

D. et C. TOM. I.

48

nem mandauit<sup>19</sup> ad<sup>19</sup> matrem<sup>19</sup> suam<sup>19</sup> ut dedisset ipsum testamentum et ipsas scripturas et ipsos monasterios in manu de ipso abbate cum cunctis prestationibus suis et ipsos monasterios et ipsas hereditates que iam partitas habebant per colmellos et certas diuisiones cum omne gens sua. Et tenente ipso abbate ipsos monasterios in suo iure in diebus serenissimo<sup>20</sup> et principem<sup>21</sup> nostrum<sup>21</sup> adefonsus<sup>21</sup> rex<sup>21</sup> et comitissa tota<sup>22</sup> domna que<sup>23</sup> in ipso tempore ipsum comitatum imperabat<sup>24</sup> et post mortem ipsius regis et comitissa<sup>25</sup> surrexit filius ipsius rex<sup>26</sup> gloriosissimo<sup>26</sup> uermudus principe<sup>27</sup> et in eius presentia perrexit<sup>28</sup> ipsa domna cum ipso testamento et cum suas firmitates et cum ipse abba<sup>29</sup> et confirmauit ipse rex et suos iudices et duces et ex tota palacio<sup>30</sup>. Et post eius confirmationem obiuit eam ipse abbas iure<sup>31</sup> quieto ipsos monasterii<sup>32</sup> cum suis abiectionibus et uenit mors ad ipsam domnam onico<sup>33</sup> et migrata<sup>34</sup> fuit<sup>34</sup> ab<sup>34</sup> hoc<sup>34</sup> seculo<sup>34</sup> et<sup>34</sup> antequam<sup>34</sup> migrata fuisse in facie<sup>35</sup> de omni sua progenie quantcumque propinqui erant expectauit<sup>36</sup> discussionem iudicii sicut<sup>37</sup> lex godorum docet ubi dicit scriptura — uoluntas defuncti infra vi menses puplicetur et omnia quod factum impleatur—. Et non dedit licentia nulli propinqui ex progenie sua nisi ipse abba solum cum collegio monacorum<sup>38</sup> et fratribus qui sub sua regula sancta deduxerit uel cui ille relinquere uoluerit post huius vite excusum. Post<sup>39</sup> obitum de ipsa domna unisco surrexerunt omnes propinquiores<sup>40</sup> sui et inquietauerunt inde monasterium uermudi<sup>41</sup> et peruererunt inde in concilio ante iudices menendo<sup>42</sup> uimariz pelagium<sup>43</sup> sesnandiz<sup>43</sup> suarium<sup>43</sup> gaindiz<sup>43</sup> in presentia comite<sup>44</sup> menendo<sup>44</sup> nuniz et genitricis<sup>45</sup> sue<sup>45</sup> domna eldora<sup>46</sup> et in eius presentia causatus fuit odorio froilaz<sup>47</sup> in uoce ipsius iam sepediti pro ipso monasterio contra toderedo fromariguiz<sup>48</sup> qui uocem obtinuit de domna palla<sup>49</sup> que<sup>49</sup> ipso<sup>49</sup> monasterio<sup>49</sup> obtinebat de manu tudeildus<sup>50</sup> abba<sup>50</sup> et preuiderunt bene ipsos iudices et ipse<sup>51</sup> prefatus<sup>51</sup> et ipse dux qui ipsum comitatum imperabat ut saccasse<sup>52</sup> ipse abbas suos testamentos et suas hereditates<sup>53</sup> et perquisissent<sup>54</sup> ueritatem et cuius ueritas fuisse leuasset ipsos<sup>55</sup> testamentos<sup>55</sup> et ipsas hereditates. et quando perexquisierunt ueritatem inuenierunt sicut superius taxatum est et octurgauit<sup>56</sup> et confirmauit ipsos iudices ipse<sup>57</sup> prefactus<sup>57</sup> et ipse dux ipsos testamentos et ipsos monasterios ad ipsum abbatem cuius ueritas erat. Facta series agnitionis sub die quod erit idus augusti<sup>58</sup>. Era lxx<sup>a</sup> viii<sup>a</sup> peracta millesima.

Qui<sup>59</sup> presentes<sup>59</sup> fuerunt<sup>59</sup> Mènendus adefonsus<sup>60</sup> conf. — Tolquito<sup>61</sup> ordoniz conf. — Sesnandus<sup>62</sup> pelaiz<sup>62</sup> conf. — Suarius pelaiz<sup>63</sup> conf. — Pelagius sesnandiz<sup>64</sup> conf. — Suarius gaindiz<sup>65</sup> conf. — Menendus guimariz conf. — Teoderedus<sup>66</sup> fromarigiz conf.

Rvofo<sup>67</sup> mauraniz conf. — Telus eriz conf. — Ero<sup>68</sup> menendiz conf. — Lucidus<sup>69</sup> suariz conf. — Pelagius ei- riguiz<sup>70</sup> conf. — Gutinu<sup>71</sup> iben egas conf. — Didacus trutesindiz<sup>72</sup> quos iudicaui<sup>73</sup> — Pelagius zamariz quos iudicaui manu mea<sup>74</sup>.

19 ad matrem suam mandauit  
20 serenissimi  
21 principis nostri adefonsi regis  
22 tuta  
23 qui  
24 imperauerat  
25 ipsa comitissa  
26 regis gloriosissimi  
27 princeps  
28 perexit  
29 abbas  
30 palatio.  
31 iuri  
32 monasterios  
33 unisco  
34 haec desunt  
35 faciem  
36 expectauit  
37 sicut et  
38 monachorum  
39 et post  
40 propinqui  
41 ueremudi  
42 menindo  
43 pelagio sisnandiz suarius galindiz  
44 comitis menindo  
45 genitrice sua  
46 ilduara

47 froilaci  
48 fromarigiz  
49 pala qui ipsum monasterium  
50 tudegildi abbatis  
51 ipsi prefati  
52 sicasset  
53 firmitates  
54 perexquisissent  
55 ipsum testamentum  
56 obiurgauit  
57 et ipsi prefati  
58 augustus  
59 deest  
60 adefonsi  
61 Dolquito  
62 Sisnandus paaiz  
63 paaiz  
64 sisnandiz  
65 galindici  
66 Toderedus  
67 Fofo  
68 Eras  
69 Lucodus  
70 eirigiz  
71 Gutinus  
72 trutesindiz  
73 iudicaui manu mea confirmo.  
74 mea conf. Menindus nuniz manu mea conf.

## CCCXII

**Pactum venditionis quartae partis pagi de Costoias.** Accedit conventio, anno 1064 exarata, qua illud pactum a quibusdam haeredibus (ut videntur) venditoris ratum habetur. Chartae duae autographae, ad Morariense Monasterium olim pertinentes, nunc in Publico Archivo servatae, existant. Uni tantum exemplari accedit conventio. Ex hoc lectiones varias, ex altero textum sumpsimus.

1041

Christus. In nomine domini egas prolix erus et coniungia<sup>1</sup> eius aragunti<sup>2</sup> et filis sui<sup>3</sup> edronio et ero in domino deo eterna sallutem amen. Indeo placui<sup>4</sup> nouis<sup>5</sup> bone<sup>6</sup> pacis uolumtas<sup>7</sup> asto animo et integroque consilio ut per scriptis faceremus uouis iuacinum et uosori tue sicilo connomentum matre sicut et facimus cartula uimditionis<sup>8</sup> et firmitatis de uila nostra propria que auemus inter durio et leza alpe montis<sup>9</sup> custodias territorio<sup>10</sup> portugalemse<sup>11</sup> non loge<sup>12</sup> litore maris damus aque concedimus<sup>13</sup> uobis<sup>14</sup> de ipsa<sup>15</sup> uilla nominata custodias mī<sup>16</sup> integra nostra rationem<sup>17</sup> et de iermana nostra domna gutina<sup>18</sup> sicut illa obtinuit pater nostro domno<sup>19</sup> edronio in suo iure per suis terminus uigus et locis antiquis per ubi illa potueritis<sup>20</sup> inuenire damus uobis<sup>17</sup> illa cum<sup>18</sup> omnis prestationibus suis quantum<sup>19</sup> in se obtine<sup>20</sup> et ad<sup>21</sup> prestitum ominis est domus domorum cum<sup>22</sup> intrinsigus<sup>22</sup> eorum exitus acesum<sup>23</sup> uel regresum<sup>24</sup> per earum terminis acepimus<sup>25</sup> de uos pretio<sup>26</sup> caualo colore<sup>27</sup> roselo pretiato<sup>28</sup> in c solidos tamto<sup>29</sup> nobis bene complacuit<sup>30</sup> et de pretio apud uos nicil remansit uos dedistis et nos acepimus ut aueat unusquisquam<sup>31</sup> acepit. Ita de<sup>32</sup> odie die tempore<sup>33</sup> aueatis ipsa eritate<sup>34</sup> de nostro dato<sup>35</sup> iuri<sup>36</sup> quieto<sup>36</sup> temporibus seculorum uos et omnis posteritas uestras in perpetuo uimdicetis<sup>37</sup>. et si quis aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc<sup>38</sup> cartula uimditionis<sup>39</sup> ad inrumpendum<sup>40</sup> et que uouis<sup>41</sup> ila<sup>41</sup> deuimidigare<sup>41</sup> noluerimus<sup>41</sup> aut uos<sup>12</sup> in uoce nostra tunc pariemus uouis ipsa eritate<sup>43</sup> duplata<sup>43</sup> uel quantum<sup>44</sup> a uos fuerit meliorata et uobis<sup>45</sup> perpetim<sup>45</sup> auituro<sup>45</sup>. Facta cartula uinditionis<sup>46</sup> notum<sup>46</sup> diem<sup>46</sup> quod erit vii<sup>0</sup> kalendas marci. Era lxxviii<sup>a</sup> super<sup>47</sup> millesima<sup>47</sup>. egas et coniungie<sup>48</sup> mee<sup>48</sup> aragunti<sup>48</sup> et filis nostri<sup>49</sup> edronio et ero in anc cartula uimditionis<sup>50</sup> manus nostras ro++.

qui presem<sup>51</sup> fuerunt test<sup>52</sup>. — emuenamdu<sup>s</sup> test. — Odorio test.

Samdinus<sup>53</sup> presbiter test. — gumtemiro<sup>54</sup> test. — simdila<sup>55</sup> test.

Gudinus domnanizi<sup>56</sup> confirmo.

Simdinus<sup>57</sup> notuit.

- <sup>1</sup> coniungia
- <sup>2</sup> aragunti
- <sup>3</sup> suis
- <sup>4</sup> plaguit nobis
- <sup>5</sup> deest
- <sup>6</sup> et uoluntas
- <sup>7</sup> uinditioni
- <sup>8</sup> mons
- <sup>9</sup> territorio portugalensis
- <sup>10</sup> longe
- <sup>11</sup> concedimus uouis
- <sup>12</sup> ipsa
- <sup>13</sup> ratione
- <sup>14</sup> gutina
- <sup>15</sup> deest
- <sup>16</sup> putueritis
- <sup>17</sup> deest
- <sup>18</sup> uilla cun
- <sup>19</sup> quantum
- <sup>20</sup> obtinet
- <sup>21</sup> a
- <sup>22</sup> cun intrinsecus
- <sup>23</sup> acesun
- <sup>24</sup> regresun
- <sup>25</sup> et acepimus
- <sup>26</sup> in pretio
- <sup>27</sup> deest
- <sup>28</sup> pretiato
- <sup>29</sup> tanto

- <sup>30</sup> conplagu
- <sup>31</sup> unusquisquan
- <sup>32</sup> ut de
- <sup>33</sup> teupore
- <sup>34</sup> ereditate
- <sup>35</sup> dado
- <sup>36</sup> deest
- <sup>37</sup> uindicetis.
- <sup>38</sup> acne
- <sup>39</sup> uenditionis
- <sup>40</sup> inrumpendun
- <sup>41</sup> uobis illa deuingare non potuerimus
- <sup>42</sup> a uos
- <sup>43</sup> ereditate duplada
- <sup>44</sup> tun
- <sup>45</sup> uouis perpetin auiro.
- <sup>46</sup> uenditionis notum die
- <sup>47</sup> deest
- <sup>48</sup> coniungie me aragunti
- <sup>49</sup> nostris
- <sup>50</sup> uinditionis
- <sup>51</sup> preses
- <sup>52</sup> et test. — enuenando
- <sup>53</sup> sandinus
- <sup>54</sup> guntemiru
- <sup>55</sup> sindila
- <sup>56</sup> domnaniz
- <sup>57</sup> Sindinus

## CCCXIII

*Testamentum, quo Alamirus quidam omnia bona sua Monasterio de Leça legat. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1041

**Testamentum de mobili siue immobili**

Domnis inuictissimis hac triumphatoribus gloriosorum martirum suorum ob onorem sancti saluatoris sancti martini episcopi sanctorum petri et pauli apostolorum et comitum eius martirum cuius baselica fundata esse dignoscitur in villa quod uocitant leza ipsa villa ipsa uilla (*sic*) portugal subtus alpe mons custodias discurrente ribulo leza. Ego indigno seruum dei alamiru quem peccatorum molle depresso testo adque concedo ad ipso loco et ad uobis domno tueildus et ad fratribus tuis qui ibidem in uita sancta perseverantes fuerint et uia monastica tenuerint et contesto ad ipso loco sanctissimo omnia mea ganancia integra quanto ganare et augmentare potueru usque ad obitum meum quanto me inde adpotat inter mi et coniuge mea nomine rikilli medietate integra post obitum uero meo ibidem dono atque concedo ubi illa potueritis inuenire quallibe causa fuerit de quod a prestitum ominis est. ita ut in presenti die ipso que in testamento sit ei inde licitum habendi uel possidendi usque in finem et in seculum seculi rationem retributa quia dicit liber iudicum — quia filium uel nepto non relinquerit de omnia rem sua faciat quod uoluerit—. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit tam propinquus uel extraneis qui hunc factum meum irrumpere uel temptare quesierit in primis sit excommunicatus et ad corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi sit separatus et cum iuda traditore habeat participio in eterna dampnacione et insuper pariat quadruplum quantum ausum fuerit infringere post parte que in ipso loco habitantes fuerint et post parte potestate qui terra imperauerit suo iudicatu et uobis perpetim habitura. Facta series testamenti sub die erit n kalendas marci. Era LXXVIII<sup>a</sup> superhacta millesima regnante principe nostro fredenando rex serenissimo. alamiro filius alderedo diue mencie (*sic*) in hanc scriptura uel series testamenti a me fracta (*sic*) manu mea roboro. Qui ibidem fuerunt. Suario louesindizi et presbiter quos uidi — Ennegu zaguno quos uidi — Rano ssendo fafilazi quos uidi — Tudeildu naneizi — Sendiu gondesindizi — Atila branderiguizi — Elictus presbiter — Riquilli conf.

Ansemondu notuit.

## CCCXIV

*Gundisalvus et Martinus Petriz, Ermesendaque inter se communem reddunt partem quam illi duo in ecclesia de Pedrasita habebant. Charta autographa hujus pacti, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico invenitur Archivo. Edidit RIBEIRO (Dissert. Chronol., T. III, Append. N.<sup>o</sup> 2).*

1041

Gumsalbo petrizi et martinum petrizii placitum facimus uobis domna ermésimda in diem quod erit vi idus marci era LXXVIII<sup>a</sup> post millesima pro illa eglesia de sancto mamete de petra fita que quantum de ila potuerimus deuimdigare per nostras escripturas aut per quamliue actio uel suposita aut per offretiones que ganemus et deuimdiqemus et auamus per medio unus cum aliis et posteritas nostras et uestras pro nostro obitum similiter faciant et non andemus unus ad alias con numla arte mala nec suposita con numlo omne innitemte per numlaque actio si nos et si posteritas nostra et si minime fecerimus et placitum exederimus uobis parieriemus uobis nostra rationem de ipsa eglesia duplata. gumdisalsa uo petrizi et martinus petrizi uobis domna ermésimda in oe placitum manus nostras ro++.

qui presem fuerunt testes. ziti abolace test. — uermudo zitiz test. — aluito brandilaz test. — simdinus alfonso test. — erus presbiter notuit.

## CCCXV

*Ermogius Geremias sororque Gunsalvum nepotem eorum in filium sibi adsciscunt, et ei omnia bona quae possidebant relinquunt usufructu tamen retento. Ex charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinente et in Publico Archivo servata, descriptimus.*

1041

In dei nomine ego ermogius geremias et soror mea sidi geremias in domino sallute eternam amen. Ideo ueni nobis in uollumtas nec per uium et medium set pronas nostras uolumtas ubi faceremus a uobis subrino nostro gunzaluo raupariz cartula perfilliationis et benefactationis de omnias nostras hereditates que auuemus de auolengorum et parentum nostrorum simul et nostras ganationes que ganamus per cartas et pretio iusto. et auent iacentia ipsas uillas sitras durio como et imces durio ubi illas potueritis inuenire. si conzedimus uobis illas ab omni integritate cun domus et ediuiciis casas uineis sautis pumiferis omnem aruorum et tota genera pomorum terras cultas uel baruaras montes fontes omnem suas aiunctiones et adprestations illorum quod in se obtinent aquas aquarum sesegas molinarum. conzedimus uobis subrinu nostro iam subranominato gunzaluo raupari ipso que in benefacto resonat propter tuo amore et seruitio bono que de uos acerbimus. in uita uero nostra deseruant nobis et nem uindamus nem donemus nec testemus nec in allia scriptura ponamus a nulla forma ominis inmitemte set per unc scriptura sanas et intemeratas et post ouitum nostrum relinquamus a uobis illas uel ad semini uestra sanas et intemera et que aueatis nos in mente in uida uestra in cereo et in oblatio et ellemosinas pauperum ipso nobis bene conplaguit. Aueatis ilas firmiter perenne uos et semini uestra in temporibus seculorum. si quis tamen quo fierit non crediis et aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc seriens inrumpendum et uobis ila non autorgarmus uel diuingarmus post nostra parte a uos in uoce nostra comodo parie post uestra parte ipso que in benefacto resonat dublato uel tripato et n° auri talento et iudigato. Facta cartula benefactationis et perfilliationis notum die quod erit m° idus abrili. Era r° LXX<sup>a</sup> viii.° dominus ermogius et soror mea sidi in hanc cartula manus nostras ro++uoramus.

Adicimus in carla (sic) si axisteriis comodo et plateis etiam et leigales ad integrum.

In presentia gomize abba confirmo pro testes germias inuenandiz test. — pellagio fernandiz test. — froila uincilaz test. — guandila test. — Eirigu digniz Notuit.

## CCCXVI

*Cum nobilis mulier Eldura abbati vaccariciensi Tudeildo litem intendisset de dominio ecclesiae S. Martini, tandem, muneribus ejusdem abbatis impulsa, de lite desistit. Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1041

**Carta firmitatis**

Ambiguum quippe non potest sed plerisque manet cognitum atque patefactum est eo quod fuit aion abitante (sic) in uilla elduar et edificauit ecclesia uocabulo sancti martini in sua hereditate ipse aion presbiter et fecit inde testamento et dedit in manus sauarigus frater pro remedio anime sue et ipse sauarigo habitante in ipso loco post multo tempus fecit inde testamento ad unisco prolix menendo et ad suo filio doredo tructesindiz et obiurgarunt illo loco in suo iuri per multos tempus usque dum testarunt suos monasterios ad tudegildus abba et ad suos fratres et testarunt ibidem ipsum domum sancti martini cum suos dextros. Obinde ego dedi illa terra de portugal in manus de comes menendus nuniz et de sua mater eldara (sic) comitissa et mandauit illa comitissa inquietare ipsa ecclesia sancti martini. fuit autem ille abbas tudegildus ante illa comitissa domna et renunciauit ea omnia quod factum fuerat ecclesia. Obinde ego comitissa famula dei domna eldura placuit mihi ut confirmaremus tibi tudegildus abba ipsa ecclesia que super taxata est ut abeas et possideas tu ipse et fratribus tuis et qui tu reliqueris et accepimus de te in humilitate quod mihi bene conplacuit do et dono tibi ipsa ecclesia. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit tam propinquis quam extraneis hoc factum nostrum infringere temptauerit sit anathema maranata in conspectu dei omnipotentis atque sanctorum eius et pro damna temporalia paries quadruplicem.

D. et C. Tom. I.

49

plum quantum ausus fuerit infringere et post parte regi uel qui terram imperauerit duo auri libras uel ternas. Facia scripture firmitatis xiii kalendas magii. Era m<sup>a</sup> LXXVIII.<sup>a</sup> Comitissa domna eldura manus meas + conf.

Raupario conf. — Fremariz randulfus conf.

Recemondus maureliz conf. — Atani abba conf. — Abdela presbiter conf.

Didacus truitesendiz — Ruderigus presbiter conf. — Guandila quos uidit.

## CCCXVII

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1041

**Testamentum de villa que vocatur cidi scilicet medietatem de ea**

In eologita christi trinitas benedicta uiuideque ex priscarum eremitarum que pater in filio et filius in patre promiscue etenim ex abbobus spiritus sanctus prodiens infinita nunquam diuise sed semper unita cuius est uera unitas et inextimabilis bonitas eterna et uera caritas multismodis et inennarrabilis bonis uiuens et potens tempore seculorum neque finiendi seculi amen. Illuminator atque sanctorum omnium reparator emanuel qui dixisti de le-nebris lumen splendescere ad illuminationem scientie claritatis tue et qui dimissem eximie tempore paras opera et qui pollicitum esse dixisti seruum uel domini parare Ego domine famulo tuo sendamiro lucidi et famula tua madrona una cum filiis meis quos habui de coniugia mea nomine gontilli nominibus illis azarias cognomento aeita et gontina. Nos superius nominati pro remedio animarum nostrarum et nos azarias et gontina pro remedio anime matris nostre gontilli quod in hoc recolens et in hoc confidens et in corde suo considerans Ego domine famulus tuus superius dictus placuit nobis sub tuo et in tuo amore christi timore ut hereditas nostra in domo domini offere pro remedio animarum nostrarum qui pollicitus impleuimus domino deo uotum. Ego in nomine patris et filii et spiritus sancti apostolis almis uirginibus sacris sancti martini sancti petri sancte christine sancte eufemie et quorum inter eos principatum tenent uincenti cum esse in villa uaccariza subtus alpe mons buzaco secus amnis mondeco prope ciuitas conimbricie adicimus ibidem domine ad ipsius sacrosanctum et uenerabilem templum qui sunt pro uelamine seruorum uel ancillarum dei ad istos domos dei persisterint deo de seruitio villa nostra propria quos vocant villa cidi subtus monte petra curuella secus alueum ure prope ciuitas sancte marie territorio portugalensis. Adicimus ibidem de ipsa villa medietatem integrum et habuimus illam de comparationibus nostris quas comparauiimus de tedom gain-diz villa de aiubando que pariauit ipse aiubando ad dominum teton et ad suam coniugiam domna lelolia pro placito quando erant imperatores ipsa ciuitas sancta maria et accepit de nobis unum mulum in tres equas et una adaraga preciata in duas equas et una pellis agnina et unus calabbazus crastatus et hereditatem de andrea pro qua dedimus unam uaccam et una manta malfatana comparata in xv solidos et de fralengo pro qua dedimus unum bouem et de spanilli et de suo filio didaco pro qua dedimus unam uaccam et in alio precio xv modios et de gundisindo et de re-cemento et de odrozia pro qua dedimus duas uaccas. istos vii nominatos sic uendiderunt nobis in ipsa villa totum integrum sic de parentela quam etiam et de comparadela. Damus atque concedimus medietatem de ipsa villa integra et si aliqua actio euenerit super filios uel nepotibus nostris per iussionem domini ut semen de eis profecto morituri fuerint et semen de eis non restituerit super faciem terre qui in ipso monasterio perseuauerint ipsa villa et alias hereditates et omnia nostra agmina totum integrum habeant et possideant pro remedio anime nostre et ipsius progenie nostre. damus uobis atque concedimus ipsam villam per suis antiquis terminis cum suis exitus ad montes uel regressus ad domos cum quanto in illa potueritis innenire uel ad prestitum hominis est et adhuc cum dei adiutorio que in ipsa villa augmentare potuerimus ad sanctum uincentum ad aulam dei concedimus et uobis domno florido abbatи sub eo uidelicet ratione seruata et post obitum uero nostrum ad eos qui in ipso loco sanctissimo fuerint habitantes et monasticam deduxerint uitam habeant et possideant et omnes indigeni et aduene pupilli pauperes orphani ibidem rationem accipient. Ita ut moneo ut nemo presumerent in alia parte transferre uindere uel donare sed in hoc loco predicto seruire et ita eos tamen firmiter state ut illorum iure hereditas fiat potestate. Et si aliquis homo ex propinquis nostris suprinis germanis filiis uel nepotibus aut qualibet persona hominis qui hunc nostrum factum irrumpere voluerit uel uenire temptauerint ueniat super eos ira dei et rumfea celestis et uorax inferni baratri ad ipsius omnes qui ad istos sanctos dei persisterint in iudicio domini requirant et tandem lex inquiritur pariat ipso qui contigerit duplato et ad iudicem qui illam terram imperauerit aliud tantum. Facta series testamenti ipsas kalendas october. Era LXX<sup>a</sup>VIII<sup>a</sup> superacta millesima. Regnante domino fernando rege sub nomine christi nomine. menindus nunniz dux. Ego sendamiro et coniugia mea matrona et filiis

meis azarias cognomento aeita et gontina quod uoluimus ad religendum cognoui in hanc series testamenti manus nostras confirmauimus+++.

Lucidus filius ipsius sandamiri manu mea confirmo+.

Arias presbiter confirmo — Dauid presbiter quos vidi — Vimara presbiter quos vidi — Lucidio lupelliz quos vidi — Adaulfus iben zaide quos vidi — Gundesindo adulfiz quos vidi.

Ermigio quos vidi — Aursendo quos vidi — Toderedo quos vidi — Selgres quos vidi — Leuite filius gaudio quos vidi — Ansemundus Notuit.

## CCCXVIII

*Pactum venditionis agri cuiusdam in villa Retorta. Autographa charta, olim in scrinio Morariensis Monasterii, nunc in Publico Archivo servata, nobis textum praebuit.*

1041

In dei nomine ego pelagio saculifiz ideo placuit mici per bone pacis et uolumtas asto animo integro adque consilio ut faceremus uobis aldia et uxori tua columba sicut et facimus kartula uenditionis de larea nostra propia que abemus de parentum nostrorum et abet iacentia in uilla retorta subtus castro boue terridurio portucalensis prope ribulo abe. et iacet illa larea ad mazanaria que dicent taliarina leua se de termino de mauran et fere in agro de sisualdo abet in ampio de uno capo vi<sup>e</sup> pasales et de alio v<sup>e</sup> et accepimus de uos in pretio una pelle in iii modios et ii quartarios et una ouelia in medio tantum nobis bene complacuit et de pretio apud uos nicil remansit in deuinitum. abeatis uos et omnis posteritas uestras iuri quietum temporibus seculorum. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus tam nos quam ex progenie nostre que uobis illa calumniare aut quilibet generis omo unde inpedimento abeatis aut laceria quomodo pariemus uobis illa larea dublata aut quantum ad uobis fuerit meliorata et uobis perpetim abitura. Facta kartula uenditionis notum die quod erit xiii kalendas ianuarii. Era millesima LXXVIII.<sup>a</sup> pelagio in anc cartula uenditionis manu mea ro+.

qui ibi fuerunt. aldia test. — tudierto diagono — fredenando test. — fructuoso test. — gonderedo test. — gumdisalbo presbiter notuit.

## CCCXIX

*Ecclesiae Morariensi presbyteroque Pelagio Ermesenda pia mulier partem quam possidebat praedii cuiusdam in pago de Pedrasita donat. Ex autographa charta ad Morariense Monasterium pertinente, et in Publico Archivo servata, descripsimus.*

1042

Christus. Dmonis (*sic*) inuitisimis triumphatoris ac gloriosissimis sanctisque martiribus laureatus sancta marie semper uirginis sancti ioani bactista sancti andre apostoli sancti pelagii sanctorum uerisime macsime iulie et sancti salbatoris corum baseliga sidata est in uila moraria. In onore ipsius sanctis ego umilima et beneuolens ancila dei ermesimda deouota prolix didagus et gumtili dou et concedo ad ipso logo iam pernominato pro remedio anime me et a tiui pelagio presbiter ereditate mea propria que aueo in uila petrasita alhe (*sic*) mons quisiones territorio portugalemse prope litore maris. damus aque concedimus tiui pelagio in ipsa uila supernominata de m<sup>a</sup> medietate integra per suis terminis antigus per ubi illa potueritis inuenire et quantum in ea prestitum ominis est casas cum intrinsegus eorum exitum acesum uel regresum. aueas tu ila in tua uita dum uita uicseris et post obitum uero tuo relimques ea tornes illa ad ipse arcisterio de moraria et locum sancti salbatoris ut tam nos quam etiam et genitores nostris ante deum mercedem acipiamus. Ita ut de odie die tempore sidea de iure nostro abrasa et in uestro dominio tradita pust parte ipse arcisterio. et si quis omo ueneri de ex... paco progeni nostre aut nos per nos qui unc nostrum factum intrumpere uel framgere volueri anc uoluerimus dexenda super ilum iram dei et ruinam celi et anatimah sit et pene eterna nunquam finiendam et insuper parie ipsa ereditate per canonega sententia post parte ipsius testamentum. Factum ac serias testamenti notum diem quod erit era LXXX post millesima. et umc nostrum factum non sit uiolatum. ermesimda deouota in ac serias testamenti manus mea confirmo+.

gutiere tructesimdizi confirm+ — gumdisalbus gutierizi quos uiui — froila test. — gumsalbus test. — atam test. — arias test.

Erus presbitero notuit.

## CCCXX

*Ex antiquo libro regestorum Monasterii Ecclesiolensis (de Grijó) qui titulum Livro Baio Ferrado prae se fert, descriptsimus.*

1042

**Karta de negrelus**

In era MLXXX. Sic inuenit rezemondus hereditatem que fuit de cipriano et de sua muliere matre nomine in villa dicta negrelus et porcionem in illa de eirigu. Id est in casal de eirigu unam laream de viii<sup>o</sup> passalibus in amplum et in longo sicut cetere laree que cum ipsa iacent finit. Et in alio loco in ipso casali alteram laream inuenit de quinque passalibus in amplum Et in longum finit sicut cetere que cum ipsa iuncte sunt. et in couelo aliam laream de vii passalibus in amplum et sicut cetere extenditur in longum. Et in penelas aliam de v in latum et sicut cetere tenditur. In larea uero de auelaneda aliam inuenit de iii<sup>or</sup> in latum in amplum uero sicut cetere. Et super ipsam laream aliam inuenit de iii<sup>bis</sup> passalibus. Et in ipsas bauzas et in ipsos montes quantum est adhuc parvum mea porcio Et in cancello duos passales in ampio. Et in aspanariz super uallum tres passales et medium in amplum. Et in fundo unum passale et in fundo in altero loco tres passales et medium. Et in meredeses quatuor passales in ampio et in ipsomet loco quinque passales in amplum Et ibidem in ipso pomerio tres passales et medium in amplum. Et in moreira vi passales in amplum. Et in pumar de ualle viii passales in amplum et in ripa de illo riuulo tres passales et medium in amplum. Et in casal de coia una leira de quatuor passales et duas partes de coia Et tercia de silo. Et in illa agra iii passales in ampio. Et in ipso pumar de tallio v passales in amplum. Et in ipsum formum una larea de vi passales in amplum et duas partes de passale et duas partes de comparado et terciam de silo. Et in ipsa uarzena sub furno x passales in ampio. Et in auelanedo de parte de silo iii passales in ampio. Et in alio loco larea que tendit ad portum lutosum vi passales in amplum. Et in pomerio super uallum et in auelaneda vi passales in ampio. Super ipsum pomerium vii passales in amplum et duas partes de comparada et tercia de silo. Et in pumarelio tres passales in ampio. Super pumar de bauza duos passales et duas partes de passale Et in pumar de bauza tres passales et tercia de passale. Et in pumerio de eichiga iii<sup>or</sup> passales et duas partes de passale. Et intes sautos unam laream de comparato de iii passales in ampio. Sub sancto iohanne duos passales in amplum de comparato. Super alteram laream ipsam de viii passales de comparato. Et in pomerio de armenton sub sancto iohane xii passales de comparato. Super ripam v passales de comparato. Ad portum lutosum sub ripa iii passales in amplum de comparato et in alio loco vi passales in amplum de comparato et medium. In testa de ipsis lareis sub ripa viii passales in amplum de comparato. Ad portum lutosum laream de mazaneira vi passales in ampio de comparato. De illis linearibus viii.<sup>am</sup>

## CCCXI

*Pactum venditionis agri in villa Retorta. Charta autographa ad Monasterium Morariense pertinens in Publico Archivo servatur. De anno quo data ambigimus : membrana enim, in qua pactio scripta manet, lacerata est post aeram MLXXX, quae ibi legitur. Numeralis, forte, littera in rupto exstabat loco.*

1042 (?)

Christus. In dei nomine ego begin presbiter Ideo placuit mici bone pacis et uolumtas ut faceremus uobis aldia et uxori tua columba sicut et facimus kartula uenditionis de larea nostra propria (?) que abeo in villa retorta subtus castro boue terridurio portugalensis prope ribulo aue et abet iacentia ipsa larea leua se de lareas tortas et fere in illo casale (?) qui uene de maurane abet in lonco xxxx<sup>a</sup> et iii<sup>or</sup> passales et in ampio viii<sup>o</sup> passales et abuimus ila (?) de nostra deganada. et acepimus de uos pretio pro ipsa larea i<sup>o</sup> boue apretiato in xiii<sup>or</sup> modios tantum nobis complacuit. abeatis uos illa firmiter et facialis de ea quod uolueritis. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus an nos aut ex progenie nostre ..... (?) que uobis illa calumniare quesierit et nos in iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis ipsa larea dublata et uobis perpetim abitura. Facta cartula uenditionis notum die qnod eri ..... Era millesima LXXX .... begin presbiter in anc cartula uenditionis ..... fructuoso test. baltario test. tructino test.

Gumdisalbo notuit.

## CCCXXII

*Ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p[re]ae se fert, hausimus.*

1042

**Karta de ecclesia sancto mamete et de ecclesia sancto felice de ripa tamice**

In nomine domini. Ego magister racemiru uobis domno nostro petrus abba fratres et sorores habitantes in cimiterio vimaranes plazum ligale uerbum facio uobis per scriptura firmitatis ut deinceps amodo quod erit xvi<sup>o</sup> kalendas iulias Era m<sup>a</sup> L<sup>a</sup>XXX<sup>a</sup> que habitem in ipsas ecclesias quos mihi dates ex datui uestro uocabulo sancti mameti et sancto felice de ripa tamice et populet et edificet et plantet eas et faciat uobis seruitum rectum et fideliter cum eas et reddat inde uobis rationem per manus uester maiorinus de anno in anno cumctis diebus vite mee. et non extraniet inde ulla causa nec per me nec per meo consilio necnon immitat uobis ibidem nulla subposita mala unde inpedimentum habeatis aut uos aut uester maiorinus. et non me reclamet ad alio domno nec alia potestate nisi ad uos et ad casa de vimaranes. et quantum ibidem edificauerit et fecerit ad obitum meum non extraniet inde necquicquam sed sanam et intemeratam stet post parti uestre. et si minime fecerit et hunc plazum excesserit pariet uobis aut post parte ipsius monasterii x boues et iudicato. Magister racemiro in hoc plazo manu mea roboro. Qui presentes fuerunt. Donnon test. Monio test. Honorico test. Aloitu test. Fagildu presbiter notuit.

## CCCXXIII

*Donatio (seu potius solutio debiti pro cibariis suggestis) dimidii praedii cuiusdam in pago de Loureiro. Ex charta autographa, olim in scrinio Morariensis Monasterii nunc vero in Publico Archivo servata, textum sumpsimus.*

1043

Christus. In dei nomine ego aragunti in domino deo eterne saludem amen. Ideo plagui nobis per bona pacis uoluntas ut facere uobis gutiere tructesindiz et uxor tua ermentro kartula donationis firmidatis sigut e facio de ereditate mea propria mea que abeo in villa quos uocitant laurario suptus kastro monte faro et kastro cibidas abenoso teridorio portugalensis et abe iacentia ipsa villa inter bostelo et mandini discurrente arruio ferari. Damus adque concedimus de ipsa ereditate mediadade integra sigut illa obtinui mater mea egilo in sua uida ipsa mediadade integra uobis concedimus con omnis prestationibus suis per u illa podueridis inuenire usque suos locis et terminis antiquis et acebimus de uos in frasino una kasa proinde que abamus illa in nostra uida et nec uindamus nec donemus ila set pos obitu uero nostro relinquamus illa in iuri uestro uel posteridas uestra. et pro ipsa ereditate acebimus de uos pane et a beuer que nobis plagui. ualea indentio nostro sigut e uenditio. Ida ut de odie die uel tempore sedeua de iuri nostro abrasa et in iuri uestro tradida adque confirmada. abeatis uos et omnis posteridas uestra. Siquis tamen quo fieri non credimus et aliquis omo ueneri uel uenerimus contra ahnc (sic) kartula donationis ad inrunpendum uel inmodigum aut nos per nos uel ex progenie nostre quomodo parie uobis ipsa ereditate duplada uel quantum a uos fueri melioratum et uobis perpetim abiduro. et unc factum nostro non sit uioladum set in omnem rouorem plena obtinea firmidade. Facta kartula donationis nodum die quod eri xv kalendas februari. Era millesima LXXXI.<sup>a</sup> Aragunti in oc kartula donationis manum mea ro+.

Ero presbiter quos uidi. cidi test. iuliano presbiter quos uidi. gonterigo test.

Pelaio uermuiz quos Notuit.

## CCCXXIV

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in pago de Marecos. Charta autographa, ex qua descriptissimus, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1043

In dei nomine egu garcia muniz et uxor mea gelluira in domino deo eterna sallutem amen iteo plaguit nobis per bone pacis et uolluntas asto animo intigro et probbia nostras uolluntas ut uinderemus ad tiuio gunsalbo raupariz et uxor tua munia sigut et uimdo ereditade nostra probia que auemus in villa que uocitant marecos subtus mons petroselo discoremte ribulo caualuno teredorio anegia et aue iacentia ipsa ereditade in loco predito ibidem ilo kasall que fuit de cidi bene elias unde ad nobis ipse cidi karta rouorabit damus ad uobis ilu ad intigro per eius locis et terminus antigus quantum ibidem abrestidum ominis est casas uineas pumares sautus aguas aguarum sesigas mollinarum petras mouiles uel inmouiles uel inmouiles (*sic*) in montes fontes terras rubitas uel barualas. e damus ad uobis m<sup>ir</sup>a de ilo casall de tras ilu rio que fuit de eldemiru damus uobis adque concedimus e proinde acebimus de uos precio 1º kaualo baio in c solidos ipso nobis bene conplaguit e de precio abu nos nici remansit in deuido. aueatis uos firmiter et omnis posteridas uestras iuri quiedo. et si aliquis omo ueneri uel uenirimus contra anc cartula uenditionis ad intrumpendo quesieri e nos in iuditio devindigare non poduerimus post parte uestra que pariemus ad uobis ipsa ereditade dublada et a iudice suo iudigado. Facta cartula uenditionis nodum die quod erit xvº kalendas marci. Era millesima lxxxi.<sup>a</sup> gacia moniz et uxor mea gelbira in anc cartula uenditionis manus nostras r++o—s. presentes fuerunt sesnamdo menemdiz confirmo —fredenando benegas —cidi mironiz quos uidi —ermigio benegas quos uidi —ordonio notuit.

## CCCXXV

*Tudeildo abbatи monachisque in Monasterio de Anta degentibus Gunsalus et uxor quedam bona in villis de Pousada et de Sancta-Cruz donant. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1043

## Testamentum

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus gloriois sanctisque martiribus sancti saluatoris et sancte marie semper uirginis sanctorum petri et pauli apostolorum sancti michaeli archangeli et sancti martini episcopi et confessorum coram (*sic*) baselica fundata est in villa quos uocitant hanta prope littore maris territorio portugalense. Ego famulo dei creusa et gunsalu prolis gundesindo et ildonza uobis offerimus ibi deuocationem pro remedio anime nostre uel pro remedium anime fratris nostris uermudu prolis gundesindi et ildonza uobis offerimus et concedimus ad uobis domno tueidus abba et fratribus uestris uel cui uos illa relinquere volueritis. Obinde ego nos suprannominatos creusa et gunsalu (*sic*) offerimus et confirmamus uel testamento facimus de villa nostra de suscepione parentum nostrorum in villa pausada et sancta cruce quos diuide inter villa palaciolo et sisualdi et lagona usque in littore maris per suis locis et terminis antiquis. concedimus uobis de ipsa villa iam suprannominata de illa villa media duas partes inde uobis concedimus ab integro. Vt hic dicimus sacris dei altaribus et ad uobis tueidus abba uel fratribus uestris qui uobiscum in uita sancta perseverantes concedimus uel adtestamus ad ipsos locos sanctos ipsa villa sicut cum omne suos intrinsecus quod ad usum ominis pertinet et ad ipsa villa secundum illa obtinuit pater nostro gundesindo cum coniuge eius eldonze. contestamus uobis ipsa villa sicut iam supra diximus cum omne prestacionibus suis terras ruptas uel barbaras petras mobiles uel inmobiles arbores fructuosas uel infructuosas pumares uel uineas sautus uel rouoredas aquas cursiles uel incurviles exitum moncium uel regressum ubi illa potueritis inuenire per suis terminis locis et uicos antiquos tam de nostra comparada quam eciam de nostris ganacionibus ab integro uobis testamus exceptis illa vi<sup>a</sup> porcione de munio gundesindizi de tota ipsa villa quos fuit de patro nostro gundisindo galindiz. Ita ut diximus sic omnia quod super taxatum est ad uobis tueidus abba et a fratribus uestris qui sub uestro regimine uel monasterio regule subiecti fuerint pre tolerancie fratum uel sororum seruorum dei qui ibidem in uita perseverauerint. Ita ut de hodie die uel tempore sic omnia quod superius resonat ad ipsum locum deseruiat quod et iuracione confirmamus per deum celi et tronum glorie eius qui

hunc contra factum nostrum nunquam uenturi erimus ad irrumpendum. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit de propinquis nostris uel quislibet generis omo qui hunc factum nostrum irrumpere voluerit in primis seiat excommunicatus et ad corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi sit separatus et cum iuda domini proditore habeat partem in tartara dampnacione et insuper pariet ~~uuor~~ liberas auri et a uobis perpetim habitura. Facta series testamenti <sup>xiii<sup>o</sup></sup> kalendas iunii. Era <sup>lxxx<sup>a</sup></sup> i<sup>a</sup> post millesima. Creosa et gunsaluo prolix uel pro fratri suo uermudo in hanc series testamenti manus nostras roboretur.

Qui preses fuerunt. Vermudo ibenegas quod fieri elegit manu mea conf. — Argielo prolis gundesindi et eldonza conf. — Sandinus presbitero manu mea conf. — Andulfus presbiter quos uidit — Diago gunsaluiz manus meas conf. — Suario moniz manu mea conf. — Donnicon test. — Atia test. — Fasia presbiter manu mea conf. — Leuitico — Menendo — Vestremiro conf. — Egaredo presbiter quos uidit — Gundulfus presbiter quos uidit — Petro donnannizi quos uidit — Randulfus presbiter manu mea conf.

## CCCXXVI

*Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, sumpsimus.*

1045

**Karta de ecclesia sancti Iacobi de candanoso**

In dei nomine. Ego ansila auienz et presbitero In domino deo eternam salutem amen. Ideo placuit mihi asto animo et propria mea uoluntate ut facerem ad uobis petrus abba cartula uendicionis et firmitatis sicut et facio de ecclesia vocabulo sancti iacobi apostoli qui est fundata in villa nuncupata Candanoso et de omnis meas hereditates quantasque habeo in ipsa villa superius nominata candanoso subtus monte cauallos territorio bracarensi inter bis alueis aue et auizella discurrente riuulo selio. Do uobis ipsa ecclesia et ipsas hereditates cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est siue de auios meos quomodo et de parentum meorum seu ganationes et commutationes et comparaciones ab integro quomodo diuide ipsa ecclesia et ipsas hereditates cum villa creysimir et cum uilla nesperaria et cum uilla laurito et cum ecclesia sancti martini episcopi et partet ad selio et inde ad termino de cresimiri unde primiter incoauimus. isto que concludi in hac scriptura siue ecclesia sancti iacobi apostoli quomodo et meas hereditates laicales superius nominatas ab integro uobis concedo per suis terminis et locis antiquis cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est casas cupos cupas lectus catedras mensas pumarres saltos uineis deuesses terras ruptas uel barbaras aquis aquarum et sesigas molinarum exitu moncium et regressum omnia ab integro uobis concedo sicut in hac carta resonat et quomodo in alias meas scripturas inuenieritis ab integro uobis concedo ubique eas potueritis inuenire pro quo accepi de uos precio i<sup>o</sup> caualo colore bagio nasino cum sella et freno in c<sup>m</sup> l<sup>a</sup> solidos i<sup>a</sup> uenape pallea in l<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> solidos v<sup>e</sup> uacas cum filios de xv<sup>e</sup> xv<sup>e</sup> modios n<sup>a</sup> iuga bouum de xv<sup>m</sup> xv<sup>m</sup> modios i<sup>a</sup> pelle anninia cum almitiga in xx<sup>i</sup> modios alia pelle paniata in xxx<sup>a</sup> solidos inter pane et uino l<sup>a</sup> modios. ipsum nobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in debito. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa ecclesia et ipsas hereditates de iuri meo abrasas et uobis traditas atque confirmatas. habeatis uos illas firmiter euo perenni et quicquid de illas facere uel iudicare volueritis liberam in dei nomine habeatis potestatem. Si quis tamen quod fieri non credo aliquis omo uenerit uel uenero tam ego quam propinquus meis uel extraneis contra hanc cartula uendicionis et firmitatis ad irrumpendum que ego in iudicio deuindicare non potuero post parte uestra aut uos in uoci mee tunc habeatis licitum adprehendere de me ipsum quod in carta resonat duplatum uel trippatum et uos perpetim habituro. Facta kartula uendicionis et firmitatis sub die quod erit x<sup>o</sup>v<sup>e</sup> kalendas iulii. Era m<sup>a</sup> L<sup>a</sup> xxx<sup>a</sup> i<sup>a</sup>. Ansila auienz et presbitero in hac cartula uendicionis et firmitatis manu ro-uoro.

Ego petro ennegot et confessus conf. — Fagildo confessus conf. — Arias honorigit conf. — Pelagio sagaciz conf. — Didacus confessus conf. — Brandila conf. — Amarelle conf. — Pelagius conf. — Uiliuadus conf. — Ascarigus conf. — Aluaro test.

Christoforus uiliamirit manu mea conf. — Pelagius liliz conf. — Ualasco pelagii conf. — Aloito erit. Pelagio pinidiz conf. — Ieremias arias. Gundesto sesnandiz — Ordonio iben elias. Aluaro aluariz — Menendo pelagii. Artemiro conf. — Menendo senioriz quos uidit — Menendo fortis presbitero quos uidit — Ansul frarengot presbitero quos uidit — Menendo todegildiz presbitero quos uidit — Monio donado test. Gundemaro test. — Aloitu test. Vilifonso test. Pelagius notuit.

## CCCXXVII

*Florito abbatи monachisque vaccariciensisbus donant Joannes presbyter fratresque ejus Monasterium Sauriense quod fundaverant. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1045

**Carta testamenti**

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosis sancti saluatoris cum virgo inclita semper genitrix apostolorum martirum pontificum virginum confessorum corumue dispare et locis diuersis cum ministris aule sunt nuncupate quorumue hic describere prolixit conuenit adiungere omnia sanctorum martirum que dei curie celestis curie sublimatus roseo crutre (*sic*) profusus ad officium predicationis electos virginitatis glorie choronatus confessorum floribus adornatus. Et sique inheritia egra mens hic singillatim scribere nequiuimus iam infra mea paradisi longum beatitudinis a dextri ordinis tenere confidimus. Ego iohannes presbiter et fratribus meis sesnandus frater et ordonio et zalama frater seruus seruorum dei cum peccatoribus mole depresso in spe fiduciaeque sanctorum non usquequa desperatione deicimus que etiam reatum nostrum criminis sepe pauescimus Vt pro uobis sancti martires mereantur communem domino ac sanctorum omnipium cetera fida supplicatione depositimus. Et ideo deuotioni nostre extitit ut ex uoto proprio nostrisque delictis endiscriminibus ob honore celsitudinis nostre. Concedimus ad ipsum locum monasterium saurio iam prefata cum cunctis prestatibus suis secundum illa edificauimus. Et ego iohannes una cum fratribus meis qui sursum sonant. Denique confirmatum est iudicium cum dicit liber quartus et secundus titulus sentencia xviii<sup>a</sup> ut qui filius non dereliquerit faciendi de rebus suis quod uoluerit habeat potestalem indubitanter licentiam habebit nec aliis quibuslibet proximi ex superiori uel transuerso uenientibus poterit ordinatio eius in quocumque conuelli quia recta una decurrentis non habet originem que cum successione nature hereditate posit accipere. Ex in testamento autem iuxta legum ordinem de vita siue hereditate potuerimus iure successione. Denique confirmatum est hoc concedimus monasterium saurio cum iacentiis et aperationibus suis uobis florite abba et ad fratres uestros et ad monasterium uaccarica qui in uita sancta perseuerare uoluerint et monasticam deduxerint uitam habeant et possideant. Siquis tamen aliquis homo tam melior quam inferior seu ex genere nostro hunc factum nostrum quod pro animarum nostrarum remedium facere procurauimus ex uoto proprio uel inmodice conuellere uel usurpare temerarie uel leuiter conauerit quisquis fuerit extet ad finis sit anathema marenata multatus ab omni ecclesie catholica seiunctus ad corpus et sanguinem redemptoris separatus in conspectum dei et apostolorum siue et agmina martirum communicatus. ita ut in parte in resurrectione prima non auentat sed iuda domini traditore credens effectus baratri pena iugiter permaneat mancipatus et presenti euo amborum carens lucerna frontibus lumine sit priuatus et quantum inde usurpare uoluerit septuplum componat per seueritatis in iudicio. et hec firma perpetim permaneat testamenti scriptura. Nodum quod erit n<sup>o</sup> nonas septembbris. Era L<sup>a</sup> xxx<sup>a</sup> i<sup>a</sup> super carta (*sic*) millesima. iohanne presbiter una cum fratribus meis in hanc testamenti donibus sanctorum manus nostras confirmauimus et roborauius +.

Qui presentes fuerunt. Zalama frater de monasterio urbano quos uidi et manu mea conf. — Electus de monasterio leza conf. + — Areda conf. + — Letiugo quos vidi — Daniel de ossella quos uidi — Odorius test.

Osoredo test. — Zamarius test. — Menendus test. — Alius menendus test.

## CCCXXVIII

*Marcella et filii bona quae possidebant in pago de Cerzedo cuidam mulieri donant. Descripsimus ex autographa charta, ad Monasterium Morariense pertinente, in Publico Archivo custodita.*

1043

In dei nomine ego marcela una cum filiis meis iaquinto et froia placuit mici bona pacis uollumtas ut faceret tui affilliata mea lempede sicut et facio cartula donationis de omnia ereditate mea probria que aueo in uila cersetola teritorio portugalensis et anet iacentia ipsa ereditate iusta domom de de (*sic*) lacaro in kasale de osilo duodecima au integrum et in kasale de idilo vi<sup>a</sup> integra et in illa kararia que discure de illo canþpo et fere in illo molino de do-

mno lacaro usque ad illo rio suso indicato mea porcione ab integro quanto me conpotat inter meos fratres uell eredes ubi illa podueridis inuenire. et dau tiui ila pro que es mea afiliata et acebit de te in precio i quartarium de milio que mici complacuit. Ida ut de odie die sit ipsa ereditate de iuri nostro abrasa et in uestro sit tradita. aueatis uos et omnis posteritas uestra. et si aliquis omo uenerit uel uenerimus unc nostro factum ad inrunpendum que nos post parte uestra deuindigare non poduerimus pariemus uobis ipsa ereditate dubllada uel quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpedim auitura. Facta cartula donanationis (*sic*) uel perfiliacionis xii<sup>o</sup> kallendas nouember. Era LXXXI<sup>a</sup> post millesima. marcella una cum filiis meis iaquito et froia in ac cartula manus nostras rouora+++mus. qui preses furunt it sunt ioane leuidiz ioane alluitiz arias (?) iaquintis vidal presbiter pedrus noduit.

## CCCXXIX

*Pactum venditionis omnium bonorum quae venditor in villis de Pigeiros et de Torno possebat. Ex charta autographa olim in scrinio conventus monastici, da Graça dicti, Conimbrensis, nunc in Publico Archivo servata, descripsimus.*

1043

In dei nomine ego sando uitemirizi plaguit mizi bone pazis et uoluntas nunlius quoque gentis imperio nec suadentis artigulo nec pertimeixentis meduun set propria mea uoluntade ut fazeremus uobis suario pelagizi et coniugia uestra eiloni kartula uenditionis sigut et fazio de omnem mea ereditade quantaque aueo in uilla peiarios et in torno iii<sup>a</sup> integra de quanta abuerunt meos parentes in ipsas uillas nominadas peiarios et torno tam de meo pater uitemiro quan de mea mater dordia extra illa llaea de agro malo que mizi deo rodorigu brandilazi pro illa razione de illa et mea razione de ipsa larea de agro malo illa damus uobis ipsa iii de quanto ibi abui meo pater et mea mater in kasas in domus pomares figares amexenales sautis terras rubtas uel in baruaras petras mouiles uel inmouiles montes fontes pascuis padulibus exidun regresu uel quanto prestidun ominis est per suis terminus et loziis antiquos ubique illa podueridis inuenire con cuntis prestationibus suis. et azebimus de uos prezio in xx modios in prezio que nobis bene complagui et de prezio abut uos non remansi in deuido. ita ut de odie die uel tempore siat ipsa eredide de iuri nostro abraso et in uestro iure tradida uel confirmada et de omnis progenie uestre. et si aliquis omo ueneri uel uenerimus contra ac kartula inrunpendo que uos in iuizio deuindigare non podueri in uoze nostra aut nos post parte uestra pariemus uobis ipsa eredide dubla uel quanto ad uos fueri meliorada et et uobis perpedin auidura. Facta kartula uenditionis nodun die quod est pridie nonas dezenber. Era millesima LXXXI.<sup>a</sup> sando in anc kartula manu mea rouora+ui.

Qui uiderunt. gondesindo test. — Froila pelagizi test. — alzumo (?) test. davi test. — cidi test. uimaredo test. — dono test. — patrebono test.

Sonimiro notuit confirmo.

## CCCXXX

*Ex codice, Livro de D. Mummadona dicto, sumpsimus.*

1045

**Cartula de villa siluares cum suas ecclesiis**

Donnis inuictissimis hac triumphatoribus gloriosissimorum martirum ob honorem sancti saluatoris sancteque semper virginis et genitricis domini marie Sancti michaelis arcangeli sanctorum apostolorum petri et pauli sancti iohannis apostoli et euangeliste Sancti iacobi apostoli Sancte eolalie virginis Sancte tecle virginis uel omnem sanctorum martirum virginum atque confessorum quorum reliquie recondite sunt in scimiterio vimaranes subtus alpe latito inter duas ammes Aue et auizella territorio bracarensis. Ego enim famulus dei menendus dux magnus prolix nunus et ilduare cum peccatorum mole depresso in spe fiduciae sanctorum non usquequa desperatione deicior que etiam reatui meo criminibus sepe pauesco et ideo deuotioni mee extitit ut pro remedio anime mee concederem adque testarem ad ipsum locum sanctum villa nostra propria quod uocitant siluares integro per suis terminis et locis antiquis per ubi eam potueritis inuenire cun cunctis adiunctionibus et prestationibus suis

D. et C. Tom. I.

51

quicquid in se obtinet cum seruos et ancillas que sepius seruirunt ad ipsa villa. et abet iacentia subtus mons longo inter abruna et abrunela cum suas ecclesias uel omnem rem suam. ac sic concedo adque sacrosancto altario offero pro remedio anime mee pro uictum atque uestimentum fratrum monachorum uel ancillarum dei sicut nobis illa concesserunt per cartule firmitatis ordonio romanoz et uxor sua odrozia et filio eius munio et germanas suas Tequilo et tarasia uel eius subrino Romano didaz pro scelus que ad nos fecerunt de nostros uassalus que nobis fillarunt manibus de nostro iudicio (*sic*) nominibus aluaro muniz cum suo ganato et gogina aluariz cum suo ganato et abuerunt nobis illos appariare sicut lex codica docet et nun habuerunt unde sentencia legis adimplere et cum rogum et sugessione dederunt nobis illa villa cum sua criazon et suas ecclesias et cum rusticis ibidem deseruientes cum omnem rem suam seruitio reddentes. damus omnia quod desuper diximus integra cum cunctis adiunctionibus et prestationibus suis que in se obtinet. Necnon etiam ibidem adicimus ccc<sup>os</sup> solidos de argento simili modo et uaso airages m<sup>es</sup> arrotomas xii<sup>dm</sup> uasos de cristallo m<sup>es</sup> una alcalla una tructa de cristallo. ita ut ex presenti die sit concessa pro anima mea ad parte ipsius monasterii vimaranes habeant et possideant et pro anima nostra cotidie deum deprecare et pauperibus mercede elemosinis tribuere et ipsam rem ad partem alienam non auertere sed

Et qui hunc factum nostrum ausus fuerit inrumpere uel immodico conuellere et contra hanc series testamenti infringere uenerit uel uenerimus in primis sit excommunicatus et protectus de collatione sanctorum et anathema fiant et a christianorum ceteris separati communionem amittant tam dire percussionis ulcione conlisis. omnis diuini ordinis cultor que illi communicare presumpserit simili pena tabescat. et insuper quantum de hoc usurpauerit reddat in quadruplum post parte monasterii ipsius monasterii de vimaranes et omnes habitantes in eo. Facta series testamenti in die quod erit x<sup>o</sup>v<sup>o</sup> kalendas ianuarias. Era m<sup>a</sup> L<sup>a</sup>xxx<sup>a</sup> in quoante prima. Menendus dux magnus in hoc testamentum manu mea confirmo.

Menendus floiaz conf. — Osorio telliz conf. — Menendus dux saboles nanniz (*sic*) conf. — Sub christi nomine et dei gratia adefonsus episcopus conf. — Ilduara prolix ermegildi conf. — Petrus abba confirmo.

Erus abba conf. — Vimara prepositus conf. — Gemondo uimaraz — Gutierre ordoniz — Pelagio gomez conf. — Pelagi diaconus notauit.

## CCCXXXI

*Pactum renditionis praedii cuiusdam in villa de Arões. Autographa charta, ad Monasterium Morariense pertinens et in Publico Archivo servata, nobis textum praebuit.*

1044

Christus. In dei nomine ego odario et uxori sua godina plaguit nobis pone pazis uolumtas pronana memte integroque consilio ut per escritis uimderemus uobis gotierre ploris tructesimdu et congiumgie uestre ermentro sigut et uimdimus ereditade nostra probria que auemus in uilla arones alpe monte faro discurrente rribulo udi terridurio portugalemse probe lidore maris damus atque conzedimus uobis in ipsa villa omnia nostra eredide quamta iuidem uisus sumus auere domus que intrimsegus earum pomares pomife aruorum terras rubtas uel baruaras exidum monziom azesum uel cresum eziam rationem in sesiga molinarum damus a bobis illa per suis terminis uigus et lozis amtigus et est ipsa ereditade nona media tamto nobis aueni in porzionem inter nostros fratres sigut illa abuimus de suseptionem paremtum nostrorum gomsalbo etrasili damus uobis illa cum quantum in ea aprestitum ominis est toda at integro exetis mediadade de ille pomarino que iaze iusta domo menendo que iam demus at rodorigo mironiz et aczebimus de uos prezio xxxx<sup>a</sup> modios in que nobis bene conplaguit abeadis uos illa firmider iuri quiedo temporibus seculorum quisque exinde agere uel fazere uolueridis in dei nomine liuera aueadis podestade. et si quis aliquis omo ueneri uel uenerimus tam nos quam etiam aliquis ex probimquis nostris qui unc nostrum factum inrumpere uel inmodigum suteintare quesierit uel quesierimus et uobis illa diuindigare uel autorgare noluerimus pars nostra partique uestra tunc abeadis lizemcia de nos atpremdere ipsa ereditade duplada uel quantum at uos fuerit meliorada et uobis perpedim abiduro. Facta karta uimditionis et firmidadis nodum diem cod erit xv<sup>o</sup> kalendas februarii. Era lxxxii<sup>a</sup> super 1.<sup>a</sup> odeiro et godina in ac karta firmidadis manus nostras ro++.

testes. didagu — pelagio — gomdesimdu.

oseda — ioane — froia.

gomsalbo confirimo — trasario — alio pelagio.

uidisilu notauit.

## CCCXXXII

*Ex codice, Livro de D. Mummadona dicto, sumpsimus.*

1044

**Cartula de hereditates in villa margaridi**

In dei nomine. Ego idila una cum filias meas bronilli et felicia in domino deo eternam salutem amen. Ideo placuit nobis asto animo et proprias nostras uoluntates ut faceremus ad uobis domna elsinda confessa sicut et fecimus cartula uenditionis et firmitatis de hereditates nostras proprias que abuimus in villa margariti subtus montis latitu territorio bracarensse inter bis alueis aue et auizella discurrente riuulo selio et fuerunt ipsas hereditates de muniamonina didaz et comparaui eas inde soror sesita et filia sua soror brunilli et tenuerunt ea in suo iure per pretio et carta tem (sic) tornarunt ea in manus de idila et uxor mea astileuua. et ego nos nominibus damus ad uobis ipsas hereditates ab integras quantas ibidem habuimus montes fontes pascuis paludibus casas vineas pumares sautos exitus montium uel accessum et regressum cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est ubique illas potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis pro quo accepimus de uos in pretio c<sup>m</sup> LX<sup>a</sup> modios in pane et in uino et in que nobis bene placuit. uos destis et nos accepimus. ita ut de hodie die uel tempore sint ipsas hereditates de iuri nostro abrasa et in uestro iure uel dominio sint traditas atque confirmatas. abeatis uos et omnis posteritas uestra ubi eas relinqueret uolueritis tam de eas facite. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula uenditionis et firmitatis ad irrumpendum que nos in iuditio deuindicare non potuerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis aut ad parti cui uobis illas dederitis uel relinquere uolueritis ipsas hereditates que in carta resonant duplatas uel tripatas et uos perpetim habituros. Facta carta uenditionis et firmitatis v<sup>o</sup> idus februarii. Era m<sup>a</sup> LXXX<sup>a</sup>ii. Idila et filias meas felicia bronilli in hanc cartula uenditionis et firmitatis manus nostras Ro+++++. Qui presentes fuerunt. Gondemaro test. Dulquede test. Uermudo test. Sindila test. Menendo test. Menendo pelagii et presbitero qui hec notauit. Monio donadeiaz conf. Osorio tellit conf.

## CCCXXXIII

*Pactum venditionis agri in villa de Paradella siti. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico exstat Archivo.*

1044

Christus. In dei nomine ego lobredo et uxor mea gudina plagui nobis per bone pacis et probrias nostras uolumtades ut faceremus ad bouis eirico pepiz et uxor uestra gontina kartula uenditionis de larea nostra probria que auemus in uilla paredelias subtus montes kastro de boue territorio portugalensis discurrentis ribulo cadabom loco predicto et nominianan ipsa larea aderolado mediadate de illo et abet in lomgo LX et viii<sup>o</sup> pasales et abet in ampio xx pasales tam in lonco quam in ampio manum erecta super cabut de omnine. et acebimus de uos pretio proinde v modios ipso nobis bone conplaguit. Ita ut de odie die uel tempore sit ipsa larea de iure nostro abrasa et in uestro iure dominio sit tradita atque confirmada. abeadis uos ipsa larea firmiter et omnis posteritas uestras iuri quiedo temporibus seculorum et in perpeduo uindicidis. si quis tamen quod fierit non credimus aliquis homo de quacumque pars uenerit uel uenerimus contra hanc cartula uenditionis que nos ad iuditio deuindicare non potuerimus post uestra parte aut uos in uoce nostra tunc infra uel infra pars nostre partique uestre comodo pariemus uobis ipsa larea dublada uel triplada uel quantum ad uos fuerit meliorada extra iudicado et uos perpetim abidura. Facta karta uenditionis vii<sup>o</sup> idus martii. Era LXXX<sup>a</sup> ii<sup>a</sup> post millesima. lobredo gudiniz et uxor mea gudina in hanc kartula uenditionis manus nostras ro++.

qui preses fuerunt. uermudo auteriquiz test. gondesindo test. dono test. ansemiro test. froila lobrediz test. ermegildo test.

ramiro notuit.

## CCCXXXIV

*Pactum permutationis quorumdam bonorum immobilium in villis de Pigeiros et de Viariz pro aliis bonis ejusdem generis in ipsis villis. Charta autographa, e scrinio conventus monastici, da Graça dicti, Conimbricensis in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1044

Christus. In dei nomine brandila uitemirizi plaguit mizi bone pazis et uoluntas ut fazeremus uobis suario pelagizi et coniungia uestra eiloni kartula contramudationis de ereditade mea propria que aueo in uilla pegrarios subtus kastro piloso teridorio portugalensis discurrente riuulo alister inter aue et kadauo in llogo predicto iiii integra de ereditade de pater meo uitemiro sizilazi et mater mea dordia ubique illa podueridis inuenire in uilla peiarios et in uiarizi contis prestationibus in se obtine in kasas donus con intrinzecis suis terras ruhtas uel inbaruaras aruores fructuosas uel infructuosas mazanarias figale ameixenale kastiniales pesegales pascuis padulibus montes fontes aguas cursiles uel incursile fontis aguarum sesigas molinaru exitum regresun uel quantum aprestidum ominis est in ipsas uillas nominadas per suis terminis et lozis antiguos. et azepimus de uos proinde ratione de adefonso v<sup>a</sup> integra de ereditade de gonderedo senderiquiz (?) et de gaudilla in uilla pelagiarios et in uiarizi et in peiarios illa razione de meo pater (?) uitemiro de illa ..... que uene de .. alzido usque illa petra naduia que esta iusta illa kasa de cidi gondereti et de ipsas kasas usque in rio. tanto mizi et uobis bene complagui. ida ut de odie die uel tempore sedea de iuri nostro abraso ipso que uobis inkartamus et in iuri uestro tradida uel confirmada et de omnis posteridas uestra iuri quiedo uindize. et si aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc kartula inrrunpendo que uos in iuditio deuindigare non podueridis in uoze nostra aut nos post parte uestra que uos pariemus pariemus (sic) illa dublada uel quanto ad uos fueri meliorada et uobis perpedin aidura. Facta kartula contramudationis nodun die quo erit xvi<sup>o</sup> kalendas abrile. Era Millesima lxxxii.<sup>a</sup> bradila in anc kartula manu mea rouora+ui. Et ipsa ereditade de adefonso deo illa suario galindizi ad suario pelagizi et presi illa sua galindizi ad sua filliade adefo pro duos kauallos que teoue de illos natondo de cc solidos et deesperiran per sua culpa. Qui uiderunt. cidi presbiter. alzamo (?) test. patrebono test. uiliario test. dono test. ero test.

Sonimiro notuit confirmo.

## CCCXXXV

*Pro quodam debito solvendo, Vitemirus Donizi uxori dominium bonorum quae in villa de Pigeiros possidebant Suario Pelagizi tradunt. Charta autographa, e scrinio conventus monachorum, da Graça dicti, Conimbricensis in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1044

In dei nomine ego uitemiro donizi uxori mea uistregia conomento madre plaguit nobis bone pazis et uoluntas nunlios quoque genti imperio nec suadentis artigulo nec pertimexientis meduu set propria nostra uoluntade ut fazeremus uobis suario pelagizi et coniungia uestra eiloni kartula confirmationis per escriptura firmidadis de ereditade nostra propria que auemus in uilla peiarios subtus kastro piloso teridorio portugalensi discurrente riuulo alister inter aue et kadauo in lloco predicto illa llarea de illu agru de peiarios comodo illa comparaui de dnana (sic) exemena con sa plantado et illa llarea de tras illa mankara como se lleua de illa quintana de gonderedo zoniz et uait in directo con illo kasal de luzido usque illo monte et de illa incruziliada comodo uait illa uia ante illa porta de uitemiro et inde proud ilo kasal de danila et ex proud kasa de aloitu poldra et torna proud eglesia ubi intra in anbas illas uias anbas prou sancto salvador usque illo monte. damus uobis de ipso quod conclusimus nostra ratione quanto ibbi auemus con cuntis prestationibus in se obtine kasas pazanarias figales persegare ameixenales kastinieres quanto aprestidun ominis est. damus ipso quod super resona pro illos d solidos de illa fidiaduria que me fidiaui sonimiro et kalomiaster illo proinde et conzedimus uobis ipsa ereditade proinde et sakamus et nos et ipse sonimiro de alima et de ipsa fidiaduria que uobis exedimus. tanto nobis bene complaguit. Ida ut de odie die uel tempore sedea de iuri nostro abraso et in uestro iure tradida uel confirmade et de omnis posteridas uestras iuri quiedo uindize comodo uobis delimidauimus et coran testis asinauimus et si quis tamen quod fieri non credidi et aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc kartula inrrunpendo que uos in iuditio deuindigare non podueridis in uoze nostra aut nos post parte uestra comodo pariemus uobis ipso que in karta resonat dublado uel

quanto ad uos fueri meliora et uobis perpedin aidura. Facta kartula confirmationis nodun die quo erit viii<sup>o</sup> kalendas abrile. Era millesima LXXXII.<sup>a</sup> uitemiro donizi et uistregia in anc kartula manus nostras—

Qui uiderunt. fromarigu test. leouerigu test. cidi test. —luzido test. uermudo test. monderigu test. —sinnando test. alazamo (?) test. —Sonimiro notuit confirmo.

Et ipsa larea que deo uitemiro ad cidi da proinde alia in..... (?) ad cidi et ipsa d..... (?) et necta (?) cidi quia non aue inde karta. cidi uitemiro in anc kartula manum mea + confirmo.

## CCCXXXVI

*Oseredus bona quaedam ecclesiae de Aldoar donat. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1044

**Testamenti carta**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Ob honorem sancti saluatoris et sancte marie semper uirginis et sancti iacobi apostoli et sancti michaelis archangeli et sancti mameatis et sancte marie et sancti martini episcopi et confessoris christi quorum baselica fundata est in uilla quam nuncupant alduari subtus monte custodias territorio portugalensi prope littore maris. Damus ad ipsius locum sanctum et ad ipsum martinum laream nostram propriam que iacet de agro de fontanela medietatem integrum et de illo ualle ad iusum quomodo in illa de illo abbate ferit duas v<sup>as</sup> integras et de hereditate de sando de quinta terciam integrum In casales in pumares in montes in fontes pascuis padulibus exitus et regressus et in illum molinum nostram rationem et per tota illa uilla per ubi illam potueritis inuenire ipsam terciam integrum cum cunctis prestationibus suis sicut illam obtinuit sendinus abogadiz in sua uita et ego oseredo post suum obitum in meo iure. Damus atque testamus ad ipsius locum et ad ipsum sanctum martinum et tudeildo abbati pro remedio animarum nostrarum. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo nenerit uel uenerimus de prosapia nostra qui irumpere uoluerit in primis sit excommunicatus et a corpore domini nostri ihesu christi sit separatus et cum iuda domini proditore habeat partem in tartara dampnatione et pro dampna secularia in cuius iudicium iudicandi fuerit pariet duo libras auri talenta. Facta series testamenti xi<sup>o</sup> kalendas augusti. Era m<sup>a</sup> LXXX<sup>a</sup> ii.<sup>a</sup> Sesnandus in hoc testamentum manum mean confirmo++.

Et adicimus in isto testamento talium de salinas de illis quas habeo cum arias cidiz unum talium cum sua uida et cum suo prestamo ab integro et in illo medio de exemena cum sua uida que habeat illum in mea uida et post obitum uero meum uadat cum illo alio ad sanctum martinum ad deseruiendum. Qui presentes fuerunt. Donisore test. Sandinus test. Froila test. Alio sandinus test. Ranemirus presbiter test. Tuimirus test. Egaredo test.

## CCCXXXVII

*Pactum renditionis partis cuiusdam domus agrorumque variis locis sitorum ad radices montis Cordova prope flumen Leça. Ex charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinente, in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1044

Christus. In dei nomine moquina una cum filia mea godregodo In domino deo eterna salute amen. Plaguit nobis asto animo et integra nostra uoluntade ut uimderemus uobis muniu beniegas sicut et uendimus et ad uxori uestre uniscu ereditade nostra quos auemus in uila eos auemus in uila parta (?) suptus alpis mons cordoua probe leza territorio portugale in logo predicto domus ubi modo auitauit semdinu adulfsiz et coniumgia sua teodonili circa domus beleque inter sancta eolalia et sancto Iacobo sicut ea obtinuerunt ipsius dominus e nos comparamus illa de filios suos nominibus menemdo et munia et adulfu et gesmomdo et baulo damus ad uos in illa quimtana sicut est de iuri ipsius donnus de iii<sup>o</sup> duas partes integras et de illa uila fora quimtana de mediedade duas partes integras per ubique illa potueris inuenire momtis fomtis pascuis padulibus acepsum uel regresum per logus et terminus amfigus damus adque concedimus. et acepimus de uos duas uacas et una mamta et inter kabras et ouelias iii<sup>o</sup> ipso

D. et C. Tom. I.

52

nobis adplaguit. Ita ut de odie die uos ueatis et nos uimdizemus. et si aliquis omine ueneri uel uenerimus ad inrumendum anc kartula que nos ad iudizio deuimdigare non (*sic*) aut non potuerimus post uestra parte pariemus uobis illa dublada uel quantum ad uos fueri meliorada. perpetim auitura. Facta serias excritura pridie kalendas nouembris. Era LXXXII<sup>a</sup> post t. moquina et filia nostra goldregodo in hanc kartula manus nostras R++o.

Pro testes. cendamiro — didagus uimara — odorio cresconio — iuliamio ic testes sumus.  
Ermegildus fecit.

## CCCXXXVIII

*Pactum venditionis sextae partis praedii in villa de Pedróso, cuius emptor alias quinque partes ejusdem praedii jam acquisiverat. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, ex qua textum sumpsimus, in Publico servatur Archivo.*

1044

Christus. In dei nomine ego uiscuara connomento zai placui mici per bone pacis et uoluntas ut faceremus ad uobis guthize abba et serori uestra siti kartula uenditionis de ereditate mea probria que abeo de parentes meos iczila et creusa per ubi ila obtinuerunt ipsos meos parentes in loco predito uilla petroso comodo se leua de termino de lauadores et de uilla de sancta eolalia et de alia parte ipso castro petroso de ipsa uilla integra per suos uigos et terminos antigos et per ubi ila obtinerunt ipsos nostros parentes vi<sup>a</sup> integra con casas con pomares con sautos con terras ructas uel baruaras aruores fructuosas uel infructuosas con quantum ad prestamun ominis est sibe in illo uillare de oleirolos et per ubi illa obtinuerunt nostros parentes cum aprestationibus suis et per ubi ila obtinuerunt ipsos nostros parentes et per ubi ila potueritis inuenire ipsa vi<sup>a</sup> integra unde iam uobis abetis illas rationes pro que accepimus de uos pretio una pelle aninia et i<sup>a</sup> manta bonas et i lenzo et unos calabazos et vi modios de milio tamtam nobis bene complacui et de pretio abut uos nicil remansi in deuitu apud uos pro dare. ida ut de odie die uel tempore sic de iuri nostra abrasa et in uestro iuri tradita uel confirmata abeatis uos et cui uos uolueritis usque in perpetue. et quo si aliquis omo uenerit uenerimus ad inrompendum contra anc kartula uenditionis que nos ad iuditio deuendigare uel obtorgare noluerimus au uos in nostra uoce tunc inferat uel inferat pas xit (*sic*) nostra ad partique uestra tunc parient uel pariemus ipsa ereditate dubla uel quantum ad uobis fuerie meliorada. Facta kartula uenditionis quo erit v<sup>o</sup> kalendas decembris. Era LXXXII<sup>a</sup> post millesima. uixauara (*sic*) connomento zai in anc kartula manum manum (*sic*) mea ro+. qui preses fuerunt. dono ermigio. ioanne. fernando presbiter. sodario presbiter. gomdulfo presbiter. steuano test. sando notui.

## CCCXXXIX

*Pactum permutationis bonorum in villa de Parada pro aliis bonis in Lucezes. Charta autographa ad Monasterium Morariense pertinens in Publico invenitur Archivo.*

1045

Christus. In dei nomine ego atan presbiter et cresconio presbiter plaguit nouis per bone pacis et uoluntas nullis quoque ientis inperio nec suadentis artigulo se probia nouis acepsi uoluntas ut faceremus tiui magister menemdo kartula contramutationis de uilla de parada quos fuit de tuta aluitiz et comparauit illa tio nostro magister ermegildo in suo kauallo colore rosello et misit illa in testamento de sancte marie de aquas sanctas et dedi ad nouis menemdo presbiter pro nostra ratione de ipsa uilla de parada sua medietade de uilla de lucezes unde ad nouis rouoraui karta de contramuda subtus castro amagia discurrente ribulo leza territorio portugalense et iace ipsa uilla in logo predicto iusta illa que fuit de didago olidiz. et fuit ipsa uilla de sindilo. damus uouis illa con sua quintana et suas terras et suas coperturas et suo plantado et con sua aqua per ubi illa potueritis inuenire per suis locis uigos et terminos antigos cum quantum aprestationibus est in ipsa uilla. et accepimus de uos proinde uestra ratione de uilla de lucezes. Ita ut de odie die et tempore sit ipsa uilla de nostro iure abrasa et in uestro dominio sit tradita uel confirmada. aueadis uos et ad cuit uouis ila obturgardes. Siquis tamen quod fieri non credimus et aliquis omo uenerit uel uenerimus ad inrunpendum kartula contramutationis que nos in iuditio deuindigare non potuerimus aut uos in uoce nostra comodo pariemus uobis illa dublada uel triplada uel quantum ad uouis fue-

rint meliorada et uouis perpetim auiturum. Facta cartula contramutationis die quod est ipsas kalendas aprilis. Era <sup>LXXX</sup><sup>a</sup> m<sup>a</sup> super millesima. atam presbiter cresconio presbiter in anc kartula contramutationis manus nostras ro++.

qui iuidem fuerunt. eidino test. didago presbiter. nunu test. donino test. nantildo test. adefonsus prolis iuiani quos uidi et manu mea noduit.

## CCCXL

**Descriptimus ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p[re]ae se fert.**

1045

**Karta de tauoadelo et villa caluos et ecclesia sancto cipriano**

Dubium quidem non est sed multis plerisque manet cognitum atque notissimum in ueritate Eo quod menendus folienz coniunctus fuit in matrimonio cum uxore sua nomina Gunterode ordoniz per phoedere conligatione et habitauerunt in unum et ganarunt villas et hereditates et in ipso tempore ganauit ipse menendo folienz et Gonterode ordonii villa uocitata Tauoadelo quos fuit de comes domno Gundisaluo menendi sicut illa obtinui ipse dux magnus in uita sua per consensum monacus et fratres et sorores de cenobio vimaranes et per iussionem de arriani abba qui dedit mandamento de tauoadelo ad ipso comite in tempore quando abuit alphetena cum gundisaluo muniz et ganaui ipsa villa in ipse mandamento quando seuet ad ipsa alphetena in sancto mames ad defendendum ipsa terra et casa de vimaranes. et abuit uerbo alligato ille comite cum ipse abba domno Arias et cum fratres et sorores in ipso monasterio habitantes ut in uita sua habuisset ipsa villa in stipendio suo per beneditione et ad obitum suum tornasset se post parte testamento quod fecit Rex domno Ranemiro ad casa de vimaranes et in manus de ipse abba et suos fratres et sorores. et quod uerbum habuit diligenter adimpleui et dedit ad suo obito uerbo ut de propinquis suis in ipsa villa ullam disturbancem faciant. Post hanc causam uenit ordonio ranemiriz et sua mulier domna Geluira ad multis temporibus in portugale et pressit ipsa villa per potencia et sine ullo recabito et dedit illa ad suo genro fredenando gundemariz et ad sua mulier mummadomna ordoniz. ipsis uero nominatos fredenando gondemariz quando uidit et audebat dicere quia non abebat in ipsa villa ulla radice gratulauit adplicare ad se aliquo de illa. postea uenit ad me menendo folienzi et ad mea mulier Gontrode ordoniz ipse fredenandus gondemariz et dedit nobis ipsa villa supranominata tauoadelo per precio et cartulam firmitatis et obiurgauimus illa multis temporibus et abuimus ambos liberos unde procreatio fuisse. Denique annuit nobis proprias nostras uoluntates ut dedissemus ipsa villa ad cenobio vimaranes per scripturam firmitatis. Nos uero in ipso rouore permanentes uenit infirmitate ad ipsa coniugie mee Gonterode unde clausit diem ultimum. et quando uidit se depronata narrauit mihi in concilio de gens mea et de alios multos que ibi erant nobiscum congregatos ut adimplisset omnia que cum ea uerbum abebat alligatum et dedisset ipsa villa pro animabus nostris ad ipso cenobio vimaranes et ad fratres et sorores ibi habitantes. Obinde ego ermegildus ac nomine menendus fulienz quod cum ipsa mea mulier Gonterode ordoniz uerbum alligatum abuit deo adiuuante et ego adimplebo. Domnis inuictissimis hac triumphatoribus et sub imperio opificis rerum que trinus in unitate extat colendus adorandus glorificandus necnon et in honorem sancti saluatoris sancteque tue genitrix marie hac gloriose uirginis et sanctis apostolis petrus et paulus iacobus tomas iacobus alpheus simul et iudas bartolomeus ad ofitium predicationis electus similiter et iohannes baptiste cum uirgines eolalie columbe teclie christine agate dorotee celesti talamo conlocatas cum martiribus aciscli romani facundi et priuitui (*sic*) sancti laurenti et comitum eius celesti cruce laureatos sancti martini episcopi sancti saturnini episcopi sancti cipriani episcopi et ultimo martiri beati pelagio uel omnium sanctorum martirum uirginum atque confessorum quorum reliquie recondite sunt in cenobio nunccupato vimaranes que est fundato ad radicem montis latito et castro sanctus mames inter bis alueis uehementis aue et auizella urbium bracarensium. Ego indigno et dei famulo ermegildus cognomento menendo fulienz cum peccatorum mole depresso in spe fiduciaque sanctorum non usquequaque disperatione deitio qui etiam reatui meo criminibus sepe pauesco vt per uos sancti dei martires tandem reconciliari merear conspectu communis domini ac sanctorum omnium fida supplicatione uotis omnibus deposco vt ego menendus et Gonterode de nostrorum criminum merear uobis cum partem accipere et ueniam de peccatis nostris in regione uiuorum. et ideo devotioni mee extitit ut ego menendi fulienzi et in a uice persone de coniugie mee Gunterode ordoniz per unum consensum sicut conligatum abuimus inter nos ut de paupertula nostra facere aliquid aule sancte uestre offerre debere sicut et offerimus. Concedo pro anima mea et pro de coniugia mea Gunterode villa desuper uocitata que est in mandato de tauoadelo fundata integra per suis terminis et locis antiquis et cum suis suis (*sic*) adiunctionibus et cum ecclesia uocabulo san-

cto cipriano et cum omni prestatione loci ipsius ab integro. etiam et in riba auizella villa caluos que nuncupant de nouo tempore villa uerde cum omnibus prestationibus suis que in se obtinet et quantum ego menendo folienzi de postea ganaui uel ganare potuero usque ad obitu meo sic illas confirmamus post parte cenobii de vimaranes ab omni integritate damus cum edificiis suis uineis pumares sautos deuesas montes pascuis padulibus aquis aquarum et segicas molinarum exitu montium et regressum. Omnia que desuper ipsas villas cum suis adiunctionibus et cum omnibus prestationibus suis siue et ecclesia sancto cipriano cum suo debito totum ab omni integritate testamus et confirmamus ad ipso cenobio vimaranes et ad monacos fratres et sorores ibi habitantes ut sit inde illis toleratione et nos ante deum mercis copiosa et remissionem peccatis nostris. et amplius non habeat ego menendus folienz licentia de has hereditates que in isto testamento colligatas sunt deinceps in alia parte uindere donare testare uel commutare neque in aliqua pars extraneare sed in uita mea abeat inde toleratione et post obitum meum tornet se sanas et intemeratas post parte huius monasterii vimaranes. quo et coniurationem confirmo per diuinitatem sanctam et regnum glorie eius. quia contra hunc factum nostrum series testamenti infringere conauerit exter propinquis seu qualibet ieneris homo quisquis ille fuerit auferat dominus memoriam illius de terra et deleat nomen eius de libro uite et cum iustis non scribantur sed cum biotenatos sit pars illius in eterno baratro et iude proditore domini heres efectus et pars pena sit luiturus et ab omni ecclesie catholicorum anatematus et excommunicatione multatus non accipiat corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi portio et simili pereat et pena tabescat et comprehensus coram regis uel comite aut iudicis terre sepcies tantum conponat post parte huius ecclesie quantum inde usurpare quieuerint. et hoc series testamenti in rouore permaneat euo perenni. Notum die quod erit n<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era m<sup>a</sup> L<sup>a</sup> xxx<sup>a</sup> iii.<sup>a</sup> Ego ermegildus cognomento menendo frolaniz per me et in presentia coniuge mee gonterode ordoniz in hanc scripture testamenti quod fieri elegimus et uotum nostrum adimplendo compleuimus deo nobis adiutus ego menendo folienzi in hoc testamento manus meas proprias confirmo+ et roboraui.

Petrus abba manu mea confirmo — Petro ennegoz manu mea conf. — Arias honerigoz manu mea conf. — Osorio telliz manu mea conf. — Pelagio sagatiz manu mea conf. — Aloito eiriz et presbitero manu mea conf. — Iheremias arias et presbitero conf. — Pelagio pinoliz manu mea conf. — Pelagio liliz manu mea conf. — Fagilus confessus manu mea conf. — Aluaro aluariz conf. — Menendo pelagiz presbitero conf.

Christoforo uiliamirus conf. — Didacus confessus conf. — Eita telliz quos uidi — Amarelle confessus conf. — Muniu donadoz conf. — Arias. Brandila conf. — Citi telliz quos uidi — Vimara. Ascarigus conf. — Menendo christofori quos uidi — Egas loucgildiz test. — Gondemaro berulfiz test. — Geldemiro iohannes test. — Pelagio presbitero que notuit.

## CCCXLI

*Monasterio de Leça Tanoi et Gudinus ejusdemque Gudini uxor salinas prope Leça sitas donant. Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis descripsimus.*

1045

**Testamentum de salinas**

Dominis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosis sanctisque martiribus et laureatis ob honorem sancti salvatoris sancti martini episcopi et confessoris christi sanctorum petri et pauli apostolorum sancti michaelis archangeli et sancti thome apostoli et sancti andree apostoli et sancte christine et sanctorum sociorum eius quorum basilica fundata est de uilla quam uocitant leza secus riulo leza territorio portugalensi sublus monte custodias. Obinde ego nos tanoi et gudinus et uxor eius toda cum peccatorum mole depresso et diem iudicii timendo placuit nobis pro pacis et uoluntas in expontanea uoluntate ut pro remedio anime nostre Damus atque concedimus ad ipsius accisterii et ad ipsius sanctis et uobis tudeildo abbati et fratribus uestris et cui uos illum relinquere uoleritis Damus uobis nostras salinas cum sua uita v<sup>o</sup> talios in illa marina de leza. et habent iacentiam ipsas salinas in loco predicto in illa corte quam comparauius de froila gundisaluz et de didaco brandilaz et de ihoanne froilaz pro nostro precio. Habeatis uos ipsas firmiter temporibus seculorum. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartam uel eius testamenti ad irrumpendum quam nos in iuditio deuendigare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo sit in primis sit excommunicatus ab omni ceto christianorum et cum iuda domini proditore habeat partem in tartara dampnatione et pro dampna secularia pariet quantum autem intemperare quadruplum et iudicato. et hoc factum nostrum plenam habeat firmitatis roborem stantem et permanentem hunc seriem testamenti. die erit vii idus iunii. Era m<sup>a</sup> LXXX<sup>a</sup> iii.<sup>a</sup> Tanoi et godinus et to dara in hanc cartam testamenti manus nostras roboramus+.

Qui ibi fuerunt. Randulfus presbiter test. Guandila test. Frater dulcidio test. Egas test. Gudesteo test. Garsia presbiter test. Olidi test. Cidi test. Eneque presbiter test. Electus presbiter test. Cidi presbiter test. Dulquido diagonus test. Ariulfus presbiter test. Tudegildus presbiter test. Eita test. Aluitus test. Trastemirus test. Frater ranoendus test. Frater petrus test. Frater sendinus test. Sandinus notuit.

## CCCXLII

*Diplomata tria, quae sequuntur, de eodem argumento agentia, in Livro Preto Conimbricensis Sedis inveniuntur, diversis tamen locis descripta. Ex eis inficitur Tudeildum abbatem conventumque monachorum Vaccariciensium Monasterium de Leça et de Anta, bonaque ad ea pertinencia, quibusdam presbyteris monachisque ad habitandum ac fruendum contulisse, rectore cooptato, auctoritateque ejusdem Tudeildi super eos seposita. Secundi diplomatis exemplaria duo in Livro Preto inveniuntur descripta. Aliud textum, aliud lectiones varias nobis suppeditavit.*

1045

**Pacti cartula**

Domno nostro tudeildus abba pactum simul et placitum facio uobis fratribus nostris florite prepositus et fratribus tuis de cenobio uaccariza et petrus et randulfus presbiter et qui hunc nostrum pactum roborare voluerint per scripturam firmitatis die erit xi<sup>o</sup> kalendas octobris Era lxxx<sup>a</sup> iii<sup>a</sup> superacta millesima pro parte de acisterio leza cum aiectionibus suis et de acisterio anta cum adiectionibus et de villa custodias et de salinas foce de lesa et de medietate de acisterio de uermudi cum aiectionibus suis que habeatis et possideatis illos de nostro dato sicut in testamento resonat sicut canonica sententia docet. et non habeamus licitum in uita nostra in alia parte transferre nec testare nec donare in extranea parte. Post obitum nostrum habeatis et possideatis sicut in testamento et in pacto resonat. et uos nec uindatis nec donetis nec in alia parte transferatis sed sana et intemerata permaneat post parte testamenti et hunc nostrum factum nostrum (*sic*) non sit uiolatum pro nulloque facto sed plenam habeat firmitudinem roborem usque in seculum seculi pro sententia canonica. et qui unus ex nobis minime fecerit et placitum exciderit pariet parte testamenti duo auri talenta et ipso que in testamento resonat duplatum et iudicatum. Nos superius nominati tudeildus abba randulfus petrus florite prepositus una cum fratribus nostris habitantibus uaccariza et leza in hoc placito manus nostras ro++.

Qui presentes fuerunt. Sendinus presbiter. Menindus. Mauram. Aluitus. Sandinus sisnandiz quos adnuntiaui Ego ansemondus quos exaraui testes sumus et manus nostras confirmamus++ et roboramus.

**Carta dimissionis**

Dominis<sup>1</sup> inuictissimis ac triumphatoribus sanctisque martiribus sancti saluatoris cum uirgine inclita semper genitrix<sup>2</sup> apostolorum martirum pontificum uirginum confessorum quorumue dispare et locis diuersis cimiteriis aule sunt nuncupate<sup>3</sup> quorumue hic describere nequiuimus prolixior conuenit adiungere omnia sanctorum martirum qui<sup>4</sup> de<sup>5</sup> curia<sup>6</sup> celesti<sup>7</sup> sublimati<sup>8</sup> roseo cruore perfusus ad officium predicationis electus<sup>9</sup> uirginitatis glorie coronatus confessorum floribus<sup>10</sup> adornatus et siue<sup>11</sup> inertia<sup>12</sup> egra mens hic singillatim<sup>13</sup> scribere<sup>14</sup> nequiuimus iam infra<sup>15</sup> amena<sup>16</sup> paradisi locum beatitudinis a dextri ordinis tenere confidimus. Ego tudeildus<sup>17</sup> una cum consensu fratrum meorum de acisterio<sup>18</sup> uaccariza cum peccatorum mole depresso in spe fiduciaque sanctorum non usquequaque desperatione<sup>19</sup> deicimus qui<sup>20</sup> etiam reatu<sup>21</sup> nostro<sup>22</sup> criminis sepe pauescimus ut per nos martires<sup>23</sup> reconciliari mereamur communem dominum ac sanctorum omnium cetu<sup>24</sup> fida supplicatione depositimus et ideo deuotioni nostre extitit ut ex voto proprio abolendis delictis parentorum<sup>25</sup> nostrorum nostrisque<sup>26</sup> delictis- cendis<sup>27</sup> criminis sepe pauescimus ob<sup>28</sup> honorem celsitudinis uestre Concedimus ad istos nominatos petrus frater

**Carta pacti**

- 9 infrac mea
- 10 tudegildus abba
- 11 accisterio
- 12 deest
- 13 quem
- 14 factum nostrum
- 15 sancti martires
- 16 cetum
- 17 parentum
- 18 nostris quidem litisendis

- 1 Dominis
- 2 genitrice
- 3 nuncupate
- 4 quid ei curie celestis sublimatus
- 5 elatus
- 6 froribus
- 7 siue inertia
- 8 sigillatim scribe

D. et C. TOM. I.

53

et<sup>19</sup> electus presbiter et tudeildus<sup>20</sup> presbiter et arias<sup>21</sup> presbiter<sup>21</sup> et lucidus<sup>22</sup> et<sup>22</sup> randulfus<sup>22</sup> presbiter<sup>22</sup> et quantuscumque in nostrum<sup>23</sup> pactum roborauerint. et post obitum nostrum<sup>24</sup> elegimus in patrono isto<sup>25</sup> randulfus presbiter inquit bonus fuerit et in uita sancta perseuerauerit in iuri<sup>26</sup> et<sup>26</sup> in<sup>26</sup> suo<sup>26</sup> arrugio<sup>26</sup> deseruiat et pro consensu de abbate et de fratribus de uaccariza. concedimus uobis ipsum arcisterium<sup>27</sup> leza cum cunctis aiectionibus<sup>28</sup> et prestationibus suis<sup>29</sup> sicut ad nos domna unisco et domno<sup>30</sup> oseredo<sup>30</sup> pro testamento ad<sup>31</sup> nos<sup>31</sup> concesserunt et sicut in<sup>32</sup> ipso<sup>32</sup> testamento priore resonat. Et ibi adicimus acisterium<sup>33</sup> anta<sup>33</sup> uocabulo sancti saluatoris et sancti martini episcopi et comitum eorum cum omnibus aiectionibus et prestationibus suis<sup>34</sup> et uilla de pausada<sup>35</sup> que in nostras<sup>36</sup> scripturas<sup>36</sup> resonant<sup>36</sup>. et de uilla custodias<sup>37</sup> medietatem integrum et x<sup>a</sup> sicut nobis illa concessit domna crastina<sup>38</sup> et in<sup>39</sup> foze de leza nostras salinas quas ganauimus et comparauius et in nostras scripturas resonat. Concedimus uobis omnem rem nostram sicut sursum taxatum est post parte<sup>40</sup> uestra<sup>40</sup> sit tradita<sup>41</sup> atque concessa<sup>42</sup> ut ad seruorum uel ancillarum dei aduenam pupillum hospitum<sup>43</sup> peregrinis uel ubi<sup>44</sup> in uita sancta perseuerauerint<sup>45</sup> habeant et possideant sicut nos docet<sup>46</sup> lex et propheta — Vouete et reddite domino deo uestro — Et iterum — quod de manu tua accepimus dedimus tibi quia peregrini et hospites sumus super terram — quia dicit in libro iudicum ubi dicit liber<sup>47</sup> in<sup>47</sup> et titulus<sup>48</sup> secundus<sup>48</sup> sentencia nonadecima ut — qui filios<sup>49</sup> non relinquert faciendi de rebus suis quod uoluerit<sup>50</sup> habeat<sup>50</sup> potestatem — Pro<sup>51</sup> lex godorum sicut dicit in testamento priorem<sup>52</sup> et pro testamento priorem facio uobis inde quod uoluerio. Habeatis et possideatis iuri quieto temporibus seculorum. Et si uenerit<sup>53</sup> de fratribus de laurbano ad habitandum habeant uobisecum regulam sicut lex canonica docet. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo tam humilior quam inferior siue<sup>54</sup> ex genere nostro uel ex genere de testatoriis<sup>55</sup> de leza et de anta qui hoc<sup>56</sup> factum nostrum quod pro anima nostra remedium procurauius ex uoto<sup>57</sup> proprio uel inmodice<sup>58</sup> conuellere uel usurpare temerarie uel leuiter conauerit quisquis ille fuerit exeat<sup>59</sup> ad finis<sup>60</sup> anathema marenata multatus<sup>61</sup> ab omni ecclesia catholica seiunctus<sup>62</sup> a<sup>62</sup> corpore<sup>62</sup> et a<sup>63</sup> sanguine<sup>64</sup> redemptoris separatus in<sup>65</sup> conspectu<sup>65</sup> dei et apostolorum siue et omnium<sup>66</sup> martirum excommunicatus ita ut partem in prima resurrectione non habeat<sup>67</sup> sed cum<sup>68</sup> iuda domini proditore<sup>69</sup> heredes effectus baratri pena<sup>70</sup> iugiter permaneat mancipatus et presenti euo amborum carens lucerne frontibus lumine<sup>71</sup> sit priuatus<sup>72</sup> et quantum inde usurpare uoluerit septuplum componat pro<sup>73</sup> seueritatis iuditio<sup>74</sup> et hec firma per eternum permaneat<sup>75</sup> testamenti scriptio<sup>76</sup>. Nodum die quod erit xi<sup>o</sup> kalendas octobris. Era lxxx<sup>a</sup> iii<sup>a</sup> super<sup>77</sup> millesima<sup>77</sup>. Tudeildus<sup>77</sup> abba<sup>77</sup> una cum fratribus nostris acisterium<sup>78</sup> uaccariza hoc<sup>79</sup> pie uotum humilitatis nostre in hac<sup>80</sup> serie<sup>80</sup> testamenti donibus sanctorum manus nostras confirmamus++<sup>81</sup>.

Qui presentes fuerunt. Gundisaluus raupariz<sup>82</sup> maiorinus regis domni fernandi qui pro iussione ipse<sup>83</sup> abba<sup>83</sup> assignau<sup>83</sup> et confirmaui ipso acisterio cum cunctis aiectionibus suis et<sup>84</sup> post parte ipse<sup>85</sup> randulfus<sup>85</sup> presbiter<sup>85</sup> et<sup>86</sup> de<sup>86</sup> ipsis<sup>86</sup> nominatos<sup>86</sup> qui<sup>86</sup> in<sup>86</sup> hoc<sup>86</sup> testamento<sup>86</sup> resonant<sup>86</sup> manu<sup>86</sup> mea<sup>86</sup> + confirmo<sup>86</sup>

Ansemundus confrater<sup>87</sup> quos vidi manu<sup>88</sup> conf.<sup>88</sup> — Sandinus<sup>89</sup> presbiter<sup>89</sup> quos vidi manu<sup>90</sup> mea<sup>90</sup> conf.<sup>90</sup> — Gomez<sup>91</sup> abbas quos uidi<sup>92</sup> manu mea conf. — Auriol confrater<sup>93</sup> manu mea conf. — Suarius presbiter manu

19 deest	54 seu
20 randulfus	55 testatoribus
21 tudeildus abbas	56 hunc
22 arias presbiter lucidum	57 uota
23 meum	58 modice
24 meum	59 exter
25 iste	60 finis sit
26 suo iure impendat arbitrio et omnia quanta in testamento priore resonat	61 multas
uel deseruiat siue istum accisterium leza cum aiectionibus suis siue quod	62 sediunctus ad corpus
agimus et quod cum dei adiutorio augmentare potuerimus usque ad obi-	63 deest
tum nostrum omnem nostram rem nobis concedimus et ibi elegimus in	64 sanguinem
post obitum ipsius radulfi elegimus electus in patrono si bonus fuerit	65 deest
et in uita sancta perseuerauerit in suo arbitrio	66 agmina
27 accisterium	67 habeant
28 aiectionibus suis	68 deest
29 deest	69 proditorem
30 dominus oseredus	70 penam
31 nobis	71 deest
32 deest	72 separatus
33 arcisterium antea	73 per
34 nostris	74 iudicium
35 pausata	75 permaneant
36 nostra scriptura resonat.	76 scripta.
37 de custodiis	77 m <sup>a</sup> lxxx <sup>a</sup> iii <sup>a</sup> Tudegildus abbas
38 grastina	78 accisterium
39 deest	79 hunc
40 partem uestram	80 hunc seriem
41 graditum	81 confirmauimus et roborauius+.
42 concessum	82 rauparici
43 hospitem et	83 ipsius abbatis assignau
44 ibi	84 deest
45 perseuerauerint	85 ipsius randulfi presbiteri.
46 docet et	86 haec desunt
47 in libro quarto	87 presbiter
48 titulo secundo	88 deest
49 filium	89 Sendinus sesnandiz
50 uoluerint habeant	90 deest
51 Pro	91 Gomez
52 prior	92 adnuntiaui et
53 euenerit	93 frater

mea conf. — Sindinus<sup>94</sup> menindiz<sup>94</sup> manu mea conf. — Falisa<sup>95</sup> presbiter<sup>95</sup> quos<sup>96</sup> vidi<sup>96</sup> manu mea conf. — Dulcidius<sup>97</sup> frater<sup>97</sup> manu<sup>97</sup> mea<sup>97</sup> conf.<sup>97</sup> — Sauarigus frater manu mea conf. — Ranoindus<sup>98</sup> frater<sup>98</sup> manu<sup>98</sup> mea<sup>98</sup> conf.<sup>98</sup> — Halaf<sup>99</sup> manu mea conf. — Gundisaluus<sup>100</sup> godiniz<sup>100</sup> manu mea conf. — Froila fredenandiz manu mea conf. — Cidi dauid manu mea conf. — Sisualdus<sup>101</sup> manu mea conf.

Ranimirus<sup>102</sup> presbiter<sup>102</sup> manu<sup>102</sup> mea<sup>102</sup> conf.<sup>102</sup> — Godesteo citelliz<sup>103</sup> manu mea conf. — Nantildus manu mea conf. — Vniscus prolis sisnandi<sup>104</sup> manu mea conf. — Doretea<sup>105</sup> filia gundisalui manu mea conf. — Odorius sisnandiz<sup>106</sup> manu mea conf. — Menindus<sup>107</sup> gundisalui manu mea conf. — Odorius louesindiz<sup>108</sup> manu mea conf. — Oseredus pelaiz<sup>109</sup> manu mea conf. — Oseuius<sup>110</sup> beraci manu mea conf. — Petrus fernandiz manu mea conf. — Didacus truitesindiz manu<sup>111</sup> conf. — Arias iben<sup>112</sup> arias<sup>112</sup> manu mea conf. — Pelagius emilazi<sup>113</sup> manu mea conf. — Froia<sup>114</sup> phalaf<sup>114</sup> manu<sup>115</sup> mea<sup>115</sup> conf.

Ibazinus<sup>116</sup> quos vidi — Adefonsus<sup>117</sup> presbiter quos vidi — Sizila<sup>118</sup> presbiter quos vidi — Viarigus<sup>119</sup> presbiter<sup>120</sup> quos vidi — Ranemirus presbiter quos vidi — Zuleima presbiter quos vidi — Ivlianus<sup>121</sup> test.<sup>121</sup> — Trastimirus<sup>122</sup> test. — Tetom<sup>123</sup> test.

Andulfus<sup>124</sup> presbiter quos vidi — Aluitus<sup>125</sup> sindiniz<sup>125</sup> presbiter<sup>125</sup> conf.<sup>125</sup> — Vermudus<sup>125</sup> presbiter<sup>125</sup> quos<sup>125</sup> vidi<sup>125</sup> — Arulfus<sup>125</sup> diaz<sup>125</sup> quos<sup>125</sup> vidi<sup>125</sup> — Truitesindus<sup>126</sup> test.<sup>126</sup> — Sendinus<sup>127</sup> test.<sup>127</sup> — Aluitus test. — Didacus test. — Alius aluitus test.

Argemundus<sup>128</sup> test. — Menindus<sup>129</sup> test.<sup>129</sup> — Songemirus<sup>130</sup> test. — Vizoi<sup>131</sup> test.<sup>131</sup> — Vimara<sup>131</sup> test.<sup>131</sup> — Tudemirus<sup>132</sup> test. — Atam test. — Gresulfus<sup>133</sup> test.<sup>133</sup> — Randus<sup>133</sup> test.<sup>133</sup>

94 Sendinus menendiz  
95 Gutierre truitesindiz  
96 deest  
97 deest  
98 deest  
99 Alafelle  
100 Gundesaluus godiniz  
101 Sisualdus presbiter  
102 deest  
103 cideliz  
104 sesnandi  
105 Doroga  
106 sesnandiz  
107 Menendus  
108 illouesendiz  
109 paaiz  
110 Oseuius  
111 manu mea  
112 benarias  
113 omilaci

114 Froila bhalaf  
115 deest  
116 Loacino  
117 Affonsus  
118 Sisila  
119 Dolquite  
120 deest  
121 deest  
122 Trastemiro  
123 deest  
124 Randulfus  
125 desunt  
126 Tructesindus qnos vidi  
127 deest  
128 Argemondo  
129 deest  
130 Songemiro  
131 desunt  
132 Todemiro  
133 desunt

### Carta pacti uel placiti

In nomine sancte trinitatis patris et filii et spiritus sancti quod corde credimus et ore proferimus. Credimus patrem ingenitum filium unigenitum spiritum sanctum ab utroque procedente filium solum carne de uirginé suscepisse et in mundo pro salute omnium in se credentium uenisse et de patre spiritu sancto nunquam rececisse quia ipse dixit — Ego et pater unum sumus et qui me habet et patrem habet et qui me uidet et patrem uidet —. Item dixit — celum michi sedis et terra scabellum pedum meorum — In celum angeli tonant trinitatem adorant et in terra omnibus predicabat dicens — Ite uendite omnia que possidetis et date pauperibus et uenite sequimini me —. Et iterum — Siquis uult post me uenire abneget semel ipsum et tollat crucem suam et sequatur me Et ubi qui plus uiderit patrem aut matrem uxorem filios et omnia que cum mundo transeunt plusquam me non est me dignus —. Et iterum — qui odit patrem aut matrem uxorem aut filios agros uel vineas aut omnia que possidet etiam et animam suam propter me non est me dignus —. Proinde melius est multoque melius mundum calcare christum audire euangeliū implere uitam beatam cum angelis in eternum et per omnia secula seculorum possidere. Pro hac diuino ardore accessit Ecce nos omnes qui subtus notati sumus pactum uel placitum facimus deo et tibi patre nostro tudeildus abba ut secundum editum apostolorum et regulam martirii seuti sancta patrum precedentium sanxit auctoritas uno in cenobio christo nos precedente habitemus et quicquid pro salute animarum nostrarum annunciare docere arguere increpare imperare excommunicare uel emendare uolueris humili corde et intenta mente desiderio ardente diuina gratia opitulante inexcusabiliter domino facere omnia adimpleamus. Quod si aliquis ex nobis contra regulam et tuum preceptum murmurans sussurrans contumax inobediens uel calumniator fuerit tunc habeas potestatem omnes in unum congregare et lecta coram omnibus regula poplicare puplice probare et flagellare uel excommunicare secundum intuitum culpe nostre unusquisque nostrum reatui suo coniunctus suscipiat. Promittamus etiam deo et tibi patri nostro tudeildo abbati ut ex nobis aliquis sine benedictione de fratribus aut tuo imperio peruintum ad aliqua loca ad habitandum transire uoluerit Habeatis potestatem incutam eius persequi uoluntatem qui hoc temptauerit et comprehensum ad regule sensum reduceret. Et si aliquis deuendere (sic) uoluerit eum presbiter aut monacus aut quislibet et laicis et uestram munitionem uiderit uel

auderit et ita alterius apud se eum retinere voluerit communicatio illius irrita sit a diabolo et participio illius cum iuda traditare (*sic*) sit in inferno et in presenti seculo excommunicatus permaneat ab omni ceto christianorum qui hoc fecerit. Siquis sane ex nobis quod ualde exequatur regula aliquis occulte consilium cum parentibus iermanis filiis cognatis uel propinquis uel cum quolibet extraneis adprehenderit sine benedictione abbatis uel sancta commune regule habeas potestatem super nos in unumquemque qui hoc temptauerit pro regulari disciplina corripere et accerrime flagellare Ut nos tibi discipuli et ad hoc tibi filii humiles obedientes in omnibus recognoscas et christo sine macula nos offeras. Nodum die erit xi<sup>o</sup> kalendas octobris. Era LXXX<sup>a</sup> in<sup>a</sup> superacta millesima. Petrus frater manu mea conf. Randulfus presbiter manu mea conf. +

## CCCXLIII

*Rodosilus filiusque bona sua immobilia in villa de Sardoirinha sita vendunt seu potius tradunt Monio Venegas et uxori ejus, eo quod ipsos u pena criminis cuiusdam liberaverant. Charta autographa, ex qua descriptimus, olim ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1045

Christus. In dei nomine ego rodosili et filius meus plagui nobis per bone pacis et uolumtas sanò animo prunta nostras uolumtates ut faceremus uobis moniu uenegas et uxor tua uniscu sicut facimus cartula et uinditionis de ereditate nostra propria que auemus in uila quos uocitant sardoiriola disurrentem ribulo sardoira teridoiro aneie subtus mons gustodias abe iacentia in loco predicto sardoiriola. damus aque concedimus in quamta me conpole inter meos fratres uel eredes per terminis locis antiquis in casas in sautus in pumares in uineas figales ameisenales in montes fontes aquas aquarum sesicas molinarum in petras mouiles uel in mouiles acepsum uel recresum quantum que ipi aprestitum ominis est ut illa potueritis inuenire et acepimus de uos sacades nos de omecidium que nobis calummiarum ipsum nobis bene conplaguit ut de odiem in diem uel omnique tempore de iure nostro sea abrasa et domo uestro tradita et confirmada. siquis tamen quo fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc factum nostrum que nos ad iuditio deuindigare non potuerimus aut uos in uocis nostre comodo pariemus uobis ipsa ereditatem dubplada uel quantum a uos fueri meliorada et uobis perpetim aidura. Factum cartula et uinditionis nodum diem quodum erit xv kalendas nobember. Era LXXXIII super millesima. rodosili una cum filiis meis manus mea ro+++++.

qui preses fuerunt. quamdila test. songemiru test. ermegildu test. rodosendu test.  
Ermolfo presbitero notuit.

## CCCXLIV

*Pactum venditionis cuiusdam villae innominatae villaeque de Pinheiro prope Leça. Ex Libro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1046

**Carta uenditionis**

In nomine domini ego honega plolis pelagi una cum neptis meis nominibus pelagio guterre et germana mea honega goterriz in domino deo eterna salutem amen. Ideo placuit nobis per bone pacis et uoluntas ut faceremus teodegildus abba et suprino uestro randulfo presbitero testum scripture firmitatis uel uendicionis de uilla nostra propria que habemus in territorio portugalensis in loco predicto ubi dicent leza quam fuit ipsa uilla de abios nostros perpega onorigiz uermudiz et domna genopreda et habet iacencia iusta illa ponte de leza subtus mons custodias disurrente ribulo ipsius leza territorio portugalensis. damus ipsa uilla per suis terminis et uicos et locis antiquis sicut illa obtinuit ipsos abios nostros iam supranominatos. damus de ipsa uilla ad uos duas partes exceptis de domna eluira cum cunctis prestacionibus suis aquis aquarum sesigas molinarum exitum moncium uel regressum per ubi uobis delimitauimus et coram testibus adsignauimus pro que accepimus de uos precio prenominate in argenteo LXXX<sup>a</sup> solidos hallices et in alia ganato cc et x modios tantum nobis bene complacuit. et adicimus in ista carta uilla de pinnario ab integro per suis terminis et locis antiquis exceptis illa sexta de domna eluira. uos dedistis et nos accepimus et de precio apud uos nichil remansit in debito. Ita ut de hodie et tempore seiant

ipsas villas de iuri nostro abrasas et in iuri uestro seiant traditas et confirmatas. Si quis tamen quod fieri non creditis aliquis homo uenerit uel uenerimus ad irrumpendum contra hanc carta uendicionis et nos in iudicio deuendicare non potuerimus aud noluerimus aut uos in uoce nostra comodo pariemus uobis illas duplatas uel tripatas et quantum ibi fuerit melioratas et uobis perpetim habitura. Facta carta uendicionis uel confirmationis die erit <sup>vn</sup> kalendas februarias. Era <sup>LXXXVIII<sup>a</sup></sup> superacta millesima. Honega pelagii et neptis meis pelagio et goterre et onega in hanc cartula uendicionis manus nostras roboramu++.

Qui preses fuerunt. Vermudus louesendici quos uidit — Anaia soariz quos uidit — Osoiro sanchiz quos uidit — Frenando gontiniz quos uidit — Stephano segeredizi quos uidit.

Pelagio enniquiz quos uidit — Pelagio lezeniz quos uidit — Cidi uelasquiz quos uidit — Iohannes fernandi quos uidit — Iusto presbitero quos adsignavit.

Menendo test. — Donno test. — Godesto test. — Adefonso test. — Adiuto test.

Randulfus notuit.

#### CCCXLV

*Mulier cuidam juveni parlem quam possidebat praedii, in villa de Alariz siti, donat, eumdemque juvenem sibi adoptat pro filio ut donatrici, dum ipsa vixerit, victimum praebeat. Charta autographa ex qua descripsimus, olim in scrinio Monasterii de Pendorada servata, in Publico invenitur Archivo.*

1046

In dei nomine ego iusta meitinus filio in domino deo eternam salutem amen. Ideo placuit nobis atque conuenit per bone pacis et uoluntas ut faceremus tibi munia cartula firmitatis et perfiliationis de <sup>v<sup>a</sup></sup> de omni mea hereditate que habeo de auorum meorum et de parentum meorum. et habet iacentia in villa alarizi inter duo flumina durio et tameca territorio anegia subtus mons kastro aratros. Damus tibi munia <sup>v<sup>a</sup></sup> de illa villa cum omnibus aprestationibus suis ubi illa potueritis inuenire pro quo cademus nos in directo ut habeas tu munia de me cura in mea uita in pane in uino in carne in quantum uires habueris et potueris in uestito in calciamento et post obitum uero meum in cera et in oblatione et in elemosinas pauperum in memoria. et non damus inde uindere nec donare nec extraneare in alia parte nisi damus a tiui munia <sup>v<sup>a</sup></sup> de ipsa villa cum sua quoquina et illo portigato denante. habeas tu et omnis posteritas tua qui de te nati sunt et fuerint. et si unus ex nobis tam de propinquis quam de extraneis qui istum nostrum factum infringere uoluerit et istam kartulam damnauerit In primis sit excommunicatus et ab aula sancta separatus et in inferno sit dimersus et insuper pariet ad ista munia aut qui sua uoce pulsauerit ipsa hereditate dupplata uel quantum a nobis fuerit meliorata et insuper pariet <sup>x<sup>m</sup></sup> boues ad ipsa munia aut a suo uicario. Iusta a tiui munia in ac cartula firmitatis et perfiliationis manu mea ro+uoraui erit die kalendas martias quod est era millesima LXXXVIII.<sup>a</sup> Iusta manu mea confirmo. Sindila test. Anserigu test. Froila test. Cidi presbiter manu mea confirmo. Teton test. — I.

#### CCCXLVI

*Contractus nuptialis pure civilis, sub conditione perpetuitatis, quo cavelur ut bona acquirenda inter virum et uxorem communia sint. Autographa charta, ad Morariense Monasterium pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1046

Christus. Odario menendiz placitum ligale facio ego tibi sarracina fredenande die <sup>vn</sup> kalendas agostas era millesima LXXXVIII<sup>a</sup> pro parte de ipsa uxori mea sarracina filia egas lucidi et matre que similiter et ad ipsa sarracina ego facio propria uolumtas mea pro que mihi illa das ut sedeat ego cum illa per directo coniuncio in uita mea dum uitam uiscerit et escundat eam per via rectam et directa linea sigut et alias uiros suas uxores et quantum de odie die sudunus ganarinus uel pupugarmus sortiamus per medio tam nos quam filiis nostris et non sedea ausus ea lacsare pro alia uxore nec pro alia mulier nec non habeat licencia male ad ea faciendo sine sua culpa nec suposita mitere super sua hereditate per quallibet scriptura ad parte mea tam inuitus quam uoluntate et sit iam de odie die ausus fuerit illa laxare pro alia mulier aut quallue scriptura suposuerit de sua hereditate de nomine D. et C. Tom. I.

54

suo et de uestra persolta a parte mea ante ista aut post ista ut illa eam kareat ualere non potuit per nulla lex set primit er ego uobis pariet ad parte uestra d solidos et omnia duplata quantum ad illa petierit tam per scriptura quam per quallibe assertione post parte uestra et iudicatu sine ulla contentione extra iuditio et iuramento et uos semper persolutas de me et de mea scriptura et de qui mea uoce pulsaberit sine alima et pario in cunctis temporibus seculorum. et unc scriptum et placitum sicut desuper est alligatum in rubore (*sic*) permaneat. Oduario menendiz in hoc placito manum mea ro+uoro+.

Qui preses fuerunt. petro testis. — lucido suariz test. — pelagio test. — rudorigu test. — allio pelagio testis — alio lucido testis — zendo presbiter test. — auderigus presbiter testis — sando test. — ioanne test. — Ego pelagio uermudiz quos notuit manum mea+.

## CCCXLVII

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1046

**Testamentum de cornatu et rouordae**

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus sanctisque martiribus in nomine domini nostri ihesu christi eius inseparabilem pius qui est trina maiestas et una deitas patrem et filius et spiritus sanctus per quem cuncta creata sunt uisibilia et inuisibilia per quem cuncta legis intonat diceret. Domnis inuictissimis sanctisque martiribus ac triumphatoribus gloriosorum martirum sancti saluatoris sancti michaeli arcangeli sancta maria semper virginis sancta christina virginis sanctorum apostolorum petri et pauli sancti thome apostoli sancti andree apostoli sancti martini episcopi sancti donati sancti iohannis apostoli sancti iacobi apostoli quorum baselica fundata est in uilla recaredi subtus alpe mons custodias territorio portugalensis discurrente ribulo leza. Ego famulo dei gontino et coniuge mea teodara una cum filiis meis gundesaluo et ermisenada et nepta nostra unisco cum peccatoribus mole depresso quia neque inicium naquendi nouimus nec finem uite nostre scire uolumus quando ab hoc seculo migraturi fuerimus et remedio anime nostre et quod facere uoluimus cartula testamenti de uillas nostras proprias quos uocitant cornatu et reuordanos sicut illas obtinuimus in iuri nostro qum cunctos prestacionibus suis per suis antiquitis terminis quantum in illa potueritis inuenire et ad prestitum ominis est et sicut illas comparauius per cartas nostras et pro precio iusto uel ganauimus. Concedimus ipsas uillas iam superius nominatas ad ipsum locum sanctissimum et ad uobis tudeildus abba uel a fratribus uestris uel presbiteris qui in ipsum locum abitantes fuerint et monasterio deduxerint uita. habeant et possideant pro remedio anime nostre et non habeant in ea licencia nec uendere nec donare nec in alia parte transferre sed in aula testamenti permanere. Ita ut ex presenti die uel tempore si aliquis homo uenerit de propinquis nostris uel extraneis ad inrunpendum uel inquietandum contra banc nostrum factum uel testamentum rupere uoluerit in primis sit excommunicatus et separatus ad fidem christi et cum iuda traditore habeat participio in eterna damnacione pena et non finienda et insuper pariet auri talenta duo uel ternas et ipso que in hoc testamento resonat duplato et hunc nostrum factum plena habeat firmitas robore stantem et permanentem. Facta series testamenti notum die quod erit xviii kalendas septenbris. Era m. lxxx<sup>a</sup> nn.<sup>a</sup> guntinu et teodara et filiis nostris gundesaluo et ermesenda et nepta nostra uniscom in hanc series testamenti quod fieri uoluimus manus nostras roboram+s.

Dolquito cresconiz conf. — Teodemiro quos uidit conf. — Egaredo presbitero conf.

Gondoredo presbitero conf. — Ramirus presbitero conf. — Sandino presbitero conf.

Anaia loueneuzi quos uidit — Petrus frater quos uidit — Lucidus frater quos uidit — Tudeildus presbitero quos uidit.

## CCCXLVIII

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptissimus.*

1046

**De hereditatibus de paredes**

In nomine domini nostri ihesu christi. Ego grestello una cum uxore mea aruili placuit nobis per bone pacis uoluntate ut faceremus uobis aluitus abba una cum fratribus uestris monasterio quod uocitant uaccariza uocabulo sancti saluatoris et sancti uincenti leuite et sanctorum petri et pauli et sancte marie uirginis et omnium sanctorum facimus uobis iextum scripture firmitatis de hereditatibus nostris propriis quas habemus in ripa uauga villa paredes sicut nostra racione et alia uilla parentela nostra ratione ubi illas nostras hereditates potueritis inuenire firmiter habeatis et possideatis in perpetuum. Et si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo tam propinquus quam hunc factum infringere temptauerit sit anathema marenata in conspectu dei omnipotentis atque sanctorum eius et pro dampna temporalia adflictus pariet quadruplum quantum ausus fuerit infringere et post parte regis uel qui terram imperauerit duo auri libras uel ternas. Facta scriptura firmitatis xiii kalendas ianuarias. Era LXXXIII<sup>a</sup> super millesima. Ego uestrelo (*sic!*) et uxor mea aruili in hoc testamento manus nostras roboramus++.

Qui ibidem presentes fuerunt. Guimara aluacir mapu mea confirmo.

Iohanne iben eiza manu mea conf. — Andrias iben andrias test. — Domnus armaldiz test. — Eita uermudiz test. — Gudesteo uermudiz test. — Guterre quasi presbiter notuit.

## CCCXLIX

*Ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p[re]ae se fert, hausimus.*

1047

**Kartula plazo de uilla de brito**

Godina fafilax et uobis petrus abba et petrus prepositus et fratres et sorores habitantes in cenobio vimaranes pactum et plazum ligale facit per scriptura firmitatis ut deinceps amodo quod erit m<sup>o</sup> nonas ianuarii Era m<sup>a</sup> LXXXIII v<sup>a</sup> ut teneat ista villa de brito quos ibidem comparaui filio meo osorio fafilaz ex datui uestro in mea uita et edificet et plantet et que nec uinda nec donet ad nulloque homine et post obitum uero meum tornet se ipsa villa post parte scimiterio de vimaranes et omnes habitantes in eo. et si hunc plazum exesserimus pariet ipsa in duplo uel triplo et iudicato. Godina fafilaz in hoc placitum manu mea roboro. Pro test. Christoforus uiliamiriz test. Iheremias arias test. Pelagio pinoliz test. Froila airas presbitero notauit.

## CCCL

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in villa Gazin dicta. Charta autographa, ex chartophylacio conventus monastici Conimbricensis, da Graca dicti, in Publicum Archivum delata, nobis textum suppeditavit.*

1047

In dei nomine ego gunisalbo recemondizi et uxor sua madrebona in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit mizi per bona pacis uolumtas nulis quoque gentis imperio nec suadentis artigulo nec pertimexedes medum se propria mici acesi uolumtas ut uinderemus uobis osoredo pelagini et uxor uestra ledugundia sigud et euendimus ereditade nostra propria que abemus in uila gazin et abemus ea de parente nostro recemondo gondesindizi et tenuimus ila de (?) uestro abolo don rudorigu in suo placitum damus uobis ila aque concedimus per ubi ila podueridis inuenire in montes in fontes in kasas in pomares in figales in kastinarios petras mouiles uel inmouiles exidus

montium uel regresum aquis aquarum uel sesigas molinarum damus uobis aque concedimus et acebimus de uos x modios (?) in precio tantum nobis bene conplaguit. ida ut de odie die uel tempore sia de iuri nostro abrasa et in uestro dominio sia tradida aque confirmada. abeadis uos et omnis postteridas uestra iuri perenniter et si aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc kartula intrupendum que in iudicio non podueridis diuindicare au uos in uoce nostra post parte uestra quomodo pariemus uobis ila dobla et quantum a uos fueri meliorada et uobis perpetim abidura. Facta kartula uenditionis viii<sup>o</sup> iidus (?) februarii. Era milesima LXXXV. gunisalbu et madrebona in anc kartula uenditionis manus nostras ro++.

Qui preses fuerunt pelagio odorizi quos uidi. Froila test. ioane test. pelagio dallidizi test. — suario noduit.

## CCCLI

*Pactum venditionis agrorum duorum in villa de Pedrafita. Autographa charta, ad Moraiense Monasterium pertinens, ex qua descripsimus, in Publico invenitur Archivo.*

1047

Christus. In dei nomine ego eldouza Ideo placuit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis gontado luz et uxori uestra exempla sicut et uendimus lareas nostras n<sup>as</sup> proprias que abemus de parentella et abem iacentia in villa petrafita in illo agro que dicent de martina sub mamola de lumbello terridurio portugalensis subtus castro quifiones discurrente ribulo leza prope litore maris. damus ad uobis ipsas lareas adque concedimus pro nostro pretio it est n<sup>o</sup> quartarios de pan et r<sup>a</sup> manta tantum nobis bene conplacuit et de pretio apud uos nicil remansit in deuitum. Si quis tamen quod fieri non creditis aliquis omo uenerit uel uenerimus an nos an filii nostris an progenie nostre aut qualibe generis omo que a uobis ipsas lareas calumniare quesierit et nos in iudicio diuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsas lareas dublatas. et ista scriputa semper abeat plena rouore firmitatis. Facta kartula uenditionis notum die quod erit xvi<sup>o</sup> kalendas martii. Era millesima LXXXV.<sup>a</sup> eldonza in anc kartula uenditionis manu mea ro+.

pro test. uimara ossoredo test. rudoricu test. lucido test. egas test. gumdisalbo presbiter notuit.

## CCCLII

*Pactum venditionis quarundam partium agrorum in villa Retorta. Ex charta autographa ad Monasterium Morariense pertinente, in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1047

Christus. In dei nomine ego aluitu una pariter cum iermana mea melilia et arguado Ideo placuit nobis per bone pacis et uolumtas asto animo integroque consilio nostro ut uinderemus ad uobis aldia et uxori tua columba sicut et uendimus nostras rationes de lareas nostras proprias que abemus de parentela nostra. damus a uobis de larea que se leua de illo morauzo et fere in cararia m<sup>as</sup> quintas integras et de larea de agro maior leua se de termino de mauran et fere in illas tortas damus a uobis de ipsa larea m<sup>as</sup> quintas integras et acepimus de uos in pretio pro ipsis quiniones x quartarios in pan et in res tantum nobis conplacuit et de pretio apud uos nicil remansit in deuitum. et abent iacentia ipsas lareas in villa retorta subtus castro boue terridurio portucalensis. abeat uos ipsis quiniones firmiter et omnis posteritas uestras iuri quietum. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus an nos an filii nostris an posteritas nostras aut qualibe generis omo que a uobis ipsis quiniones calumniare quesierit et nos in iudicio diuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus a uobis ipsis quiniones dublatos aut quantum ad uobis fuerit meliorata et uobis perpetim abitura. Facta carta uenditionis notum die quod erit xiii<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era millesima LXXXV.<sup>a</sup> aluitu et melilia et arguado in anc cartula uenditionis manus nostras ro++.

pro test. fructuoso — aluitu presbiter test. — fredenando test. — tructino test. — maurgado presbiter test. — gumdisalbo presbiter notuit.

## CCCLIII

*Pactum venditionis agri cuiusdam in villa de Retorta. Ex charta autographa ad Monasterium Morariense pertinente, in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1047

Christus. In dei nomine ego frater rando placuit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus a uobis aldia et uxori tua columba sicut et uendimus larea nostra propria que abemus de conparadella nostra et abet iacentia ipsa larea in uilla retorta subtus castro boue prope litore maris et iacet ipsa larea in loco predicto in illas tortas. leua se de lareas que uenen de cernato de lonco et fere in lareas de illa peraria et abet in ampio n<sup>o</sup>s passales et cubito et acepimus de uos in pretio pro ipsa larea n<sup>o</sup> quartarios de milio tantum nobis complacuit et de pretio apud uos non remansit in debitum. abeatis uos ipsa larea firmiter et omnis posteritas uestras iuri quietum et faciat de ea quod uolueritis. Siquis tamen quod fieri non creditis aliquis omo uenerit uel uenerimus an nos an filiis nostris aut posteritas nostras aut qualibe generis omo que a uobis ipsa larea calumniare quesierit et nos in iudicio deuindicare non potuerimus aut filiis nostris ad uos in uoce nostra quomodo pariemus a uobis ipsa larea dublata aut quantum a uobis fuerit meliorata. et ista scriptura semper abeat rouore. Facta kartula uenditionis notum die quod erit n<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era millesima LXXXV.<sup>a</sup> Frater rando in hanc kartula uenditionis manu mea ro+.

pro test. gonderedo tructino test. fructuoso test. manuel test.  
gumdisalbo presbiter notuit.

## CCCLIV

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptissimus.*

1047

**Carta uenditionis de pumare et de terreno de fonte calada**

In dei nomine. Ego pelagius et adosinda et aragunti placuit nobis per bone pacis et uoluntas nostra ut faceremus uobis tructino cognomento alafe cartulam de pomare de fonte calada cum suo terreno. Damus inde uobis medietatem de quanto que ibi habemus. et fuit ipsa hereditas de elenida de parte de recaredi et habet iacentiam territorio portugalensi subtus mons custodias prope est littore maris hic in uila rial per ubi eam dimicauimus (*sic*) demarcauimus coram testibus asignauimus. et accepimus de uobis in precio pleni viii<sup>o</sup> modios et nichil apud uos remansit in debitum. Habeatis ipsam hereditatem firmiter et omnis posteritas uestra. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uos proinde calumpniare quia ego in iudicio deuendigare non potuerimus illam post uestra parte quia pariemus uobis illam duplatam uobis perpetim habituram. Facta cartula uenditionis nodum die quod erit n<sup>o</sup> aprilis (*sic*). Era LXXXV<sup>a</sup> super millesima. Pelagius et adosinda et aragunti in hac cartula uenditionis uobis tructino cognomento alafe manus nostras roboramus +++. Qui presentes fuerunt. Saran. Didagus. Romarigus. Arias. Godesteo. Pelagius. Sicila presbiter scripsit.

## CCCLV

*Pactum venditionis sextae partis fundi in pago de Gemunde siti. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens nobis textum suppeditavit. In Publico custoditur Archivo.*

1047

Christus. In dei nomine ego arias paladiniz asto animo integro meo consilio ut per escriptis faceremus at uobis gutierre proris tructesimde et congumgie uestre ermentro kartulam uenditionis de omnia mea ereditade quamtaque abeo in uilla gemundi de parte de pader meo paladinum et de sua mader ermegomza. damus atque conzedimus uobis ipsa ereditade per suis terminis uigus et lozis amquis per cui illa podueridis inuenire cum quantum

D. et C. Tom. I.

55

in se obtine et at prestidum est. abe ipsa ereditade iazemzia in uila iemumdi terridurio portugalensi subtus montes faro non longe lidore maris. damus uobis de ipsa ereditade cos fui de abia mea ermeconza vi<sup>a</sup> integra uobis dou atque conzedimus in casas pomares ameixiniaraes figales castiniaraes terras rubtas uel barbaras pascuis padubus exidum monziom aczesum uel regresum exceptis illa larea que iam dedit a menemdo et aczebimus de uos prelio viii<sup>o</sup> modios in que nobis bene conplaguit de precio abut uos non remansit in deuidum. uos dedistis et nos aczebimus. de odie de iuri nostro sedeua abrasa et uestro tradida atque confirmada et lizencia abeadis que uos inde facere uolueridis. et si quis tamem cot fierit non credimus aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc kartula uenditio intrumpendum et nos post parte uestra deuimdigare uel autorgare non uolueri comodo parie post uestra parte ipsa ereditade duplada cum omnis suas prestationibus et iudigadu. die erit viii<sup>o</sup> kalendas iunii. era LXXXV<sup>a</sup> super i. Arias paladiniz in anc kartulam uenditionis manum mea r+o.

qui preses fuerunt gomdesimdu — zoleima test. pelagio erotiz test. — froila test. — pelagio godiniz confirmo — ero presbiter test. menemdo test. — uidisilu notuit.

## CCCLVI

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Pedroso. Charta autographa, ex chartophylacio Conimbricensis Academiae nuper in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1047

In dei nomine. Ego tructesindo prolix eroni et animia plaguit mici per bone pacis uolumtas asto hanimo intecro adque consilio nec pertimescentis metum set propria mici hacescit uolumtas ut faceret uobis pelagio guntsalbiz et coniungie uestre goto suariz cartula uenditionis de ereditate mea propria que abeo de parte de pater meus eroni in uilla petroso subtus castro ipse petroso discurrente rribulo feberos terridorio portukal. do adque concedo uobis de ipsa ereditate quos fui de ipse pater meus medietate intecra per locis et uicos et terminus antiquos per hubi illa potueritis inuenire qum prestationibus suis que in se obtinet que ad usum hominis pertinet et exitum acessum uel recessum et hacepimus de uos in precio uno cauallo preciado in ccc solidos et ii<sup>o</sup> fazonzales et una pelle aninia tantum nobis bene conplaguit. uos dedistis et nos hacepimus et aput uos nicil remansit in deuitum. Ita ut de odie die et tempore sit ipsa ereditate de meo iure abrasa et in uestro sit tradita et confirmata. Haueatis uos et homnis posteritas uestra uel quitquit exinde facere uolueritis in dei nomine liuera abcatis potestate. et si aliquis homo uenerit uel uenerimus nos uel e..... de progenie nostre contra hanc cartula ad intrumpendum que in iudicio deuindigare non potuerimus aut noluerimus autoricare post parte uestra quomodo pariemus uobis illa dublata seu triplata et uobis perpetim habitura. Facta cartula uenditionis xv<sup>mo</sup> kalendas agostas. Era LXXXV<sup>a</sup> post perhacta millesima. tructesindo in hanc cartula uenditionis manum mea ro+.

qui ibi fuerunt fernando guntsalbiz. fromarigo saci. sesnando menendiz. egas didaz. zalama arianiz. uermudo eitaz notuit.

## CCCLVII

*Saepè ac diu disceptationibus exortis de jure ecclesiam S. Mariae in villa de Banhos possidendi et bona ejusdem ecclesiae fruendi, litigatores tandem, spontaneo consensu, litibus finem imponunt. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, nuper in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1047

Christus. Era Millesima LXXXV<sup>a</sup> pridie idus kalendas agustas in temporibus fredenandus rex santius filii. et in presentia garcia moneoniz intentio fuit desterigu et sindila presbitero et suos eredes contra zeidon et contra filio garcia presbitero et contra suos eredes qualiter abuerunt auolus et bisauolus et trisauius de sindila presbitero et de desterigu eglesia uogauolo sancta maria dinoxitur in uilla banius in valle anegia et auet iacentia inter duas flumes durio et tamize qualiter ganauit flainu filio de gundesendu et bisauio de sindila presbitero ipsa eglesia iam nominata iii<sup>a</sup> et obsurgarunt ea in suo iure et in sua uita in facion de auolus et de bisauolus de zeidon et de suos eredes et abuerunt ea de ganaduras et de comparaduras sigut in nostras scripturas resonat qualiter teue-

runt monagus iam nominatus gundesindus presbitero et guntatus presbitero ipsa eglesia per singulos anus de manus de flainu qui era donu de tercia de ipsa eglesia et iterum kadiuit illa eglesia in directo sine monagu de sanquinitate et aduc tempus exiuit monagu de sanquinitate de ipsa tercia nomine zamarius presbitero et osurgauit illa in suo iure et in sua uita pagata. Iterum transibit ipso monagu et lexauit illa eglesia in iure de suos ier manus et post ex teuuerunt ipsa eglesia monagus odariu presbitero per singulos anus et aduc anus exiuit odarius presbitero e miserum monio presbitero per manus de ogenie filia de tedon zamariz. Iterum tenenente (*sic*) quandila presbitero ipsa ratione de ipsa eglesia de manus de ogenie pagada sine alias alimas et calumiauit zeidon het suos eredes hogenie et godgia in iudizio de gacia moniz et per manu sagione piniolo danieliz et aligarunt placitum in manus de ille sagione que die acto de que dese (?) in conzilio suos mandatores et suas uoces escriptas. et quando viderunt ipsas mulieres que non auia que impulsar uoce de ipsa eglesia renarunt illas in conzilio teuuerunt scripturas de ipsa eglesia que erant de suos auolus et per talis actio mandauit dono gacia que adsinasent illas mulieres vi<sup>a</sup> de illa eglesia ad zeidon et ad suos eredes et rouorarunt illas placum ad inuitus per manus sagione piniolo que non buscaserunt vi<sup>a</sup> de ipsa eglesia. Iterum teue zeidon et suos eredes vi<sup>a</sup> de ipsa eglesia m<sup>m</sup>or anus et ad ad (*sic*) kaput de ipsos m<sup>m</sup>or anus kalumiuit desterigu filio de flaginu zeidon boneliz et zeidon aluitiz et suos eredes ante gacia moniz per manus sagione abdela anseriquiz et aiumenti fuimus in penafidel de kanas ad ante domno gacia et ante gunsalbu arapinadiz et ante didago ibenegas et ante ermigio ibenegas et ante aliorum multorum et ante iudices qui lex gutorum solent conprobare pernominatus gomize aba et frater raupario et arias onoriquiz et zidi mironiz. regnauit zeidon et suos eredes et non abuerunt auolus nec scrituras nec adiuigatores pro que inueniese ipsa eglesia et uincestes nos pro ueritate. e quando uidi zedon et suos eres que ali kadia inde a illos in conzilio dano malo tornauit a rogo et ad misericordia et adsinavit vi<sup>a</sup> de ipsa eglesia con omni agitiones et prestaciones suas et deestes a nouis illo placo que teniates per mentira et ro.. orastes uos a nos inde alias scripturas. Het unc factum nostrum plena auea rouor. Obbinde ego zeidon boneliz et zeidon aluitiz e gacia presbitero et albaro nostros eredes placum faci nos a tiui sindila presbitero et ad tuis ereditibus per era et quodu quod deper (*sic*) resona ut pro parte de ipsa eglesia uogauolo sancta maria con omnem prestatioem suas pro que nos kalumiastes in iudizio de gacia moniz et per manus sagione habdela anseriquiz unde non inuenimus in illo conzilio nostros auolus de illos adiuigatores e non ausamus uosco iudicio prendere et adsinamus a uos illa eglesia per manus de ille sagione et damus a uobis illo placo que teniamus per mentira ut de isto die non kalumiemus a uobis nec a uestros eredes nec a uestras posteritas non kalumiemus uos pro ipsa eglesia non per scrituras non per nullus in nostra uoce et si isto placo exierimus pariemus a uobis quinentos solidus et illa eglesia con prestatioem suas et quanto a uos peterimus et kalumiarmus nos duplatu et iudigato. nos superius nominatus in anc anitio et placum manus nostras ro++++.

Trastemiru abba confirma. Viliatu test. zamario test. Pelagio test. Fromarigu test. Piniolo test. aspidio test. Cidi mironiz confirma. Frater abbregon confirma. Frenando conf. sando test. Patre test. migael test. ueila test. Sisinandus abba confimo. Garzia muneoniz manum mea confimo. gumdisalbu rabinadiz confimo. Gomize abba confimo. Arias onoriquiz confimo. Didagu ibenegas confimo.

## CCCLVIII

*Quaedam mulier filio fratris sororisve bona inmobilia quae in pagis de Cabanellas et de Sozello possidebat donat, parte vineae ac pomarii et duobus agris sepositis. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico Archivo custodita, nobis textum praebuit.*

1047

Christus. In dei nomine ego domna ogenia placuit nobis per bona pacis et uolumptas sano animo integro atque nostro concilio damus a tiui meo sobrino monio maniulfizi ereditate mea propria que abeo in uila capanelas et in senoselo et fuit de meo filio monio seniorizi. damus illa ad integro exceptis mediatate de ipsa vinea que iace super kasa de arquiro et exceptis mediatate de pumare de daniel que iace in uila senoselo et damus illa ad sancto andre pro remedio anima sua et exceptis duas larias de terra que damus ad sancto mamete damus a tiui meo sobrino aueatis uos et posteritas uestras in temporibus seculorum et si transmigratus fuerit monio maniulfizi aut sui filios que se torne ipsa ereditate pro anima de quos fuit. subtus montes aratros territorio aneia discurremtis flumen dori.... casas terras caluas postatos uineas mazanarias fikarias amcixenarias castanarios pesequarios pescarias montes fontes pasculus padulibus petras mobiles uel inmóviles exitum uel regresum per suos terminos et locis anticus per ubit illa potueritis inuenire ad integro de nostru iure seja rasa et in uestro iure seja tradita aque confirmata. abea-

tis uos et omnis posteritas uestras in temporibus seculorum. et si aliquis omo ueneri uel uenerimus contra hanc cartula ad inrumpendum que nos ad consilio (?) deuemdigare non potuerimus quomodo pariemus post parte uestra que in cartula resona dublata uobis perpetim. Facta cartula perfiliationis notum die quod erit iii kalendas Septembris. Era m<sup>l</sup>xxxv post peracta millesima (sic). domna ogenia in hanc cartula manum sua r+o.

Pro test. pinnolo test. (?) amellizi test. —arias sendamirizi test. —asquiero test. —dauid (?) test. —senor ausemdizi test.

## CCCLIX

*Pactum venditionis agri cuiusdam in pago de Gemunde. Charta autographa in ipsa membra in qua exaratum est documentum sub n.<sup>o</sup> ccclv jam editum, descripta invenitur.*

1047

Christus. In dei nomine ego ermegomza in domino deo eterna salute amem. Ideo plaguit nobis per bone pacis uolumtas nullis quoque ientes inperio nec suadentis artigulo nec pertimexentes medum neque pars quod est fraudes inienio sed propria nobis aczesit uolumtas ut per escriptis faceremus at uobis gotierre proris tructe simdus et at congungie uestre ermentru kartulam uemditionis de lareas mea propria que abeo de mader mea fre dili in uilla gemumdi inter larea de froila kariz et de alia parte larea de abdella haze et lebe se de caral que uai at ille porto et fere in terminum de pomarello et damus at uobis ipsa larea integra con xv mazanarias pro que aczebimus de uos precio que nobis bene conplaguit et de precio abut uos non remamsit in deuidum. uos dedistis et nos aczebimus. abeatis uos illa firmiter et omnis posteridas iuri quiedo temporibus seculorum et lizencia abeatis que uos inde facere uolueridis de odie de iure nostro sedeua abrasa et in uestro tradida atque confirmada. et si quis tamen cot fierit non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc kartulam uemditionis inrum pendum et nos post parte uestra deuimdigare uel autorgare non uoluerimus comodo parie post uestra parte ipsa larea duplada et illas mazanarias et ad iudize iudigadu. nodum die erit vi<sup>o</sup> idus nouembris. era lxxx<sup>a</sup> v<sup>a</sup> super i. Ermegomza in anc kartulam uemditionis manus mea r+o.

qui preses fuerunt arias. gomdesimdu. pelagio. miru test. didagu. godesteu. fredenamdu. —uidisilu notuit.

## CCCLX

*Descriptinus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1047

**Testamentum quod fecit argemonodus sindiniz ad uaccarizam**

In nomine domini nostri ihesu christi. Ego argemondo sindiniz placuit mihi pro bone pacis uoluntate ut facerem uobis domno ihoani una cum fratribus uestris textum scripture firmitatis de una uarzena cum suo pomar et cum sua uinea et alia uarzena de sub rego cum suas mazanarias et alio agro de monte de roderico super illa uia et illa casa cum suo plantato cum quantum que ibidem est ad prestitum hominis et ille ortale de sub turre cum suo plantato et quantum ego potuero augmentare in cunctis diebus meis firmiter possideatis uos dominus iohannes et fratres uestri que sedeat pro remedio anime mee. et si aliquis homo uenerit contra hunc factum nostrum ad irrumendum In primis sit excommunicatus et cum iuda traditore habeat mansionem in eterna dampnatione. et hunc factum nostrum habeat firmitatem. Notum die quod erit xiii<sup>o</sup> kalendas ianuarias. Era m<sup>a</sup> lxxx<sup>a</sup> viii<sup>a</sup>. Ego argemonodus hoc testamentum manu mea conf.

Qui presentes fuerunt. Eita uermuiz test. —Gudesteo uermuiz test. —Anderias iber (sic) anderias conf. Gimara aluitiz manu mea conf. —Domnus armaldiz conf. —Gutierre quasi presbiter Notuit.

## CCCLXI

**Nina Materbona et filii Tedoni Pelagizi praedium in villa Gacin dicta, quod a patre ipsius Tedonis obtinuerant, tradunt. Ex charta autographa, olim in chartophylacio conventus monachorum Conimbricensis, da Graça dicti, nunc in Publico Archivo servata, sumpsimus.**

1047

Christus. In dei nomine. Ego nina connomento matrebona una cum filiis meis ogenia quela gudina oso-redu plaguit nobis per bone pacis et uoluntas ut faceremus uobis tedom pelagiz sicut facimus cartula firmitatis de ereditate nostra propria que fuit de uestro patre et damus uobis illa carta que nobis fecestes (?) et est illa ereditade in uila gacin ad radice ciuitas bogunti ribulo aue territorio portogalense illo casale que fuit de egilo et de uiro suo zaton con suas terras ubique illas potueritis inuenire per locis et terminis antiquis aueatis uos firmiter et omnis postereditas uestra iuri quieto et in perpetuo uindicetis. Ut si quis tamen quod fierit non creditis aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc kartula firmitatis et post parte uestra non potuerimus deuindigare comodo pariemus uobis illa dublata uel quantum uobis fuerit meliorada. Facta cartula firmitatis quod erit pridie kalendas ianuarii. Era LXXXV<sup>a</sup> post millesima. nina ogenia quela gudina osoredu in anc kartula firmitatis manus nostra+++++. qui preses fuerunt gundesindo test. uermudu test. migael test. cidi test. ordonio test. — gundi-saluu.

## CCCLXII

**Olide Naustiz a lite, quam Godinae intenderat, coram judicibus desistit. In tergo membranae, ex qua documentum sub n.<sup>o</sup> cccxxiii editum descripsimus, hoc invenitur.**

1048

Olidi naustiz placitum simul et dimisione facio ad tiui godina die erit m<sup>o</sup> nonas marci era millesima LXXXVI<sup>a</sup> ut sedeas liuer et persoluta de illa intentio de illa uaca et pro quamtas alimas te inquiadaba in presentia gutierre tructesimdiz et louesimdo suariz ic in acisteiro de moraria. et proinde acepimus de te in rogo n<sup>o</sup> obelias bonas una cum filio et alia sine filio ipso mici complaguit et per tali actio uertimur illas alimas totas in terra quantas contra te abuimus usque die de odie que sursu in .. oto et in era resonat proinde sias liuer et persoluda ut si auso fuerit deq odie die proinde et te inquiadare uoluerit aut per me aut per qualive generis omo aut per quamcumque actio parie tiui quanto ad tiui pedi ..... dublato et iudigato. holidi in oc placitum simul et dimisio mano mea ro+. adaulfo test. didago test. — menemdo test. ero presbiter test. — Uermudo notuit.

## CCCLXIII

**Pactum venditionis partis quartae bonorum immobilium ad ecclesiam S.S. Cosmae et Damiani in pago de Gemunde pertinentium. Descripsimus ex charta autographa, olim in scrinio Morariensis Monasterii, nunc in Publico Archivo servata.**

1048

Christus. In nomine domini ego umilima et ancila christi sarracina deouota prolix fredenamdo in domino deo aeterna salute amen. licet enim ..... et integro nostro consilio ut faceremus uobis louesimdo suariz et ad coniumgie uestre ermentro sigut et facimus scriptura firmidatis de eglesie nostre uogabulo sanctorum cosme et damiano que abemus de parte de nostro mancipio dabit que uenit nobis inter nostros eredes in nostra porzione per colmulum diuisionis. et est ipsa eglesia fumdata in uilla que uocitant gemundi territorio portugalemsis suplus castro abenoso. damus et concedimus ad uobis de ipsa eglesia m<sup>o</sup> integrā siue de casas quomodo et de terras ruptas etiam uel barbaras aquis aquarum cum aductibus suis siue de plamtatis foris et de integrō. eorum (sic) carta uobis concedimus de m<sup>o</sup> integrā inde ad uobis concedimus de omnem suas ueritas ubit illas potueritis inuenire

*D. et C. Tom. I.*

56

et suas prestationibus intis et foris que ad ipso logo pertinent et prestamo hominis est. et proinde accepimus de vos pretio inter animalia et ariemto l<sup>a</sup> modios tamto nobis bene conplaguit. Ita de odie die et tempore abeatis ipso logo uos et cuit illo relimquere volueritis m<sup>m</sup> integra cum omnem prestationibus suis sigut super resonat. et si de odie die et tempore aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc scriptura ad intrumpendum uenerit et nos illa nolluerimus autorgare et deuimdigare aut qui nostra bona leuauerit ad uos aut ad omnis posteritas uestra que pariemus post uestra parte uel de posteritas uestras m<sup>m</sup> de ipsa eglesia cum omnem prestationibus suis dublata sigut ea fuerit melioradum et uobis perpetimabitura. Facta scriptura firmitatis die erit ipsas kalendas abries. Era lxxxvi<sup>a</sup> super millesima. sarracina prolix fedenamdo in anc scriptura firmitatis mano mea confirmo +. ermesimda prolix fedenamdo mano mea confirmo + — exemena prolix fedenando mano mea confirmo. qui ibidem fuimus uidentes. eirigo test. — menendo presbiter test. — bramdila test. — pelagio eriz confirmo test. pelagio test. — zemdom test. — salbator test. — rodorigo presbiter test. egas test. — auderigo test. — alio pelagio test. iuliano conf. confirmo + — bramdila ausemdiz confirmo. Ueremudo notuit.

## CCCLXIV

*Pactum venditionis agrorum, pomarii, domorum eorumque supplectilis in pago de Gemunde. Charta autographa, ad Morariense Monasterium pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1048

In dei nomine ego menendo conomento abdela et coniumgia mea eiloni plaguit nobis bone pacis et uolumtas nullis quoque gentis imperio nec pertineixemtis metum neque pars quod est fraudes ingenio set propria nobis adcesit uolumtas vt per scritis uimderemus uobis gutiere tructesindiz et coniumgie uestre ermentro et faceremus uobis cartula uimditionis sicut et facimus de ereditate nostra propria que abuimus in uila gemundi alfe montis abenoso teridorio portugalemse ribolo utidi discurremte fomte penelas non lomge litore maris. damus adque concedimus uobis in ipsa ereditate domus cum intrimsegus eorum lacare qum estrumentis eorum casa murea cubus cubas lectus caderas toda persia in ipso domo ad prestito ominis est omnia ab integro uobis concedimus pomares figales nogales arbores fructuosas uel infructuosas quantum ad usum ominis est. et abuimus ipsa ereditate de subcetione iermano nostro aluito abzeme et uxori sua trudiloni et abui illa aluito de ganadura de cidi garzia et uxori sua ermegodo per ubi illa podueridis inuenire de pumare molare duas partes con suo tereno sicut et inclusu et illa uarcena con suo pumare integro con suo verde et per ubi diuide con caru et con sendino et de ipso pumare de cari de illas perarias ad iusu meidate usque in fomtano et de ereditate domno donam zalamiz duas partes et illa que domno diago et domna gomilli que ganarum de uermudo et de goda integro per ubi illa uobis damus et coram testibus adsinabimus sicut illa nos obtinuitus in nostro iudere (sic) de dato ipso nostro iermano et de sua muliere co sursum resona per nostra carta pro donas et albagias que eis fecemus et in scrituras resona. Ita de odie die tempore abeadis ipsa ereditate firmiter uos et omnis posteridas uestras iure quieto temporibus seculorum uimdemdi donandi quique eximde uolueridis faciemdi in dei nomine libera abeadis podestatem. et adcepimus de uos pretio placibile caualo colore roselo de secundos et in alio pretio xx modios tantum nobis bene conplaguit et de pretio penes abut uos nicil remansi in deuito uos dedistis et nos adcepimus ut abea unusquisquam adcepit. Siquis tamen quod fierit non credimus aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc cartula uimditionis intrumpere uel inmodicum subtemtare uoluemus tam nos quam etiam propimquis nostris filis aut nectis aut aliquis ex progenie nostre ad progenie uestre noluerint aut noluemus uobis aut ad prosapie uestre autorgare uel diuimdigare nolue- mus tan nos in nostra uida quam ctiam et ieneris nostre abeadis licentia de nos adpremdere ipso que in carta resona dublata uel quantum uobis fuerit meliorada et uobis perpetimabituro et unc nostrum factum semper abea roborem et firmitatem. Facta cartula uimditionis et firmidatis die erit m<sup>m</sup> nonas aprilis. Era lxxxvi<sup>a</sup> super millesima. meendo conomento abdela et coniumgia mea eiloni in anc cartula uimditionis manus nostras ro+++. qui preses fuerunt.

meendo test. — ozerio test. — framila test.

sandino test. — pelagio presbiter test. — aluito test. — toderedo test.

pelagio test. — sendino test. — adefomso test. — rodorigo test. — cidi test. — godestedeo test. — frola test. ero indigno quos uidi — pelagio presbiter notuit.

## CCCLXV

*Pactum renditionis partis praedii cuiusdam in loco Paramios. Charta autographa, ad Morariense Monasterium pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1048

In dei nomine ego gunsalbo et uxori mea argelo placui nobis per bone pacis et uoluntas nullis coque gentis imperio nec suadentis artigulo set probria nobis aceci uoluntas ut uenderemus ad uobis domna siti ereditate nostra probria que abemus de parentorum nostrorum uel auiorum subtus castro gondemari terrio portogalensis discurrentis ribulo paramio. et abet ipsa uilla iacentia in logo predicto paramio et cazomanes de ipsa uilla de iii vni<sup>a</sup> integra per suis locis et terminis antiquis per ubi illa potueritis inuenire casas mazanarias castiniarios sigares perares con quantum aprestitum ominis est. et adacepimus de uos in pretio in anno arto et adqueixato de fame vi quartarios de milio et i quartarium de sicera tamtum nobis bene complacui. Ita ut de odie die uel tempore de iuri nostro abrasa et in uestro dominio tradita uel confirmata. et sic aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc cartula ad inrompentum que nos ad iudicio post uestra parte deuendicare non potuerimus au uos in nostra uoce quomodo pariemus ad uobis ipsa ereditate dublata uel quantum ad uobis fuerit meliorata. notum die quo erit viii idas abriles. era millesima LXXXVI.<sup>a</sup> gunsalbo et uxori mea argelo in anc kartula manus nostras ro++.

qui preses fuerunt. odeiro test. an..edo test. gutiere tructesindiz manus mea confirmo. —sando notui.

## CCCLXVI

*Donatio pomarii a quibusdam facta Trastemiro Monizi, qui pro donatoribus septem oves cuidam apparitori tradiderat. Charta haec, ut autographa habita, in scrinio Monasterii de Pendorada servabatur, nunc vero in Publico exstat Archivo. Ob litteras, vero, membranae aspectum, formulasque ejusdem, chartam ipsam genuinam esse dubitamus.*

1048

Christus. In dei nomine ego adosinda et filia mea egelo connomento uida et fromarigu adplaguit nobis per bone pacis et uoluntas ut faceremus uobis trastemiro monizi et uxori uestre crmesinda sigut et facimus cartula de pumar de pumar (*sic*) de contensa et aue iacencia ipsa larea in uila vimarei in logo predicto eos uocant casal subtus mons cordoua teredorio portugal ribulo curente sanquineto pro que acebi de uos precio vii obelias que por nos misestes ad osorio qui era sagione de parte de don menendo et damus ad uos proinde de ipso pumar de contensa mediatade leua se de longo de carera antiqua et fere in ilo ualo que dicent rotela aue in longo per pasales LXXX<sup>a</sup> (?) et vi et in anplo de ile cabo de contra rotela vii pasales et in medio v pasales et de ille cabo iusta ila careira iii pasales et medio. Ita ut de odie die uel temporere (*sic*) sedea de iure nostro abrasa et in iuri uestro tradita uel confirmata. siquis tamen cot fieri non credimus et aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc cartula inrumpendun que a iudicio deuindicare non potuerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra que paremus uobis ila dublata uel quantum ad uos fueri meliorata et uobis perpetim auitadura. et ic adicimus quia recebi dona adosinda de fromarigo in precio de ile medio pumar viii modios (?). Facta cartula vendicionis nodum die cot erit xvi<sup>mo</sup> kalendas magii. Era millesima LXXXVI.<sup>a</sup> adosinda et egelo et fromarigu in anc cartula uenditionis manus nostras R+++o.

Pro testes. raupario — pelagio presbiter — gundisalbo — atam — gondulfo noduit.

## CCCLXVII

*Senadrudia in clientelam et fidem (maladia dicebant) Rodorigi Pepizi uxorisque ejus se confert. Ex charta autographa, olim in scrinio conventus monachorum Conimbricensis, da Graça dicti, nunc in Publico Archivo servata, descripsimus.*

1048

Senadrudia placitum facio a bouis rodorigu pepizi et uxori uestre tuta que sedeat uestra malada et non preclame me ad alio dono et si minime fecerit et placitum exederit quomo parie uobis v boues de xv xv modios et a iudize suo iudigado. nodum quod erit vi kalendas magi. Era lxxxvi in post millesima.

Qui preses fuerunt. germias uermudiz — uermudo germias — froila iustiz — cidi eitaz — didago noduit.

## CCCLXVIII

*Permutatio praedii cuiusdam in pago de Pigeiros, alio pro eo in villa de Celtegãos dato. Pactum hoc invenitur autographum in ipsa membrana ex qua chartam de maladia Senadrudiae, sub numero ccclxvii editam, descripsimus.*

1048

Christus. In dei nomine ego rodorigo plagui mici per bone pacis uoluntas numlo quoque gentis imperio nec suadentis artigolo set probia nobis acesit uolumtas ut faceremus uobis rodorigo pepiz et coniumgia uestre tuta sicut et facimus kartula contramudationis uel uenditionis de ereditate nostra propria que auemus in uila quod uocitant pegeirus subtus mons ciuitas bogontii territorio portugalense probe litore maris de casal quos fuit de bran dila sicilazi medio integra exetis ila casa de fora et in pausada mma<sup>a</sup> integra de ereditate de uermuda adefonsizi damus uobis ilos ..... (?) casales con suas ereditates et con omnibus prestationibus suis quantum ibi aprestitum est damus uobis ilos casales pro que acepimus de uos alia ereditate in uila de celteganus id est uos dedis et nos acepimus et de precio apud nos nichil remansi in deuito. ida odie die uel tempore siat ipsa ereditate de iuri nostro abrasa et in uestro iuri tradita sit uel confirmada. aueatis uos firmiter omnis posteritas uestra. et sit tamen co fieri non credimus aliquis omo ueneri uel uenerimus ad inrumpendum unc cartula et nos ad iudicio deuindicare non potuirimus post uestra parte aut uos in nostra uoce quomo pariemus ila duplada uel quam a uos fuerit meliorata. Facta cartula uendicionis notum die quod erit mro<sup>o</sup> kalendas magii. Era lxxxvi super millesima. rodorigo in oc cartula contramudationis manum mea ro+.

Qui preses fuerunt ic sunt. Germias uermudiz — ceseiro olitz — froila citi. odeiro gradili.

Aloito quasi presbiter Notui.

## CCCLXIX

*Pactum venditionis bonorum quorumdam in villa de Fornellos. Descripsimus ex charta autographa, valde mutila, olim in scrinio conventus monachorum Conimbricensis, da Graça dicti, nunc in Publico Archivo existente.*

1048

Christus. In dei nomine ego nunu rodoriquizi plagui mihi per bone pacis uolumtas meas propias ut facere uouis tetom pelagizi et coniumgia uestra animia sicut et facio cartula uendicionis de ereditate mea propria que conparaui ..... pro meo seruizio ad ea conplagui et fecit mici inde ..ta et a coniumgia gontina de xii<sup>a</sup> et de ipsa xii<sup>a</sup> do uouis inde medietate inte ..... prestationibus suis per ubi ila potueritis inuenire sigut in ... alia carta resona et est ipsa ereditate in tota uila de fornello suptus ciuitas ..... inter aue et alister territorio portogalensis et acepimus ..... que nouis bene conplagui i<sup>a</sup> poltra in xx modios tanto mici bene conplagui. Ita ut de odie die et tempore sit de iuri meo abrasa et in uestro iure sit tradita adque confirmata aucatis uos et omnis posteritas uestras et quitquit inde facere uolueritis. et si quis tamen cot fieri non ..... et quis omo ueneri uel uenerimus contra anc kartula uendicionis ad inrumpendum uel calumiandum que nouis post uestra parte noluer.....

gare uel deuindigare aut uos in uoze nostra comodo pariemus uouis ila dublata uel quanto ibi fueri meliorata et uououis (*sic*) ..... auiturum. Facta cartula uendicionis in die cot eri ..... abrili. Era <sup>a</sup> LXXXVI.<sup>a</sup> nunu in anc kartula uendicionis ma.....

vermudo fagildizi cos uidi — arias uencarias cos uidi .....

## CCCLXX

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa Retorta. Venditor usumfructum medietatis fundi sibi seponit dum vixerit. Charta autographa ad Monasterium Petrosense pertinens, ex scrinio Universitatis Conimbricensis in Publicum Archivum nuper delata, ibi invenitur.*

1048

Christus. In nomine domini nostri ihesu christi ego iuliano gundesindiz et brili placuit nobis bana (*sic*) pacis uolumptas nullus quoque gentis imperio nec suadentis hartigulo nec pertimexentis medu set propria nobis haccensit uolumptas ut faceremus a uobis pelaio gundesalbiz sicut et facimus cartula uendicionis de ereditate nostra propria que ganauimus pro precio legitimum et carta in loco predicto in villa quos nuncupant retorta suptus alpem morsdoma in ripa sausa territorio portugalensem. damus a uobis ipsa villa supra nominata cum adprestacionibus suis quantas in se obtinet casas murias uel telliazas pumares amexinales uineas sautus aque rouoreta et omnis generis pomiferis terras ruptas uel barbaras patrus pascus aque parcurribus aquis aquarum uel sesigas mulinarum aquas cursiles uel incursiles petras mobiles uel inmobiles. damus a uobis ipsa villa pro una pelle alfanehe et uno caualo apreciato in ccc solidis tantum nobis bene complacuit. et abeat ipse domno iuliano mediatate de ipsa villa in sua uita et post obitum suo relinqu illa in manus de pelaio gundesalbiz et de filiis suis. tantum nobis bene complacuit et de precio aput uos nicil remansit in deuitum. Ita ut sit de odie die uel tempore siat ipsa villa cum suis adgpcionibus de iuri nostro abrasa. et in iuri uestro uel dominio siat tradita et translata aque confirmata. abeat uos et omnis posteritas uestra iuri perenni per ubi illa demarcauimus illa demarcauimus (*sic*) et coram testibus adsignauimus per suis locis uel terminis antiquis. Siquis tamen quo fieri non creditis et aliquis homo ueneri uenerimus contra hanc kartula uendicionis ad inrumpendum et nos noluerimus deuindicare uel octurgare post parte uestra pariemus a uobis illa dublata uel quantum a uos fueri ameliorata et uos perpetui abiturum. Facta kartula uendicionis sub die quod erit XIII<sup>o</sup> kalendas decembris. Era LXXXVI super millesima. nos superius nominatis in anc cartula uendicionis a manus rouoramus ++.

Qui uiderunt. Iusto test. Petro test. gondesindo test. gundisalbo presbiter test.

Garsea confirmo. Sub christi nomine et dei gratia sisnande presbiter manu mea confirmo. gudino presbiter notuit.

## CCCLXXI

*Permutatio quorumdam bonorum immobilium in Pigeiros, Touguinha et Celtegãos pro parte villae de Pousada, quadam supellectile superadjecta. Charta autographa, ad conventum monachorum Conimbricensem, da Graça dictum, pertinens, in Publico custoditur Archivo.*

1049

In dei nomine ego rodorigo brandilazi plagui mizi bone pazis et uoluntas nunlius quoque gentis imperio nec suadentis artigulo nec pertimexentis medun set probia mea uoluntade ut fazeremus uobis suario pelagiz coniugia uestra cielo .. . sigu et fazimus uobis kartula contramudationis de ereditade mea probia que aueo in uila peiarios dau ad uobis de illa ereditade de argestro et de nantidia VIII<sup>a</sup> integra siue in termino de peiarios qomodo et de tauquinia ubique illa podueritis inuenire con cuntis prestationibus suis quantum in se obtine que aprestidum ominis est et dau ad uobis illa ereditade de zelteganus comodo dedi mizi illa rodorigu pepizi et uxori sue tuda aloitizi per kartula contramudationis pro illa nostra de peiarios et de pausada et aduc daut ad uobis mediedade de illa kasa con sua quintana que fuit de auio meo sizila comodo obtinuit illa ipse sizila in suo iure et azebimus proinde de uos III<sup>a</sup> de illa de pausada de quantu eo dedit ad rodorigo pepizi et alias alhagia bonas que mizi fezestes. tanto a nobis bene conplagui. Ita ut de odie die uel tempore sedca ipso que in karta resona de iuri meo

D. et C. Tom. I.

57

abrasa et in uestro iure sia tradida et confirmada et de omnis posteridas uestras iuri quieto vindizet usque in perpetuun con cuntis prestationibus in se obtine. et si aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc kartula in runpendo que uos in iudizio uindicare non podueridis in uoze nostra aut uos post parte uestra comodo pariemus uobis ipsa ereditade dublada uel quantun ad u..... meliorada et uobis perpedin aidura. Facta kartula nodum die quod erit xi<sup>o</sup> kalendas ..... Era millesima LXXXVII.<sup>a</sup> rodorigo in anc kartula manu mea +.

Qui uiderunt. dono test. iermias test. fredaze testis. — cidi test. iendo rodorigo test. luzido testis. — sando test. — Sonimiro notuit confirmo.

Et ego rodorigo brandilazi placitum ligale fazio uobis suario pelagiz ... uxori uestre ..... in die eri xi<sup>o</sup> kalendas mar... era millesima LXXXVII.<sup>a</sup> pro ipsa ereditade que mizi ..... in parada ut nec uinda nec done nec eo nec filiis meis nisi ad uos aut ad filiis uestris pro prezio iusto. Et si isto placitum exederimus pariemus uobis ipsa ereditate dublada uel tripada. rodorigo in anc placitum manu mea +. Ero test. cidi test. dono test. iermias test. — ..... notuit confirmo.

## CCCLXXII

*Ex codice, qui de D. Mummadona inscribitur, sumpsimus. Lectiones varias ex duabus exemplaribus saeculi XIII, apographis sed authenticis, superadjecimus.*

1049

**Karta de Rei dom fernando. De calumpnia non danda.**

Sub imperio sancte et indiuidue trinitatis pater et filius et spiritus sanctus qui manet et permanet in secula seculorum amen. Electus est in regno fedenandus serenissimus rex filius Sancii regis et mummadonne regine et eius coniux Sancia regina prolix Adefonsi regis et Geloyre regina. Et per ordinationem domini ihesu christi peruenimus in locum cenobii vimaranes que est fundatam ad radicem montis lattito inter bis alueis uehementibus aue et auizella territorio bracharensis in quo cenobio recondite sunt reliquie sancti Salvatoris et sancte marie semper uirginis et apostoli petri et pauli et ceteris apostolis et sancte eolalie uirginis cum ceteris uirginibus nec non et sancti torquati cum sociis<sup>1</sup> suis<sup>1</sup> et sancti laurenti<sup>2</sup> cum plurimis martiribus atque confessoribus. Ego iam prefatus fedenandus rex et Sancia regina placuit nobis atque uoluntati nostre extitit ut pro remedio animabus nostris facimus ad ipsum locum sanctum et tibi petrus abba et ad omnes clericos et deouota ibidem persistencium scripturarum firmitatis ut in omnem terram quod in scripturis ipsius cenobii sunt colligati sic villas quomodo et mandamentos diligentissime mentis nostre ordinamus atque omicidium uel raptum fecerit aut in fossatum non fuerit non habeat licentiam nostrum vicarium eos inquietare non comes neque tyaphadus neque nullus homo in nullis temporibus proinde pario adprehendere sed tam omicidium quam raptum siue fossataria seu qualicumque calumpnia<sup>3</sup> ibi euenerit discurrat per manus vicarii ipsius cenobii. et sint concesse pro animabus nostris. et in omnem terram sancti torquati similiter faciant. et sint termini ipsius cenobii de Aue in auizella per ubi uestros scriptos determinant. In quibus terminis nullus homo audeat eos transcendere ad male faciendum non vicarii regis non alieni pro nulla accio. Quod si quis fecerit et hos terminos uidenter transcenderit pariat quicquid mali fecerit per sentenciam legis et insuper auri talenta I.<sup>o</sup> Et omnes villas<sup>4</sup> siue mandamentos quod foris ipsius termini sunt et in uestris scripturis colligati sunt in tali honore permittimus stare ut nullus homo audeat ad male faciendum ibi ingredi. quod si quis fecerit pariat sentenciam desuper scriptam. Hac tantum concedimus et confirmamus et neminem quidem permittimus hunc factum infringere nec modico inquietare. Quod si quis temerator huius rei extiterit tam filii quam nepti<sup>5</sup> uel unus ex prosapie nostre aut ex terris regis uel comiti qui hunc factum nostrum infringere sit excommunicatus et ab omni catholicorum<sup>6</sup> ceteu extraneus et cum iuda domini proditore parili luat penas in eterna dampnatione Amen. Et omnes scripturas ipsius cenobii quod ante nos presentarunt inuenimus eas ueridicas et erant ualde bonas et diligenter confirmamus eas. Facta scriptura firmitatis XII<sup>a</sup> kalendas iulii. Era M<sup>a</sup> LXXXVII.<sup>a</sup> Fernandus rex et Sancia regina confirmamus.

Adux magnus Gutierre<sup>7</sup> adefonso manu mea confirmo — Munio<sup>8</sup> roderici manu mea conf. — Ueremudo<sup>9</sup>

N.<sup>o</sup> 1

- <sup>11</sup> deest
- <sup>12</sup> ville
- <sup>13</sup> nepoti
- <sup>14</sup> catholicorum
- <sup>15</sup> Morico
- <sup>16</sup> Vermudo

N.<sup>o</sup> 2

- <sup>11</sup> deest
- <sup>12</sup> suis sociis
- <sup>13</sup> laurencii
- <sup>14</sup> calumnia
- <sup>15</sup> catholicorum
- <sup>16</sup> Guytierre
- <sup>17</sup> Monio
- <sup>18</sup> Vermudo

ordoniz manu mea conf. — Pelagio fernandiz<sup>10</sup> manu mea conf. — Petro gundisaluiz manu mea conf. — Petro pelagii armiger regis<sup>11</sup> manu mea conf. — Pelagio munionoz<sup>12</sup> manu mea conf. — Fredenando<sup>13</sup> gutierre manu mea conf. — Nenbozano eroz manu mea conf. — Gutierre<sup>14</sup> egarediz<sup>14</sup> dispensator<sup>15</sup> regis<sup>15</sup> manu mea conf. — Gundisaluo ueniegas manu mea conf. — Suario galindiz manu mea conf. — Garsea moninoz manu mea conf. — Gomice egicat manu mea conf.

Ilduara comitissa manu mea conf. — Sub christi nomine sisnandus episcopus manu mea conf. — Arias abbatis cellenoue manu mea conf. — Erus abbatis sancti felicis manu mea conf. — Mitto oduariz<sup>16</sup> manu<sup>17</sup> mea<sup>17</sup> conf. — Gomice pelagii manu<sup>18</sup> mea<sup>18</sup> conf. — Gutino ueniegas manu<sup>19</sup> mea<sup>19</sup> conf. — Menindo gonsaluiz<sup>20</sup> manu<sup>21</sup> mea<sup>21</sup> conf. — Tuta uelaiz manu<sup>22</sup> mea<sup>22</sup> conf. — Mummadomna menindit<sup>23</sup> manu<sup>24</sup> mea<sup>24</sup> conf. — Flayno nunoz<sup>25</sup> manu<sup>26</sup> mea<sup>26</sup> conf. — Gutierre<sup>27</sup> gonsaluit<sup>27</sup> manu<sup>28</sup> mea<sup>28</sup> conf. — Martino sancii manu<sup>29</sup> mea<sup>29</sup> conf.

Ego autem adfonsus rex in crastro<sup>30</sup> froyla<sup>30</sup> commorans hunc factum genitorum meorum manu mea conf.

## N.º 1

10 fernandi  
12 monionoz  
13 fernando  
“ haec desunt  
16 odoariz  
17 deest  
18 deest  
19 deest  
21 deest  
22 deest  
23 deest  
25 munoz  
26 deest  
28 deest  
29 deest

## N.º 2

10 fernandi  
11 deest  
14 Gutierrez egabediz  
15 deest  
20 gundisaluiz  
23 menindiz  
27 Gutierrez gunsaluiz  
30 clastro froyla

## CCCLXXIII

*Monasterio de Cette donat Ansur Dias bona quaedam immobilia inter flumina Sousa et Sousella sita. Sumpsimus ex apographo, in Academiae nostrae bibliotheca servato, ineunte hoc seculo, vel paulo ante, descripto ex autographa charta, olim ad scrinium conventus monachorum Conimbricensis, da Graça dicti, pertinente, nunc vero aut deteta aut amissa. Assensum episcopi bracharensis archidiaconique portucalensis posterioribus temporibus eidem donationi adjectum fuisse credendum est : aliter, enim, ipsam ut fictam suppositiciam, rejicere oporteret.*

1049

Christus. Domnis invictissimis, hac triumphatoribus, Sanctisque Martiribus, Sanctorum omnium Apostolorum Petri, et Pauli; et Sanctorum Martirum, Sancti Stephani, et sociorum ejus; Sanctorum Confessorum, Sancti Miliiani et Sancti Martyni, et sociorum ejus; et Sanctarum Virginum, Sancta Dei Genitricis Maria, cunctarum Virginum, Sancti Salvatoris, qui inter eos tenet principatum, quorum Baselica esse cernitur in villa, quos vocant Rorbardanos, et Monasterio Sancti Petri de Ceti, et a Sanctis, cuius reliquie eibi recondite sunt, ego Ansur Diaz dabo ei illo casal de Cacavelos de Riba de Sausela, et habe jacencia inter Sausa et Sauzela, subtus mons Calvelo, discurrente ribulo Sausa, territorio Purtugalense; et de illa Ecclesia de Moazares media de illa; et de alia media m<sup>a</sup> integra, per ubi potueritis iuvenire, cum suis locis, et terminis novissimis, et antiquis, cum quantum in se obtinet, et a prestitum hominis est, libera in Dei nomine ad ipsius loci, et domus Ecclesie Sancti Petri de Ceti, et ad omnes qui vita sancta perseveraverint; abeant et possideant usque in perpetuum; et non dabo eis licentia a filiis, neque a neptis, neque de progeniis meis, nisi a solo dicto pro anima mea, et si aliquid de mea semel, vel de extraneis, venerit contra hoc testamentum ad intrupendum, in primis sit excommunicatus, et cum Juda traditore habeat consorcium, et ex parte mea maledictus et confusus, et, qui ea voce pulsaverit, component ei illa testacione de illa hereditate duplata, vel triplata, et Regi duo auri talenta. Factum est hunc series testamenti notum die, quo erit xvii. Kalendas Novembri, Era lxxxvii.<sup>a</sup> Ego Ansur Dias in hoc testamentum manus roboro++. Pro testes :

Sueco Suaryz quos vidi. Garcia Gunsalvici quos vidi. Gunsalvo Diaz quos vidi.

Petrus frater confirmo. Pelagius testis. Gunsalus testis. Atan testis.

Hieronius noduit.

Christus. Petrus Episcopus Bracara. Purtugale Sedis Rodricus Archidiaconus.

## CCCLXXIV

*Descriptimus ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p[re] se fert.*

1050

**Carta de sancti laurentii de villa caluos**

Stephano alderetit et presbitero que sum habitante in ecclesia uocabulo sancti laurencii de villa caluos placitum ligale uerbum facio ad uobis meo domno petrus abba fratres et sorores habitantes in cenobio vimaranes per scriptura firmitatis ut deinceps amodo quod erit v<sup>o</sup> idus februarii Era m<sup>a</sup> LXXX<sup>a</sup> viii<sup>a</sup> ut habitet ipsa ecclesia iam supra dicta post uestra parte in mea uita et teneat illa sana et intemerata ut non habeat licitum ipsa ecclesia nec quantum sua ueritas est uindindi donandi commutandi nec in alia parte testandi sed quomodo illa tenuit in meo iure usque hodie sit illa possideat in mea uita sicut superius diximus et ad obitum uero meo relinquat illa sana et intemerata cum quantum ibidem potuero augmentare usque ad obitum meum siue hereditates quomodo et testationes et omnia rem mea ad parte ipsius monasterii vimaranes sint concessas et perhenniter habituras uel quantum ad ipsa ecclesia ad prestitum hominis est. et hunc factum meum in cunctis plenissime habeat firmitatis robore. Ego stephano alderetiz et presbitero in hoc plazo manu mea roboro.

Qui presentes fuerunt. Bera pinidiz conf. —Airas honorigoz conf. —Pelagius sagatiz conf. —Fagildus egas quos uidi —Soniarigo anduliz presbitero conf. —Gonsaluo didaz presbitero conf.

Arias sagatiz quos uidi —Aldereto test. Menendo test. —Gutierre test. Galleta test. —Menendo senoriz presbitero —Aluaro aluariz presbitero conf. —Froila airas presbitero notauit.

## CCCLXXV

*Matrebona filiaque bona immobilia, quae in villa Gazin possidebant, Tedoni Pelagizi vendunt, vel potius donant pro quodam debito, mensura frumenti tamen ab emptore eis data. Charta autographa, e scrinio conventus monachorum, da Graça dicti, Conimbricensis delata, in Publico invenitur Archivo.*

1050

Christus. In dei nomine ego matrebona ermildizi una con filia mea matre tedonizi plaguit nobis bone pazis et uoluntas nunlius quoque gentis imperio nec suadentis artigulo nec pertimexentis medun set probia mea uoluntade ut fazeremus uobis tedon pelagizi uxori uestra animia suarizi sigut et fazimus uobis kartula uenditiode (*sic*) de ereditade nostra probia que auemus in uilla gazin subtus ziuidá bogonti terridorio portugalensis discurrente riuolos inter aue et alister. damus uobis in ipsas uilla omnem mea ereditade quanta ibi nos conpode inter nostros iredes ubique illa podueridis inuenire tan de parentela quan et de nostra comparationes. et azebi de nos ego matrebona iii quartarios de milio tanto mizi bene complago et ego matre tedonizi dau ad uobis illa mea erediade integra con cunctis prestationibus in se obtine quanto aprestidun ominis est por que soltastes me por prendere bono..... per manum de enego. conzedo uobis illa in oferzioneinda ut de odie die uel tempore sedeant ipsas ereditades de iuri nostro abrrasas et de omnis posteridas nostras et in iuri uestro tradita et de omnis posteridas nostras iuri quiedo uindize usque in perpetuū uindizedis. et si quis tamē quod fieri minime non credidis aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc kartā inrunpendo que uos in iudizio uindicare non podueridis in uoze nostra aut nos post parte uestra comodo parjemus uobis ipsa eredade dublada uel quanto ad uos fueri meliorada et uobis perpedin aidura. Facta kartula uenditionis in die qod est vi idus magii. Era t<sup>a</sup> LXXXVIII.<sup>a</sup> matrebona et matre tedonizi in anc kartula manus nostra+s.

qui uiderunt pelago testis. eita test. —cidi test. froila test. gontino test. petro test.

Sonimiro notuit confirmo.

## CCCLXXVI

*Ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona piae se fert, hausimus.*

1050

**Karta agnitio de villa matamála**

In temporibus Fredenandus rex et Sancia regina. Orta fuit intentio inter frater Fagildus et Suario exemeniz pro homicidio que uolebat sacare suario exemeniz in villa matamála quod fecerat ipse homicidio malado de nuno pelagii et querebant illo cedare super illos homines de matamála et pro rauso quod fecit cidi didaz. et dicebant suario exemeniz quia erat sua ueritas et de suos auios ipsa villa de matamála et dicebat frater fagildus quia erat ueritas da casa de vimaranes. et coniuncti fuerunt proinde hic in iugarios in presentia de gomice eitaz que illa terra imperabat sub imperio ipsius Rex et ipsa regina et in presentia petrus abba et petrus prepositus et menendo gundisaluz et gudinu ibeniegas et alii filii multorum benenatorum et per manus tiufaudus pelagio mitit. et altercarunt domnos de vimaranes ipsa villa pro parte de vimaranes cuius ueritas erat sicut et est. et altercabat illa suario exemenit pro sua parte. et elegerunt iudice pelagio sagatiz que erat constitutus pro iudice in illa terra et ordinarunt que iudicasset inter eos ueritate. et perexquisiuit inter eos ueritate et ordinavit ut iurasset frater fagildus illa villa et illos homines que erat ueritas de vimaranes cum m<sup>ir</sup> homines de illa villa et ipse frater fagildo v<sup>o</sup> quia sic inuenit ipse iudice in liber quintus titulo primo sententia prima ubi dicit —deus iudex iustus que iustitiam intemperaliter diligis — et dedit ipse frater fagildus si et m<sup>ir</sup> homines nominibus cidi asteriz todemiro presbitero segesindo uizoiz sauarico pinioliz et iurarunt hic in sancto petro de iugarios per manus ipsius tiufaudus pelagio mitit. Obinde ego suario exemeniz a tibi frater fagildus et fratres et sorores habitantes in cimiterio vimaranes pacatum simul et placitum a uobis constingimus per scripture firmitatis sub die quod erit m<sup>o</sup> kalendas iunii Era m<sup>a</sup> L<sup>XXX</sup> viii<sup>a</sup> que amplius ego suario exemeniz uos non calumpniet pro ipsa villa non pro homicidio non pro rauso non pro auolenga non per scripturas anteriores uel posteriores non per me non per rex nec per comite nec per nulla subposita mala nec per nulla uoce non filios uel neptos meos non per filias non per generos super illa villa nomine matamála et alariz unde in casa de vimaranes aut in illos homines que in illas villas habitant impedimento eueniat. et si hunc fecerit et hanc scripture exerserit pariat ipsas villas duplatas et insuper auri talenta r<sup>o</sup> et ad regis uel comite que illa terra imperauerit aliud tantum. Suario exemeniz in hac agnitio uel placito manus meas proprias confirmo et roboro.

Petrus abba manu mea conf. — Petrus prepositi manu mea conf. — Gomize eitaz manu mea conf. — Menendus gonsaluit manu mea conf. — Gudinu ibeniegas manu mea conf. — Aloitu troitit quos uidi.

Christoforus uiliamiriz conf. — Pelagius sagatiz conf. — Pelagio mitiz conf. — Todemiro conf. — Eirigo conf. — Fredenandus presbitero notuit.

## CCCLXXVII

*Fonsus quidam Froilusque bona immobilia, quae in villa Sancti Thomae possidebant Christoforo Stevaniz et Astrulfo concedunt. eo quod pro eis animalia, supellectilemque in judicio dederant. Ex charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinente, in Publico Archivo nunc servatū, deprompsimus.*

1050

In dei nomine ego fonso et froilo plaguit nobis per bone pacis uolumtas nullis quoque gentis imperio nec suadentis artigulo sed propria nobis accessit uolumtas faceremus a uobis christoforum steuaniz et astrulfo sigut et facimus cartula firmitatis et conceptionis de ereditate nostra propria quos auemus de susceptionem auios et parentum nostrorum uilifonso et sontraldi siue et de comparatura de fonso et de maria et illa comparatura de ille linear de fradegundia et viii<sup>a</sup> de ille mulino in villa sancti tome subtus mons cordube et rribolum auizella territorio portugalense logo predicto in sancti tome. damus a uobis omnia nostras ereditates quantas que uisi sumus auere in villas in casas in uineas in pumares in figares in amexenales in arbores fructuosas uel infructuosas pascuis padulibus exitum uel regressum aquas aquarum uel sessigas molinarum uel quantum ibidem ad prestitum ominis

D. et C. Tom. I.

58

est ad integrum uobis concedimus cum omnem aprestationibus suis. et accepimus de uos pretium uno boue et una uaka et uno lenzo et dedistis illos boues in ofretione ad domno odoiro pro illo placito et ille lenzo ad domno pelagio illo alio placito. tantum nebis bene complaguit. et damus a tui christoforum super te illa leira de agro mediano quos fuit de fonso et de maria et m<sup>a</sup> de ille linear et de ille kasare (?) de ziti uilifonsiz de illa sua ratione medietate comodo illa comparamus. si quis tamen quod fieri non credimus et aliquis omo uenerit uel uenerimus ad inrumpendum contra anc cartula uenditionis et illa non potuerimus deuindigare post parte uestra aut uos in uoce nostra tunc pariemus post parte uestra ipsas ereditates dublatas uel quantum a uobis fuerit melioratum et uobis perpetim auiturum. Facta cartula uenditionis notum die quod erit viii<sup>o</sup> kalendas agusti. Era millesima lxxxviii<sup>a</sup> fonso et froilo in anc cartula uenditionis manus nostras ro+++. dauid presbiter test. uisterla presbiter test. uilifonso test. alio uilifonso test. steuano (?) test. christoforus quasi monaguzo notuit.

## CCCLXXVIII

*Notitia villarum fundorumque quamplurimorum quos nobilis vir Gundisalvus et uxor ejus posseidebant trans citraque Durum. Ex archetypo inventario, ad Monasterium Petrosense pertinente, e scrinio Universitatis Conimbricensis nuper in Publicum Archivum declato, sumpsimus.*

## 1050

In era lxxxviii post m<sup>a</sup> (?) Regnante domni fredenando rex. Sit fecit domno gonsalbo et domna flamula nodum de omnem suas ereditates tam de abolemgia quam eptiam et de comparadella sive ereditates comodo et salinas. it sunt in sala corte de quemdulfo et de randulfo et de domno integra. in exso corte .... de uilla que fuit de sando foiz mediatate integra. in corte de borrones que dedit martino gresomariz v talios. corte de eldigio mediatate integra. in corte de framila m<sup>or</sup> talios que fuerunt de domnega. de corte de zoleiman n<sup>os</sup> talios. in alia corte de quemdulfo que fuerunt de domnega n<sup>os</sup> talios. de corte de froiulfo vii .... que abe aadar de sal.

In rriba de antuana ereditate que fuit de ioazino. in uilla abdelazizi sua ratione ab integro tam de paremtela quam eptiam et de comparadela de matan et de suos filios. item in abdelazizi suas rationes integras.

In uilla porceli ereditate de ador quanta abuit suo pater in ipsa uilla et abuit illa ipse ador integra pro suo ganado que damnauit sua matrastra et non abuerunt suos fratres unde illo conpler et dederunt at illo ipsa ereditate integra et ador at dom gonsalbo et ad domna flamula. .... de ereditate de senior mediatate integra. ereditate de domno uimaraz que uinderunt suos filios et suos neptos ab integro. creditate de gonsalbo mandiniz ab integro que uendiuit sua filia. ereditate de cidi maruaniz cos abuit de sua mater ab integro. item in porceli monestario que uocitant salsa cos fuit de comedesa domna ilduara et dedit illo at abbade fraiulfo et uendiuit illa ordonio presbiter que fuit suo nepto de ipse abbas at domno gonsalbo ab integro con aiutionibus suis. item inter porceli et mazanaria monestario de sancto iuliano ab integro cos fuit de abas fraiulfo. uilla de arcozelo. uilla mazanaria ab integro per suos terminos illa media de pater meo et illa una quarta que comparauit de arualdo tedoniz in uno kaballo amarello et illa alia quarta que comparauit de domna palla in v earias (?).

De villa seixozelo.

In villa seixozello ereditate de rroslla et de sua germana maria ab integro et ereditate de tedom todemiriz mediatate minus v.<sup>a</sup> De uilla petroso m<sup>a</sup> integra que abuit de paremtela meos. uilla aliaria cos fuit de paremtela meos ab integro. Item in aliaria ereditate de seserigo et de suos filios integra pro que mizi leuarunt m<sup>er</sup> meos omnes in cabtibo con mauros. In uillacoba mediatate de ereditate de uisterla gendoniz et alias ereditates que ibidem abuerunt nostros paremtela.

In ceresedo

In uilla de anta quanta ibidem abuit nostro auio domno ero illa media que uenit nobis in portione con nos fratres et illa alia media que cambiamus con nostra germana maumadonna et acebit pro illa in uilla de oleirolos ratione de nouido integra que dedit nobis pro que peitamus pro illo cc solidos at rex pro albito presbiter que occisi. et mediatate de ereditate de samuel et alias ereditates quantas ibidem abuit mater nostra. Item in anta ereditate que fuit de sesnando integra quanto ile conpotet inter suos fratres et dedit nobis illa pro que ..... mus pro illo xxx modios pro ouelias que furtauit et abuit at a dare alios xxx at nobis in iudigado. et lacsamus illos et demus at illo una egua pro carta confirmando et de sua germana sarrazina mediatate de illo suo casal ..... casal de brandila integro et alio kasal de cidi et de suos germanos ab integro.

Item tras doiro uilla de cabedo integra quanta fuit odoiro manco et comparamus illa de dux magnus rodorigo

\* Verba quaedam hic abrasa.

\*\* Alia verba abrasa.

gonsalbiz in uno mulo de cc solidos. Item in trabanca at radize de sancta maria quanta fuit de auio nostro dom cresconio integra et inquinimus de ipsa uilla super omnes que ibidem erant remorantes mulier de rrodorigo teudal et suas filias per nostros sabdores et peruenimus inde at iudicio in concilio de sancta maria et conrogarunt nos et dederunt nobis nostra ereditate et filios de rrodorigo recarediz et filios de aldiam. et ibit in trabanca ereditate de matre mulier de sendino mediatate integra et alia media de suo germano patrezello et aceberunt proinde ambos .viii modios et comparauit ipsa matre de suo germano patrezello illa media et fugiuit con suo marido et con suos filios at mauros et furtarunt nobis <sup>m</sup>or egas et persumsemus proinde omnia sua ereditate ab integro quanta in suo iure inuenimus. et uilla paramio integra per suos terminos et comparamus illa de comedesa domna tuda et de sua filia domna lluba in una mula pretiada in ccc solidos et in una pelle alfanec inuestida de pano zikilatom pretiada in alias ccc. et <sup>m</sup>ra de uilla de eliscaria quanta fuit de pater nostro domno egas cotnomento iala.

In cerseto ereditate de louesindo ad integro. ereditate de animia et de sua germana ad integro. ereditate de areta ad integro. ereditate de parente et de ihoanne ad integro. et quinio ab integro que derunt ipsos vendetores.

**"Ereditates que ganaui domno gundisaluo et domna flamula  
in riba de uauga"**

Lali quomodo diuide per illa insula de pingnero et de saualanes per ut illa conbona solent facere sancta maria de lamas mediate integra per suos terminos per ut sparte per illa petra de contensa et de alia parte per illa lagona de sub porto de belli et quomodo diuide de alia parte uauga per cima de illa lacona de sub porto de belli in suo directo diuide cum belli. et de fareganes mediatate. Et mediatate de castrello et tercia de arraual. Et de totum ualle longum quarta integra. Et faramontanos tertia integra. Et de uilla seren tertia integra. et de uilla lasasi mediatate integra. Et de monasterio de cedarim mediate integra. Et de sua uilla de paratela mediate integra. Padazanes ad integro per suos terminos quomodo diuide cum christouaunes et cum couellas per illo fontano cum suo molino et illo fontano discurre pro ad uauga per ut illo diuidiui cum maiorinos de rex domno fredenando. et de alia parte per estrata maiore. et de alia parte quomodo diuide cum lamas per illa coua de illo sauqueiro de ripa de uauga. et de uilla sagatanes quarta integra. et uilar de bolselar riba agata totum ad integro. Et in riba de certuma uilla paratella ad integro. et faramontanellos ad integro. et in barrios aurentana. Sancta maria de lamas que fuit de auolengo. zedirim que fuit de auolengo. faramontanellos que fuit de auolengo. paratella de auolengo. aurentana de auolengo. sala cum suas salinas de auolengo. et uilla de recordanes mediatate cum media de sua eclesia quomodo diuide cum barriolo et cum ciras de alia parte cum spinelle et de alia parte agada casal de lausata diuide cum abciquinis et de alia cum ederoni. et in illa marina costa sala tertia de alaueiro. et illas uillas que sursum sunt nominatas de auolenga et de ganata quomodo diuisi illas dom gunzaluo quando sedia in monte maiore per manus de rex domno adefonso et per sua persolta et per ueritate et per manus de ille comes menendus luci qui illa terra inperabat.

CCCLXXIX

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii descriptissimus.*

1051

**Testamentum de uillacoua de illras presbiter**

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus gloriois sancti mameatis et sancti pelagii martiris christi quorum basilica esse cernitur in loco predicto lauribanus territorio conimbrie. Ego exiguo confratre uestro domni seruo Ilderani confessor cum peccatorum meorum mole depresso Placuit michi sanus et sana mente integroque consilio mente perfecta pacisque uolumptas ut facerem ad ipsius loci et sanctorum altariorum uestrorum cartula testamenti series benefacti de uineas meas proprias que abeo in uilla prenominata quos uocitant uillacoua et abeo illas de parte de mea mater. do et testo illas ad integrum cum terras et suos casales et cum quantumque ibidem apprestitum ominis est per ubi illas delimitabimus et quorum testibus adsignauimus pro remedio anime mee in iuri monasterii semper maneant. Siquis tamen quod fieri minime credo et indubitanter tenemus quos aliquis omo uenerit uel uenire conaberit contra hunc meum factum ad inrumpendum In primis que domini sunt sit excommunicatus ab omni cetui christianorum et a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi sit extraneus et cum iuda traditore

\* Ab alia manu, tamen eodem tempore vel paulo inferiore descripta, additio haec videtur.

\*\* In tero membranae haec invenitur additio. Litterae recentiores scriptorem, sed ejusdem saeculi, indicant.

abeat participio in eterna damnatione et ipsum quod ausum fuerit contaminare quadruplum conponat et post parte iudicium auri talentum uno. et unc meum factum plenam abeat firmitatem. Notum die vii idus augusti. Era millesima LXXXVIII.<sup>a</sup> Ego ilderani confessor in anc karta testamenti manu mea r++oboraui.

Pelagio ermegildiz quos uidi test. — Lediugu test. — Ualide test. — Nodario test. — Atan test. — Argemondo presbiter test. — Saracino presbiter test. — Fortes test. — Alio fortis test.

## CCCLXXX

*Descriptimus ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p[re] se fert.*

1052

**Carta et plazo de villa que uocatur portella**

Roderico patriz et presbitero una cum sobrinos meos uel heredibus meis cum quantos habuit usque nunc tempus villa de portella que est inter villa cazoranes et villa siluares ad uobis petrus abba fratres et sorores habitantes in cenobio vimaranes pactum simul et plazum facimus uobis per scriptura firmitatis sub die quod erit x<sup>o</sup> kalendas iunii Era m<sup>a</sup> LXXXX<sup>a</sup> pro parte de ipsa hereditate nominata portella sicut superius diximus que ganauit ille abba aloito et domnos de vimaranes et inuenit ea super nos per suos scriptos et per uestros indagatores ut amplius non calumpniemus illa in nullisque temporibus non nos non de posteritali nostre non per scripturas anteriores uel posteritas non per rex non per comite non per qualibet generis homo uiuente sed de hanc die et ora sedeat absoluta de nos et in cenobio vimaranes tradita atque confirmata. et si hunc plazum exesserimus de quo sursum resonat uel immodico pariemus ipsas hereditates in quadruplo post parte ipsius cenobii vimaranes et ad iudicis terre suo iudicato. Roderico patriz et presbitero una cum sobrinos meos uel heredibus meis manus nostras roboranmus. Iterum ego roderico patriz ro+. Qui presentes fuerunt. Donnon iulaniz presbitero test. Aloitus gondesindiz test. Pelagio gondemari test. Fromarico scemeniz test. Pelagio citiz presbitero notuit.

## CCCLXXXI

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in pago de Fornel. Descriptimus ex charta autographa, olim in scrinio conventus monachorum, da Graça dicti, Conimbricensis, nunc in Publico Archivo custodita.*

1052

Christus. In dei nomine ego gunsaluo rauparizi et coniungia mea monia ploris suarri plaguit nobis bone pa-  
zis et uoluntas in fazeremus uobis tedon pelagizi kartula uenditionis de ereditate nostra que auemus in uilla for-  
nel subtus kastro argifons teridorio portugalensi int̄r aue et alister in llogo predicto. damus uobis de ereditade de  
petro pelagizi et de uxori sue animia mediedade integra con quanto in se obtine que aprestidun ominis est ubi-  
cunqunque illa podueridis inuenire in ipsa uilla per suis terminis et llociis antiquos siue in domus comodo et  
per toda ipsa uila com omnia sua et diuizentia uel omnem genere aruorum ubique illa podueridis inuenire con  
quanto in se obtine que aprestidun ominis est. et deo nobis illa petro pelagizi et uxori sue animia pro illos cc so-  
lidos que auuerunt nobis a dare pro illo omezidio ille et suos filios ioane et gontemiro et didago et non auuerunt  
ilos unde daren ipso p..... et derunt mizi de ipsa ereditade mediedate et mis.... nos proinde in uila de ille rex  
cc solidos in ganado apreziado pro ueridade. et damus ad uos ipsa ereditate media sigu super resona. et azebimus  
proinde de uos una mula apreziada in c solidos et uno pano de sirgo in L solidos tantu nobis bene conplagui et  
de prezio abut uos non remansit in deuido. ida ut de odie die uel tempore sedea de iuri nostro abrasa et de omnis  
posteridas nostra et in iuri uestro tradida et confirmada. et si quis tamen non credidis aliquis omo ueneri uel  
uererimus contra anc kartula inrunpendo que uos in iudizio vindicare non podueridis in uoze nostra aut nos post  
parte uestra pariemus uobis ipsa ereditade dublada uel quanto ad uos fueri meliorada et uobis perpedin aidura.

Facta kartula uenditioni viii kalendas iunii. Era t LXXXX<sup>a</sup> gunsaluo rauparizi et domna monia in ac kartula  
manus nostra+s.

Qui uiderunt gomize rauparizi cidi guinizi test. arias test. astrulfu test. midon test. iustu test. gunsaluo test.  
Sonimiro notuit confirmo.

## CCCLXXXII

*Pactus venditionis praedii cuiusdam in villa de Palmazæs. Charta autographa, ad Monasterium Portucalensem de Ave-Maria pertinente, nunc in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1052.

Christus. In nomine domini Vileze (*sic*) spiriti sancti magnus est titulum donationis in co nemo potes este omo (*sic*) largitatis inrumpere set quam leis ampletere foris proizere. Ego garcia prolis piniolo et coniumgia mea ledugundia ad uouis rodorigu et coniumgia uestra guisenda do et donamus uouis adque uindimus ereditate nostra propria que auemus in uilla palmacianus suptus castro aluarelius territorio portugallensis discurrente ribulo auc. et abuimus illa de nostra ganantia de parte de domna trastina et ipsa domna trastina ganaui ea de domna munia et domna munia de ederonio aluitizi et de ipsa domna trastina et ipsos domnos ganarunt ea de froila quedregildiz. damus uouis ila ad integro cum prestationibus suis per ubi ila potueritis inuenire per suis terminis antiquis et aduc conzedimus uouis ipidem n<sup>a</sup> mazanarias cum suo terreno. et a confirmanda karta azepimus de uos precio que nouis bene complagui 1º puletro in L modios et L modios in alio ganado tanto nouis bene complagui et de precio apud uos nizil remansit in deuito. et damus uouis inde ilas aligaturas que inde abuimus. Ita ut de odie die et tempore sit de iure nostro abrasa et in uestro iure sit tradita adque confirmada. adueatis uos et posteritas uestras iuri quietum temporibus seculorum et si quis tamen cot fierit non creditis et aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc cartula uendicionis ad inrumpendum uel calumiandum que nouis post uestra parte ..... autorcaremus uel deuindigare comodo pariemus uouis ila dublada uel quanta ibi fueri meliorata et posteritas nostras si faciant .... Facta carta firmitatis in die eri xviii<sup>o</sup> kalendas iulii. Era i LXXX. garcea et coniumgia mea ledugundia in anc kartula uendicionis manus manus (*sic*) nostras ro+.

Ic test. miron test. — ueremudu test. — sisnando test. — rodorigu test. — zendon test. — petro test. — froila test. — adaulfo test. — mausti test. — aluitu sagulsiz manus mea confirmo+.

Citi iulaniz Notuit.

## CCCLXXXIII

*Pactum venditionis quorumdam agrorum in villa Kalquin dicta. Autographa charta, ad Morariense Monasterium pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1052

In dei nomine. ego arias ermegildiz plâguit nobis per bone pacis et uoluntas ut ubi facere ad uobis iermano nostro gonterigu et uxori uestra sontrili sicut et fatio kartula et scriptura firmidatis de mea m<sup>a</sup> de illas lareas que ganauit nostro pater in uila kalquin. sunt illas lareas pernominas de ilo agro de pedrocela et de larea de illo sa-cso et de allio agro de illa arca et uait suso ad kancelo de ipsas laries pernominas. da ad uobis mea m<sup>a</sup> ad integro per ubi illa podueridis inuenire. et adcepimus de uos in pretio viii modios tanto ad nobis bene complagui et de pretio abuc uos nicil remansit in deuido. ida de odie et tempore de meo iure siad abrasa et uestro iure (*sic*) siad tradida et confirmada. aueadis uos firmider et omnis posteridas uestre iuri quiedo temporibus seculorum. si quis tamen cot fieri non credis eo au aliquis omo ueneri contra anc karta et uenditionis ad inrumpendum et nobis illa non uoluerimus octurgare aut in concilio deuindigare pro uestra parte aueadis de nos licentia apredere ipsas lareas que ibi resonant dubladas et iudigado. Facta kartula et uenditionis ipsas kalendas Nouembri. Era LXXX super millesima. arias ermegildiz in anc karta et uenditionis manus mea ro+. qui preses fuerunt. froila godiniz. arias pelaiz. ascarigu test. tructesindo test. gunsalbo manus mea scripsi.

## CCCLXXXIV

*Lite exorta ac discussa inter filios Egeae Eroitz consobrinosque suos, filios Adosindae eorum amitae, de jure possidendi villam de Viariz, tandem rex Ferdinandus et judices regii, pro tribunal sedentes, filios Egeae veros esse dominos ejusdem villaे agnoscunt. Ex charta autographa, olim in scrinio Petrosensis Monasterii, postea in chartophylacio Academiae Conimbricensis, at nunc in Publico Archivo servata, descripsimus.*

1055

Christus. Non est enim enim (*sic*) dubium set multis manet nodissimum in ueritate eo quod auitabit egas erotez in terram portugalensis cum gens sua in logo predicto inter doiro et uauga per plures annos. et consurrexerunt filii ismaelidarum super christianos et exiuit ipse domno egas de sua terra ante ipsius gens ismaelitarum et peruenit in terram inter urbium durio et limie et ganauit ereditates in ipsa terra per pretio obtimo et comparauit uilla de suo goniado domno froia osorediz et de coniungia sua domna adosinda qui erat iermana de domno egas. comparauit ex eis uilla uiariz et dedit pro illa pretio iusto uno kauallo raudane in cc solidos et una uaso argenteo in xxx<sup>a</sup> solidos et una almandra tiraze in l solidos et uno seruo que comparauit de mauros qui erat de domna adosinda et dedit pro illo c solidos et tornauit illo in iure de sua iermana domna adosinda post que illa carta fecerat. et tenuerunt ipsa uilla per plures annos ipse domno egas et filiis eorum et post hec uenit domno egas ad terra suam unde egresus fuerat et relinquit illa in suo iure uel filiis suis sana et intemerada sine ulla calumnia. et ad multis temporibus sic se leuaron filiis de ipsa domna adosinda et preserunt ipsa uilla per violentia mala de iure de filis de domno egas ad suo ouito. et querellati fuerunt eorum filiis ad rex domno uermudo in sancto ioanne de rex pro ipsa uilla uiarizi et ordinavit eis ipse rex et eorum iudices ut abuisset super ea ueritate ante ipse rex et per suo sagioni et dum uiderunt talia noluerunt ei stare pro illa ad ueritate et relinquerunt illa in iudicio illa de domno guntsalbo filii egas. iterum uero ad ouitum ipsius rex domno ueremudo presumserunt ipsa uilla de iure de guntsalbo iben egas cuius ueritas erat et tenuerunt ea per annis plurimis inuitus. ad multis uero diebus surrexit dux menindus nunnez in terram portugalense et querellauit se guntsalbo iben egas ad ipse dux pro illa uilla et ordinavit ei et mandauit suo sagioni nomine adefonso egarediz ut consignasse ipse uilla ad guntsalbo iben egas cuius ueritas erat sicut et asignauit et confirmauit post sua parte et ille eam tenente uenit ouitum ad ipse dux menindo nunniz. et ideram tertia uize uenerunt ipsius superius nominadi filiis domna adosinda et preserunt ipsa de ipre de iure (*sic*) de ipse domno guntsalbo et non expectarunt discussione iudicii. et ad plurimis temporibus egreditum fuit rex domno fredenando in terram portugalensis in uillam suam tauquiniam et querellauit sse ipse domno guntsalbo ad ipse rex pro illa uilla uiariz ille uero rex motus ad misericordiam exquisiuit ueritate de ipsa uilla et uiderunt quia erat ueritate de guntsalbo iben egas mandauit ipse rex et eorum iudices ut consignassent illa uilla ad ipse domno guntsalbo cuius ueritas erat sicut et adsignarunt per manu maiorino guntsalbo rraupariz et fecisse inde agnitione ante ille rex et eorum iudices prefadi sic et fecit et confirmauit eam rex domno fredenando et regina domna sanzia ut aueat illa uilla guntsalbo iben egas et coniungia eius domna flamula iuri quiedo temporibus seculorum ad perauendum. Facta hagnitio sub die erit pridie idus ianuarii. era lxxxx<sup>a</sup> super millesima incoante l.<sup>a</sup>

Ego fredenandus rex hanc agnitione confirmo — sanzia regina manu mea confirmo.

Comite gutierre adefonso confirmo — comite flagino fernandiz confirmo — comite petro didaz confirmo — comite adefonso monniz confirmo — pelagio monniz confirmo — menindo guntsalbiz confirmo — gutierre egarediz confirmo — gutierre guntsalbiz confirmo.

Qui preses fuerunt — osoredo sabidiz quos uidi — éita sendamiriz quos uidi — petro presbiter quos uidi — dabit presbiter quos uidi — menindo atanagildiz quos uidi — froila test. — soiso test. — uermudo test. — gondesendo — balteiro test.

randulfo notuit.

## CCCLXXXV

*Annus, quo datum hoc diploma dicitur, temporibus regis Ferdinandi Magni non convenit.  
Aeram MLXXXI pro MXXXXI legendum esse credimus. Ex Livro Preto Conimbricensis. Sedis  
sumpsimus.*

1055 (?)

**Testamentum de ecclesiis scilicet de petroso et maniozi et scapae  
et villa cidi**

In eologita christe trinitas (*sic*) benedicta uiuideque et priscarum ereniarum que pater in filio et filius in patre premisce etenim ex ambobus spiritus sanctus prodiens infinita nunquam diuise sed semper unite cuius est uera trinitas et inextimabilis bonitas eterna et uera caritas multis e modis inennarrabilis bonis uiuens et potens in tempore seculum neque finiendis seculis amen. Illuminator alque sanctorum omnium reparator christe emanuel qui dixisti de tenebris lumen splendescere ad illuminationem scientie claritatis tue et qui post cuncta eximio tempore paras opera atque pollicitum esse dixisti seruum aut ancillam uel domini parare. Ego domine ancilla tua godo prolis suario et gontina quod in hoc recolens et in corde meo considerans Ego domine ancilla tua godo plenit michi sub tuo et in tuo amore christe et timore ut de omne re mea uel de hereditate mea in domo domini offere pro remedio anime mee tam etiam et meipso qui pollicito implebo domino deo uotum. Ego in nomine patris et filii et spiritus sancti apostolis almis virginibus sacris sancti martini episcopi et sanctorum apostolorum petri et pauli et quorum inter eos principatum tenent sancti uincenti leuite cum esse dignoscitur in acisterio uaccariza subtus alpe buzaco secus amis mondeco territorio montis maioris. Adicimus ibidem domine ad ipsius sacro-sanctum et uenerabilem templum qui sunt pro uelamine seruorum uel ancillarum deo de seruitio medicamenta de ecclesia que sita est in uillas prenominatas hic sunt pedroso et maniozi et scapanes et villa cidi sicut illas ganati cum viro meo domno pelagio pro digno meo precio et per cartas firmissimas siue et quantas cum ille ganauerit inter dorio et uauga exceptis de villa paramio usque in mazaneda que saco inde fora de testamento. Damus atque concedimus in ipsas uillas quas iam supra nominauimus illam meam medietatem ad integrum per ubi illas potueritis inuenire ut tencat illias (*sic*) in mea uita. Et si migrauero de hoc mundo et leisar filium de utero meo super terra deseruiat ad partem monasterii tercia de meas hereditates que de sursum sonat et illas duas partes obiurque illas meus filius si habuero. et si filium de utero meo non leisar super terram post obitum meum deseruant totas meas hereditates quas iam supra nominauimus post parte acisterio uaccariza et de abbe et monachis et fratribus qui ibidem perseverantes fuerint in uita monastica. et habent ipsas uillas iacentiam inter dorium et uauga subtus ciuitas sancta maria territorio portugal. Damus uobis aluito abbati et omni congregationi cenobii uaccarice Inde post obitum meum medietatem de hereditatibus quas ganaui cum viro meo domno pelagio sicut iam superius nominauimus ut deseruant ad partem monasterii et post partem abbatibus aut monachis aut fratribus qui in uita sancta perseuauerint propter remedium anime mee et de viro meo per ubi illas potueritis inuenire cum aprestationibus suis uel quicquid ibidem ad prestitum hominis est. Damus atque concedimus ad ipsum locum sancti saluatoris et sancti uincenti leuite et abbati et monachis et fratribus qui fuerint habitantes in acisterio uaccariza ut post obitum meum obiurquetis qui in testamento inuenieritis et omnes indigeni adueni pupilli et pauperes orfani qui hereditates non habent habeant et possideant. Ita unum moneo ut nemo presumere in alia parte transferre uindere et donare sed in hoc loco predicto seruire. Et ita eos tamen discusse firmiter state ut in illorum hereditans fiant potestatem. Et si quis aliquis homo ex propinquis nostris iermanis sobrinis progenie nostre qui ad hunc factum nostrum irrumpere uoluerint uel uenire temptauerint ueniat super eos ira dei et rumpheam celestem et uorax inferni baratri et insuper tunc infera pariet ipso qui contendere duplato et a iudice qui illam terram imperauerit aliud tantum. Facte sunt series testamenti nodum die quod erit xm<sup>o</sup> kalendas februarii. In Era xxxx<sup>a</sup> i<sup>a</sup> post millesima. Regnante domno fernando rege. Ego godo prolis suarii et gontine in hoc testamentum manum meam confirmo+.

Qui uiderunt et confirmauerunt —Egas test. —Dono test. —Gunsaluus test. —Gendus test. —Cidi test.  
—Osredo notarii conf.

Gunsaluus test. —Dosterigo test. —Romanus presbiter test. —Gunsaluus uenegas conf. —Pelagius gunsaluiz conf. —Todesindus dauiz conf.

Osredo sabidiz conf. —Fernandus aluitiz conf. —Pelagius olidici conf. —Arias presbiter conf. —Eita sindiniz conf. —David Notuit.

## CCCLXXXVI

*Descriptimus ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p<sup>re</sup>a se fert.*

1053

**Cartula de monasterio de lalin et de soutelo et de area**

Coniuncti fuerunt multitudo filii benenatorum omnium in concilio ripa catauo super altercatione quod habebat petrus abba in uoce de cenobio vimaranensis contra domna maior mulier que fuit de pelagio gomize et contra suis filiis pro arcisterio de lalini cum omnes suas adiunctiones quos in noticias resonat. hic in ipso concilio presentaui ipse petrus abba testamento et plazo super omnes suas adiunctiones de ipse monasterio lalini. et dederunt ante me didaco tructesindiz ipsas scripturas et legimus eas et prospeximus et sunt legitimas et pro it mando ego didaco tructesindiz que iuret ipse abba domno petrus per se et ille preposito et alios vni<sup>o</sup> de casa de vimaranes et firment illo testamento simul et ille placito et conponat ipsa domna maior et suos filios illa censura lex de illo testamento et de illo plazo. sic nos inuenimus in liber n<sup>o</sup> titulo v<sup>o</sup> sentencia vi<sup>a</sup> ubi dicet —Deus iustus iudex que iusticiam intemorabiliter diligis non uult iusticiam seruire temporis sed tempora pocius equitatis lege concludi ipse igitur deus iusticia est deo. ergo datur quisquis a fidelibus in dei ecclesiis iustitiam deuotione offertur—. Pro id mandamus ut conponat domna maior et suos filios illa pena placiti de illo testamento et de illo plazito. et quia negant scripturas ipsa domna maior et suos filios et dicent quia non habent scripturas et in liber v<sup>o</sup> sentencia ii<sup>a</sup> ubi dicit —De conseruatione et readintegrationem ecclesiastice rei consultissima regni nostri credimus prouidere remedia— per exite et reducant testato ad testamento sicut christo ad patre. Didaco tructesindiz confirmo. Nos testes prolati que sumus de parte cenobio vimaranes id sumus ille abba domno petro per se et ille preposito. Fagildus confessus. Osorio telliz. Arias confessus. Christoforus uiliamiriz. Pelagio sagatiz. Aloito eriz. Diaco ennegoz. Iheremias arias.

**Item plazo**

Pelagio sagatiz in uoce de vimaranes fratres et sorores ibi habitantes et domna ileuba cognomento maior gunsaluiz et filiis suis tibi sagioni nostro citi saluatoriz per hunc nostrum plazum tibi compromittimus sub die quot erit v<sup>o</sup> nonas maii Era m<sup>a</sup> LXXXX<sup>a</sup> i<sup>a</sup>. Vt d<sup>e</sup> ego pelagio sagatiz istos dominos superius nominatos pro ad iuramento hodie ista cadillo monasterio de palmeira. et que iurent illos scriptos de vimaranes quomodo lex nobis ordinavit et de monasterio de lalini et de sautello et de arca et de fontanello et de inuolati et de porrales simul et mandamento de sancta eolalie secundum in scripturas resonat. et domna ileuba et filiis suis que suscipiant ipso die. et ipsa domna et filiis suis dent fiadores ad illa trebuna ut post iuramento que compleant que lex ordinauerit per manu de ipse sagioni citi salvadoriz. et sendino pinoliz et heredibus suis similiter faciant. et qui hunc plazum exerserit pariat illos monasterios et illas villas in duplo et iudicato. nos superius nominati in hoc plazum manus nostras roboramus. Pro test. Menendo pelagii test. Ordonio petri test. Menendo senioriz test. Aluaro aluariz test. Pelagio citit presbitero notauit.

## CCCLXXXVII

*Didacus Tructesindiz et Odorius Sarraziniz, cum quibusdam litigantes de possessionibus in villa Quandilani et de aliis rebus, litigii finem imponunt, pactione solemniter conflata. Autographa charta, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1053

Didago tructesindiz et odoiro sarraziniz placitum simul et dimissione facimus uobis guttierre tructesindiz et parente et uermudo et ad totos filios de cidi parentez die erit vi<sup>o</sup> kalendas iunii era LXXXX<sup>a</sup> i<sup>a</sup> super millesima pro parte de illa intemtio que inter nos fuit de parte de illa uilla quandilani et pro parte de illo placito exelso et de illo dublo et de illas noditias et illas usuras et ipsa sententia de illo iudicio unde abuimus iudicio in presentia menendo guntsalbez et per sagioni ermerigo et deuenimus inde ad compagina per manus de ipsos dominos et de ipse sagio et ferimus omnes alimas quantas fuerunt inter nos de ipso iudicio ic in petras ueiras ubi fuerunt multi

filii benenadorum multorum ibi uertimus totas alimas de ipso iudicio in terra. Ita ut de odie die et tempore non calumniemus uos pro ipsa intemtio quod super taxatum est non nos non aliquis ex progenie nostre unde uos in pedimento aueatis pro ipsa intemtio superius nominada non aliquis omo in nostra uoze per nullaque atio. Et si minime fecerimus et placitum exiderimus comodo pariems uobis quantum calumniarmus dublado et iudigado. didago tructesindiz et odeiro (*sic*) sarraziniz in oc placito uel dimisione manus nostras ro++.

Qui preses fuerunt. pelagio halase quos uidi. froila fredenandiz quos uidi. zalama zamariz quos uidi. pelagio godiniz quos uidi. socio guntalbiz.

randulfus notuit.

### CCCLXXXVIII

**Descriptsimus ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p[re]ae se fert.**

1053

#### **Plazo de hereditate de candanoso et de fontanelo et de squalam**

Pelagio sisoniz et uxor mea cilenia cidiz dominico sisoniz et uxor mea flamulina cedit Fremosino sisoniz Argeleua sisoniz ad uobis domno nostro petrus abba fratres et sorores habitantes in cenobio vimaranes pactum simul et placitum facimus per scripture firmitatis ut deinceps amodo quod erit xiii<sup>o</sup> kalendas agustas Era m<sup>a</sup> LXXXX<sup>a</sup> r<sup>a</sup> pro parte de hereditates que ganauit cidi gonderedit et sua mulier nomine cida suariz in villa candanoso et alias hereditates que ganauit nostros parentes in villa fontanello et squalan uel quantas que abemus et ganarunt illos et nos de sub testamento de rex domno ranimiro et de illa comitissa domna mummadomna et de sub scripturas de vimaranes ut teneamus illas de manibus uestris et de sub uestra iussione sanas et intemeratas et reddamus ad casa de vimaranes ratione dadiua uel seruitio que de ipsas hereditates solito fuit exiret semper et per manus de uestros maiorinos. et non abeamus licentia de ipsas hereditates in alia parte uindendi donandi testandi uel commutandi. Sed si habuerimus uindere donare testare uel commutare tornemus illas in uestras manus et ad ipsius cenobio vimaranes. et hanc scripture de qui in post nos uenturi sunt filii nepti uel de progenie nostre in hoc robore permaneat. et si minime fecerimus et hunc factum exesserimus aut in ipsas hereditates ulla temptatione uobis miserimus per qualive generis homo aut per scripturas anteriores aut posteriores pariems ipsas hereditates desuper nominatas pro uestra parte et ad ipsius cenobio vimaranes in duplo uel trippo et ad iudicis terre iudicato. Nos superius nominati in hoc plazo manus nostras roborauius. Qui presentes fuerunt. Iheremias arias presbitero test. Aluaro aluariz presbitero test. Diago enneoz test. Menendo Pelagit test. Aloitu eriz test. Didaco gondemari test. Emila scelemondiz notuit.

### CCCLXXXIX

**Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, sumpsimus.**

1055

#### **Kartula et plazo de villa negrelius**

Ego arias asoiz presbitero et soror placia cognomento matre suariz ad uobis petrus abba fratres et sorores habitantes in cenobio vimaranes pactum simul et placitum facimus uobis per scripture firmitatis ut deinceps amodo quod erit vii<sup>o</sup> idus septembbris Era m<sup>a</sup> LXXXX<sup>a</sup> r<sup>a</sup> post parte de ipsa hereditate de villa negrelos unde nos fecimus carta testamenti in casa de vimaranes et uos illa nobis dates de manibus uestris tenendum ad usum fructuale ut teneamus illa in uita nostra uel quantum ad uobis fuerit placibile. et non habeamus licitum de ipsas hereditates in alia parte uendendi donandi testandi commutandi extraneandi sed sanas et intemeratas teneamus illas in uita nostra et ad obitum nostrum cum quantum ibidem potuerimus augmentare uel aplicare tornet se ad ipse cenobio vimaranes et ad fratres et sorores ibidem habitantes. et si aliter fecerimus et hunc plazum exeserimus pariems ipsas hereditates post uestra parte et ipsius cenobio vimaranes in quadruplo sicut in illa carta resonat et ad iudicis terre iudicato. Ego arias asoiz et presbitero et soror placia cognomento matre suariz in hoc plazo manus nostras roborauius. Qui presentes fuerunt. Aloito eriz test. Menendo senior presbitero test. Balteiro zamariz test. Cartemiru gudesteut test. Floila airas presbitero que notauit.

D. et C. Tom. I.

60

## CCCLXXXX

*Abbas et monachi Monasterii de Leça dominationi coenobii Vaccariciensis se omniaque sua submittunt. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1055

**Placiti carta**

Domino nostro tudegildus abba pactum simul et placitum facio uobis fratribus meis florito preposito et fratribus tuis cenobio uacariza et petrus et randulfus presbiter qui hunc pactum nostrum roborare uoluerit pro scriptura firmitatis die erit xi kalendas octobris Era LXXXIX<sup>a</sup> superacta millesima pro parte de accisterio leza cum aiectionibus suis et de uilla custodias de salinas de foce de leza et de medietate de acisterio ueremudi cum aiectionibus suis que habeatis et possideatis illos de nostro dato sicut in testamento resonat sicut canonica sententia docet. et nominamus nos licitum in uita nostra uel alia parte transferre nec testare nec donare in extranea parte et post obitum nostrum habeatis et possideatis sicut in testamento et in pacto resonat. et uos nec uindetis nec donetis nec in alia parte transferatis sed sana et intemerata permaneat post parte testamento. et hunc factum nostrum non sit uiolatum pro nullaque accio sed plenam habeat firmitatem roborem usque in seculum seculi pro sententia canonica. qui unus ex nobis minime et fecerit placitum exciderit. pariet post parte testamenti duo auri talenta et ipso qui in testamento resonat duplato et iudicatum. Nos superius nominatos tudegildus abba et randulfus presbiter petrus florite una cum fratribus nostris uaccarica et leza in hunc placitum manus nostras roboramus +++. Qui presentes fuerunt. Ansemundo quos exaraui manu mea conf. Menendus test. Mauran test. Aluitus test. Sendifinus sesnandiz test.

## CCCLXXXXI

*Matrona et Goda dominium fundorum quos in villa de Fandiães possidebant inter se commune reddunt (incommuniare dicebant). Goda addit donationem cujusdam domus aliae Godae, filiae sororis, in dotem factam. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1054

In dei nomine ego matrona et goda benefactum et ..... facimus unas ad alias de hereditates nostras proprias que iacent in uilla fandilanes subtus mons genestazolum discurrente riuulo dorii territorio anegia. sit unam ex nobis transmigrata fuerit ab oc seculo ipsa que superuixerit possideat ipsa hereditas et nec uendat nec donet sed teneat ipsa hereditate sana et intemerata pro a filiis et filiabus et nepotibus nostris et faciant inde oblationem et cereum pro illam que defuncta fuerit. Et ego goda ibi adicio alia carta ad tibi suprina mea nomina goda pro que crialit te et fecisti michi seruitium bonum. do inde tibi de ipsa hereditate in casamentum de ipsa quintana de sursum 1<sup>a</sup> casa integra et uno cural cum mediata de ipso louio hic in illa quintana et n<sup>o</sup> pedazos de terra hic in illo pomarello et in illamplas mea rationem integra et de alia hereditate que restat tuam portionem integrum simul cum tuas iermanas et accipio de te unam pellem carneiruna et uno lenzo xiii cubitos et uno ..... tantum mihi bene complacuit. Siquis tamen quod fuerit aliquis homo uenerit uel uenerimus tam de propinquis quam de extraneis qui hunc factum nostrum inrumpere quesierit in primitum sit excommunicatus et a cetum christianorum segregatus et cum iuda traditore domini pari penas luat in inferno cruciadus et deinde istam cartam dupladam reddat et desuper xii boues componat et ad iudice terre alio tantum. et hunc factum nostrum plenum habeat roborem. Era m<sup>a</sup> LXXXII. Ego matrona et goda in hanc scripturam benefactis unas ad alias manus r+mus. Et fuit ..... karta facta in temporibus gacia moniz et episcopus sisnandus.

Pro test. ansur test. — Adiuuandus test. — Fromarigu test. — Domengus test.

Ansur scripsit.

\* Super lineam haec verba.

\*\* Super lineam verba quedam scripta sunt, quorum haec tantum leguntur.

## CCCLXXXXII

*Hujus documenti textum nobis suppeditavit liber quidam, ab antiquo in chartophylacio Monasterii Araucensis servatus, nunc vero in Publico Archivo custoditus, qui titulum, litteris recentioribus scriptum, prae se fert Tombo escripto por ordem da Senhora Abbadessa D. Maior Martins. Volumen ex duobus mutilis codicibus, finiente saeculo XIII, vel XIV in eunte exaratis, conflatum esse videtur.*

1054

**Karta de hereditate in villar et in cartamir et in moldes  
in termino de Arauca**

In nomine domini in domino deo eternam salutem amen. Dominis inuictissimis ac triumphatoribus dei sanctorum apostolorum petri et pauli et sanctorum cosme et damiani et comitum eius in dei nomine quorum basilica fundata est territorio arauca in villa que uocant sancto petro. ego seruus uester indignus ermegildus aba concedo ad ipso loco sancto villas quas ganaui et comparaui in ualle de arauca et in villa de uillar cum suis aieptionibus villa cartamiri et fonte coperta cum aiectionibus suis. villa froilanes et riu de mollides cum aiectionibus suis. nouales quomodo iacet de illo uallado de villa bona usque ad iuntiosa pro illo fontano maniocco et discurre rigo ipso de cartamiri et conclude in ipso uallado. ganamus ipsas villas in ipso loco sancti petri et testamus eas ibidem pro remedio anime nostre ut det inde ad nobis deus mercis copiosa ante dei presenciam. et tenuimus ipso monasterio pro testamento quod ad nobis fecit domno ansuri et domna eileua ut teuuessemus eum in uita nostra et post uero obitum nostrum relinquissimus eum in manus cui uoluissimus nos. Obinde ego famulus dei ermegildus aba placuit mihi pro bona pacis uoluntas ut facerem uobis domna guntina textum scripture firmitatis de ipso loco sancto quod superius resonat cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est sicut illum ad nobis dedit uestros tios domno ansuri et domna eileua et quantum nos ibidem ganamus usque ad obitum nostrum habeatis et possideatis dum uita uixeritis. et non iermanos non filii non unus de propinquis nostris non de extraneis non de qualibet formam generis homo inmitente qui hunc factum nostrum temptare uiolare uel infringere uoluerit in primis sit excommunicatus ab omni cetu fidelium christianorum et a caro et sanguinis domini nostri ihesu christi et pariat ipso quod in testamento resonat quadrublato et insuper n° auri talenta ad uobis domna guntina et ad posteritas tua qui isto testamento obseruauerit et iudicatu. et ista scripture firmiter permaneat usque in temporibus seculorum amen. Factum est autum (sic) series testamenti notum die XIII kalendas magii. Era n<sup>a</sup> xc<sup>a</sup> II<sup>a</sup>. Ermegildus abba in hanc series testamenti quod elegi manu mea ro+. eldericus presbitero confirma. aedom confirmo. goimirus presbitero confirmo. uiarideus confirmo. recemondus confirmo. benedictus confirmo. ariani diaconi test. aloitus diaconus test. Itilani diaconus test. petrus diaconus test. gresomarus diaconus test. ariani aba confirmo. gimaemirus confirmo. gundesaluus confirmo. anfilotius confirmo. uillamirus confirmo. aloitus presbitero confirmo. gauinius confirmo. astulfus presbiter confirmo. Uermudus diaconus. didagus diaconus. gemondus quintus.

## CCCLXXXXIII

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis. Lectiones varias ex alio exemplari, in eodem codice inserto, sumpsimus.*

1055

**Testamentum de rial quod truitinus testatus est ad uacariclam**

Dominis inuictissimis ac triumphatoribus gloriose santisque martiribus sanctique sanctus sancti saluatoris et sancti uincenti leuite sancte marie virginis sanctorum petri et pauli sancti iacobi apostoli sancti iohannis apostoli sanctorum<sup>1</sup> basilica cernitur in loco predicto monasterium uaccariza et leza subtus monte<sup>2</sup> buzaco<sup>2</sup> et custo-

\*\* **Testamentum de hereditatibus que sunt in rial et in gondeuadl**

1 quorum  
2 mons buzacco

\* *Initio voluminis haec legitur rubrica sive inscriptio. Principium scripti fiat sub nomine christi Amen. Incipit liber continens cartas plaza et et (sic) instrumenta hereditatum seu possessionum monasterii de Arauca a prima restaurazione prefati Monasterii quod restaurauit siue fundauit dominus Anxur cum uxore sua domna Eleuua. Quas cartas Sancius (?) iohannis de uerbo ad uerbum rescripsit per mandatum domne Maioris Martini abbatisse ipsius monasterii supradicti. Et hoc iussit fieri dicta Abbatissa propter uetustatem et amissionem cartarum et quod facilius et citius inueniantur per Era et Rubricas cum dicto Monasterio necesse fuerit perquirere aliquas cartas svarum hereditatum seu possessionum.*

dias riulos discurrentes certume et leza<sup>3</sup> territorios<sup>3</sup> portugal<sup>3</sup> et colimbric<sup>4</sup> quos patronos habere uellimus et propagatorem uel intercessorem apud pium redemptorem desideramus cor pandimus famulum vestrum uel seruorum dei tructino cum peccatorum nostrorum mole depresse<sup>5</sup> non usquequa disperatione deicimur qui etiam conscientie reatum nostrum criminis sepe pauescimus ut per uos tam<sup>6</sup> domini<sup>6</sup> sanctissimus martirum reconciliare mereamur a domino quia scriptum est —Veuete<sup>7</sup> et reddit domino deo uestro—. et ideo nos cum omni effectu<sup>8</sup> mentis atque operis ipsam<sup>9</sup> nostram<sup>9</sup> deuotionem<sup>9</sup> adimplendo procuramus que<sup>10</sup> pro<sup>10</sup> plurimis annis cogitauimus<sup>11</sup> modo adimplemus<sup>12</sup>. Ideo nos superius nominati tructino placuit michi sana mente integroque consilio mente perfecta pacisque uoluntas ut adimplerem<sup>13</sup> legem<sup>13</sup> quam<sup>13</sup> gloriosi principes nostri constituerunt una cum ortodoxis uiris illustris presago spiritus plene cale rectis proculdubio declararunt hereditatem ad propinquis extraneis<sup>14</sup> uel unusquislibet de<sup>15</sup> rebus suis cuiuslibet persone<sup>16</sup> cum omni robore et perfectum firmitatis habere tradere liceat. Et ideo protimescenti<sup>17</sup> die<sup>17</sup> magni<sup>17</sup> iudicii<sup>17</sup> nec repentine mors sub occasione in nobis deueniant<sup>18</sup> placuit mihi ut faceremus ad ipsius locum et sanctorum altariorum iam superius nominati et uobis<sup>19</sup> aluito<sup>19</sup> abbati<sup>19</sup> et randulfo<sup>20</sup> petro<sup>20</sup> et ildras prepositus et fratribus uestris qui sub huius regimine sunt in ipsum<sup>21</sup> locum<sup>21</sup> cartulam testamenti semel benefacti de hereditate nostra propria quam habemus de comparadella<sup>22</sup> nostra siue<sup>23</sup> memorie quique<sup>24</sup> nunc habemus in uilla que<sup>25</sup> uocitant in rial et in condiuadi<sup>26</sup> hereditate de godina integra in ipsas uillas hereditate de goesteo<sup>27</sup> integra quam<sup>28</sup> comparauiimus de domnos<sup>29</sup> suos<sup>29</sup> de comite gundisaluo<sup>30</sup> froilaz et de coniuge sua ermesenda<sup>31</sup> de hereditate de egas saroniz<sup>32</sup> et de coniuge sua argello<sup>33</sup> mediate<sup>33</sup> integra<sup>33</sup>. et de hereditate de canuae medietate<sup>34</sup> integra<sup>34</sup> quam<sup>34</sup> comparauiimus de<sup>35</sup> commitissa domna tota<sup>36</sup> et<sup>36</sup> filia sua domna lupa. et hereditatem<sup>37</sup> quam<sup>37</sup> comparamus<sup>37</sup> de sindilo et de suos filios per<sup>38</sup> persolta de ipsas domnas. ipsas hereditates quomodo diuidunt<sup>39</sup> per suos terminos antiquos. et ipsas uillas et ipsas hereditates<sup>40</sup> habent iacentiam subtus alpe mons custodias secus riulo leza territorio portugalensi. Damus ipsas hereditates atque testamus cum bona mente et propria<sup>41</sup> uoluntate siue et alias que hodie in die ganare et augmentare potuerimus siue et omnem gananciam<sup>42</sup> quam<sup>42</sup> agimus et augmentare potuerimus in qualibet ganantia de quantum omnis<sup>43</sup> ad<sup>43</sup> prestitum<sup>43</sup> est<sup>43</sup> hominis<sup>43</sup>. ut<sup>43</sup> post obitum uero meum habeatis et possideatis ubique<sup>44</sup> potueritis inuenire iure<sup>45</sup> quieto uos dominus aluitus abba et randulfo<sup>46</sup> et proposito<sup>47</sup> idras<sup>47</sup> et fratri<sup>48</sup> uestris qui sub regimine regule uestre fuerint omnia super taxata ab ipso abbate et ab ipsos nominatos et a fratribus suis pro remedio anime mee ut deseruant ad ipsos monasterios et ad ipsos nominatos aluitus abba et radulfo presbitero et prepositus idras et ad fratribus suis uel cuius ipsos nominatos in iure suo permaneant. si quis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus uel uenire conauerit contra hunc nostrum factum ad irrumendum uel inconfringendo<sup>49</sup> de propinquis uel de extraneis uel quisieu<sup>50</sup> hominem<sup>50</sup> In primis quod<sup>51</sup> dominus<sup>51</sup> sunt fiat excommunicatus sunt<sup>52</sup> ab omni cetu christianorum et cum iuda traditore habeat participium in eterna dampnatione et a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi fiat extraneus<sup>53</sup> et corpus eius non recipiat<sup>54</sup> terra sed maledicant ei qui maledicunt diei ipsum quod<sup>55</sup> sum fuerit contaminare aut inuellere quadruplum componat et<sup>55</sup> pariet<sup>55</sup> post parte iudicium auri talenta ter. et hoc<sup>56</sup> meum<sup>56</sup> factum nunquam<sup>57</sup> fiat irruptum sed in omni tempore plenam habeat firmitatem<sup>58</sup> robore<sup>58</sup>. Et adicimus in testamento ut istum meum<sup>59</sup> factum in quantum fuerit monasterium leza post parte uaccariza et de abba et<sup>60</sup> fratribus suis<sup>61</sup> locum<sup>61</sup> uaccariza hoc super scriptum ibi deseruiat per manus ipsius abba<sup>62</sup> et ipsius radufi<sup>63</sup> presbiteri et ille<sup>64</sup> prepositus<sup>64</sup> ildras et fratribus suis qui sub

3 leze territorio portugalensi  
 4 colimbricense  
 5 depresso  
 6 etiam deum  
 7 Vouete  
 8 affectu  
 9 ipsa nostra deuotione  
 10 quia per  
 11 cogitamus  
 12 adimplemus.  
 13 adimplere lex quod  
 14 et extraneis  
 15 personis ut unusquisque de  
 16 personis  
 17 pertimescentis diem iudicii magni  
 18 debeamus  
 19 ad uos habitura abba  
 20 randulfus presbiter  
 21 ipsos locos  
 22 comparatela  
 23 diue  
 24 quicque  
 25 quam  
 26 gondiuadi  
 27 goesteo  
 28 quas  
 29 domnis suis  
 30 gundisaluo  
 31 ermesinda  
 32 sarrianiz  
 33 argielo medietatem integrum  
 34 medietatem integrum que

35 illa de  
 36 tuta et de  
 37 hereditate quas comparauiimus  
 38 pro  
 39 diuidemus  
 40 medietates  
 41 propria nostra  
 42 ganantiam quod  
 43 ad prestitum hominis est aut  
 44 ubicumque illum  
 45 iuri  
 46 randulfus presbiter  
 47 prepositus ildras  
 48 fratribus  
 " haec deserunt  
 49 infringendum  
 50 quilibet homo  
 51 que domini  
 52 deest  
 53 separatus ita  
 54 suscipiat  
 55 deest  
 56 hunc nostrum  
 57 deest  
 58 firmitatis roborem.  
 59 nostrum  
 60 et de  
 61 ipsius loci  
 62 abbatis  
 63 randufi  
 64 illius propositi

regimine suo fuerint et si quamvis monasterio leza non<sup>65</sup> deseruerit hunc<sup>66</sup> nostrum factum semper ad uaccariza uel<sup>67</sup> abba<sup>68</sup> ipsius loci uel fratribus suis deseruiat in omni tempore. Notum<sup>69</sup> die quod erit vii<sup>o</sup> idus iulii. Era<sup>69</sup> nonagesima iii<sup>a</sup> super millesima. truitino cognomento<sup>70</sup> falafe<sup>70</sup> in hac cartula<sup>71</sup> testamenti quam fieri elegimus et manibus<sup>72</sup> nostris<sup>72</sup> confirmauimus<sup>72</sup> et<sup>72</sup> roborauius+<sup>72</sup>. Qui presentes fuerunt.

Quintilla<sup>73</sup> iaquintiz<sup>73</sup> quos<sup>73</sup> vidi<sup>73</sup> — Enegus presbiter quos vidi — Cidi gondemiriz<sup>74</sup> quos vidi — Mitom<sup>75</sup> quos vidi — Radulfus<sup>76</sup> presbiter quos vidi — Dolquite<sup>77</sup> didaz quos vidi — Christoforus fromariguiz<sup>78</sup> quos<sup>79</sup> vidi — Guntado<sup>80</sup> presbiter quos vidi — Gundesindus<sup>81</sup> petriz quos<sup>82</sup> vidi<sup>82</sup> — Truitesendo<sup>83</sup> quos<sup>83</sup> vidi<sup>83</sup> — Gudesteo quos<sup>84</sup> vidi<sup>84</sup> — Gunsaluus quos<sup>85</sup> uidi<sup>85</sup> — Iohannes quos<sup>86</sup> vidi<sup>86</sup> — Cidi dauid quos<sup>87</sup> uidi<sup>87</sup> et<sup>87</sup> manu mea conf.

Fafila test. — Sauarigo test. — Gotierre<sup>88</sup> test. — Aluitus test. — Atam<sup>89</sup> test. — Pelagius test. — Cidi test. — Anserro<sup>90</sup> test. — Menendus test. — Cotino<sup>91</sup> test. — Menendus sentariz presbiter quos vidi et<sup>92</sup> manu<sup>92</sup> mea<sup>92</sup> conf.<sup>92</sup> — Randulfus presbiter Notuit.

65 ad uaccariza non  
66 hoc  
67 et abbati  
68 Nodum  
69 In era  
70 cognomento halafe  
71 carta  
72 manus nostras roboramus.  
73 Quandila ianquitz conf.  
74 todemiriz  
75 Mitom  
76 Andulfus  
77 Dolquide  
78 romarigiz

79 deest  
80 Gontadus  
81 Gondesindo  
82 conf.  
83 Truitesindus test.  
84 test.  
85 test.  
86 test.  
87 deest  
88 Guterre  
89 Atan  
90 Ansero  
91 Gotinus  
92 deest

## CCCLXXXIV

*Coto vel Goto (fortè Godo) uxor Pelagii donat viro suo bona quaedam, usufructu sibi servato, si prius vir decesserit. Charta autographa, ad Petrosense Monasterium pertinens, et ex scrinio Conimbricensis Universitatis nuper delata, in Publico Archivo custoditur.*

1055

Christus. In dei nomine ego coto prolix suario et cogina plaguit mici animo integro adque consilio nullo quoque egentis imperio nec suudentis artigulo neque pertimexentis metum set propria mici accesit uolumtas ut faceremus uobis uiro meo domno pelagio sicut et facimus kartula benefactis de ereditate nostra propria que abemus de rrio de pariamio usque usque (*sic*) rio de sparago de mazaneta tam de parentela quam etiam et de comparatela uel de ganantia et abe ipsa ereditate iacentia subtus castro ouibil prope litore maris territorio portugalense. damus uobis illa ab integro cum omni suas prestationes quantas qui in se obtinet qui ad prestitum ominis est tam de illa que ..... etiam de quanta gan..... in nostra uita et si ouitum ad uobis ..... de nos aduenerit abeamus nobis illa in nostra uita et post ouitum uero nostro remaneat illa in manus de progenie uestre. et si nobis primitere de uos ..... aduenerit remaneat illa in manus uestras et faciat de illa que volueritis liuera et ingenua sine ulla dilatione. et si aliquis omo uenerit uel uenerimus de propinquis nostris uel extraneis et nobis ad concilio deuendicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis illa dublata ..... fuerit meliorata ..... solidos et ad dominu qui ipsa terra imperauerit alio tantum et uobis perpetim auitura. Facta kartula notum die erit iii (?) kalendas setembris era m<sup>o</sup> LXXXIII.<sup>a</sup> domna goto prolix suario et cogina in anc kartula manum mea rouoro+.

qui preses fuerunt citi test. — fernando test. — alio citi test.

fromarigu sancti manum mea conf. — osoredo sapitiz manum mea conf. — eita sendamiriz manum mea conf. Egas quos notuit.

## CCCLXXXXV

*Alvitus Leovegildiz bonorum immobilium, quae in villis sive pagis de Recaredo, Gondivade, Costoias et Rial possidebat, dominium in manus Randulfi presbyteri transfert, sub conditione tamen ut ipse Randulfus, tanquam familiari, donatori hospitium praebeat quandocumque in domu ejus manere velit. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1055

**Agnitio placiti cuiusdam hereditatis**

Aluitus louegildiz placitum facio uobis randulfo presbitero in die erit in nonas decembris Era lxxxv<sup>a</sup> in super millesima. Talem placitum facio uobis de omnia mea hereditate quanta que habeo in uilla recaredi et gondi uadi et custodias et rial que uobis do ad pauendum que habeatis illam firmiter et mandato uos et omnis posteritas uestra. et ego non calumpniem uobis illam pro nullaque actio. et si uenero ad uestram casam que coliatis me in uestro seruitio et in mea hereditate in mea uita et post obitum meum habeatis illam firmiter pro remedio anime me ut semper deseruiat ad locum sancti saluatoris acisterium leza et ego eam non uindam nec donem nec in alia parte extraneem nisi ad uos et ad ipsum locum sanctum. Supernominatus aluitus in hoc placito manus meas ro+. Et si de placito exierim quomodo pariem uobis ipsam hereditatem duplatam uel quantum a uobis fuerit melioratum et uobis perpetim habiturum stante et permanente. Aluito in hoc placito manum meam roboro et confirmo. Hic testes. Froila arosindiz test. Gunsaluus test. Egoredo test. Gunsaluus test. Cidi test. Astrulfsu test. Vimara moniz test. Gundesindo test. Randulfus presbiter notuit.

## CCCLXXXXVI

*Pactum permutationis bonorum immobilium in villis de Cercedo, Cercedelo et Espinho, aliis bonis pro illis in villa de Jenesta datis. Charta autographa, ex qua sumpsimus, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1055

Christus. In domini domini (sic) nostri ihesu christi ego famulus dei diagu donaniz plagui mici per bone pacis et uoluntas ut contramutamus ad uobis ad a dona ermento gumdesindiz ... nostras ereditates unas cum alias de uila de sercedo et de cercedelo nostra ratione quantaque ibi adiuimus et de uila de espinu nostra ratione quamta cunctaque ibi abuimus. et sit illa non potueritis deuendigare intrequemus uobis in noquera et in grisandi et mea ratione de lagona et mea quarta de lopone damus uobis ilas uillas de durio in uauga que in carta resonat et xx solidos de ariento menus uno de alize adueatis uos ilas uillas que ad uobis contramutamus con quanto ibi ad prestitum ominis est. adueatis uos et omnis posteritalis uestra. et sit aliquis omo uenerit uel uenerimus et nos non uoluerimus autorigare como pariemus illas ereditates dublatas quanto ad uobis. et adcepimus de uos quarta de uila de ienesta. nobis bene conplagui perpetim aduiturum. facta cartula notum die erit Era millesima lxxxviii<sup>a</sup> x post ekalendas december. diagu donaniz in cartula manu mea ro+.

qui preses fuerunt tutesindu test. pelagi test. menendo test. uermudu test. froia test. mendo pelagi notui.

## CCCLXXXVII

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Macieira. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1056 (?)

In dei nomine. ego alito todemondiz plagui mici per bone pacis uolumtas ut facere uobis trasoi et coniungie uestre ermegundia cartula uenditionis de ereditate nostra propria que abeimus in villa mazanaria subtus alpe fuste discurrente ribulo camie terridorio portukal prope sancte marie de conciliario et abuimus illa de parte de abios nostros igo et trastemiro. damus adque concedimus uobis ipsa ereditate ad intecro per hubi illa potueritis inuenire cum prestationibus suis que in se obtinet que ad usum hominis pertinet per locis et terminis suis hantiquis et hacepimus de uos in precio xxx<sup>a</sup> modios in pane et in alio precio permiscuo xi modios minus quarta uos dedistis et nos hacepimus et de precio apud uos nicil remansit in deuitum. Ita ut de odie die et tempore sit ipsa ereditate de iuri meo abrassa et in uestro tradita et confirmata. abeatis uos et homnis posteritas uestra uel quitquit cum dei iubamine inde facere uolueritis. et si aliquis homo uenerit uel uenerimus ..... ex quibus de propinquis nostris uel extraneis contra hanc cartula ad inrumpendum que in iudicio deuindigare non potuerimus aut noluerimus hauricicare et deuindigare post parte uestra quomodo pariemus uobis illa duplata seum triplata et uobis perpetimabitura. facta cartula uenditionis xvi<sup>mo</sup> kalendas februarii. Era lxxxviii<sup>a</sup> aloito todemondiz in hanc cartula manus mea ro+.

pro testes. zamario test. godino test. gunsalbo test. odario test. menendo test. menendo presbiter notuit.

Et de ipsa ereditate conparaui ego trasoy ii<sup>as</sup> partes et gunsalbo gulfariz tercia.

## CCCLXXXVIII

*Permutatio praedii cuiusdam in villa Codes (?) dicta pro alia in villa de Sousella. Ex charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinente, in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1056

Christus. In nomine domini nostri ihesu christi. Ego famulo dei manzor tanoizi (?) una cum subrinis meis nominibus tanoy et moniu in persona nostra et de nostris iermanis in domino deo eterne et indiuidue sancte trinitatis ... non pertimescentis metu nec suadentis articulo sed proprias nostras accessit uoluntas ut faceremus uobis muniu maniulfiz et ad subrinis uestris leouenga muniu et pelagi et unisco sicut et facimus kartula uel contramutacionis de hereditate nostra propria que habemus de pars amborum siue de parentorum nostrorum. et habet iacentia in villa quos uocitant villa cotes (?) subtus mons petrosello territorio anegia prope ribulo tamize. damus atque concedimus uobis ipsa nostra hereditate per suis locis uigus et terminus antiquus per ubi illa potueritis inuenire in montes in fontes terras ruptas uel barbaras petras mobiles uel inmóobiles arbores fructuosas uel infructuosas aquis aquarum et ductibus earum uel sesicas molinarum domus domorum exitum accesum uel regressum uel quicquid aprestitum ominis est ab..... post uestra parte. et accepimus de uos proinde alia incontramuta que habetis in villa sausella de parentorum uestrorum integra foris inde vi portione cum omnis prestationibus suis qui remansit ingenua post uestra parte. habeatis uos illa quia uobis concedimus et omnis posteritas uestras firmiter quia de pretium apud uos nicil remansit in debitum. et si tamen quo fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula contramutationis ad inrumpendum que nos ad iudicio deuindigare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa hereditate dublata uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta carta contramutationis notum die quo erit viii kalendas iulii. Era m<sup>a</sup> lxxxviii<sup>a</sup> iii. Ego manzor et tanoy et muniu in nostras personas et de nostris iermanis in hanc ..... uel contramutationis manus nostras r+++oboramus.

Pro testes anserigu test. —abdella test. —guncalbo test. —ramiru test. —froisendo test.

Viliulfus notuit. Micahelis innouauit (?).

## CCCLXXXIX

*Pactum venditionis quorundam bonorum immobilium in villa de Ermoriz. Charta autographa, ad Petrosense Monasterium pertinens, nuper ex scrinio Conimbricensis Academiae, in Publicum Archivum delata, nobis textum suppeditavit.*

1056

In dei nomine. Ego elduara plaguit mici bona uolumtas ut uinderet uobis pelagio guntalbiz et coniunge uestre goto prolix suario et gogina ereditate mea propria que abeo in uilla ermori subitus castro de obile discurrente ribulo paramio teridorio portukal. do uobis de ereditate quos .... de pater meo arias eitaz  $III^a$  inteca tam de parentella quam etiam de comparadela siue et plantato que plantavi cum uiro meo fernando .. ipsa ereditate et de ipso plantato quantum me copotet inter meos fratres uel eredes per ubi illa potueritis inuenire per terminis antiquis cum prestationibus suis que in se obtinet que ad usum hominis pertinet. et hacepimus de uos in precio huno boue  $I^o$  modio ..... tantum mici bene conplagui. Ita ut de odie die et tempore sit ipsa ereditate de iure meo abrasa et in uestro sit tradita et confirmata. et si aliquis homo ueneri uel uenerimus ex ..... de propinquis nostris uel extraneis contra hanc cartula ad intrupendum per alia scriptura aut per qua...m ... ue hactio que in iudicio devindigare non potuero aut noluero quomodo pariet uobis ipsa ereditate dublata seum triplata et uobis perpetim abitura. Facta cartula era LXXXVIII post millesima vi idus agusto. elduara in hanc cartula manus ..... ro+. palagio habomariz. uermudo menendiz. menendo zalamiz. carcia. alio carcia presbiter. uermudo eitaz notuit hic testes.

CCCC

*Pactum venditionis omnium bonorum quae venditores in villis de Figueiró et de Segemonde possidebant. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1056

Christus. In dei nomine ego segefredo una pariter con suprinis meis nominibus gutina et bona et astrilli et guntina filias de frater meo petro andulfizi ideo plagui nouis per bone pacis uolumtas ut uinderemus ad uouis gunsaluo rouparsi et ad conconiungia (*sic*) uestra munia prolis suarizi nulius quoque gentis imperio nec suadentis artigulum neque pertimeixentis metum se propria nouis adcepsi uolumtas ut sigu et facimus ad uouis kartula uenditionis de ereditates nostras probias que abemus in uillas quos uocitant fiqueirolo et segemondi teritorio portugalesis subtus kastro argefensi inter abe et aleste uendimus ad uosuis in ipsas uillas nominatas omnia nostras ereditates quantasquecumque ibi abuimus dou ego segefredo andulfizi de ereditate de parentibus meis nomini andulfu et godegia  $V^a$  integra et ila kasa que comparauit de mea germana leouili et nos nominiminata (*sic*) filias de petru uendimus ad uouis de ereditates que abemus de pater nostro petru  $III^o$   $VI^a$  in ipsas uillas nominatas fiqueirola et segemondi quantu nouis compota inter nostros fratres uel iredes. et acepimus de uos pretio ego segefredo  $XXVII$

modios et nos filias de petru adcepimus de uos pretio  $I^a$  uaka con suo bezeru inde  $XVI$  modios et alia bezera et modium de milio ..... tantu nouis bene conplagui. ida ut de odie in die uel tempore siant de nostros iure abrasas et et (*sic*) in uestro iure siat tradita uel confirmatas uos et omnis posteritas uestras cun cumtis aprestationibus suis quantum in se obtine que aprestitum ominis est ubique ila potueritis inuenire per suis terminis et lozis antiquis comodo ila ad uouis delimitauimus et corum testibus asinamus. et si quis tamen confrigeri (*sic*) non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc kartula ad inronpendo que uos in iuditio non potueritis uindigar in uoce nostra au nos post parte uestra comodo pariemus ad uouis ipsas ereditates dublatas uel quantum ibi fueri melioratas et uouis perpetin abituri. facta kartula uenditionis notum die erit  $XVII^o$  kalendas octobris. Era millesima LXXXVIII.<sup>a</sup> segefredo et gudina et bona et astruili et guntina in anc kartula uenditionis manus nostras r+++++s. et damus uouis ila per persolta de ila comites domna ilduara et domná toda et .....

CCCCI

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1057

**Testamentum de hereditatibus de palaciolo et de sancta cruce**

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus et gloriosorum martirum ob honorem sancti saluatoris et sancti martini episcopi et sancti uincenti leuite sanctorum petri et pauli apostolorum acisterio prenominata uaccariza et reliquias loci que uocabulo sancti uincenti et leuite cuius baselicaca (*sic*) et fundata est in ipsa domo suburbium portugal et colimbriense prope riuulo certume subtus mons nuncupato buzaco riuulo discurrente de monte buzaco. Ego famulus dei floyla et coniugia (*sic*) eius gonza diuine memorie nostre testamus concedimus ad ipsum locum et uobis aluito abbatii et fratribus et monachis qui ibi habitantes fuerint et uiam monasticam tenuerint testamus ibidem terciam de nostras uillas cum aiunctionibus suis pro remedio animarum nostrarum Iam supra nominatus floila et gonza damus atque testamus. hic sunt uillas prenominatas nr<sup>a</sup> de palaciolo et de sancta cruce tercia quantum computa inter omnes eredes et in borrreros vi<sup>res</sup> lairas. Ipsas uillas iam supra taxatas concedimus inde terciam integrum a parte acisterio quod iam superius diximus et ad ipsius locis sanctis et uobis aluito abbatii et fratribus et monachis qui ibi perseverantes fuerint pro remedio animarum nostrarum ut sitis nobis ante deum merces copiosa et ueniam peccatorum. Adicimus ibidem terciam de illas uillas sicut superius resonat per suis locis et terminis antiquis et cum aprestacionibus suis et omnia que ad prestitum hominis est. damus atque concedimus ibi pro remedio animarum nostrarum ut tolerantia sic (*sic*) in fratres et monachos ibi persistentes ad ipsum locum sanctorum seruitio ut sic (*sic*) stipendum fratrum et hospitum peregrinorum pupillos et aduene. ita ex presenti die ipso quod in testamento resonat sit ei licitum et concessum habendi et possidendi usque in finem et in seculum seculi. Et non damus licentiam in illa tercia ad seminem nostram de illas hereditates nec uendendi nec donandi nisi ad ipsum locum seruiendi et fratres monachos qui ibi habitantes fuerint et uitam sanctam perseuerauerint usque in finem et in seculum seculi Habeant et possideant. Vt si quis tamen quod fieri minime credimus et aliquis homo uenerit ad irrumpendum hunc factum nostrum tam propinquis siue extraneis in primis sit excommunicatus et a fide christi sit extraneus et cum iuda traditore abeat participium in eterna damnatione et insuper componat ipsum quod in testamento resonat duplatum uel triplatum et ad iudicem qui illam terram imperauerit aliud tantum et uobis perpetuum habituro et hoc nostrum factum in cunctis obtineat firmitatis roborem. Facta series testamenti nodum die quod erit xii<sup>o</sup> kalendas februarii. In era LXXXX<sup>a</sup>v<sup>a</sup> superacta millesima. Regnante fernando principe prolix sanctii filius. Froyla et coniugia eius gonza diuine memorie in hac scriptura testamenti quod fieri elegimus et relegendō cognouimus et nos facta manus nostras confirmamus + +.

Qui presentes fuerunt et firmauerunt. Gunsalaus uenegas test. — Paai gunsaluiz test. — Dominicus filius froila et ergonza manu conf. — Teidom test. — Emila test.

Pelaio test. — Bendo test. — Cidi test. — Vermudus test.

CCCCII

*Ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p̄ae se fert, hausimus.*

1057

**Carta de villa segefredi**

Donnis inuictissimis hac triumphatoribus gloriosisque martiribus sancti Saluatoris sancteque tue genitrix marie semperque virginis Sanctis apostolis petrus paulus iacobus iohannes tomas Andreas philippus bartolomeus necon et iohannes baptiste ad domino missos et ad officium predicationis electus cum martiribus christi romani Stephani protomartir facundi et primitui iusti et pastoris laurenti arcidiaconi uincenctii leuite celesti cruore perfusos cum uirgines eolalie christine eugenie eufemie dorotee agate celesti talamo collocatas et ultimo martiris beato pelagio uel omnium sanctorum martirum uirginum atque confessorum quorum reliquie recondite sunt in monasterio vimaranes que est fundata ad radicem oppido latito inter bis alueis uchementibus aue et au-

D. et C. Tom. I.

62

cella urbium bracarensium. Ego ancilla christi Godegia confessa cum peccatorum mole depressa quia nec initium nascendi nouimus nec finem seculi scire ualeamus quando e seculo migraturi erimus admonentem nos illum da uiticum qui ait — Uouete et redditte domino' deo uestro omnis qui in circuitu eius offertis munera — et in alio loco dicit — tua sunt domine omnia et que de manu tua accepimus deditus tibi quia peregrini et ospite sumus super terram —. et ideo deuotioni mee extilit ut de paupertacula nostra aliquid aule sancte uestre ecclesie offerre sicut et ofero pro animas nostras et de odario arriani. id est villa nunccupata segefredi ab integro sicut illa ganaui cum ipse odario diue memorie in uita sua et sicut illa obtinuit post obitum suum iuri meo ab omni integritate concedimus cum cunctis adprestationibus suis que in se obtinet et ad prestitum hominis est. damus cum edificiis terras ruptas uel barbaras aquis aquarum et sesicas molinarum exitu montium et regressum. et iacet ipsa villa iusta uilla lemeni et abrigosa subtus monte crasto beati (?) inter duos riuulos pelelio et alister territorio bracarensis quomodo illa ambas ganauimus per pretium et firmitatis roborem et quomodo in nostris scripturis resonat ubique illa potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis. omnia que est et quante est do atque concedo ad ipsum locum sanctum et ad fratrum et sororum ibidem persistentium qui boni fuerint et sub manu abbatis caste et sobrie uixerint uel in uita sancta perseverauerint ut sit inde illis tolleratione et ante deum nos mercis copiosa in eterna remuneratione quo et iuratione confirmo per divinitatem sanctam et tronum glorie eius quia contra hunc factum nostrum nunquam ero uentura ad inrumpendum. Et si aliquis ex propinquis nostris uel exteris hunc factum nostrum infringere uoluerit aut immodico conauerit quisquis ille fuerit auferat dominus memoria illius de terra et deleat nomen eius de libro uite et cum iustis non scribantur sed cum biot enatus sit pars illius in eterna baratro et iuda domini proditore eres effectus parili pena sit luiturus non accipiat corpus sanguinis domini nostri ihesu christi portio sed similis pereat et pena tabescat et comprehensus coram comite uel iudicis terre istius in quadruplum componat quantum inde usurpare conauerit post parte huius ecclesie et hunc factum nostrum in cunctis obtineat firmitatis robore longeua dierum. Facta series testamenti notum die quod erit x<sup>o</sup>v<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era m<sup>a</sup> LXXXX<sup>a</sup>v.<sup>a</sup> Godegia confessa in hac scriptura quod fieri elegi et uotum meum adimplendo sicut cum odario arriani in uita sua uerbum abuit ita et ego manu mea conf.

Petrus abba conf. — Gomez eigat conf. — Arriani prepositi conf. — Fagildus confessus conf. — Didacus conf. Osorio conf. — Vermudus flomarici conf. — Pelagius menendi conf. — Gomice fernandiz conf. — Aloito eiriz confimo.

Emila scelemondiz presbitero notuit.

### CCCCIII

*Descriptsimus ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p[re]ae se fert.*

1057

### Kartula de hereditate de villa trasariz

In dei nomine. Ego dauid dominigoz in domino deo eterna salutem amen. Ideo placuit mihi per bone pacis et uolunptas nullisquoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria mea uolunptas accessit vt facerem uobis Dominico dominigoz et seniorina pelagii cartula uenditionis et firmitatis de hereditate mea propria que abemus in villa trasariz subtus mons penito discurrente riuulo aue territorio bracarens. et abet iacentia in illo casal de dominico dominigoz sub sancti tirsi. leuat se de illa larea de honorico elias et ferre in illa carraria que uadit pro ad sancti tirssi. illa mea m<sup>a</sup> uobis inde concedo pro quo accepi de uos pretio n<sup>o</sup>s modios tantum mihi bene complacui et de pretio apud uos nichil remansi in debito. Habeatis ea firmiter uos et omnis posteritas uestra et quicquid de ea facere uolueritis liberam in dei nomine habeatis potestatem. Siquis tamen quod fieri non creditis aliquid homo ueneri uel uenero contra hanc carta ad inrumpendum que ego in iuditio deuindicare non potero post parti uestre aut uos in uoci mee post parti uestre quomodo pariet uobis ipsa hereditate duplata uel triplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta carta uenditionis et firmitatis notum die x<sup>o</sup>v<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era m<sup>a</sup> LXXXX<sup>a</sup>v.<sup>a</sup> Ego dauid dominigoz in hac carta uenditionis et firmitatis manu mea roboraui. Qui presentes fuerunt. cresconio test. Pelagio test. Dusdicos test. Honoricus test. Germias qui hoc notuit.

CCCCIV

*Adosinda Galindiz et Godina Diaz agrum quem possidebant in villa de Lagoa Gutierris  
Tructesindiz uxoriique ejus donant. Descripsimus ex charta autographa, in Publico Archivo ser-  
vata, ad Morariense Monasterium pertinente.*

1057

In dei nomine ego adosimda galindiz et godina diaz Ideo plaguit nobis per bone pacis uolumtas ut facere-  
mus uobis gutiere tructesindiz et utxori uestra ermentro gomdesimdiz cartula donationis per scriptura firmitatis  
sicut et facimus de laria de terra que damus in uilla que uocitant lagona. et abe ipsa laria iacentia .. illa quim-  
tana damus et donamus ipsa laria que faciatib ibe uestro casale et abe iacentia ipsa laria in ripa de ilo rio et  
quod abe domna adosimda pasales in lomco xiii ..... et in ampio xvi et quod abe domna godina in lomco  
iii pasales et iii cobetos et in ampio xvi damus et donabimus aque concedimus et adcepimus de uos serbitio et  
aiutorio ..... mici date tantum nobis bene conplaguit discuremte ribulo lagona de ubile prope litore maris. Ita u  
de odie die uel tempore siat ipsa laria de iure nostro abr.... et in uestro iure et dominio siat tradita et confirmata  
abeatis uos ipsa laria firmiter uos et omnis posteridas uestras usque in seculum seculi. Si quis tamen quo fieri  
non credimus aliquis .... uenerit uel ueneritmus contra anc cartula donationis que nos a parte uestra deuimdi-  
gare et obtorgare non potuerimus aut noluerimus nos quomodo pariemus ipsa laria dublata et quamcum a uobis  
fuerint meliorata et uobis perpetimabituro. Facta cartula donationis in die quod erit viii kalendas aprilis. In era  
lxxxv super millesima. adosimda et godina in anc cartula donationis et firmidatis manus nostras r++o.

qui preses fuerunt egas diaz confirmo — gutiere test. — diago test. — suero diaz test. — meendo test. —  
romarigo presbiter — suero presbiter — aluaro presbiter — pelagio donaniz notuit.

CCCCV

*Donatio quarundam salinarum in littore maris propè Esgueira Monasterio Vaccariciensi  
facta. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1057

#### **Testamentum gendi et argelo et de denelom et de tedom**

In nomine domini nostri ihesu christi illuminator atque sanctorum omnium reparator christe emanuel qui  
duxisti de tenebris lumen explendescere ad illuminationem scientie claritatis tue et qui post crucem eximio tem-  
pore paras opera et quod pollicitum esse dixisti seruum aut ancillam uel domini parare. Ego domine famulo tuo  
gendo placuit michi in tuo amore christe et timore ut hereditas mea in domo domini offerre pro remedio anime  
mee tam etiam uxor mea argelo et filius meus denelom et tedom. Et me ipsum quod pollicito implebo domino  
deo uoto ego. In nomine patris et filii et spiritus sancti apostolis almis virginibus sacris sancti martini

et sanctorum apostolorum petri et pauli et quorum inter eos principatum tenent sancti uincenti  
leuita cum esse dinoscitur in uilla uaccariza subtus alpe buzaco secus amnem mundeci territorio mons maior. Adi-  
cimus ibidem domine ad ipsum sacrosanctum et uenerabilem templum dei testamentum facio de salinas meas  
quas habeo in marina de isgueira li<sup>a</sup> talios cum suos uasos quos ad illos seruiunt. damus atque concedimus dum  
uita uixerimus et posteritas mea. et si in hoc mundo periculis uenerit ad ipsum gendo aut ad uxorem suam aut  
ad filios suos quos iam supra nominauimus quod seruant integras ad monasterium et uos domine et pater flo-  
ride abba et presbiteros et fratres et congregatio cenobii uaccarize sub ea uidelicet ratione seruate et in uila uestra  
obiurgetis. et post obitum uero uestrum quicquid habitauerit sub uestra benedictione habeant et possideant.  
et omnes indigenti aduena pupilli pauperes orfanos qui hereditatem non habuerint habeant et possideant. Ita uno  
moneo ut nemo presumere in alia parte transferre uendere uel donare sed in hoc loco predicto seruire. Et ita eos  
tamen discussse firmiter estate ut illorum hereditas fiat potestate. Et si aliquis homo ex propinquis nostris ierma-  
nis suprinis filiis uel neptis qui hunc factum nostrum irrumpere uoluerint uel uenire temptauerint ueniat super  
eos ira dei et rufa celestis et uorax inferni baratri et insuper tunc infera pariet ipso que contigerit duplato et ad  
iudicem qui illam terram imperauerit aliud tantum. Facta est series testamenti notum die quod erit xii<sup>a</sup> kalendas

decembris. Era LXXXV<sup>a</sup> Post millesima. regnante domno fernando rege. Et ego gendo in hac serie testamenti manum meam confirmo +.

Qui presentes fuerunt. Domnus auns albo (*sic*) iben egas manu mea conf. — Fromarigo sancii manu mea conf. — Onorigo gunsaluiz manu mea conf. — Pelagius gunsalui manu mea conf. — Oseredo sabidiz quos oidi — Tedom test.

Eita sandariz quos vidi — Petrus moniz test. — Paaio test. — Guzoi anseriguiz test. — Guizoi uimariz test. — Didacus test.

## CCCCVI

*A defonsus presbyter peculium suum salinasque ad ostia fluvii Leça sitas donat, usufructu dum ipse vixerit servato. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptissimus.*

1057

**Testamentum de peculiare**

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus sanctis gloriosis sancti saluatoris et sancte marie semper uirginis et sanctorum apostolorum uel martirum cum coro uirginum cum sociorum sanctorum eius. ego famulus dei adefonsus presbiter cum peccatorum mole depressus et timens diem magni iudicii placuit michi per bone pacis uoluntas et pro remedio anime mee offero ad domum sancti saluatoris et sociorum eius et ad monasterium leza subtus mons custodias discurrente riuulo leza territorio portugalense. Damus ad ipsum locum sanctum et uobis randulfo abbati et ad fratres qui ibidem in uita sancta perseuerauerint et monasticam duxerint uitam omne pecculum uel peculiare meum tam que habeo uel de hodie die augmentare uel ganare potuero usque ad obitum meum ab integro illum offero ad ipsum locum sanctum pro remedio anime mee. et dicimus in isto testamento ut habeamus ipso pecculum in uita nostra et post nostrum obitum sit post parte monasterii leza et ad domum sancti saluatoris et non damus ibi licitum ad ullum genus hominis nisi ad domum domini et fratribus qui ibi perseuerantes fuerint. et adicimus ibi nostram marinam quam ganamus in foce de leza in illa marina et ganamus illam pro nostro precio obtimo et per cartas firmissimas. ita ut de hodie tempore de iuri meo sit abrasum ipsum peculium uel hereditas et in iuri de ipso loco uel de ipso abbate et fratribus ibi habitantibus fiant confirmatos nisi tantum in mea uita me ad tolerandum de uestras manus. Si quis homo hoc factum meum irrumpere temptauerit tam de genere meo quam extraneis potestas uel miles sit semper maledictus usque in perpetuum euo perempni et pro pena temporalia pariet ipse pecculum et hereditas quadruplatas post parte testamenti et aliud tantum iudicato. Facta carta testamenti die erit III<sup>o</sup> kalendas decembris. Era LXXXV<sup>a</sup> super millesima. Adefonsus presbiter in hac carta testamenti manum meam roboro + et confirmo.

Qui presentes fuerunt. Atam test. — Andulfus presbiter test. — Dauid test. — Puella test. — Recamundus test. — Froila test. — Tudegildus diaconus conf.

Cidi test. — Gontado test. — Sendinus test. — Pelagius test. — Menindus test. — Pelagius test. — Dolquite didaz test. — Venandus test.

Zameiro test. — Randulfus clericus conf. — Didacus presbiter conf. — Trastemirus test. — Louegildus test. — Andrias test. — Tructesindus test. — Randulfus Notuit.

## CCCCVII

*Ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p[re]ae se fert, sumpsimus.*

1058

**Karta de osgildi et candanoso cum sua ecclesia et sancto mamete et sancto christoforo**

Plerumque humani generis fidelium celsitudinis debet honorari cum diuine uoluntatis imperio capud regnandi sumpmat sceptrum si in ipso sue electionis primordio adtendit. Gratianus ergo iussa celestia amplectentes

modestas simul nobis et subditis leges quibus ita nostri clementia et subcedentium regnum fuerit excellentissimum unus atque prouidens generali multitudini dispositio regerat quem ideo ordinaliter tunc uerus diligit cum unius humane saluti discernere iustitiam imperat oraculis. Et quia solius tam immense dispensatione componat ordo faciendi quem expertos uisionis ueritatis adducit et operationem facti depositit. Vnde nos melius mores eloquia ordinstantes inducimus atque obtamus indagatione studiis reserantes. erit in aduentione deo sibique tantummodo consilium proprior atque consequenter sit quod dixerit uel que promenda compleat quam inplenda depromat Ut dum salus competens prospicitur regnum fida ualentius generatur—. Ego enim famulum atque seruum dei petrus abba et confessus presentis legis degreta amputare clegio de quicquid possidere reperitur in predictis concedere uel facere. Ad dominis inuictissimis hac triumphatoribus gloriose sanctisque martiribus sancti saluatoris sancteque tue genitrix marie semper uirginis sancti michaelis arcangeli et sociorum eius sanctos apostolos petrus et paulus sancti iacobi apostoli sancti iohannis apostoli et euangeliste et sancti iohannis baptiste sancti tome apostoli sancti andree apostoli sancti philippi apostoli sancti bartholomei apostoli sanctorum simonis et iude apostolorum sancti martini episcopi sancti romani sancti pelagii martiris sancti cipriani sancti stephani sancti felicis sancti laurentii et comitum eius sancte eolalie uirginis sancte marine sancte eufemie sanctorum iuliani et baselisse sancti adriani et natalie sanctorum cosmas et damianus uel omnium sanctorum uirginum atque confessorum quorum baselice sita est in villa nuncupata vimaranes territorio portugalensis haut procul alpe sancti mametis inter bis alueis uehementibus aue et auizella. Ego enim sepedictus petrus abba et confessus cum peccatorum mole depresso in spe fiduciaque sanctorum non usquaque disperatione deicio que sepe reatu meo criminibus et iniquitatibus mearum pauesco Ut per uos sanctis martiribus reconciliari merear communem huc sanctorum omnium agmina fida supplicatione uotis hominibus imploro. Et ideo deuotioni mee extitit ut ob honorem saluatoris et nostram placibilem clemenciam Concedo ad huius aule beatitudinis uestre et ad locum sanctum supra taxatum uel seruorum et ancillarum dei ibi persistentium id est in montelongo villa aminitello cum adiunctionibus et incommunionibus suis duas partes de illa integras per suis terminis et locis antiquis. Ita quomodo nobis illa concessit rex domno adefonso cum heredibus suis comes Nunus aloitz et eius coniuge comitissa domna Ilduara etiam comitissa domna onnega simul et comitissa domna mummadomna seu et comitissa domna Tuta uegilaz et filiis suis ermegildus et luppe per cartulam firmitatis. Adicimus etiam in ipso territorio villa quod dicunt villa mediana integra cum incommunione de menendo et cum alias incommuniones (*sic*) et adiunctiones fora de ipsa villa hi prope sunt. in villa cellariolo et insula siue et in aliis locis cunctisque sunt sicut illas dedit Adefonsus serenissimus princeps cum heredibus suis superius nominati et sicut in carta et in agnitione resonat. Adhuc enim concedimus atque contestamus ad hunc scimiterium vimaranes villa osgildi integra per suis terminis et locis antiquis. Concedimus ad ipso cenobio vimaranes siue de parentum meorum seu ganationes et commutations ubique potueritis illas inuenire cum cunctis prestationibus suis pro remedio anime mee simul et de genitores mei. Nunc autem ordinamus ut ipsa villa osgildi habeant illa in ipso arcisterio sorores in stipendio illorum in uictum et tolleratione per manu abbatis qui hunc cenobio ducatum habuerit et reddat ad illas fideliter illo fructu per curriculos annos cunctis diebus sceptis alia sua ratione que de hanc monasterio sunt solitas accipere. Adicimus hic in ipsa villa osgildi ex alia parte selio senra que dicent de gumilaes leuat se de ipso riuulo et plega in pena que dicent cogulata ab integro cum cunctis prestationibus suis Et in ripa et de alia parte leuat se de illa uereda et de illo mulione ubi illa arca stetit et figet se in porto carriero sub agro que dicent nouales. Isto que conclusimus cum suas aquas et cum omnia sua ab integro post parte de ipsa villa osgildi permaneat. Item uero inter selio et aue concedo in hanc cenobio villa palatiolo sicut in nostras scripturas resonat ab integro cum cunctis prestationibus suis. Et in ripa selio hereditates quantasque ibidem ganauimus siue de ista parte quomodo et de illa alia ab integro cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est et sicut in nostras scripturas colligatas sunt Et quomodo determinant cum villa antemiri et cum villa siluares et cum villa asoredi et cum villa palatiolo et pensello et de creximir. Et in villa siluares prope domus sancte marie hereditates hic quantasque ganauimus per pretium et cartas et sicut illas in scripturis nostris inueneritis. Et hic prope in villa fontanello hereditates quantasque ibidem potuimus ganare uel aplicare de multis homines quorum nomina illorum in cartas et in placitos et annuntiationes et in aliis scripturis nostris inueneritis. Et inter selio et sancta maria villa maurelli ab integro quanta ibidem ganauimus de louerico martini et de menendo erit et de manualdo menendiz et de illorum mulieribus siue et de aliis suis heredibus etiam et quomodo in scripturis inueneritis. Et de hanc parte selio hic iuxta illum hereditates quantas hic abuit Maruam et sua mulier et suos filios Necnon et flamulina cum filiis suis et galindo et suis heredibus Et tio iheremias seu de quantos ibidem ganauimus et applicauimus ab integro in hanc scripture concedimus cum cunctis prestationibus suis. Item adhuc contestamus et concedimus in ipso territorio villa candanoso per se cum ecclesia uocabulo sancti iacobi apostoli et hic aliis villis nostris nominibus villa lauredo villa eiriz villa uarzena et ecclesia uocabulo sancti christofori cum suis dextris et cum suis adiunctionibus et cum omnia sua mediatate integra et villa sauto et medietate de ecclesia uocabulo sancto mamete de monte cauallos. Has uillas et ecclesias sicut in hanc testamento et in alias nostras scripturas sunt colligate in unum per

suos terminos in omnique circuitu et locis antiquos leuat se de riuulo selio et perget infesto per termino de crexemir et perge pro ad uillare et prega in portela de nesperaria et exinde infesto per uallo antico in directo pro ad penas agutas et torna ad monte decocto per termino inter villa candanoso et uillar tibi modo eldosindo habitaui et exinde per cacumen montis de cauallos et plega in sancto mamete et conclude ipsa ecclesia et torna in prono per confurco per termino inter villa sauto et villa palatiolo et inde per termino de villa louegildi et plega super illos summios in selio et conclude de foris ex alia parte alias lareas et torna cum eas infesto per ipso riuulo et figet se in termino de creximir ad illo porto de illas annias ad illa senra super termino de siluares unde primiter incoauimus. Iotas uillas et ecclesias ab integro concedimus cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est. Et sub portela de uillela sub monte anniam villa zappianes cum omnia sua ab integro quantum ibidem ganauimus et sicut nostras continet scripturas. Et in riuulo de molinos quanto ibidem ganauimus ita sicut in scripturis resonat. Item adhuc concedimus in hanc testamenti 1º lecto palleo 1º almucella de cikilaton 1º cassulla grecisca 1º mensurio de xxx<sup>a</sup> solidos deaurato 11<sup>a</sup> concas deauratas illa 1<sup>a</sup> de L<sup>a</sup> solidos et illa alia de xxxv<sup>a</sup> solidos 1<sup>a</sup> coppa argentea deaurata numero solidi LX.<sup>a</sup> Vasos argenteos III<sup>e</sup> de xv<sup>m</sup> xv<sup>m</sup> solidos 1<sup>a</sup> pimenteira scultile deaurata continet solidos XVII<sup>m</sup> II<sup>o</sup> concos ereos et II<sup>o</sup> aquamaniles uno amtiphonario 1º ordinum III<sup>e</sup> psalterios equas et uaccas et quantasque habeo in villa moraria montelongo et in petroselo siue et in aliis locis. etiam boves quantas in nostras villas inueneritis seu porcos et pecora premiscua que abeo et deinceps cum dei libamen ganare potuero. Et mandamus pro nostros cauallos et mulas et qui illos de nos abuerint monachos uel laicos faciant mihi cum eos seruitum in uita mea et post obitum meum sedeant prosolutos cum eos a fatie dei pro remedio anime mee. Eatenus quod desuper scriptum est in hanc series testamenti sit nobis in uita nostra in stipendum et in toleratione et post huius discessum anime nostre ad parte scimterii sancti et ad fratres et sorores hec omnia deseruant pro remedio anime nostre euo perenni. Ita ut nullus ex propinquis nostris uel extraneis probrium uindicantes qui seculariis negotiis fuerint occupati nisi qui post obitum meum abba de hoc cenobio uel qui census regule sancte fuerint domino seruientes pro luminaribus altiorum sanctorum saltim elemosinis parumperum susceptione peregrinis uel aduentantum hospitum sint concesse et post scimterii sancti confirmate. Siquis denique hunc factum nostrum in post nostrum obitum quam uellet uel infringere temptauerit episcopus abba prepositi uel decani seu deouote aut quisquis ille fuerit sit anathema in conspectu dei et sanctorum apostolorum ut partem non habeat in resurreccione prima sed cum iuda domini proditore particeps luat effectus pari pena et preiuditio domini presenti euo plaga percussus ad uertice capitis usque in uestigia pedum eius lepre prouolutus coste scaturire uermibus sit multatus. ita ut ne carnes putridas terra suscipiat sed ad uniuersa ecclesia excommunicatione multatus permaneat et coram rege pontificibus aut ducibus uel iudicis terre iuditio sit abdicatus ex propriis facultatibus in quadruplo componat quantum inde usurpare uoluerit post parte scimterii huius et ad omnes ibi persistentium. et hec series testamenti in robore permaneat iugis eonis. Facta series testamenti in die quod erit VIII kalendas marci. Era M<sup>a</sup> LXXXXVI.<sup>a</sup> Petrus abba et confessus hunc uotum meum diligentissime offeri deo debo et quasi in cenobio supradicto facere semper procuraui atque manibus meis confirmo.

Gomize egicat manu mea conf. — Osorio telliz manu mea conf. — Didacus confessus manu mea conf. — Uestella confessus manu mea conf. — Gudesteus confessus manu mea conf. — Ranosindus confessus manu mea conf. — Viliamirus confessus manu mea conf. — Fofinus confessus manu mea conf.

Ilduara comitissa proliz Ermegildus et tuta conf. — Arriani prepositi conf. — Christoforus viliamirus iudex presbitero — Pelagio cedit iudex presbitero conf. — Iheremias airas presbitero conf. — Menendus pelagii presbitero conf. — Pelagio airas presbitero conf.

Froila arriani presbitero Notuit.

#### CCCCVIII

*Pactum venditionis fundi in villa Gazin dicta. Ex autographa charta, olim in scrinio conventus monachorum Conimbricensis, da Graça dicti, existente, nunc vero in Publico Archivo custodita, sumpsimus.*

1058

In dei nomine ego rramirus et uxorit mea godo plaguit nobis bone pacis et uoluntas nunlius quoque gentis imperio nec suadentis artigulo nec pertimexentis meduun set probia mea uoluntade ut fazeremus uobis osorede pelagiz et coniungia uestra domna lleodegundia sigu et fazimus kartula uenditionis de ereditade nostra probia que auemus in uilla quos uozidant gazin teridorio portugalensi inter aue et alister in llogo predicto in quintana de ulla et in ipsa uilla gazin damus uobis iuiden II<sup>a</sup> de ereditade de parentibus meis tructesindo et nunillo tanto nos compode inter meos fratres uel eredes. et azepimus de uos prezio 1<sup>a</sup> uaka con suo filio in ueginti modios et uno

modio in alio prezio tanta nobis bene complaguit. ida ut de odie die uel tempore sedea de iuri nostro abrrasa et in iuri uestro tradida et confirmata et de omnis posteridas uestras. aueadis uos ipsa quod super resonā ubique illa podueridis inuenire in illas uillas con quanto in se obtine que aprestidū omnis est per suis terminus inda ut si aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc kartula inrunpendo que uos in iudizio uindigare non podueridis in uoze nostra aut nos post parte uestra comodo pariēmus uobis ipsa ereditate dubla uel tripada et uobis perpedin auidura. facta kartula uenditionis nodun die ii nonas marci. Era **TLXXXVI.**<sup>a</sup> ramiro et nunillo in anc kartula manus nostra++s.

qui uiderunt enego test. —tedon test. —pelagio test. —suario test.

elias test. —cresconio test. —uimara presbiter test.

Sonimiro notuit confirm.

## CCCCIX

*Gomice quidam Monasterio S. Mariae, in villa de Campanhan sito, bona immobilia quamplurima quae in ipsa villa aliisque locis possidebat, supellectilem, victum, et ornamenta ecclesiastica donat. In ipso chirographo soror ejusdem Gomici addit donationi fratris alia bona propria. Charta autographa, e scrinio conventus monachorum Conimbricensis, da Graça dicti, in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1058

Christus. In nomine patris celesti et indiuidue sancte trinitatis ego famulus dei gumice albar (?) qui sum peccatoribus mole depresso et nullo boni in me ..... ex meritis et suspiciens in celum afflictus deo cui cura est de omnibus recordor ego in corde meo cum ipsis amaritudinis timendum diem mortis metus inforni (*sic*) et annui mea uolumitate de omnia mea bonitas quoꝝ ganabi a iubendute mea domino meo hofferem pro remedio anime mee sicut canonigas sententias adſfirmat id est (?) deo ergo datur quicquid ad fidelibus eglesie iustissimam (*sic*) deuotionem offertur. Ita tamen dum eramus auitante in monasterio sancte marie uirginis quum omni alium reliquiarum que ibidem simul sunt recondite quos nostrorum abiorum edifigarunt per series testamenti et regales scripturas uenimus in ipso locum sanctum per consensum ex nostris generibus et propinquis et ganauimus ereditates multas unas per cartas alias per series testamenti et alias per conligationes placitis secundum in cartarios et in inuentarios nostros resonant. et conligauimus eas ad aulam ipsius locus sancte marie uirginis et ecce edifigauimus domus et casas et fecimus plantatus que iacent ad aulam ipsius domus sanctorum simul et per alias uillas que super scripturas resonant. est ipso monasterio fundato in uilla campaniana sub alpe castro gondemari discurrente rribulo campaniana terretorio portugal prope flumen doiro et uillar que nobis cederunt in portione de abiorum uel parentum nostrorum Id sunt quintana ubi parentes nostros auitarunt domus auitationis in pumares in sautus in pomiferis uel generis arborum siue cupus cupas lectos cadedras pane et biuere quantum ad prestiluum omnis est in ipsa uilla per suis locis et terminis antiquis et uillar de gutini similiter medietate cum suo prestamo et uilla pinario medietate per suis locis et terminis antiquis cum suas prestationibus pro que demus ad neptis de domna fredenanda alia ereditate in refogios sive et alias terras que ad guella inuenandiz demus ad plantare et ad lauorare per placito que abeat inde de illo plantato in quantum durare sua medietate et post illas terras integras remaneant post parte testamento sicut in placito resonat. et adicimus ibi adhuc de uilla paramio v<sup>a</sup> et illa alia v demus ad nostros subrinos que sunt de latere ad uerbum que nec uendant nec donent. et illa alia ratione ad frater nostro raupeiro testarunt nobis illa testarunt nobis illa (*sic*) pro anima de adefonsu rauparez. et concedimus ipsa uilla per suis terminis et locis antiquis quantum ad prestilum omnis est et in se oblinet. et damus aduc de uilla colmenaria de quinione que fuit de matre nostra eilo medietate illa nostra quarta et alia quarta que ad nobis fratre nostro ermigo per carta concessit et est medietate integra quum quantum in se obtinet et ad usum omnis pertinet per suis terminis et locis antiquis. et ic ad sancta maria ereditatem quos comparauius de filis spasando quod per placitum ad illo dederunt ad ipsa sancta maria quantumque ibidem lauorauimus et plantamus et arrupimus siue edificia que ibidem fecimus et cupus cupas lectos cadedras mensas pane et biuere uel quantum que ibidem ad prestilum omnis est. et aduc adicimus uno signo metallo uno calice et patena argenteos et una casulla et omnis ministeria ipsius eglesie. et ego gumice damus ad ipsius locus sancte marie pro remedio anime mee et sub gratie reliquie ipsius sanctorum elegimus ad contenendo et ad obiurgandum sororem nostram siti confessa sicut more regulare et sub manus uel regiminem abatem sicut canonica sentencia docet et ipsum abate (?) fredenandus presbitero sit .... est de generibus uel propinquis nostris et omnia que in ipso monasterio uel in testamento recorrente in iure de ipsa domna sili .. de ipse fredenand.... percurrat ad serbiendum dum uita uixerint et post obitum eorum precipimus ut nec donandi nec uendendi nec in aliis scripturis ..... modum unquam partitione sedeat

in ipso monasterio ex nullisque eredibus nostris nis... ore.... dare permane..... nunc aduc concedimus ad ipsum locum et ec (sic) testamentum eglesia uocabulo sancto iacobo de labruia medietatem cum aductionibus suis ..... fundato prope monasterio labra et item eglesia que est fundata in ripa alest n<sup>as</sup> partes ..... lo sancte ..... cum suis adiutionibus et prestamus.

Et ego siti famula dei trado ne (sic) ad deum et ad reliquie sanctorum sancte marie uirginis et aliorum..... que ibidem recondite sunt et in testamento resonant oum omnia mea rem tam que abeo uel que aduc cum dei adiutorio augmentare potuero usque ad obitu meo et concedo illo in testamento pro remedio anime mee et de uiro meo christoforus et de filiis meis que iam migrati sunt de oc seculo. et ic adicimus et discernimus meas uillas quantasque ganarunt abolos meos et parentes meos meo quinione ab integro m<sup>a</sup> integra siue quantas suas fuerunt sicut super taxatum est et siue uilla azebeto per suis terminis antiquis siue mea ganantia siue et que uenit mihi ex uiro meo christoforus quum quantum in se obtinet et ad prestituum ominis est et medietate de gutini. et ibi adicimus quod in ordine non compleuimus ut sedeat gundesalbo rauparez super isto monasterio defensor et adiutor in quantum uixerit et potuerit et non faciat ibi nulla disturba per nullaque atio et post obitum ipsius dominis super nominatis relinquunt ipsos monasterios et ipsas scripturas ad ipse dom gundesalbo raupariz aut de propinquuis suis. notum die ipsas kalendas aprilis et era millesima lxxxvi. Gvmice albar (?) in ac series testamenti manu mea confirmo+ citi confessa manu mea confirmo+

osildus confessu manu mea confirmo+ — froilani confessu manu mea confirmo+ — gumice ermigiz test. — tello presbitero test. — nausti presbitero test.

gartia presbitero test. — ero presbitero test. — inuenando test. — froila presbitero test. — el presbitero test.

petro test. — stefano test. — odoiro test. — ioanne test.

alio odoiro test. — spoderigo test. — aloitu test. — gueta test. — uermu obecuz test.

sandino test. — gomize ennegoz test. — adelfio test.

citi iulianiz confirmo+ — Alderigus Abba confirmo.

ordonius scripsit.

## CCCCX

*Ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona pae se fert, sumpsimus.*

1058

### Karta de sancta maria de matamala et de auezani et de morteira

Donnis inuictissimis hac triumphatoribus gloriosisque martiribus Sancti saluatoris sancteque tue genitoris marie hac gloriose uirginis cum apostolis petrus paulus andreas iacobus iohannes item iacobus filippus bartolomeus Tomas Simonis et iude Mateus Taddeus et mathiam cum martiribus sancti iohannis baptiste Sancti martini episcopi Sancti cipriani episcopi Sancti tarsi Sancti uicentii leuite Sancti laurencii Sancti micahelis archangeli Sancti romani Sancti genesi Sancti agustini episcopi cum ultimo martire beato pelagio necnon et uirgines Eolalie Leocadie Tecle Christine Agate Dorote Cecilia Eufemie Columbe Marine uel omnium sanctorum uirginum atque confessorum quorum reliquie sunt recondite in cenobio vimarenensis que est fundata ad radicem alpis lattito inter bis alueis uehementibus aue et auizella territorio bracharensis. Ego famulus dei fagilllus astrulifiz et confessus cum peccatorum mole depressus in spe fiduciaque sanctorum non usquequa disperatione deicio qui etiam reatui mei criminibus sepe pauesco ut per uos sancti dei reconciliari merear conspectu communis domini ac sanctorum fida supplicatione uotis omnibus deploro. Et ideo deuotioni mee extitit ut de paupertacula mea aliquid aule sancte uestre ecclesie offerre sicuti et offero. id est villa de auezani sicut illa obtinuerunt genitores mei et quantum ibidem ego ganaui et comparaui per pretium et cartula firmitatis. et conclude ipsa villa leuat se de ribulo de molinos et perge infesto per termino de pinario et subtrahe ad montem ad termino de colgeses et perge per termino de ipso monte ad termino de sancti mameti et torna inprono ad illa portella de valle maior et descendere per ipso termino ad ille villa que fuit de guardila destrigoz et conclude de ipsa villa tercia integra que commutaui cum pelagio sagatiz et exinde perge ad termino de matamala et torna per portela de gaudiosi et inde ad termino de caluos et torna per montecello usque in illa portela de sancto christofori et inde determina cum villa argemiri et torna ad termino de tauoadelo et inde in riitulo de molinos et perge per ipso ribulo inprono usque prius incoauimus ipsa villa quantum ibidem habuimus ab integro. Adicimus adhuc ibidem villa mortaria sicut illa obtinuerunt parentes nostri et quantum ibidem ganaui uel commutaui cum pelagio sagatiz extra illa de

frater meus partemio que mihi incartaui illa alia ab integro ibi concedo cum quantum ibidem habeo. Concedo adhuc ibidem ecclesia de sancta maria que est fundata inter villa matamala et mortaria unde mihi mentionem fecit tuis meus fagildus ranemiriz diue memorie ut sit inde illi mercis copiosa ante retributionem omnium. ipsa ecclesia suis adiacenciis et quantum ibidem ego ganaui et commutaui ab omni integritate cum quantum ad ea pertinet. similiter et in tauolateo hereditates quantas ibi comparaui pro meo precio et cartas firmitatis necnon et in villa colgeses portiones que mihi incartauerunt Gundesaluus menendiz et suos germanos. Has villas sicut sunt fundatas ab integro eas concedo cum domus edificiis casas cupos cupas lectis cathedras mensas vineis pumares saltus figares cersales perales amexenales et omnia arbusta fructuosa uel infructuosa deuesas petras mobiles uel immobiles pratus pascuis padulibus aquas aquarum et sesigas molinarum exitu moncium uel regressum. omnia que supra diximus quante est et quecumque est do et dono atque contestor ad ipsum locum sanctum iam supra dictum et pro uictum atque tecumentum fratrum ac sororum ibidem persistencium quod ibi fuerint et sub regulari normam uitam monasticam deduxerit atque in uita sancta perseuerauerint ut sit inde illis tolerationem et nos ante deum mercis copiosa in eterna remuneratione. Et si quis homo contra hunc factum nostrum ad irrumpendum uenerit extra propinquus aut quolibet generis homo quisquis ille fuerit auferat dominus memoria illius de terra et deleat nomen eius de libro vite et cum iustis non scribantur sed cum biotenatus sit pars illius in eterno baratro et iude domini proditore eres effectus parili pena sit luditurus non accipiat corpus sanguinis domini nostri ihesu christi portio sed similiter pareat et pena tabescat et comprehensus coram comite uel iudicis terre istius sepcies totum componat quantum inde usurpare quieverint post parte huius ecclesie et ad parte huius iudicis terre istius auri talenta duo et hunc factum meum in cunctis obtineat firmitatis roborem longeua dierum. Facta series testamenti notum die quod erit vi<sup>o</sup> idus aprilis. Era m<sup>a</sup> lxxxv<sup>a</sup> vi.<sup>a</sup> Fagildus confessus in hac scriptura testamenti quod fieri elegi et uotum meum adimplendo continui manu mea confirmo. Et ego famulus dei frater Viliamirus do et dono atque contestor ad ipsum cenobium vimaranensis et ad fratrum uel sororum sicut superius colligatum est omnia mea hereditate quanta habeo in ipsa villa auezani cum domus edificiis uel quantum ibidem habuimus que ad uotum hominis pertinet ut illis habeant et possideant et ego ante factorem omnium mercedem accipiat. Viliamirus confessus in hanc scriptura testamenti manu mea conf.

Petrus abbas inanu mea confirmo —Arias prepositus manu mea conf. —Christoforus uiliamirus manu mea conf.

Ieremias ariani presbitero manu mea conf. —Menendo pelagii manu mea conf. —Menendo seniorit manu mea conf.

Aluaro aluariz presbitero conf. —Ordonio iben elelias manu mea conf. —Pelagio arias presbitero manu mea conf. —Froila arias presbitero manu mea conf. —Gontemiro toderigiz manu mea conf. —Menendo tode- gildiz manu mea conf.

Diago ennegoz manu mea conf. —Arias sagatiz manu mea conf. —Aloytus gundesindiz conf. —Petro toderediz quos uidit —Domnon iuliani quos uidi —Petro gundilat quos uidi.

Pelagius citit et presbitero notauit et confirmauit.

#### CCCCXI

*Pactum venditionis quorumdam agrorum prope Moreira ac Villar de Porcos. Charta auto-grapha, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1058

Christus. In dei nomine ego etlduara zidizi in domino deo eterna salutem amen. Iteo plagui mici per bone pacis uoluntas ut vnderemus a uobis tructesindo guterezi et uxor tua controde sicut et uehdimus kasal de adosinda de quarta m<sup>a</sup> comodo diuide per ila kararia de moraria per suis terminis uicus et lozis antiquis et ilas lareas de kasal de donan de mediadate m<sup>a</sup> et aue ipso kasal iacentia iusta domus uilar de porcos et ipisa (sic) lareas de kasal donan auent iacentia inter gemundi et uilar de porcos discurrente riuilo udi teridorio portukalense subtus mons faro. damus aque concedimus ila per uit ila potueritis inuenire. et acebimus de uos pretio v modios tanto nobis bene conplagui. ita ut de odie die uel tempore de iuri nostro sit abrasa et in iuri uestro tradida adque confirmada. aueatis uos omnis potteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. et si aliquis omo ueneri uel uenierimus contra acn (sic) cartula uenditio a inrumpedun qodmodo pariemus ipiso que in carta resona dublado uel quanto

D. et C. Tom. I.

64

a uos fueri melioradu et uobis perpetin abiduro. facta cartula uenditionis nodun die eri <sup>xiii</sup> kalendas setembris. Era <sup>m<sup>a</sup></sup> LXXXXVI super millesima. etduara in anc cartula uenditionis manus mea ro++.

qui presentes fuerunt. dolcidio test. — louegildo test. — soario test. — sendi test. framila test. — olidi test. — auomar test.

Pelaio presbiter notuit.

## CCCCXII

*Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, sumpsimus.*

1058

**Carta de uarzelas et de castelanus**

Lvcidu ansemundiz et uxor mea Gudina adoliniz pactum simul et plazum facimus ad uobis petrus abba fratres et sorores habitantes in cenobio vimaranes ut deinceps amodo quod erit <sup>vii<sup>o</sup></sup> kalendas octobris Era <sup>m<sup>a</sup></sup> LXXXXVI pro parte de omnis meas hereditates que super nos inuenistis que sunt colligatas in testamento et in scripturas de vimaranes in villas nominatas varzenellas et castelanus ripa turio (*sic*) que seruiamus deinceps cum ipsas hereditates ad casa de vimaranes et reddamus de illas ratione et illa censura per curriculos annos et per manus de uestros maiorinos. et non mittamus illas in contemplatione in nullisque tempus nec amplius non mittamus ad uobis nec ad ipso cenobio vimaranes ulla subposita mala per nulloque homine super terra uiuente nec per scripturas anteriores nec per nullaque actio per que ipsas hereditates sedeat minus de casa de vimaranes et semper facimus cum illas seruitium rectum et fideliter sicut de prius nostros intercessores fecerunt que domnos fuerunt de ipsas hereditates et ad casa de vimaranes cum illas solerunt seruire. ita et nos semper in ipso rouore stemus cumctis diebus nos et filii nostris que nati sunt uel que nati fuerint. et si aliter fecerimus nos uel de propinquis nostris que ausus talia fuerit committere quisquis ille fuerit pariat ipsas hereditates ad parti uestre et ad ipsius cenobio vimaranes ipsas hereditates in quaduplo. et non habeamus licentia de ipsas hereditates in alia parte uindicare donare testare uel commutare sed sanas et intemeratas teneamus illas post uestra parte et ipsius cenobio vimaranes. Ego lucidu ansemundiz et uxor mea Gudina adoliniz in hoc plazo manus nostras roborauius. Qui presentes fuerunt. Gudesteus confessus test. Didacus confessus test. Vistella test. Vilamirus test. Ordonius presbiter test. Christoforus presbiter test. Isto plazo facto per manus de maiorino de Rex domno fernando Didago trautesindiz. Emila presbiter notuit.

## CCCCXIII

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa Quilones dicta. Ex charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinente, in Publico Archivo servata, descriptimus.*

1059

Christus. In dei nomine Ego nantildo una con subrino meo gudino in domino deo eterna salute amen. Ideo plagui nobis per bona pacis et uoluntas ut per scritura firmitatis uinderemus a uobis troitesendo gotierizi et uxori uestra gontrode sicut et uendimus eriditate nostra propria que auemus in uila que uocitant quitones subtus mons aluarellos discurrente riuulo quitones prope litore maris territorio portugalensi in logo predicto. damus uouis de ipso kasal que fui de parentun nostrum adaulfu uermuizi que iaze cun ipso de nantildo et de gelmiro et ueni inde in porcione de adaulfu uermuizi v<sup>a</sup> intrega et damus a uobis de ipsa v<sup>a</sup> de adaulfu uermuizi n<sup>as</sup> v<sup>as</sup> intregas cun quantum in se obtine et aprestitun ominis est pro que acepimus de uos in precio 1<sup>a</sup> uaka apreciada in viii modios tantum nobis ben complagui. ita u de odie die uel tempore de iuri nostro siia abrasa et uestro dominio siia tradida et confirmata cun terras rubtas uel inrutas cun plantato cun aquas cursiles uel incursiles cun omni aprestacionibus suis per ubi ila potueritis inuenire per locis et uicos et terminos anticos ut aueatis uos ila firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. et si quis tamen quod fierit non creditis aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc kartula uenditionis inrunpere et nos noluerimus au non potuerimus autorgare uel deuindigare a uos in uoce nostra comodo pariemus ipsa eritate dublata uel tripata uel quantun uobis fuerit meliorata post uestra parte. Facta carta notun die quod erit v kalendas iunii. Era <sup>m<sup>a</sup></sup> LXXXXVII. nos super ian nominatos in anc carta manus nostras ro++vs.

Ic sunt uidentes. osoreo test. — anaia test. — elias test. — gondesendo test. — rodorigu test. — didagu notuit.

## CCCCXIV

*Pactum venditionis partis cuiusdam fundi in villa Egarel dicta. Ex charta autographa, ad Morariense Monasterium pertinente, in Publico Archivo custodita, sumpsimus.*

1059

Christus. In dei ..... ego davit connomento cidec placit mici bone pacis et uolumtasti (*sic*) asto animo que concilio non sudentis articulo neque pertimescentis se proprias nostras mentes accepsit uolumtas ut faceremus uobis gutidino eriquici sicut et facimus kartula uenditionis de hereditate propria nostra que in onore abemus de parte de filios de egas canabicit de guusalbo et de eigilo de v de guundisalbo medietate et de eigilo medietate de v et un de v danmus uobis ipsa ereditate a interguo ubique illa potueris inuenire con prestationibus suis et terminus antiquis. abet iacentia in in (*sic*) uilla que uocitant egarel discurretem ribulo labruia probe litore et maris territorio portugalensis subtus kastro de boue. uendimus ipsa ereditate que comparamus per nostro precio et per nostras kartas uendimus ad tibi gudino pro que acepimus de uos in precio una uaca con sua filia media et uno boue medio et alio pretio xiii modios (?) uos destis et nos acepimus tanto nobis bene conplaguit abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras iurit quieto seculo temporum eo quomodo in karta ressona liuera in dei nomine ace-deatis potestatem. si quis tamen quod fierit non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus ..nuc factum nostrum a inrumpendum aut inquiendo uel..mundam uenerit que nos post parte uestra autorgare noluerimus aut deuendicare non potuerimus aut uos in uoce nostra tunc pariēmus nos uobis dulbata uel quamto ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim abitura perenniter permansura. facta kartula uenditionis enotum die quod pridie kalendas iuni. Era millesima lxxxvii<sup>a</sup> anno iste coremtem. davit garcias manum ....+o. qui (?) ici testes sumus g...la test. uermudo test. ermegildo test. auderigo test. cendon test. davit notuit.

## CCCCXV

*Pactum venditionis quartae partis pagi de Villa-verde, inter villas de Arões et de Mosteiro siti. Descriptsimus ex charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinente, in Publico Archivo servata.*

1059

In dei nomine ego nos nominatos uermudo et ordonio et cleusa et didago plaguit nobis asto animo integro-que consilio ut faceremus ad tiui adda... et ad coniungia tua eiloni sigut et facimus kartula uindictionis de ereditate nostra propria que auemus in logo predicto quod uocitant villa verde. damus ad uobis de ipsa villa un<sup>a</sup> integra et de una casa murea mediatate. damus uobis ipsa un<sup>a</sup> de ipsa villa per suis terminis et uicis et locis antiquis cum quantum in se obtinet et aprestitum hominis est exitus montiu uel regresum aquis aquarum uel sesigas molinanarum (*sic*). aue iacentia ipsa villa inter villa arones et villa monasteriolo subtus castro de boue discurrente ribulo udi territorio portugalensis. conzedimus uobis un<sup>a</sup> de ipsa villa pro que acepimus de uos in nostro pretio n<sup>o</sup> bouenes (*sic*) de xv xv modios et in alio pretio x modios ipsum nobis bene conplaguit. ita ut de odie die uel tempore siat ipsa ereditate de iuri nostro abrasa et in uestro dominio siat tradita adque confirmata. uos desdistis et nos acepimus et de pretio apud uos nihil remansit in deuitu ut in dei nomine libera aueatis illa podestate et omnis posteritas uestra. Et si aliquis omo uenerit uel uenerimus ad inrumpendum contra anc cartula uindictionis et firmitatis que nos ad iuditio diuindigare uel autorgare non poduerimus post uestra parte aut uos in uoce nostra quomodo pariēmus uobis ipsa ereditate dublata uel quantum ad uobis fuerit meliorata. Facta cartula uindictionis nodum die erit xm<sup>o</sup> kalendas octobris. Era millesima lxxxvii<sup>a</sup> uermudo ordonio cleusa didago in anc kartula manus nostras ro++++.

pro test. gudesteo test. — didago test. — pelagio ordonizi cos uidi — ruderigu test. — guntado notuit.

## CCCCXVI

*Duos agros in loco Viliufi Miron abbatii Velino vendit, aliumque donat ei. E charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinente, in Publico Archivo servata, descripsimus.*

1059

Christus. In dei nomine ego miron in domino deo eterna salute amen. Ideo plagui mihi ut facere uobis uillius abba cartu..... de duas lareas de terra que abeo cum congermano meo arualdo super siccarios in uiliufi per medio. et damus uobis ipsa nostra medietate ..... accepimus de uos pretio 1º quartario de milio et uno saual tanto nobis bene complacuit. et exceptis ipsas lareas damus uobis et ad illos sanctos ..... anime mee alia larea que uenit sub ipsa strata de sancta cristina comodo se leuat de illo comaro de larea de recadrudia et de iuso de ..... de congermana mea bellita et uai sub illa strata pro ad oriente usque ubi illa potueritis aprire. Ita ut de hodie die siant ipsas lareas de ..... abrasas et in uestro dominio siant traditas et confirmatas. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus ad intrumpendum ca..... que nos in iudicio deuindigare non potuerimus tam nos quam uos in uoce nostra comodo pariemus uobis illas dublatas uel quantum ad uobis fuerint meliorat.... Facta cartula uentionis et donationis notum die kalendis nouembris. Era T LXXXVII.<sup>a</sup> Miron ad uobis uillino in hanc cartula manu mea ro+uorau.

Pro testes absalon test. senior test. adaulfu test. Villinus notuit.

## CCCCXVII

*Bellita nepoti suo Velino abbatii agrum quemdam donat. In eadem membrana, e qua Mironis chartam sub n.º ccccxvi editam decerpsimus, hanc autographam invenimus.*

1059

Christus. In nomine domini. ego bellita tibi subrino meu uillino. plagui mihi ut facere tibi cartula donationis de larea mea que iacet sub illa de congermano meo miron ad cauce de illo monte aratros contra oriente comodo se leua de illo comaro et larea de recadrudia et de iuso de larea de congermana mea autilli et uai sub illa strata contra oriente usque ad illa pena auionaria. do tibi ipsa larea in die de illa sagratione ad confirmandum benedictione de tua barba. Ita ut de hodie die siat ipsa larea de meo iure abrasa et in tuo dominio sit tradita. Siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus ad intrumpendum carta que nos iudicio deuindigare non potuerimus tam nos quam uos in uoce nostra comodo pariemus uobis illa illa (*sic*) dublata. notum die quod erit kalendis nouembris. Era T LXXXVII.<sup>a</sup> bellita tibi uillino in hanc cartula manu mea ro+uorau.

Pro testes. absalon test. senior test. adaulfus test. uillinus notuit.

## CCCCXVIII

*Nepoti suo Velino abbatii donat Autilli agrum quemdam. Post donationem Bellitae, in eadem membrana charta autographa donationis a sorore factae invenitur.*

1059

Christus. In dei nomine. ego autilli tibi suprino meu uillino. Ideo placui mihi ut facere tibi cartula donationis de larea mea que abeo ad radice alpe aratros ad parte orientale discurrente durio locum predicto inter illa quos fui de congermana mea bellita et inde in comaro de illa larea de recadrudia in prono usque fere in illa ripa super larea de senior digniz et de arquiro arualdiz et de osoreto fratre suo et inde pro ad oriente usque illa potueris intrumpere. do tiui ipsa larea in benedictione de tua barba in die de illa sagratione. Ita ut de odie die siat ipsa larea de iuri meo abrasa et in uestro dominio sit tradita adque confirmata. Siquis tamen quod fieri non cre-

dimus aliquis homo uenerit uel uenerimus ad inrumpendum carta que nos in iudicio deuindigare non potuerimus tam nos quam uos in uoce nostra comodo pariemus uobis illa dublata. notum die cod erit kalendis nouembbris. Era **T**LXXXVII.<sup>a</sup> autilli tibi uillino manu mea ro+uoraui.

Pro testes. Dauid test. senior test. arualdo test. uillinu notuit.

## CCCCXIX

*Eugenia quaedam agros duos Velino abbati ecclesiaeque S. Joannis (de Pendorada) donat. In eadem membrana, in qua pactum venditionis agrorum a Mirone factae exaratum fuit, haec autographa invenitur donatio.*

1059

Christus. In nomine domini. ego eogenia ideo plagui mihi ut facere uobis uillinu textum scripture firmitatis de larea que abui de filio meo munniu et abet ipsa larea iacentia in sancto iohanne ad radice alpe aratos discurrente ribulo durio locum predicto iusta fundamentum de illa ecclesia de sancto iohanne de iuso (?) contra durio usque fere in larea de salamiro somniariquiz quos uendiui ad osoredus et de olti suo erede et de alia parte intesta comodo se leua de sub casa de attane et uai in directo sub illa ecclesia et inde per illo forno antiquio qui est sub larea de autilli usque fere in fontano recemundi. do uobis medietate de ipsa larea et de illa alia cortina qui iacet tras casa de septa medietate integra comodo abuimus illa cum arguiro et cum osoredo. do et contesto uobis et ad ipso sancto iohanne ipsas lareas pro remedio anime mee et de filio meo munniu senioriz. Ita ut de odie die et tempore siant de iuri meo abrasas et in uestro dominio et de ipsis sanctos siant traditas et confirmatas. abeatis illas firmiter iuri quietum temporibus seculorum. siquis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit que uobis pro illas calumnies in primis siat excomunigatus tam de mea gens quam de extranea et insuper parie ipsas lareas dublatas. notum die quod erit kalendis nouembbris. Era **T**LXXXVII.<sup>a</sup> eogenia ad uobis uillinu et ad ipsius sanctos in hanc scripture testamenti manu mea ro+uoraui.

Pro testes. senior test. somnimiro test. aloitu (?) test. uillinu notuit.

## CCCCXX

*Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, sumpsimus.*

1059

**Hoc est inuentario de omnes hereditates siue et ecclesias de vimaranes.**

In era **M<sup>a</sup> LXXXX<sup>a</sup> VII<sup>a</sup>** Regnante principe Fredenandus rex et eius coniuge Sancia regina et sub eius imperio noticia uel inuentario mandamus facere in terram portugale de villas et mandamentos et de omnem ueritatem in undisque partibus de cenobio vimaranes. Id est ex alia parte minei villa nuncupata fenuliedo et villa alcabre cum incommuniationes et piscarias per suos terminos antiquos et cum cunctis prestationibus suis ab integro. *Et hanc parte minei* subtus montis filistin discurrente riuulo boruen villa lauridelo ab integro per suos terminos antiquos et cunctis prestationibus suis. etiam et hic ripa minei villa amixenitello ab integro per suos terminis et locis antiquis et cum omnibus prestationibus suis. Et in aula maris villa castiniaria secus pontiue ab integro per suos terminis antiquis et cunctis prestationibus suis. *Et hanc parte portella de uice villa de monumenta villa laureda villa ueliones.* de has villas quantum inde conclusum est in scripturas de vimaranes. Et iuxta villa pausata seura de sequeiros integra. Et ad radice castro sancta cruce in ripa riuulo friedo villa petroselo integra cum omnibus prestationibus suis. *Et in ripa limie* ex alia parte villa soagio cum suos incommuniatos et montarios et piscarias ab integro per suos terminos et cum omnibus prestationibus suis. villa tauara integra et cum suis prestationibus. villa cersetello ad radice castro malo integra et com suis prestationibus et terminis antiquis. *Et de hanc parte flumen limie* villa sauto ab integro cum adiunctionibus suis sicut diuisa est per suis terminis antiquis et cum omnibus prestationibus suis. villa de ponte cum suas adiunctiones et cum suas piscarias et cunctis prestationibus suis per suos terminos. villa mediana integra et cum suis prestationibus. villa zercedelo cum suas adiunctiones et cum suis prestationibus ab integro et per locis suis et terminis antiquis. hanc villas desuper nomi-

*Verba typis, quos italicos vocamus, edita ut rubricae in codice inveniuntur.*

natas sicut in testamento resonat. *Et ad radice castro anno frice villa sauto in ripa uanade cum adiunctiones ab integro. villa zendam integra. villa uilar integra.* Et in portela de uanade villa uocitata portela ab integro per suos terminos. villa de couas integra. Et de villa sancto petro et de villa olarios *vr<sup>a</sup>* integra. etiam et istas villas cum prestationibus suis et sicut in cartas et in testamento resonat. *Et ripa catauo villa lalini integra cum suo mandamento.* villa sautelo cum suos incommuniatos ab integro. villa fontanello etiam et cum suos incommuniatos ab integro. villa inuoladi integra. villa arca similiter cum suos incommuniatos ab integro. villa porrales integra. villa sancte eolalie cum suo mandamento ab integro. villa uilela cum suo mandamento integra. villa insula redonda et illa bragada in foze de riuulo homine integra. villa de godesteo gundulsiz integra. villa gontarazi. villa suari. villa uilar sauarazi. villa parata cum suas adiunctiones et illas uarzenas de parada cum sequeirolos. villa pausata de quintilla gaudiniz. villa uimaranzinus et incommuniationes in villa molas. vilas ambas louegildit cum suas adiunctiones. villa liuan. villa mauri et sendamondanes. et de villa plana medietate. et de monasterio villar que fuit de cidi saluadorit *vr<sup>a</sup>* integra. et in ripa feueros in gualtari una pausata. et in ripa de purizo in gondini hereditates de zendas et de aragunti integras. et inter castro seco et purizo inter casa de fofino et de arias ipsa hereditate que in medio iacet. Et in villa baltari et edorici hereditate de reirigo et de sua mulier integra. Etiam et in ripa feueros hereditate de placia et de suos filios Aloitu maria odrocia framila et nasso. ista hereditate integra et est apretiata in *x<sup>am</sup>* boues. Et sursum in lalini hereditate que pariauit iheremias et sua mulier ad ille comite pro illo ganado que spesit de villa lauridelo et iacet ipsa hereditate inter domo de nantilo et casal de idilo. et in villa sautello hereditates quantas ibidem obtinuit cidi nebozaniz integras. et de villa amares per suos terminos *nr<sup>a</sup>* integra siue de villa quomodo et de criacione. has villas cum cunctis prestationibus suis et sicut in cartas et in plazos et inuentarios seu et in testamentos colligatas sunt et ecclesias et omnem totam suam ueritatem. *Et in aula maris ad foze de flumen catauo* de hanc parte villa nuncupata fano cum salinas et ecclesia sancti pelagi martiris et cum omnibus prestationibus suis ab integro per suos terminos et locis antiquis. *Et in riuulo tinto* sub monasterio de faria ecclesia uocabulo sancta marina integra. *Et in fonte mala* quantum ibi est nostra ueritas. *Et in barqueiros* ecclesia iohannis apostoli integra. *Et ripa alister* momasterio (sic) de lemeni integro. Et villa abrigosa integra. isto monasterio et villa cum incommuniationes et ecclesias quomodo sunt conclusas per suos terminos antiquos et cum cunctis prestationibus suis post parte cenobio vimaranes permanentes ita sicut in scripturas et in testamento que illa comitissa domna ilduara fecit et conligatum est. *Eatenus et in ripa maris ad foze de Aue villa de comitis* cum sua salinas et piscarias et ecclesia sancti iohannis apostoli. *Et intus in mare heremita sancti iuliani martiris* ab integro per suos terminos antiquos et cum cunctis prestationibus suis. *Et villa quintanella* cum criacione et piscarias et sicut in scripturas colligatas sunt. *Et inter durio et aue in aula maris villa dorron* villar petra ficta et iohanni. has villas cum sua criacione et cum prestationibus suis ab integro et per suos terminos antiquos. *Et inter amagia et durio villa paramos* integra per suos terminos sicut in testamento de illa comitissa mummadomna gondesaluiz resonat. *Et ad radice castro uermudi* villa froilam integra per suos terminos antiquos et cum ecclesia sancto salvator et sancta maria. *Et in villa belmir* et sancto iacobo et ioacino quanta hereditate ibi habuit reuelio et sua mulier maria cognomento redonda integra. item ibi et in quintanella et in piniarido et in alia quintanella hereditate de razim et de sua mulier ermesinda integra. Et inter mazegio et villa iusti ecclesia sancto mamate (sic) cum suis prestationibus integra. Et hic in villa iusti sancti michaelis arcangeli et alias hereditates laicales quomodo illas concessit sarrazino presbitero et pelagius diaconus. et hic in villa iusti hereditate de uedramiro sicut in carta resonat et alia hereditate ibi que fuit de roderico fasilaz. *Et in villa belmir* *nr<sup>a</sup>* de ecclesia uocabulo sancto mamete et alias hereditates ibi laicales que sunt nostra ueritate sicut in cartas resonat. Eliam et ibibem (sic) hereditate que fuit de uasco et de sua mulier integra. Et in villa floresindi medietate de quanta hereditate ibi habuit petrazo et sua mulier. *Et iuxta lagenoso* mandamento de prato aluari integro cum villas et homines et incommuniationes et ecclesias cum cunctis prestationibus suis per suos terminos antiquos sicut in scripturas resonat. *Et ripa catauo de hanc parte* ad radice penaful villa parata et ecclesia ibi uocabulo sancti iuliani. ipsa villa cum suas adiunctiones siue de hanc parte catauo quomodo et ex alia parte per suos terminos anticos et cum suas piscarias et cum cunctis prestationibus suis sicut in scripturas resonat medietate integra. *Villa de frades* per suos terminos antiquos et cum prestationibus suis integra et cum ecclesia uocabulo sancto romano. Et de villa sautello *nr<sup>a</sup>* integra. et villa nizola per suos terminos antiquos integra. Et de villas ambas leiradelas per suos terminos singulas *nr<sup>a</sup>* et de ecclesia sancta marina et villar despanzo ibi integro et ibi ecclesia sancta christine. et iuxta illa villa mortaria ab integro villa brumales sicut in carta resonat. *Et hanc parte Aue* mandamento de sobratello ab integro per suos terminos anticos et cum villas que ibi sunt abent ad seruire cunctis diebus in secula seculorum de turio usque in lamas de igo et de aue usque in illa armada ad portella de deua. *Et in territorio uelaria* nostras adiunctiones nominibus lamedo barreiros sancta christina culnella vilar plano ladrones sondenga villela parete sola et ibi hereditate que fuit de ersenda et de suos filios et alia que fuit de mansila et de sua mulier froilo et iacet in trauazos. et in aziuedo ripa aue alia incommuniatione que fuit de gontildi. Et in cellariolo alia incommuniatione in seiscada que fuit de negrone et de sua mulier sarturia. et in culnella et palatiolo

et ramiri et seiscadas quanta hereditate ibi habuit sendino. Et in maganos alia incommuniatione que fuit de ab-salom et de sindilo et iacet ripa riuulo de molinos et iuxta domo de midu. Item et in villar plano de hereditate que ibi abuit sisnando cognomento sando m<sup>a</sup> integra. hic in ripa riuulo de molinos istas incommuniations modicas sunt et est deuito de subratello. *Et inter aue et portella de leitones villa britto cum ratione et incommuniatos et piscarias et cunctis prestationibus suis sicut in cartas resonat.* Et hic in ripa aue iuxta ponte petrina *villa-noua* integra et cum ecclesia uocabulo *sancti martini episcopi* et cum incommuniatos et criacione et cum cunctis prestationibus suis sicut in testamento et in scripturis resonat. *Villa palmeira* cum homines et incommuniatos quod nostra ueritas est et sicut in scripturas resonat. *Villa britteiros* cum ecclesia saluatoris et sancti andree apostoli et heremita in illo in illo (*sic*) monte uocabulo sancto romano sicut in scripturas resonat. *Villa de caldelas* integra sicut in cartas resonat. et ibi illa pausata que tenuit in atondo manualdo amarelliz et confessus. et ecclesia *sancti tome apostoli*. *Et inter aue et pratu aluar* villa donini per suos terminos antiquos de ipsa villa e toda v<sup>a</sup> de gutterre froilaz. et hereditate que ibi habuit domna adosinda. et casal de gondulfo gutierrez cum prestationibus suis sicut in cartas resonat. Et de villa rezulfi per suos terminos m<sup>m</sup> integra. Et uilla plana cum ecclesia uocabulo sancti stephani ab integro cum adiunctionibus suis sicut in testamento resonat quos fecit pelagio guntemiro. *Et inter aue et auizela ad illos brazos villa negrellos* gatellos integras cum prestationibus suis. et de villa guandalari sicut in scripturas resonat. villa cazoranes. villa pausada integra. villa ueiga. et hereditate de iusto menendit. *Et de hanc parte selio uarzena portella.* de estas uillas desuper nominatas sicut illas in scripturas inueneritis et midi cum eas. *Et de hanc parte selio* mandamento de candanoso per suos terminos antiquos cum villas et ecclesias et cunctis prestationibus suis ab integro. *Et ad illa ponte de auizella* monasterio de moraria *cum uillacoua* et uarzena et suas adiunctiones in uillar et in sancto martino. Et ex alia parte auizella villa castiniaria et villa sanguinedo integras per suos terminos et cum omnibus prestationibus suis. *Et uilla negrellos* et trasulfi cum suos incommuniatos et suas ueritas que ibi habent ad seruendum. Et in uillarino hereditates quantas in scripturas resonat. *Et ripa riuulo de molinos* villa *sancto martino de comite* cum desterici et martini integras cum prestationibus suis et per suos terminos antiquos. *Uilla nespereira* integra cum criacione et cunctis prestationibus suis per suis terminis et locis antiquis. *Mandamento de riba auizella* integro per suis terminis et locis antiquis et cunctis prestationibus suis sicut in testamento resonat et in scripturas colligatum est. Etiam et uillas nominatas sala adtanagildi et caluos de garsea ennegot et alias caluos que fuit de pelagio guntemiri. has villas integras cum incommuniations et cunctis prestationibus suis et sicut in cartas ipsas villas de ripa auizella inueneritis in scripturis illas. zahara cellarido et villas alias que ibi facte sunt qui nostra ueritas est et sicut in scripturas colligatas sunt. *Mandamento de tauoladelo* cum riuulo de molinos colgeses piniario et auezani quomodo diuidet per suos terminos anticos ab integro et cum cunctis prestationibus suis ita sicut in testamento et in cartas et placitos et in scripturas colligatum est. et villa sic uocitata tauoladelo que ibi fecit ille comite domno Gundesaluo et ecclesia ibi sancto cipriano. *Mandamento de zersedo* Et riuulo malo et uilla ibi *sancto martino* que fuit de domna farega etiam et alias uillas hic in riuulo malo sicut in cartas et in testamento et in scripturas colligata sunt cum prestationibus suis. istos mandamentos et villas per suos terminos et locis antiquos. *Mandamento de mortaria* cum uillas que in carta resonat ab integro per suos terminos antiquos cum cunctis prestationibus suis. *Et in monte longo villa moraria* cum suas adiunctiones et cum suos homines et cum ecclesia sancti martini episcopi ab integro per suos terminis et locis antiquis et cum cunctis prestationibus suis. ita ut sicut in testamento de rex domno ordonio resonat. *Et ad radice de portela* villa portella siluares ab integro cum suas ecclesias quos fuit de ordonio romanit. *Mandamento de caidi* cum uilla atancs et lubaria et quintilanes. etiam et istas que sunt de mandamento de caydi et tolu quomodo diuisum est per suos terminos anticos et lenzarios et ecclesias et cunctis prestationibus suis ab integro. *Mandamento de arones* cum uilla paredes et uarzenella et ecclesias et lenzarios et fossadarios et fiscalia facientes ab integro per suos terminos antiquos et cunctis prestationibus suis ita sicut in testamento et in scripturas resonat. *Mandamento de trauazolus* et mandamento de gullanes cum homines fossadarios et fiscalia facientes et trebutarios et ecclesias et cum omnibus prestationibus suis ab integro per suos terminos anticos et sicut in testamento et in scripturas colligata sunt. *Mandamento de uilacoua cum fleitas* et petroselo et nilarino cum homines que tributo reddent et fossadarios seu et fiscalinos et ecclesias cum cunctis prestationibus suis ab integro et per suos terminis et locis antiquis sicut in testamento et in scripturis resonat. *Mandamento de agrela* cum homines fossadarios et fiscalia facientes et trebutarios et ecclesia sancta christina ab integro per suos terminos antiquos et cum omnibus prestationibus suis sicut in scripturas resonat. *Item inter aue et selio* villa siluares cum homines et adiunctiones. riquilanes. vilar ardam. fontanello. palatiolo. varramondanes. trepezido. zendam. portella. hanc villas cum homines de mandamento et lenzarios et stercarios et ecclesias et cunctis prestationibus suis ab integro et per suos terminos anticos. ita sicut in testamento et in scripturas est colligatum. et hereditates que ganauit digno baltarit et sua mulier domna animia inter aue et selio integras sicut in scripturas testamento placitos resonant. et si seruirent cum eas ad casa de vimaranes sua progenie bene fiat et si noluerint ueritate cum illas dicere et seruitio facere careant illas. *Et inter palatiolo et sancto iohanne* villa uis-

terlani integra cum prestationibus suis exceptis vi<sup>a</sup> de sancto laurentio. et hic in ripa uernegana villa froiani medietate de illa quomodo est conclusa per suis terminis antiquis cum omnibus prestationibus suis. istas villas sicut in testamento et in cartas de pelagio guntemiri sunt conligatas. *Monasterio sancto iohanne* que est fundata in ripa aue iuxta ponte petrina et suas incommuniations in oliuaria et in felici sicut in testamento et in scripturas resonat. *Villa antemiri* integra cum sua criacione et cum ecclesia sancto iohanne de pensello et cumtis prestationibus suis per suis terminis et locis antiquis sicut in testamento de pelagio guntemiriz resonat. *Mandamento de sauto* cum homines fossadarios et fiscalia facientes. et villa ibi que fuit de comes suario roderici et de eius coniuge comitissa domna geluira. et ecclesia ibi fundata sancti salvatoris. et in ferrocinti ecclesia sancti bartolomei apostoli. hanc mandamento et villa cum cunctis prestationibus suis et per suos terminos antiquos et sicut in scripturas resonat. villa sauarez que est inter sauto et placidi ab integro et sicut in testamento maior resonat et est debito ipso uilar de illa degania. *Villa placidi* sicut et in scripturas de pelagio gontemiriz resonat. ipsa villa cum domibus suis et edificiis et cum suos ortales in omnique giro ab integro et de tota villa de fora medietate integra cum omnibus prestationibus suis. *Villa felici* quantum de illa in scripturis resonat. et illa senra que iacet in ripa auc integra quomodo se leua de strata maior et figet se in illo porto de sancti claudii et in illa uarzena qui in testa de ipsa senra iacet in ripa de ille arrogio qui intrat in aue sub illo molino. et hic in felici illa pausata que tenuit ennego lopiz de dato de domnos de vimaranes integra. et per tota illa villa alias hereditates qui in scripturas resonant et que nostra ueritas est et homines ibi in ipsa villa et in elanzi que sunt debito de mandamento de sauto. *Villa lauredo* sicut in carta et in scripturas resonat integra cum prestationibus suis. villa gumilanes quomodo illa incommuniarunt homines ibi habitantes ad rex domno ranemiro et sicut in scripturas resonat. et in cidosfacta suas adiunctiones et ipsa villa gumilanes illos homines ad casa de vimaranes totos seruitio facientes. *Villa cecili et aldiani* integras cum omnibus prestationibus suis et cum tota illa criacione sicut illas obtinuit pelagio guntemiri et sicut in suo testamento resonant et ibi in ipsa villa aldiani alias hereditates que ganauit oueo ennegoz et ecclesia sancti mameti et cum prestationibus suis. *Villa creximiri* ab integro cum suas adiunctiones et ecclesias et cunctis prestationibus suis per suis terminis et locis antiquis sicut in testamento resonat. *Villa asoredi et villa pinario* cum adiunctionibus suis. Margaridi et lattido cum illa scusaduri et cum ecclesias sancto petro de asoredi et sancto iuliano et sancta marina de laurosa et sancto romano. has villas et ecclesias cum cunctis prestationibus suis et per suis terminis et locis antiquis ab integro sicut in testamento et in scripturas resonat. et heremita sancto mamete de castro. *Et ex alia parte auizella* villa sala de barrosas cum suas adiunctiones et cum homines de mandamento que concessit ad uimaranes ille comite domno gondesaluo et per illa villa alias incommuniations. id est riarello de susano et medietate de ecclesia sancto laurencio et castrellos integra. et de tota villa de sangunedo duas quintas integras et illa criazom. Aqua leuada rouordelo integro et ecclesia integra sancto martino et medietate de ecclesia sancto stephano et medietate de ecclesia sancti filippi apostoli et sancta eolalia de barrosas integra cum sua dadina et ecclesia sancto mamete integra et heremita sancto uerissimo cum suas adiunctiones ab integro. hanc villa sala et adiunctiones et ecclesias desuper nominatas cum cunctis prestationibus suis et per suis terminis et locis antiquis ita sicut in testamento et in scripturas et placitos conligatas sunt. *Et ex alia parte sancto uerissimo* de monte caluelo. vila molas. de ipsa villa iii<sup>a</sup> integra per suos terminos. et de villa siluares iii<sup>a</sup> integra. et de ecclesia sancto adriano iii<sup>a</sup> integra. has villas et ecclesias desuper nominatas per cunctis terminis suis et cum suis prestationibus et sicut in testamento et in scripturas et in colmellos de domna sabida resonat et de tota illa criazon medietate integra. *Et de villa penacoua* cum sua ecclesia iii<sup>a</sup> partes integras per suos terminos antiquos et cunctis prestationibus suis sicut in scripturas resonat. *Monasterio de zernadelo* et ecclesia sancto petro et ecclesia sancto iacobo. de ipsa ecclesia iii<sup>a</sup> integra et ille monasterio cum suis dextris integro et de tota illa alia villa de fora ii<sup>a</sup> partes integras. et de villa uaizenella ii<sup>a</sup> partes integras. et iacet ipsa villa inter randi et platanoso. Et in villa unione i<sup>a</sup> pausata. et de villa castrellos iii<sup>a</sup> integra. et de ecclesia sancti andree apostoli iii<sup>a</sup> integra. Et de villa sangunedo que est in ferreira ad radice montis cordube iii<sup>a</sup> integra. Et de villa attanes ripa durio nostra ratione. hanc monasterio et uillas cum adiunctiones et ecclesias ab integro sicut desuper scriptum est per terminis suis et cunctis suis prestationibus ita sicut illas obtinuit uelasco froilaz in sua uita et sicut illas concessit ad cenobio vimaranes et post sua morte etiam sicut ipso monasterio cum suas ueritates confirmauit rex domno fredenando et eius coniuge domna Sancia ad ipse cenobio vimaranes per scriptura firmitatis. *Villa aluarenga* quos concessit astrulfo petriz et presbitero et soror uegilia et ibi ecclesia uocabulo sancta marina et sancto iohanne. ipsa villa aluarenga sicut illa obtinuit petro presbitero cum suas ecclesias ab integro per suos terminis et cunctis prestationibus suis. et de hereditate odrocia et de gondemaro medietate integra. et de villa de gesilli que fuit de suo marito nomine sotto medietate integra. et de villa rezemondi medietate integra. et ille agro que dicent tritical integro. sunt ipsas villas sub monte caluelo et in ripa riuulo sause et quomodo diuident per termino de molas et per villa mazanaria et cum uillanova et quantum ibidem fuit inter ipsas villas hereditates de domna seniorina et quantas ibidem ad ipsas ecclesias testarunt alios homines. et in villa zamarini hereditate que fuit de tiu traseiro et quantaque sua mulier abuit ab integro. Hanc hereditates et ecclesias desuper nominatas et alias

multas que in testamentis et in scripturas resonant ab integro post parte cenobio vimaranes cum cunctis prestationibus suis. *Et in sausa ad radice montis sancto felice de felgeiras rubeas villa platanoso ab integro cum cunctis prestationibus suis et cum ecclesia uocabulo sancte marie uirginis.* *Et in villa margaridi* una adiunctione. villa santon integra. villa mauri integra et de ecclesia sancti georgii medietate villa longos et ferramondanos. villa arnosella sicut in scriptura est conligata. has villas et ecclesias cum cunctis prestationibus suis sicut in testamento et in scripturas resonat. *Et in ripa sause iuxta lodares villa pausada integra cum prestationibus suis.* et inter ri- uulo sausela et sequeiros de tota ipsa villa que in medio iacet ubi iasfar habitat m<sup>a</sup> integra. et ad radice castro azarias villa pratuantille cum suas adiunctiones et ecclesias sancto saluator et sancto iohanne ab integro per suos terminos. hanc villa et ecclesias cum prestationibus suis et hereditates ibi de mortuorum in ipsa villa que nostra ueritas est. *Et in ualle arrezosinus sub castro sancte marie ripa tamice villa ollarios cum suas adiunctiones et cunctis prestationibus suis ab integro et quomodo illa obtinuit domno bahaluli in uita sua et post sua morte sicut illa incartauit domna sesgundia cum suos filios nominibus anserigo adefonso nezerone susanna et gutierre ad gontemirus confesso et sicut in testamento de suo filio pelagio gontemiriz resonat. Et ad radice penafidel villa cannas ab integro per suos terminos antiquos et cunctis prestationibus suis et ecclesia sancti martini episcopi sicut ipsa villa concessit luzidu naustiz ad ille comite arias menendit et ad sua mulier illa comitissa nomina emderia per cartula firmitatis et sicut in cartas de vimaranes conligatum est. Et in ripa tamice villa lusidi. villa tra uazus integra cum suo porto et suas piscarias et ecclesia uocabulo sancto mamele de ribazales cum suis dextris et cum adiunctionibus suis ab integro. villa benis davis et ecclesia sancto felice. et in villa abregam nostras ueritates. hanc villas et ecclesias cum omnibus prestationibus suis et sicut in scripturas sunt conligatas. In ripa tamice villa palatiolo ab integro cumctis aprestationibus suis sicut in testamento resonat. *Et in ferraria* villa palatiolos ab integro per suis terminis et locis antiquis et cum suas adiunctiones et ecclesia sancte eolalie uirginis et cum cunctis prestationibus suis. *Villa colina* integra per suos terminos antigos et cunctis prestationibus suis. Et de villa sala medietate integra cum suis prestationibus. et de villa uillela m<sup>a</sup> integra cum suis prestationibus et illas decimas que sunt ueritate de villa palatiolo et colina et ecclesias sancto michael de castellos sancti christofori de lauredo et sanctorum cosmas et damianus de balesteirus. istas ecclesias habent illas suos domnos ad tenere et darent inde dadiua in uimaranes. ita scriptum desuper sicut in testamento et in scripturis resonat. *Et hic in ferraria* villa gondesindi cum suas adiunctiones et ecclesia uocabulo sancto petro et cumctis prestationibus suis. de hanc villa cum toto suo debito medietate integra post parte cenobii vimaranes sicut in testamento que fecit hon nega didaz et in scripturis est conligata. *Et hic etiam in ferreira* villa portella et adiunctiones gaudiosi tomistanes. sautello et in parada 1<sup>a</sup> incommuniatione. *Et in villa moreira* alia incommuniatione ubi dicent castiniaria gondini. et in figeirola 1<sup>a</sup> ecclesia uocabulo sancti iacobi apostoli integra cum suis dextris et 1<sup>a</sup> senra ibi est integra. et in lainoso ad sancta maria 1<sup>o</sup> casal que fuit de dauid randiz integro. *Et in villacoua* 1<sup>a</sup> incommuniatione que fuit de tiu patre integra. et ibi in villacoua alia incommuniatione que fuit de tiu gondemaro. etiam hic in villacoua alia incommuniatione que fuit de fuit (sic) de tiu olidi. *Et in monte corduba* de hereditate de tiu gondemiro medietate integra. et in portella de negrellos 1<sup>a</sup> ecclesia uocabulo sancti cipriani integra cum suis dextris et hereditates quanta habuit arias auoliz ab integro sicut in suo testamento resonat que de illas fecit in cenobio vimaranes. et *deto montis cordube* m<sup>a</sup> integra et mannini. istos cum criacione uaqueiros et equarizus et sicut in colmellos et inuenta rios et in scripturis resonat. *Et inter dorio et aquilar* villa mellares ab integro cum adiunctionibus suis siue ex alia parte durio quomodo de hanc parte et cum ecclesia sancte marie semper uirginis et sancto uerissimo per suis et locis antiquis et cunctis prestationibus suis et quomodo diuidet ipsa villa per monte acuto et perget ad monte de petra taliada inter cabronello et mellares et uay per riuelo malo et plega in durio et conclude piscarias sub domus sancte eolalie et perget ad monte de meda inter fermedo et mellares et inde ad uilar que dicent lauercos medietate integra qui nostra ueritas est et exinde perget ad piscaria de abbate etiam et de ipsa piscaria nostra medietate integra et exinde conclude innia integra et perget de alia parte durio inter mansion frigido et medolas et inde ad illa portella inter villacoua et mellares et torna pro ad carrazito et figel se in monte agudo unde primiter incoauimus. et que sunt fora de terminos alios uillares que ad ipsa villa abent ad seruire. Id est de uillar longo m<sup>a</sup> integra. et de uilar brandilani cum suas piscarias et suas ecclesias et cunctis prestationibus suis m<sup>a</sup> integra. hanc quod desuper resonat ab integro sicut in testamento de rex domno ranimiro et in scripturas conligatum est post parte cenobii vimaranes ab integro permanere. *Villa sandi* ambas illas pausatas que fuerunt de illas sorores et ecclesia sancti martini episcopi. et in villa palatiolo 1<sup>a</sup> pausata integra et de illa ecclesia uocabulo sancta sauina medietate integra. Et in uilla de anegia m<sup>e</sup> pausatas integras cum prestationibus suis quomodo illas concessit ille preposito domno toderedo et illas sorores domna ebrilli et domna ermosinda et domna trudilo et ipsas pausadas cum suas piscarias in durio ita sicut desuper scriptum est et in scripturas resonat. *Item et in ripa durio* ad radice de pena alua villa citofacta ab integro per suos terminos et cum omnibus prestationibus suis. villa palatiolos que fuit de ille comite scemepo didaz ab integro per suos terminos et prestationibus suis. villa sancta leocadia sic villa quomodo et ecclesia integra et cum omnibus prestationibus suis. villa nugaria integra per suos ter-*

minos et cumctis prestationibus suis. villa iacintus integra. villa emilanes integra et ecclesia sancti iacobi apostoli integra. villa castro. villa ebreheimes integra. villa auones integra. et sunt ambas ipsas villas subtus monte genestazo per suos terminos et cunctis prestationibus suis. et in villa alarizi illa uarzena de nouales que ibi iacet integra. villa medugalos integra. Ermello cum suas villas siue de hanc parte durio quomodo et ex alia cum toto suo debito et cunctis prestationibus suis. villa de cabruno integra per suos terminos et sua ratione de villa secarios. et in ripa tamice villa de uilar integra et est subtus montis petrosello. villa lauridello integra. villa onegildi integra. villa pausata integra. has villas cum cumctis prestationibus suis et sicut in scripturas conligatas sunt. Incommuniationes in marezos. *Et ex alia parte durio* villa uocitata romarizi que est in ripa alarda vallis discurrente arauca ab integro per suis terminis antiquis et cunctis prestationibus suis. et de villa gudini <sup>m<sup>a</sup></sup> integra. et de villa traciani <sup>m<sup>a</sup></sup> integra. et de villa trezi <sup>m<sup>a</sup></sup> integra. et de villa oliuaria <sup>m<sup>a</sup></sup> integra. has villas cum suas adiunctiones et cum suas piscarias et cumctis prestationibus suis per suos terminos antiquos et sicut in scripturas resonant. Item ecclesia sancti iacobi et hereditates laicales de magister manilla ab integro siue de auios quomodo et de parentes suos et sicut illas concessit per cartula testamenti ad cenobio vimaranes cum omnibus prestationibus suis. Monasterio sancti torquati per se etiam et cum suas uillas id est villa rex villa uillar villa citofacta cum ecclesia sancto felici. et in villa gumilanes quanto ibi sua ueritas est. villa roboreta. villa trasarici cum ecclesia sanctorum cosmas et damianus. villa sagadi. et in villa lobaria suas ganationes. et inter quintilanes et randulsi ecclesia uocabulo sancta maria cum suis dextris et quod ibi sua ueritas est. villa astrulsi et ecclesia ibi sancta leocricie. has villas quomodo in testamento de rex domno ranimiro et in commissorio conligatas sunt. *In ripa riuulo torio* villa cellafano cum ecclesia sancto iuliano integra et adiunctione in uillarello et uillares tauolazola guandilanes et cornudella. *Et in ripa aue* villanova cum suas adiunctiones integra. *Et inter catauo et penafiel* villa canizada integra et ibi una ecclesia. *Et inter pratualuari et aue* ecclesiast sancto micaele de ca et sancto martin de lauredo et sancto petro de uentosella. *Et in ripa neive* ecclesia uocabulo sancta marina integra cum omnia sua ueritate. *Et ex alia parte limie* villa pladan .... integra cum suas ecclesiast et cum quanto sua ueritas est per suos terminos antiquos et cunctis prestationibus suis. hanc desuper scriptum monasterii sancti torquati cum toto suo debito post parte cenobio vimaranes permanente. *Et in extremis ex alia parte durio* castellos. id sunt Trançoso cum suas villas. longobria. terrenio. moraria. naumam. uacinada. pennadedomno. amendula. scniorzelli. alcobria et caria. istas penas cum toto suo deuido. *Et illuc in extremis* uillas nominatas id sunt Treuules integra. villa noua integra. villar sico integro. sabadelli integro. veiga integra. ecclesiola integra. spinosa integra et nace integra. has uillas per suos terminos anticos et cumctis prestationibus suis. *Et inter durio et barrosa* villa baldigi per suos terminos antiquos ab integro. et latent fora ipsas comparationes ad ipsa villa deseruientes. *Et ad portum durio* inter riuulo et sancto martinu villa sancta maria cum suas adiunctiones et cum suas piscarias per suos terminos antiquos et cum cumctis prestationibus suis ab integro siue ex alia parte durio quomodo et hanc parte durio. villa oliuaria integra cum suas adiunctiones et suas piscarias et cum villa que fuit de abzakeri et ipsa cum suas adiunctiones etiam et per suos terminos antiquos et cunctis prestationibus suis. villa barqueiros cum suas adiunctiones et suas piscarias per suos terminos et cunctis prestationibus suis ab integro. De uila villa uarzena cum suo porto et cum piscarias ab integro. *Et in ualle de arauca* villa sauto de mellares que iacet inter villa arouca et villa laurosa. et in villa eirizi et villa ademondi ipsa uilla de sauto per suis terminis antiquis et cumctis prestationibus suis ab integro. *Et inter durio et colimbrie* prope flumen vauga villa alcaroubim integra et cum sua prestancia et con suas salinas sicut in testamento resonat. villa sancto martino que iacet flumen dorio et inter villa oliuaria et campaniana. villa creiana cum sua prestancia et cum suas piscarias et per suos terminos et cum omnibus prestationibus suis et homines ibi habitantes ab integro.

## CCCCXXI

*Sententia judicialis, a rege Ferdinando lata, circa quosdam monachos servandos in monasterio de Soalhæs. Descripsimus ex apographo in Libro II Donationum Alphonsi III, in Publico Archivo existente. Lectiones varias invenimus in exemplari a RIBERIO (Dissert. Chronol., T. IV, P. II, p. 148) edito. Textum RIBERIO praebuit liber Censual, sic dictus, Sedis Portucaleensis quem, canonicis renuentibus, nobis videre non licuit.*

1059

Dubium quidem non est se<sup>1</sup> multis mane ac triunfatoribus<sup>2</sup> ortu<sup>3</sup> fuit inter Alffonsus<sup>4</sup> et Johannes<sup>5</sup> que sunt presbiteros de illo acistano de Sancto Martino de Suylanes contra Garsia<sup>6</sup> muniz<sup>7</sup> proinde adjuncti<sup>8</sup> sumus in Castella per manus diago<sup>9</sup> trotesindiz<sup>10</sup> et Mendo<sup>11</sup> diaz et Gosendo araldiz qui<sup>12</sup> erant uicarius<sup>13</sup> de rex domno Fernandus<sup>14</sup> et presentauit illos ante rege et erant Episcopus nomen domno Aloytus et domno miro et domno Mauselo<sup>15</sup> et domnus<sup>16</sup> diacus<sup>17</sup> uestruarius et domno sernandus<sup>18</sup> que erat<sup>19</sup> Episcopus de Portugale et Comes<sup>20</sup> Sancius valasquis<sup>21</sup> et domno Poncius Nunu ualasquis<sup>22</sup> et Nunu mendiz<sup>23</sup> et framengo<sup>24</sup> diaz et illos infançones<sup>25</sup> que erant in portugale Gomez<sup>26</sup> eychiguiz<sup>27</sup> Men<sup>28</sup> gunsaluiz<sup>29</sup> et Gudio<sup>30</sup> ueegas<sup>31</sup> et aliorum multorum filium hominum (?)<sup>32</sup> bene nadorum que erant in palencia<sup>33</sup> de conde et exquisierunt inter eos iusticia<sup>34</sup> et deuendicauerunt<sup>35</sup> monacus<sup>36</sup> que<sup>37</sup> erant in illo acistano de Garsia<sup>38</sup> muniz<sup>39</sup> per suis escriptus<sup>40</sup> et per suos auolus et per suos sapientes<sup>41</sup> et per sua<sup>42</sup> ueritas. Mandauit ille rex fernandus que confirmarent<sup>43</sup> illos monacus<sup>44</sup> in acistano de<sup>45</sup> sancto martino de suylanes per manus Diagus<sup>46</sup> trutusindiz<sup>47</sup> et Mendo<sup>48</sup> diaz et Gosendo araldiz ...uendo<sup>49</sup>. Ego<sup>50</sup> Garsia<sup>51</sup> muniz<sup>52</sup> facio uobis Alffonsus et Johannes<sup>53</sup> presbiteros et fratres<sup>54</sup> qui<sup>55</sup> sunt in illo acistano plazum<sup>56</sup> de ipsa hereditate que uendicates de me ante ille rex Fernandus que habeatis uos illa firmiter<sup>57</sup> et omnis propinquus uestris ingenu que bonus<sup>58</sup> fuerit et in uida sancta perseuerauerit in temporibus seculorum aut propinquos nostros illos uestros et ille annizio<sup>59</sup> intrumpere quesierit aut per nos aut per mandatos nostros aut qualibet generi<sup>60</sup> homo unde uos impedimento habeatis parie uobis duo libra bina auri talenta et ille<sup>61</sup> acistano duplato et in<sup>62</sup> iudicato a<sup>63</sup> domino terre. Ego Garsia muniz<sup>64</sup> in hanc annicio<sup>65</sup> manus meas roboro. Era M<sup>3</sup>LXXXVIII<sup>66</sup> pridie kalendas Januarii.

Pro<sup>49</sup> test.<sup>50</sup> Marecu<sup>51</sup> presbiter. Johanne presbiter<sup>51</sup>. Gonsendo<sup>51</sup> presbiter<sup>51</sup>. pater<sup>51</sup> presbiter<sup>51</sup>. donio<sup>52</sup> presbiter<sup>52</sup>. —Aloytus episcopus confirma —Mauselus<sup>53</sup> Episcopus confirma —Mirus Episcopus confirma —Vestruarius Episcopus confirma —Sesenandus<sup>54</sup> episcopus confirma.

Sancius conde<sup>55</sup> confirma<sup>55</sup> —Domino<sup>55</sup> Poncius confirma<sup>56</sup> —Diagus trutusindiz<sup>57</sup> confirma<sup>57</sup> —Gosendu<sup>57</sup> araldiz confirma<sup>58</sup> —Gomez<sup>58</sup> eychiguiz<sup>58</sup> confirma<sup>58</sup> —Flanninus confirma<sup>59</sup> —Menendo<sup>60</sup> diaz<sup>60</sup> confirma<sup>60</sup> —Godino<sup>60</sup> ueegas<sup>60</sup> confirma<sup>60</sup> —Menendo<sup>61</sup> gonsalui<sup>61</sup> confirma<sup>61</sup>.

Rex Fernandus<sup>62</sup>.

Ordonio<sup>63</sup> notuit<sup>63</sup>.

1 sed  
2 triumphatoribus ortu  
3 Alffonsum  
4 Johanne  
5 Garcia Moniz  
6 adjungi  
7 Didaci Troitesendiz  
8 Menendo  
9 que  
10 Vigarius  
11 Fernando  
12 Mauselo  
13 Domno Didacus  
14 Sesenandus  
15 deest  
16 Condes  
17 Valasquiz  
18 Valasquiz  
19 Menendi  
20 Flamu  
21 Infançones  
22 Gomize Eicazi, Menendus Gonzalviz  
23 Godiao Venegas  
24 omnium  
25 Palenciam  
26 justitiam  
27 divindicaverunt monachos qui  
28 Garsea Moniz  
29 scriptos  
30 sabientes  
31 suas  
32 confirmassent

33 Monachos  
34 deest  
35 de Diagus Truytesendiz,  
36 Menendo  
37 Auxendo ego  
38 Moniz  
39 Johanne  
40 a Fratres que  
" haec desunt  
41 bonos  
42 annicio  
43 uenerit  
44 illo  
45 deest  
46 ad  
47 Moniz  
48 annizio  
49 deest  
50 Marecus testes  
51 Presbiter testes, Gonsindo Presbiter testes, Petros Presbiter testes,  
52 deest  
53 Maurelus  
54 Senandus  
55 Comide testes, Domno  
56 testes,  
57 Truytesendiz testes, Gunsindo  
58 testes, Gomece Eclexi testes  
59 testes,  
60 desunt  
61 Menendus Gonsalvit testes,  
62 Fernandus concessit,  
63 Ordonnius notavit.

## CCCCXXII

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in villa de Gemunde. Charta autographa ad Monasterium Morariense pertinens in Publico Archivo servatur.*

1060 (?)

In dei nomine ego gunsalbo presbiter plagui mici bone pazis volumtas ut per esribtis uimderemus ad uobis troitesindo et uxor tua gontrode sicut et uendimus et de ereditade nostras probria que auemus de aduio nostro gumsalbo nanizi et pater meo odario aue iacemtia in uila gemundi subtus mons faro discurrente riuilo eixatones probe lidore maris. damus aque concedimus ila de ila octaua mediedade integra per suis terminus uicus et locis antigus per ubi illa podueridis inuenire cum quanto in se obtine et aprestidun ominis est et acebimus de uos alia que mici bene complagui et uno potemgo in pretio. aueadis uos ila firmiter omnis posteridas uestras iuri quiedo temporibus seculorum uindendi donandi quique exinde aiere fatiendi. et si aliquis omus uos proinde calumniare uel inmodigum subtentare comodo aueadis de nos licentia adprendere ipso que in carta resona dublado uel quanto a uos fueri meliorada et uos perene aidura. facta carta uenditionis nodun die eri kalendas abrili era millesima LXXXVIII. (?) gunsalbo odarizi in acn carta uenditionis manu mea ro+.

qui preses fuerunt pelagio test. godesteo test. odario test. sendino test. pelagio presbiter notuit.

## CCCCXXIII

*Textum sumpsimus ex libro regestorum Araucensi, Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, sic dicto. Lectiones varias addidimus ex aliis duobus exemplaribus in eodem codice insertis.*

1060

**Testamentum quod fecit Tuta gudesteiz de Monasterio de Arauca  
consubrino suo frolla gudesteiz.**

Dubium quidem non est set notissimo<sup>1</sup> manet in ueritate eo quo<sup>2</sup> et<sup>3</sup> ego famula dei tuda<sup>4</sup> gudesteiz<sup>4</sup> deuota in temporibus fredenandus rex et regina santia et in presentia garsea meneonis et sub dei gratia sisnandus episcopus. ego famula dei tuda<sup>5</sup> deduxi diebus<sup>6</sup> meis in ordo confessarum<sup>7</sup> et aduenit mihi senectutis ignorantie delicto et pro<sup>8</sup> consensu de ipsos domnos et de alias plures et de gens<sup>9</sup> nostra<sup>9</sup> placuit ad<sup>10</sup> mihi<sup>10</sup> tuda<sup>10</sup> et<sup>10</sup> fatio ad<sup>11</sup> tibi subrino meo frolla gudesteiz<sup>12</sup> textum<sup>13</sup> et scripture<sup>14</sup> firmitatis et series benefactis de monasterio meo que<sup>15</sup> habeo in ualle arauca subtus<sup>16</sup> mons<sup>16</sup> fuste<sup>16</sup> et<sup>16</sup> serra<sup>16</sup> sicca<sup>16</sup> discurrente<sup>16</sup> ribulo<sup>16</sup> alarda<sup>16</sup> in<sup>17</sup> uilla<sup>17</sup> que<sup>18</sup> dicent<sup>18</sup> sancto petro assisterio<sup>19</sup> cuius baselica fundata est et quorum reliquiarum<sup>20</sup> cum ornamenti et altionibus<sup>21</sup> suis per suis terminis et locis antiquis sicut illa<sup>22</sup> ganarunt priores nostros domno ansuri et domna eileuua

N.º 1

" Testamentum quod fecit Tuta gudesteiz consubrino suo  
frolla gudesteiz de Monasterio de Arauca.

- 2 quod
- 3 deest
- 4 tuta gudesteiz prolix
- 5 tuta
- 6 temporibus
- 8 per
- 10 mihi tuta
- 11 deest
- 12 gudesteiz
- 14 scripture
- 15 quem
- 16 haec desunt
- 18 ubi uocitant
- 19 assisterio
- 20 reliquiarum ibi sunt recondite
- 21 agitionibus
- 22 illo

N.º 2

" Testamentum quod fecit Tuta garcia de monasterio  
et de facultatibus F. god.

- 1 notissimo eius
- 2 quod
- 4 tuta garcia (?) prolix
- 5 T.
- 7 confessionis
- 8 per
- 9 nostra
- 10 mihi T.
- 11 deest
- 12 gud.
- 13 testamentum
- 15 quem
- 16 haec desunt
- 17 deest
- 18 ubi uocitant
- 19 assisterio
- 20 reliquie recondite sunt
- 22 illo

et edificarunt illa ecclesia pro remedio animas suas pro ad monacos et fratribus<sup>23</sup> et<sup>23</sup> sorores<sup>23</sup> habitantibus si-  
cut tenuerunt<sup>24</sup> et<sup>24</sup> sicut<sup>24</sup> illo<sup>24</sup> dedit<sup>24</sup> ansalon et eileua<sup>25</sup> ad domna guntina pro<sup>26</sup> testamento<sup>26</sup> firmitatis. et  
tenuit illo in suo iure plures temporibus cum suis<sup>27</sup> abatibus<sup>27</sup> et<sup>27</sup> relinquit eum<sup>28</sup> ipsa domna guntina pro<sup>29</sup> scri-  
ptura<sup>29</sup> firmitatis<sup>29</sup> ad mibi tuda<sup>30</sup> et illos scriptos per que<sup>31</sup> illo monasterio<sup>32</sup> ganarunt. et ego tuda<sup>33</sup> sic fatio tes-  
tamento pro<sup>31</sup> scriptura<sup>34</sup> firmitatis<sup>34</sup> ad tibi subrino meo froila de illo monasterio que<sup>35</sup> sursum<sup>35</sup> resonat<sup>35</sup> et de  
totas<sup>36</sup> alias meas hereditates leigales<sup>37</sup> comodo<sup>37</sup> de<sup>37</sup> nostro<sup>37</sup> ganato<sup>37</sup> et de omnia mea rem. Do ad tibi froila<sup>38</sup>  
isto<sup>38</sup> que<sup>38</sup> in testamento resonat pro que contines me in mea senectute de uicto<sup>39</sup> et de uestito<sup>40</sup> et de modula-  
tura<sup>41</sup> et pro tuo<sup>42</sup> seruitio bono que ad<sup>43</sup> mihi facis et que ad<sup>44</sup> mihi placet. Et post obitu uero<sup>45</sup> meo habeas  
cura de anima mea in missas et in uotiuos<sup>46</sup> et in<sup>47</sup> oratione et in recitatione et bucella in pauperibus tribuendo  
pro remedio anime mee ut et dominus memorie sit<sup>48</sup> mihi<sup>48</sup> semper. De isto die habeas tu<sup>49</sup> froila<sup>49</sup> isto que in  
testamento resonat firmiter et omnis posteritas tua<sup>50</sup> a<sup>50</sup> cuiu<sup>50</sup> tu illo relinquoris. Hic<sup>51</sup> adicimus<sup>51</sup> in illo<sup>52</sup> tes-  
tamento facias<sup>53</sup> confessione<sup>53</sup> in<sup>53</sup> ipso<sup>53</sup> monasterio<sup>53</sup> et illas leigales<sup>54</sup> habe<sup>54</sup> in<sup>54</sup> tua<sup>54</sup> uita<sup>54</sup> et post tuo<sup>55</sup> obitu<sup>55</sup>  
torent ad ipso monasterio ad monacos fratres<sup>56</sup> qui ibi habitantes fuerint<sup>57</sup> pro remedio animas nostras. alius<sup>58</sup>  
homo<sup>58</sup> de<sup>58</sup> posteritate<sup>58</sup> mea<sup>58</sup> aut<sup>58</sup> de<sup>58</sup> gens<sup>58</sup> mea<sup>58</sup> non habeat licentia inde<sup>59</sup> prendre<sup>59</sup> nec usurpare nec  
subiurgare<sup>60</sup> nisi sanas et intemeritas<sup>61</sup> ad tibi deseruant sic faciant ad posteritas tuas<sup>62</sup>. Et si aliquis homo<sup>63</sup> de  
sanguinitate mea probria<sup>64</sup> uenerit<sup>64</sup> aut de extraneis<sup>65</sup> rabax<sup>66</sup> contumax<sup>66</sup> qui isto testamento intrumpere quesierit  
anathema<sup>67</sup> sit et separalus a caro et sanguis<sup>68</sup> domini<sup>68</sup> et cum iuda traditore lugea<sup>69</sup> perpetim dampna<sup>70</sup> perma-  
neat et insuper pariat ad<sup>71</sup> tibi froila uel ad posteritas<sup>72</sup> tua<sup>72</sup> qui<sup>73</sup> isto testamento obseruauerit<sup>74</sup> duo auri talen-  
to<sup>75</sup> et quanto in isto testamento resonat quadruplato<sup>76</sup> et<sup>77</sup> iudicato<sup>77</sup> et isto<sup>78</sup> testamento<sup>78</sup> plenissima<sup>78</sup> habeat  
firmitate<sup>79</sup>. Facta series testamenti et scriptura benefactis notum<sup>80</sup> die xv kalendas magii. Era m<sup>a</sup> lxxxviii<sup>a</sup> tuda<sup>81</sup>  
in hanc series<sup>82</sup> testamenti<sup>82</sup> uel<sup>82</sup> benefactis ad<sup>83</sup> tibi<sup>83</sup> froila<sup>83</sup> manu mea roboro+<sup>84</sup>. gondesindo<sup>85</sup> test. piniolo  
test. uilino test. adefonso test.<sup>86</sup> garsea meneonis<sup>87</sup>. Sindila<sup>87</sup> presbitero confirmo. iohanne presbitero conf. mido

N.<sup>o</sup> 1

23 fratres ibi  
24 illo tenuit ermegildus abba plures annos cum fratribus suis per testamen-  
tum quod ei fecerunt domino ansuri et domna eileua et sicut dederunt  
25 mater eius eileua et ermegildus abba  
26 per testamentum  
27 suos abbates. Et sic  
28 deest  
29 illo monasterio  
30 tuta per scripture firmitatis  
31 ubi  
33 tuta  
34 deest  
35 quomodo  
36 deest  
37 laigales et de meo ganato  
38 quod  
39 uito  
40 uestimento  
42 deest  
43 deest  
44 deest  
45 deest  
48 mihi sit  
49 deest  
50 tuas cui  
51 Et adicimus  
52 isto  
53 ut facias in ipso monasterio confessionem monacorum  
54 uillas laigales habeas in uita tua  
55 obitu tuo  
56 et ad fratres  
57 fuerint et in uita sancta perseuerauerint  
58 Alios de posteritas nostra aut de extraneis  
59 inde apprehendere  
61 intemeratas  
62 tua.  
64 propria uenerit  
66 rapax contumax de qualibet formam generis  
67 anathema  
68 sanguinis domini nostri ihesu christi et consortium sanctorum eius  
69 lutea  
71 deest  
72 deest  
74 obseruauerit et uocem monasterii huic pulsauerit  
75 talenta  
76 quaduplato  
78 istum testamentum usque in perpetuum plenissimum  
79 firmitatem.  
80 erit  
81 Tuta  
82 testamentum et series  
83 deest  
84 ro+ui. Qui preses fuerunt  
86 test. Sisnandus episcopus confirmo.  
87 meneonis conf. Sindilani

N.<sup>o</sup> 2

23 fratres et sorores ibi  
24 illo tenuerunt et sicut illo dederunt  
25 mater eius eileua et ermeger abba  
26 per testamento  
27 suis abbates. et sic  
28 deest  
29 illo monasterio per scripturam firmitatis  
30 T.  
31 ubi  
32 deest  
33 T.  
34 deest  
35 quomodo  
36 deest  
37 laigales et de meo ganado  
38 isto quod  
41 moduratura  
44 deest  
45 deest  
46 uotibus  
47 deest  
48 sit  
49 deest  
50 tuas cui  
51 et ulcimus  
53 ut facias confessione  
54 uillas laigales habeas in tua uita  
55 obitu tuo  
56 et ad fratres  
57 fuerint et in uita sancta perseuerauerint  
58 Alios de posteritas nostras  
59 de prendre  
60 subiugare  
61 intemeratas  
62 tua.  
63 deest  
64 propria uenit  
65 extranea  
67 anathema  
68 sanguinis domini  
69 in eterna  
70 dampnatione  
71 deest  
72 deest  
73 quem  
75 talenta  
76 quadriduplato.  
77 deest  
78 isto testamento plenissimum  
79 firmitudinem usque in perpetuum.  
80 erit  
81 T.  
82 testamentum et series  
83 deest  
84 ro+.  
85 gunquiesindo  
87 moneonis. sindila

presbitero conf. uistromiro<sup>88</sup> presbitero conf. Menendo notauit. domno<sup>89</sup> principici<sup>89</sup> uidi<sup>89</sup>. trastemiro<sup>89</sup> uidi<sup>89</sup>. domno<sup>89</sup> fortes uidi<sup>90</sup>. domno ero uidi<sup>91</sup>. domno riquili<sup>92</sup> uidi<sup>92</sup>. ordonio<sup>92</sup>. cesareo<sup>92</sup>. fridixilo<sup>93</sup>. ermegildo. quedino. ofrus<sup>94</sup>.

N.<sup>o</sup> 1

88 uiseremiro  
89 donnon principiz uidit. trastemiro uidit. domno  
90 uidit.  
91 uidit.  
92 riquila uidit. Godino. Cesario.  
94 christoforus.

N.<sup>o</sup> 2

88 uistremiro  
89 dominum principiz uidit. osastemiro uidit. domno  
90 uidit.  
91 uidit.  
92 riquila uidit. godino. aesari.  
93 frodisillo.  
94 christoforus.

## CCCCXXIV

*Cum quidam Pepi et uxor pro Fromosindo Fernandiz multam judiciale exsolvisserent ac eum a vinculis liberassent, ipse Fromosindus, uxor, filiaque benefactoribus suis bona quaedam, in villa de Rial et alibi sita, tradunt. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, ex qua sumpsimus, in Publico custoditur Archivo.*

1060

In dei nomine ego fromosindo fernandiz et uxori mea maria et filia mea eileuua plagui nobis per bona pacis et uoluntas ut uenderemus tibi pepi et uxori tue tedegundia hereditate nostra propria que habemus in villa rial territorio portugalense urbis anegia subtus mons serra sicca discurrente riuulo sardoria et durio. et uocitant ipsas hereditates prenominatas sancto saluator. mea ratione ab integro que fuit de mea matre tedegundia de m<sup>a</sup> duas partes sua ratione de nugaria et de sancto petro et de toderiz et de cercetelo et de azueto et de agrella. damus a uobis ipsas hereditates nostra ratione ab integro cum omni sua prestancia per suis terminis et locis antiquis exitum accessum uel regressum terras rubtas uel inruptas cum quantum aprestitum in eas est per ubi illas uobis delimitauimus et coram testes adsignauimus pro que accepimus de uos precio xxx<sup>v</sup> modios in quo nobis bene conplagui in saias et in lenzos in capras et ouelias et in porcos in centeno et milio uos destis et nos accepimus et de precio apud uos nicil remansit in deuito. et ipsos modios et ipso precio que misimus pro me que iacia in tronco et in catena de truitesindo didaz que me tragia per gatganta pro suo maiorino que illi malliaui et cedei foras de mea eira. proinde damus ad uobis ipsas hereditates habeatis uos et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. Siquis tamen quo fieri non credimus aliquis homo uenerit contra hanc kartula uendicionis ad inrumpendum que nos ad iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus a uobis ipsas hereditates dublatas uel quantum a uobis fuerint meliorata et uos perpetim habitura. Facta karta uendicionis notum die erit vii<sup>o</sup> kalendas setembris. Era m<sup>a</sup> LXXXX<sup>viii</sup>. Fromosindo et uxori mea maria et filia mea eileuua in hanc kartula uendicionis manus nostras r+++ oboramus.

Qui preses fuerunt gundisaluo test. — uiarigu test. — gundisaluo desteriquiz test.

Trasylsu aufiz notuit et Micahelis emendauit.

Hec fuit in iudicio de sarazino ueniegas.

## CCCCXXV

*Graviter morbo vexatus Gundisalvus Pelagiz bonorum suorum Monasterium Sancti Thirsi haeredem fecerat, sub conditione tamen ut ei dum viveret monachi necessaria praeberent. Monachorum vero ob malam fidem ac ingratitudinem indignatione motus, prima donatione rescissa, ipsa bona patri suo donat seu potius vendit. Descriptissimus ex charta autographa, ad Petrosense Monasterium pertinente, et nuper e scrinio Conimbricensis Universitatis in Publicum Archivum delata. Verba quaedam, scissuris membranae abolita, ex apographo saeculi XVIII in Academiae nostrae bibliotheca existente, supplevimus.*

1060

Christus. Ut in cuntis diebus omnibus permanentis notum sit eo quod aduenit infirmitas in corpus condisalibus prolix pelagio et tuta prolix alio condesalbo et ipsa infirmitas per spiritu inmunde uexatur et uidit se in

opresione grauissime uoluit testare omnia sua rem uel ereditas ad deo pro remedio anime sue et ad absisterio quos uocitant sancto tirso ad fratres uel sorores ad continendo corpus suus ad tolerando in uita sua sic et testauit per scriptum ut sit eum reliquissent ipsis dominis de ipsis munesterio tam in uita aut ad mors ut ipsum testum non ualueret. et in post modicum tempus perseuerauit infirmitas super ipsum condisalbo pelagiz et orritum fuit ad ipsis dominis de ipso monesterio et dimiserunt eum pro ad mors. dum autem uidit se ipso condisalbo quod non auebat qui corpus suum curare misit uerbos per omnes sapetores et doctores legis dicentes iudices et magistratus ut non ualead testum dum testator uixerit.

Obinde ego cumdesalbo pelagiz in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit mici per propria mea uolumtate ut facerem uobis patrem meum pelagio condesalbiz sicut et facio testum scripture firmitatis et benefactis uel donationis de omnias meas ereditas quantasque abeo uel abuero usque obitum meum cum omnem mea rem uel crazione quantum in nomine meo creuerit et in denante fuerit. ideo ego gumdesalbo do uobis patrem meum adque concedo omnia mea falgultate sicut super diximus et ut dicit scripture —omnis homo qui semen non abuerit de omnia sua faciat quod uoluerit— pro id de odie die in omni tempore abeat eo illo in omni uita mea quamquamque uixerit et post ouitum uero meo abeati uos et omnis posteritas uestra sicut superius diximus iuri quieto in perpetim uiuituri. et accepimus de uos ad confirmationem carta benefactis hoc ad moderatura uestra et ad tolorantia nostra et curatione uestra usque obitum meo et in obitum cura corpus meum et pos obitum meum cura de anima mea in cerea et in oblationem et insuper accepimus de uobis r<sup>o</sup> kauallo bono in cc solidos et de pretio apud uos nicil remansit in deuito et in mea uita obiurgemus illum sicut uoluerimus in quantum memoria nostra oblata non fuerit et post ouitum uero meum remaneat firmiter ad parte uestra in omni tempus. si quis tamen aliquis omo uenerit extraneis uel propinquis contra hunc factum *inrumpere uel temptare uoluerit a nobis ad concilio obturgar aut aduendicar noluerimus post pars uestra aut uos in uoce nostra pariet uobis ipsum quod superius resonat in dublo uel triplo et ad potestas in cuius illa terra stantia fuerit alio tamtam et hunc factum nostrum plena habeat firmitatem. Factum* testum scripture in die quod erit viii<sup>o</sup> agusto. Era lxxxviii<sup>a</sup> superacta m.<sup>a</sup> condesalbo in.....ure manu..... conf.+ ..... uniu..... ..... ..... pelaio ui...liz conf. —condesalbo fromariquiz conf. —cotierre tructesindiz conf. —cotino guimiriz conf. —tructesindo guimiriz conf.

petro presbiter test. —condesalbo condesindiz test. —ansur braoliz test. —uermudu condisalbiz test. —tructesindo cotiniz test.

Egas quasi indignum quos (*sic*) notuit.

CCCCXXVI

*Ex codice, Livro de D. Mummadona, sic dicto, descriptimus.*

1060

**Cartula uel plazo de monasterio de villanova**

Loba pelagiz et menendo pelagiz et Sueiro pelagit et ermesinda pelagiz simul et filius de nuno pelagiz id sunt menendo nunit et lopa nuniz pactum et placitum facimus ad uobis petrus abba et Arriani prepositi fratres et sorores habitantes in cenobio vimaranes sub die quod erit n<sup>o</sup> nonas septembbris Era m.<sup>a</sup> lxxxviii<sup>a</sup> pro parte de monasterio de villanova cum adjunctionibus suis pro illa m<sup>a</sup> de ipso monasterio quod deuindicauimus de tia nostra in concilio vimaranes ut teneamus illa in nostra uita et filiis et neptis similiter faciant et non habeamus licencia de ipsa m<sup>a</sup> de ipso monasterio uel de adjunctionibus suis uendendi nec donandi nec commutandi nec testandi nec in alia parte extraniandi nisi ad casa de vimaranes. et si quamuis quesierimus uindere aut donare iermanus ad sobrinus uel progenie nostre unus ab aliis placuit quia sic faciamus illa semen de istos que in placitum resonant. et si quamuis pro aliqua occasio per que uendamus in parte extranca non sit licitum nisi ad dominos qui fuerint habitantes in casa de vimaranes dent nobis aut ad nostro semen suo pretio quantum digna fuerit et torrent se ipso monasterio post parte de vimaranes et si ipsos dominos noluerint ipso pretio reddere sedeat persoluta. et notum facimus per ipsa villa de palonbario unde damus illa nostras rationes ad osorio telliz. et si minime fecerimus et hunc placitum exesserimus pariemus de ipso monasterio quantum usurpare uoluerimus tantum duplem uel tripemus et insuper auri talenta duo et ad iudicis terre suo iudicato. nos superius nominati in hoc placitum manus nostras roborauius. Petrus abba manu mea confirmo. Arriani prepositi conf.

Osorio telliz conf. —Christoforus uiliamiriz conf. —Diaco ennegoz quos uidi.

Arias sagatz quos uidi —Iheremias airas quos uidi —Froila airas quos uidi.

Pelagio tructiz presbitero test. —Vigoy presbitero test. —Emila presbitero test. —Iuliano diacono notuit.

## CCCCXXVII

*Pactum venditionis partis fundi cuiusdam in villa de Villar de Porcos. Charta autographa, ad Morariense Monasterium pertinens, in Publico exstat Archivo.*

1060

In dei nomine ego uelasco plagiū nobis bone pacis uoluntas numlos qodque gentes imperio nec suadentis artigulo nec pertimessentes medium neque pars qod eri fraudes ingenio sed propria mici acesi uoluntas uit per escriptis uinderemus ad uobis troitesindo guiterizi et uxuor uestra controde sicus et uindo ereditade mea probria que aueo de suseptionen auio meo gondesindo sisualdizi et mater mea dulzuna ici in uilar de porcos loco peredicto que uocidan karualido dou uobis de ereditade de gondesindo v<sup>a</sup> media per uit ila podueridis inuenire per suis terminus uicus et locis antigus per uit ila podueridis inuenire. et aue iacentia ipisa uila in termino de uilar de porcos alle montis faro discurrente ribilo udi teridorio portugalensis probe lidore maris. acebimus de uos pretio v modios in que nobis bene complagui. aueadis uos ila firmiter et omnis posteridas uestras iuri quiedo temporibus seculorum. et si aliquis tamen omo ueneri uel uenerimus contra acn kartula uenditionis ad inrumpendum et nos ila deuindigare uel autorgare noluerimus au uos in uoce nostra comodo aueadis licentia de nos apredere ipiso que in carta resona dublada et uel tripada et uos perpetim aidura pereniter permansura. facta kartula uenditionis nodum die eri xi<sup>m</sup> kalendas nouembris. Era lxxxviii<sup>a</sup> super millesima. uelasco in acn karta uenditionis manu mea ro+.

qui preses fuerunt atan godinizi. rodorico test. gartia test. ianardo test. framila test. plagio presbiter notuit.

## CCCCXXVIII

*Fromosindus presbyter presbytero Sindilae dominium quarumdam ecclesiarum in villa de Rial donat, nepotibus suis quibusdam bonis tamen servatis. Charta haec, saltemve vitiata, quae ut autographa profertur, olim in scrinio Monasterii de Pendorada, nunc in Publico Archivo existens, an genuina sit vel ficta, nobis non liquet.*

1061

Duuium quiden non est se multis mane in nodisimun eius in ueridate eo quo in temporibus fredenamidus rex et in presentia garseas proliis moneonis In dei nomine ego fromosindo ideo plaguit nobis per bone pacis uolumtas asto animo integrō atque consilio ut per scritis faceremus at uobis sindila presbitero textum benefactis de baseligas et de omnia sua rem. et fuit ipso fromosindo presbitero fui genidi et uerbadi et ex penerauilibus paremtibus suis et ganaui et comparauit ereditates per pretio et escrituras in uila rial teridorium annegia subtus mons sera sikca discuremtem ribulo sardoria flumen durio. damus at uobis ipsas eglesias nominadas sancto salvador et sancto petro et sancta christina cristina (sic) cum atgitionibus et prestationibus suis at integro atueas tu et omnis postteridas uestras et quem tu relinquere uolueris et atcepimus de uobis seruitio bono in mia uida vestire et calcar et pane et carne et uino et at meo debito que me uestias bene et atueas cura de mia anima in uodiuo in cera in oblata in quanta adbueris. et si quis tamen quo fieri non creditis omo ueneri uel uenerimus contra anc factum nostro textum benefactis scriutra inrumpere que nos in iudicio deuendigare non poduerimus au uos in uoce nostra parie post uestra parte d solidios et ipsas eglesias dublatas con prestationes suas et quantum at... in scriitura pe- dideri dublatum et iudigato. nodum die quo erit iii<sup>m</sup> nonas ianuarit. Era m<sup>a</sup> lxxxviii<sup>a</sup> fromosindo presbitero in anc textum benefactis manu mea ro+.

qui preses fuerunt froilla godesteizi test. uelasco pinionizi test. uimara presbitero test. ueila test. gontado test. Alluitu nodui.

Exxetis in aciuelo et in naquera et in aspar et in teuilam eo que dedi inde at meos subrinnos.

## CCCCXXIX

*Ferdinandus legionensium rex villam da Cornelhan, ad Sedem Compostellanam pertinen-tem, immunitate decorat. Sumpsimus ex eodem apographo authenticō saeculi XIV, in Publico Archivo servato, in quo monumenta, sub numeris XVIII et XIX edita, inveniuntur.*

1061

Sub christi nomine. Fredenandus Rex et Sancia Regina uobis patri episcopo domno Cresconio uel omnibus ecclesie Sancti Jacobi apostoli facimus hanc scripturam firmitatis de hominibus que uenerunt populare ad uestram villam quam uocitant Cornelianam ripa limie quos auus noster Rex dominus Hordonius testauit sancto Jacobo ut stet ipsa villa per terminos de uulturino usque in foce de turuela et de Riuulo limie in monte annor ingenua post partem uestram cum cunctis populatoribus tam illis qui ibi sunt quam qui post nos ibi intrauerint stent semper post uestram partem et post partem ipsius apostoli cunctis diebus secundum uestra fuerit uoluntas. Neminem ordinamus qui ibi uobis aliquam disturbancem faciat in aliquo. Notum die VI<sup>o</sup> idus Januarii. Era M<sup>a</sup> LXXXXIX. Fre-denandus Rex conf. Sancia Regina conf. Muninus Episcopus conf. Sisnandus episcopus conf. Erigius conf. Hor-donius conf. Guncaluu conf. Adeffonsus conf. Hordonius conf. Pelagius conf. Cresconius conf. Eccā gundesindiz test. Cresconius test. Aluano test. Belleto test. Ermoricus test.

## CCCCXXX

*Vistregia et filia ejus agrum, quem in Villar de Porcos prope flumen Cavado posside-bant, Tructesindo et uxori ejusdem donant. Ex charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinente, in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1061

Christus. In dei nomine ego uistreia et filia mea animia in domino deo eterna salnten amen. Ideo placui mici asto animo integroque nostro consilio ut faceremus ad uobis tructesindo et uxor uestra gontrode kartula donationis de larea de terra que dedit geluira ad tructesindo cidiz et ad uxor sua uistregia. et est ista larea in loco predicto in uilar de porcos iusu in rial iusta ila caria et leua se ila larea de ile riu de cadauon et fere de longo in ilas traue-sas de donaneriquiz xxxx xxxx pasales et in anplo viii et iii cubitos. damus uel donamus ad uobis ipsa larea de ipsa terra et ualea donatio sicut et entio. ida ut de odie et tempore sia de iuri nostro abrasa et in uestro iure sidea tradita et confirmada. aueadis uos et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. si quis tamen quo fiderit non creditis et aliquis omo uenerimus (*sic*) uel uenerimus contra unc cratula (*sic*) donationis intrumpere uoluerit que nos noluerimus obtorgare uel deuendigare post uestra parte aut uos in uoce nostra quomo pariemus uobis ila larea de ila terra post parte uestra dublata uel quantu ad uos fueri meliorada. et est isto teridorio portugalense subtus mons faru. Facta kartula die erit v kalendas iunias. Era LXXXXVIII super millesima. uistregia et animia in anc cartula dodonationis (*sic*) manus nostras ro+++. ic test. tructesindo test. alio tructesindo test. uilifonso test. donan test. floila test. odario notuit.

## CCCCXXXI

*Ex codice, qui titulum Livro de D. Mummadona p̄ae se fert, sumpsimus.*

1061

**Carta de sancta maria de oliuaria et hereditate que iacet in ripa selle**

Sub imperio opificis rerum qui trinus in unitate extat colendus adorandus glorificandus necnon et in honore sancti salvatoris sancteque tue genitrix marie hac gloriose uirginis et sanctus apostolus petrus et paulus iacobus tomas iohannes iacobus alphei simon et iudas et bartolomeus ad ofitium predicationis electos similiter et iohannis D. et C. Tom. I.

baptiste cum uirgines eolalie columbe tecle christine agate dorotee celesti talamo collocatas cum martiribus aclis-  
cli romani facumdi et primitiui sancti laurentii celesti crurore laureatus santi martini episcopi sancti saturnini  
episcopi sancti cipriani episcopi et ultimo martiris beato pelagio uel omnium sanctorum martirum uirginum atque  
confessorum quorum reliquie recondite sunt in cenobio nunccupato vimaranes que est fundato ad radicem oppido  
latito inter alueis bis uehementibus Aue et auizella urbium bracarensium. Ego exiguo et famulo christi petro eriz  
et diaconus cum peccatorum mole depreso in spe fidutiaque sanctorum non usquequaque disperatione deicior qui  
etiam reatui meo et criminibus sepe pauesco ut per uos sancti dei reconciliari merear tandem communem domino  
hac supplicatione uotis hominibus imploro. Et ideo deuotioni mee extitit ut pro remedio anime mee facerem ad  
hunc locum vimaranes et ad fratres et sorores ibi habitantes scriptura testamenti de hereditates meas proprias que  
abeo de auios et parentes meos in villa que est fundata ripa selio de ipsa hereditate quanta ibi habuerunt auios  
et parentes meos <sup>m</sup>a integra per suis terminis et locis antiquis exsceptis lareas que iacent ex alia parte selio que  
dedit ego petrus eriz ad sancta eolalia pro remedio anime de genitores meos. illas alias ab integro post parte ci-  
miterii huius. aditio etiam in hunc testamentum in villa oliuaria medietate de ecclesia uocabulo sancte marie vir-  
ginis per suis terminis et suis dextris et ornamentum ecclesie signo ex metallo calice argenteo et libros officiales.  
et ad memoriam reducimus pro illa hereditate laicale quanta ibi habuerunt auios et parentes meos ut deseruiat  
inde illa mea <sup>m</sup>a ad ipsa sancta maria de oliuaria et post parte cimiterii huius. et si fuerit de propinquis meis qui  
stet in ordinem sacerdotalis teneat ipsa ecclesia sub manu de dominos de uimaranes. has hereditates et ecclesia  
ab integro illas testo et confirmo post parte huius cenobii vimaranes et omnes ibi habitantes domus cum edificiis  
suis uel intrinsecus domorum terras ruptas uel barbaras aquas aquarum et sesicas molinarum exitu montium et  
regressum uel quicquid in ipsas hereditates ad prestitum hominis est cum cumtis prestationibus suis ubique illas  
potueritis inuenire. Ita denique amodo ut deinceps hec omnia que super ordinata atque confirmata ad hunc locum  
vimaranes et ad monachos et sorores ibi habitantes pro remedio anime mee seu et genitores meos qui eas gana-  
runt ut illas abeant inde toleratione et nos ante deum mercis copiosa et ueniam de peccatis nostris ut ego petro  
eriz dum uita uixero habeat ipsas hereditates in extipendium et toleratione et post obitu uero meo tornemse post  
parte monasterii de vimaranes ab integro uel quantum ego adhuc ibidem potuero applicare usque ad obitu meo.  
et neminem permitto de propinquis meis aut extraneis per qualibet accio qui ibidem ullam disturbancem faciat  
et quamvis qualibet homo aut per qualibet scriptura anteriora aut posteriora hanc testamento et quod in eo collig-  
atum est inquietare aut infringere uoluerit uel immodico quicquid ille fuerit pariat ipsas hereditates post parte  
monasterii huius in quaduplo et ad iudicis terre iudicato. et hanc testamento in cunctis obtineat plena firmitatis  
robore. Facta series testamenti.....° kalendas iunii. Era m<sup>a</sup> LXXXVIII. Ego petro eriz et diaconus in hanc scri-  
pture testamenti manus meas proprias confirmo et roboraui.

Petrus abba manu mea conf. — Arriani prepositi manu mea conf. — Tuderetus filius dauid conf. — Fagil-  
dus confessus conf. — Osorio telliz conf. — Didaco ennegoz conf.

Iheremias arias conf. — Menendo eriz conf. — Cartemiro presbitero conf. — Aluaro aluariz conf. — Menendo  
pelagii presbitero conf.

Emila presbitero qui notuit.

#### CCCCXXXII

*Filio quodam exhaeredato, ratione inobedientiae ejusdem habita, Fromosindus Fromariguiz bona omnia quae inter flumina Paiva et Alarda possidebat aliis filiis suis donat. Charta auto-grapha, olim in scrinio Monasterii de Pendorada servata, amissa vel deleta est. Textum sum-psimus ex apographo exemplari saeculi XVIII in Academiae nostrae bibliotheca existente.*

#### 1062

Christus. Fromosindo Romariguizi placitum, vel Cartula facio a vobis filiis meis Sandila Presbiter, et Camariz et Eugenia et Fromarigo et Eudo et Louegildo et alio Sindila : placuit mici asto animo, et propria voluntate, nullum quoque gentis imperio, nec suadentis articulo, sed accessit mea propria voluntas, ut faceremus scripture firmidadis de hereditate nostra propria que avemus inter Paiua et Alarda, territorio Vrbis Anegie, subtus mons Serra Sicca, discurrente rivulo Sardoira, et ipsa Villa Rial in loco predicto Castro, et alio Castro, et Fredamil, sic meo patre, sive de ganancia; et hic in Varcena Donega, et in Agrela, et in Acueto, et S. Christina, et S. Salvatore, et Nugaria, et S. Petri, et in alias lugares, ubi illa potueridis invenire, et in alias lugares suos postados cum omni suas prestancias; per hunc vobis limidavimus, et coram testes assignavimus : pro quo exivit meo filio Fernando de meo precepto exheredavi eum de tota mea rem. Et qui inde in aliqua causa ausatus fuerit illa contaminare sedeat excommunicatus, et cum Juda Traditore abeat participio. Aveadis vos et omnis posteridas vestra jure

perenni in secula seculorum. Et si aliquis homo uenerit, vel uenerimus contra hanc cartula ad irrumpendum, quomodo pariat a vobis dupladum, vel tripadum, et insuper xx bobes, et suo iudicado. Notum die quod erit m<sup>o</sup> Nonas kalendas Augustas in Era m. c. Ego Formosindo in hanc cartula manus nostra roboravit+. Qui presentes fuerunt. Fromosindo Roderiquiz testis —..... testis —..... testis — Sandila notuit.

## CCCCXXXIII

*Donatio quorumdam bonorum immobilium Monasterio S. Salvatoris de Paço de Sousa. Descriptimus ex codice saeculi XVIII ad Bibliothecam Publicam Portucalensem pertinente, qui titulum p[re]se fert Provas das Memorias do Mosteiro de Paço de Sousa por Fr. A. de A. Meirelles.*

1062

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritu sancti amen. Ego Fernandus Iermias facio series testamenti pro remedio anime mee ut partem merear adipisci in celestibus regnis a domino seculis cum angelis sanctis infinitas. Offero huic sancto et uenerabili altaris sancti Saluatoris de Palaciolo cum aliis reliquiis que ibidem sunt recondite. hi sunt hereditates pernominatas. In terra de Pauia in Arrabia quarta de ipsa uilla et de ipsa ecclesia de sancto iohane et de ipsa piscaria (sic). In terra de Aquilar in Parada duos casales. Do et concedo partem de meas hereditates et si aliquis homo uenerit tam de propinquis meis quam de extraneis qui hunc factum meum infringere uoluérat in primis sit maledictus et excommunicatus et cum iuda traditore sit perditus et condemnatus et insuper pariat ipsum testamentum in duplo. Facta carta siue testamenti Era m<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> Ego Fernandus Germias in hanc kartam uel testamenti propriis manibus roboro. Pro testibus. Diagus testis. Menendus testis. Martino testis.

## CCCCXXXIV

*Gondesendus Petriz bona immobilia, quae in pago de Gondivade possidebat, Monasterio de Leça donat, usufructu sibi tamen retento. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptimus.*

1063

**Testamentum**

Domnis inuictissimis hac triumphatoribus martirum suorum ob honorem sancti saluatoris et sancti martini episcopi petri et pauli apostolorum et comitum eius martirum cuius baselica fundata est dignoscitur in uilla quod uocitant leza in ipsa uilla in urbium portugal subtus alpe mons custodias disurrente ribulo leza. Ego indignus seruus dei gondesendo plolis petro cum peccatorum molle depresso testo adque concedo ad ipso loco sancti saluatoris arcisterii leza omnem mea hereditatem quanta que michi euenit in porcione inter meos fratres uel heredes in uilla gondiuadi subtus mons ipsius custodias. offerimus ipsa hereditate ad ipsius locis sanctis ab integro per suis terminis et uicos in locis antiquis per ubi illa potueritis inuenire ab integro illa concedimus pro remedio anime mee ut sis eis in tolerancia fratrum et serorum ibi morantes in uita sancta perseverantes. Habeant et possideant sic nos docet regula sancta — uouete et reddite deo uestro — Et iterum — quod de manu tua accepimus dedimus tibi quia peregrini et ospites sumus super terra —. Siquis tamen aliquis homo uenerit uel uenerimus ad inrumpendum contra hunc factum nostrum filiis aud neptis aut de propinquis nostris uel extraneis quisquis ille fuerit seiatis excommunicatus et confusus et cum iuda domini proditore habeat participio in eterna damnacione et pro pena temporalis pariet quantum inde usurpare uoluerit quadruplum et iudicatum gondesendo. Facta series testamenti die erit pridie kalendas marci. Era c<sup>a</sup> r<sup>a</sup> super hacta millesima. Gondesendo in hanc series testamenti manu mea roboro et confirmo. Et adicimus ibi ut in uita mea illa hereditate ego gondesindo habeam illam per consensum de fratres de ipso monasterio in tolerancia mea sine illa maledicicio et post obitum meum torne se post parte testamenti arcisterii leza et manu mea robo+Ro et confirmo. Qui presentes fuerunt Gunsaluo presbitero uidit— Gundisaluo rodriguiz conf.— Vimara test.

Gunsaluo gunsaluiz quos uidit— Gudino diacono conf.— Exemeno presbitero conf.

Mauram conf.— Id test. Godesteo test.— Randulfus notuit.

CCCCXXXV

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1063

**Testamentum de villa custodias**

Dominis inuictissimis ac triumphatoribus gloriosis sancti saluatoris cum uirgine inclita semper genitricis marie apostolorum martirum pontificum uirginum confessorum quorum baselica fundata est in villa leza uocabulo sancti saluatoris et sanctorum petri et pauli et sancti andree apostoli et sancti thome apostoli et sancti ihoannis apostoli et sancti iacobi apostoli et frater domini et sociorum eius quorumue disparest et locis cimiteriis aule est nuncupate ue hic describere prolixior conuenit adiungere omnium sanctorum martirum que dei curie celestis sublimatus roseo cruento perfusus ad officium predicationis electus uirginitatis glorie coronatus confessorum floribus adornatus et sique inercia egra mens hic singillatim scribere nequiuimus in framea paradisi locum beatitudinis a dextris ordinis genere confidimus. Ego nos seruorum dei gunsaluo prolix godino et todora et uxor mea eilo et uermudus et uxor mea ermesinda prolix godina et todora cum peccatorum mole depresso in spe fiduciae sanctorum non usquequa disperatione deicior que etiam reatus nostri criminis sepe pauescimus ut per uos sancti martyres merear communem omnium ac sanctorum omnium cetum fida supplicationum deposco. et ideo deuotioni mee extitit ut ex uoto proprio abolendis delictis parentum nostrorum que delictiscentibus crimini bus ob honorem cclstudinis uestre. Concedimus ad ipsum locum sancti saluatoris acisterii leza uillam quam nuncupant custodias secundum illam ganauit parentum nostrorum godina et todora et sicut in nostras cartas resonat et sicut illam obtinuerunt parentes ipsius et nos post obitum eorum integrum illam concedimus pro remedio anime mee. et ego gunsaluus et eilo uxori mee adicimus in hunc testamentum aliam hereditatem quam ibi ganauimus in ipsa villa de cidi ederoniz sicut illam comparauius de ipso cidi. et ipse cidi obtinuit eam de patre suo ederonio aluitiz. integrum illam ibi concedimus ad ipsum locum sanctum. Et ego ermesinda adicimus adhuc in hunc testamentum alias hereditates quas ganauimus de andila vni<sup>a</sup> integra de ipsa comparadela et unum talium de salinas in foce de leza que comparauius denquilo. integro uobis illum ibi concedimus et sciens facimus in hoc testamentum ego ermesinda ut de ipsa inedietate de ipsa villa custodias que testamentum facimus que habeat ego ermesinda inde illa media in uita mea et post obitum meum integra post testamenti et post parte acisterii leza pro remedio anime nostre ut sit nobis ante deuin merces copiosa et ueniam peccatis nostris. concedimus ipsas hereditates integras per suis terminis antiquis et uicis et locis per ubi illam potueritis inuenire. Ab integro illam concedimus pro remedio anime mee ad ipsum locum sanctum ut sit ibi in tolerantia fratrum et sororum qui in ipso loco sancto in uita sancta perseuerauerint. Habeant et possideant et non habeant licitum uendendi nec donandi nec in alia parte extraniandi sed sana<sup>et</sup> intemerata post partem testamenti. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus ad irrumpendum contra hoc nostrum factum filii aut nepitis aut aliquis ex propinquis nostris uel extraneis in primis sit excommunicatus et a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi sit separatus et cum iuda traditore habeat participium in eterna dampnatione et pro pena temporalia pariet quantum in testamento resonat quadruplum et insuper auri talenta duo uel ter et ad qui illam imperauerit terram aliud tantum. Facta series testamenti die crit n<sup>o</sup> nonas marci. Era c<sup>a</sup> i.<sup>a</sup> Gunsaluo et uxor mea eilo uermudo et uxor mea ermesinda in hac serie testamenti manus nostras roboramus et confirmamus+. Qui presentes fuerunt. Ederonio iben izila conf. —Sendinus menendiz conf. —Echega presbiter conf. —Christoforus presbiter conf. —Sandinus presbiter conf. —Exemenus presbiter conf. —Pelagius uimariz conf. —Donadeo test.

Gontado presbiter conf. —Gundesindus presbiter conf. —Tudegildus presbiter conf. —Passur seseriguit conf. —Godinus diaconus conf. —Garcia iben egas conf. —Didagus test.

Gunsaluus pelaiz conf. —Gondesindus petriz conf. —Ramirus test. —Sisnandus test. —Menindus godes-teiz test. —Pelagius test. —Randulfus presbiter Notuit.

## CCCCXXXVI

*Cresconio episcopo Sedis Iriensis, sive S. Jacobi, canonicisque ejusdem sedis donationem villarum et ecclesiarum in diocesi Conimbricensi a rege Adefonso factam rex Ferdinandus confirmat. Apographa charta initii saeculi XII, e scrinio Sedis Conimbricensis in Publicum Archivum delata, nobis textum suppeditavit. Accedunt lectiones variae ex Livro Preto desumptae.*

1063

Svb christi nomine ego fredenandus rex et sanchia<sup>1</sup> regina uobis patri episcopo domno cresconio et omnibus ecclesie sancti iacobi apostoli canonicis tam presentibus quam futuris facimus hanc scripturam firmitatis de uillas quas olim adefonsus rex bone memorie in suburbio colinbiense quas nuper dominus de manu gentilium abstulit et sancta uestra intercessione dicioni<sup>2</sup> nostre subdidit. id est uilla in ripa de fluvio uiaster cum ecclesia sancti martini et uillam crescemiri<sup>3</sup> et iuxta fluum uilla cum ecclesia sancti laurentii et terciam partem de villa trauazolo inter agatham<sup>4</sup> et uagam. Omnes has uillas cum terminis et adiacenciis seu cum omni prestancia sua et quicquid ad easdem uillas pertinet uel pertinere uidetur sicut adefonsus rex et eius uxor enxemena<sup>5</sup> regina ecclesie beati iacobi dederunt uobis subditas tradimus iure perhemni<sup>6</sup>. Quisquis uero spiritu rapacitatis deceptus hanc donationem olim a predecessore nostro bone memorie factam et an.....<sup>7</sup> confirmatam usurpare uel infringere conatus fuerit sit ab omnipotenti deo confusus et ab ecclesia dei in presenti seculo segregatus et in eterna dampnatione cum iuda christi traditore dampnatus. Noto die vi<sup>o</sup> idus marci. Era<sup>8</sup> i<sup>o</sup> c<sup>a</sup> prima<sup>9</sup>.

Fredenandus<sup>9</sup> rex conf. —Sanchia<sup>10</sup> regina conf. —Sanchius<sup>11</sup> filius regis conf. —Adefonsus filius regis conf. —Garsea filius regis conf. —Vrracha<sup>12</sup> filia regis conf. —Geloira<sup>13</sup> filia regis conf. —Pelagius legionensis episcopus conf. —Nunus uelasquiz conf. —Egas benegas<sup>14</sup> conf. —Guncaluus<sup>15</sup> hordoniz<sup>15</sup> conf. —Tedon teliz conf. —Sisnandus iohannis conf. —Anaia suariz<sup>16</sup> conf. —Gunzaluo<sup>17</sup> fromariguiz conf. —Petrus hernagiz conf. —Petrus pelaiz<sup>18</sup> conf. —Veremudus<sup>19</sup> petriz<sup>19</sup> conf.

Ecta<sup>20</sup> gundesindiz<sup>20</sup> conf. —Telo<sup>21</sup> aluitiz conf. —Cresconius test. —Veremudus<sup>22</sup> test. —Ordonius test. —Didacus test. —Arias didaz notuit test.<sup>23</sup> —Pelagius arias transler test. —Aloytus nuniz<sup>24</sup> test.

1 sanctia  
2 ditioni  
3 creisemirū  
4 agatam  
5 exemena  
6 perhempi.  
7 anbos penitus (?)  
8 Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> i.<sup>a</sup>  
9 Fernandus  
10 Sancia  
11 Sancius  
12 Vrraca

13 Eluira  
14 uenegas  
15 Gunsaluus ordoniz  
16 soariz  
17 Gunsaluus  
18 palaiz  
19 Vermudus petri  
20 Eita gondesindiz  
21 Telus  
22 Vermudus  
23 deest  
24 nuni

## CCCCXXXVII

*Rex Ferdinandus Legionensis ad Compostellam perveniens, ecclesiarum praediorum ac vil- larum Compostellanae Sedis in Portugalensi Provincia immunitates privilegiaque confirmat. Ex apographo authentico saeculi XIV in Collectione Publici Archivi das Gavetas dicta, ex quo diplomata sub num. XVIII, XIX, CCCCXXIX edita hausimus, descripsimus.*

1063 (?)

Adueniente Rege domno fredenando in locum sanctum cum coniunge sua Règina domna Sancia cum filiis et filiabus suis cum episcopis comitibus et omni agmine palatino causa orationis in uite (?) et persona domni Cresconii episcopi qui tunc Sedem sancti Jacobi regebat et cunctorum clericorum subiecisset auribus eiusdem Principis dominus Pelagius episcopus quam sui egonomi de Portugali nominati Didacus tructesindici Sisnandus iohannis et tedon telici uolebant inquietare homines morantes in uillis ecclesiis et monasteriis qui per testamenta et scripturas beatus Jacobus apostolus a Regibus et ab aliis in terra Portugalense adquisierat cum hominibus et familia sua et deinde de diuersis mandacionibus Regis alii homines ad habitandum et populandum in villas Corneliana brachara montelios uillela colina et alias que in testamentis et scripturis resonant ingressi fuerant sub defensione et tuacione episcoporum et clericorum sancti Jacobi apostoli et ibi faciebant seruicium et reddebant censem. Cum

D. et C. Tom. I.

69

uero hoc fuit auditum et nunciatum Regi domno fredenando et Sancie Regine et filiis suis ut est pius et misericors iussit fieri hanc scripturam testamenti in honore beati apostoli ita. Ego Fredenandus dei gratia Legionensis Rex pariter cum coniunge mea Regina domna Sancia et filiis meis vobis domno Cresconio episcopo et clericis uel senioribus uestre Sedis ob honorem nostri patroni sancti Jacobi apostoli cuius corpus requiescit in gallecia in urbe compostella cuius adiutorio et uirtute nostrorum inimicorum colla dimergi et subiugari uidemus de tanto honore et principatu quando nobis dominus donare dignatus est aliquid inpendere debemus pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum. propterea uno consensu et uoluntate hanc scripturam confirmacionis facimus ut omnes qui de nostris mandamentis et regalengo in illas villas uel ecclesias uel monasteria ingressi fuerint ad habitandum confirmamus eos post partem sancti Jacobi apostoli et uestram ut seruant uobis sicut alii uestri homines per uestros maiorinos et quanticumque sunt de familia biriense Sedis commorantes per illam terram et aui et parentes nostri huic loco sancto dederunt. Damus uobis licenciam accipendi distringendi et in uestro iure tenendi et non sit ausus noster maiorinus uel aliqua potestas qui uobis et successoribus uestris aliquam disturbacionem in eos faciat tam in illis qui ibi modo sunt quam in illis qui deinceps ingressi fuerint tam in uita nostra quam etiam post obitum nostrum neque inquietet terminos et cautos uestrarum villarum sed pacifice obtineatis et iurisficietis uos et omnes successores uestri in perpetuum. Quod si Rex Comes uillicus potestas uel cuiuscumque generis homo hanc scripturam confirmacionis intrumpere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et insuper pariet auri talenta v. et hoc nostrum factum senper sit firmum. a die vi<sup>o</sup> idus Marcii. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> i.<sup>a</sup> (?) Fredenandus Rex conf. Sancia Regina conf. Sancius filius Regis conf. Adefonsus filius Regis conf. Garsea filius Regis conf. Vrraca filia Regis conf. Geloiria filia Regis conf. Pelagius Legionis episcopus conf. Nunus uellasquiz conf. Nunus suariz conf. Egeas venegas conf. Gundisaluus hordoniz conf. Tedon telici conf. Sisnande iohannis conf. Anania suariz conf. Gunzaluo fromariquiz conf. Petrus hermigiz conf. Petrus pelaiz conf. Vermudus petriz conf. Ecca gundesindiz conf. Telo aluitiz conf. Cresconius test. Veremundus test. Hordonius test. Didacus test. Arias diaz notuit test. Pelagius Erias transter test. Aloitus nuniz test.

---

CCCCXXXVIII

*Descripsimus ex codice Monasterii Araucensis qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins pae se fert.*

1064

**Carta de hereditate quam habet monasterium in fornos in termino de Paula**

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus sanctisque martiribus seu ac redemptorem nostrum sancti salvatoris et sancte marie semper uirginis et genitricis domini et sancti petri apostoli et martiris christi uel celere reliquie quorum baselica esse dignoscitur in territorio arauca uilla prenominata loco sancto petro. ego mi ancilla dei cum peccatorum meorum depresso in spe fidutiaque uotorum meritis expiramus ex deuotionis nostre proprie deferimus deuemus. et quia scriptum est — uouete et redite domino deo uestro — addeo omni et textum operis et eadem ipse deuotionem implere procuramus. aesi concedimus et offerimus ecclesie diuinitatis uestre ut deo memores sint hereditate nostra propria ego famula dei legundia que auemus in uilla de fornos nostro fragino de ipsa nostra hereditate medietate et aet iacentia ipse hereditatem in fornos subtus mons territorio fornos discurrente flumen pauia. damus ad uos ipsas hereditas in casas in vineas progares ameixenales pumares sautos terras ruptas uel barbaras petras mouiles uel inmouiles aquas aquarum uel sesigas molinarum exitus montium uel regressum per suis terminis et locis antiquis uel omnia quantum uobis diximus uobis conce-dimus ut pro remedio anime nostre ad ipso domui deseruiat et tibi adefonso abba uel fratribus et sororibus uestris qui ibidem sunt habitantes et in uita sancta perseuerantes pro redimere ut ibi sit deseruiendum pro uitum et uestitum pro remedio anime nostre ut pro nos domino memores sint semper quod et ad iurationem confirmamus per indiuividuam trinitatem quia contra hanc series testamenti nunquam uenturi erimus ad intrupendum. Et si aliquis homo de parte nostra filiis nectis aut iermanis aut quislibet generis homo ex sanguinitatis nostre qui contra hanc series testamenti infringere uel rumpere uoluerit in primis sit excommunicatus et cum iudas traditore habeat portionem in eterna dampnationem et insuper pariet quod in testamentum resonat quater duplatum a domoi uestre uel qui ibidem fuerint habitantes et in uitam sancta perseuerantes ibidem sit semper deseruiendum uobis perpetim. notum die v<sup>o</sup> kalendas magii. in Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> ii.<sup>a</sup> Ledegundia ancilla dei in hanc series testamenti quod fieri uolui manu mea ro+. Qui preses fuerunt. Iustu test. Didagu test. Adaufu test. Gondesindo test. Adefonso diacono test. ero presbiter test. dauid presbiter test. sisnando presbiter. desterigu quasi fratrem indignum peccatorem notuit.

## CCCCXXXIX

*Vermudus et Garcia a litigio, quod Joanni filioque ejus Ero intenderant, de dominio viliae de Costoias, desistunt. In tergo membranae, ex qua documentum sub n.<sup>o</sup> cccxii editum sumpsimus, hoc invenitur.*

1064

Christus. Uermudo et Garcia placitum dimisione facimus a tibi ioano et filio suo ero et uxor siculo connomento matre pro parte de ipsas uila de custodias unde ipsa baralia abuimus que abeas tu illa et omnia posteritas uestras iure quietum et in perpetuum uenditis a quem quisiueritis firmiter et si eum uermudo et garcia minime fecerimus et placitum dimisione exederimus nos aut filiis aut aliquis generis per nostras inminnes quantum a ti petirmus que tantum duplemus post parte de ioacino et qui terra inpenetrauerit alio tanto et iudicato. notum die eri sancti atriani xvi kalendas iulias. Era c ii<sup>a</sup> super millesima. uermodo et garcia in oc placitum dimisione manus nostras r+++ ero test. uelasco test. ermieiro test. fromarigo test. iermias notuit test.

## CCCCXL

*Presbyteri tres, quibus ecclesiam S. Martini, in villa de Vermuim sitam, quaedam nobilis mulier et abbas Monasterii Valerianensis (de Vairão) ad regendum, fruendumque impertierant, circa modum officia muneraque sibi imposita obeundi redditusque ejusdem ecclesiae inter se rationabiliter dividendi paciscuntur. Charta autographa, nuper e scrinio Monasterii de Vairão in Publicum Archivum delata, nobis textum suppeditavit.*

1064

Arias sisualdiz gunsalbo aloitz et gunsalbo froiaz placitum facimus inter nos unus ad allios die erit v<sup>o</sup> kalendas iu lias era c ii<sup>a</sup> post millesima pro parte de ipsa eglesia uogabulo sancti martini episcopi quod est fundado in uila uermudi et ad nobis deu nostra domna domna pala et menendo abas qui est electo in acisterio de ualeiran sub iubsio sisnando episcopo que abidemus in illa eglesia sudunus et que quanto ad nobis dominus mandare in decimas et in sal espaso (?) et in uestire et in cobrire et in calzare et de iumenta et in oferto qui est aprestamo de monacos siue de quanto uenerit ad ipsa eglesia siue et fora de eglesia siue de nostros filigreses siue et de allios omnes de qualive causa deus mandare dar que sortiamus illo in tertias per singula kapita sine nunlo conludio et non andemus ad nobis con nunla artemadiga pro nunlaque atio. et si quan subido ad uno de nos inuenirerit infirmidate au inkarceratione au cegatione au inposeridate au qualive naufragio que non posa contenere sua ratione de ipsa eglesia que contenant illos que poduerint sua ratione sine nunla kalumnia et sine nunlo reproberio et abeat sua ratio integra de odie que die sit faciamus con ueridade. et si unus ex nobis isto placito exiderit et inde alder fecerit que parie duos bobes de xiii xiii modios post parte de qui isto placito obseruaberit et iudigado. arias presbiter et gunsalbo presbiter et allio gunsalbo presbiter in anc placitum manus nostras ro+++ uorabimus.

qui ibidem fuerunt. ordonio albitiz test. atan test. adaulfu test. gontualdo test. sendinu test. lucu test.  
gunsalbo presbiter notuit.

## CCCCXLI

*Monasterio Palatioli (de Paço de Sousa) donat Petrus Venegas et uxor bona immobilia quaedam. Descripsimus ex codice saeculi XVIII ad Bibliothecam Publicam Portucalensem pertinente, qui titulum prae se fert Provas das Memorias de Paço de Sousa.*

1064

Domnis inuictissimis bac triumphatoribus sanctisque martiribus sanctisque glorioissimis sancti saluatoris et sancte marie semper uirginis et quorum ceterum reliquiarum dignoscitur esse fundata in ualle palaciolo acisterio

monasterium. Ego-famulo dei petro uenegas una cum uxor mea domna sancia testamus nostra racio de athanes prope flumen dorii prope flumen maris territorio portugal subtus mons gondemar et sunt ipsas hereditates tres casales cum omni suam rectitudinem. et damus illas pro nostro filio petro paruulo qui fuit migratus in nostro iure. Et damus pro animas nostras hereditates per nominatas. in terra de penafiel una quinta inter fonte archada et cres-timir uno kasale cum omnem rectitudinem. in ascariz duos kasales. in galegos duos kasales cum nostra portione de ipsa eclesia. in ceidores uno kasale. In terra de pauia in villa cerradelo sexta integra per ubi illa potueritis inuenire. Contestamus ad ipsum monasterium ipsas hereditates que sursum resonant ut ante dominum nobis mer-ces adueniat ut nos et illos qui illas ganauerunt partem habeamus in regnum celorum et dominus memor sit no-bis semper. et ipsum que in testamento resonat non damus partem laicalem licitum uendere nec donare nec alium locum testare sed sana et integra deseruiat ad ipsum locum sanctum qui sursum resonat ad fratres et sorores que ibidem abitantes fuerint et uita sancta perseuerauerint et ipsum locum sanctum illuminauerint. et que nobis ha-beant in memoriam et in orationem in memoriam sin semper et sicut per profetam intonat dicens —domine de manu tua accepimus et dedimus tibi—. et que istum factum nostrum testamentum infringere quesierit unus ex progenie nostre ex quibus extrancis rapax contumax in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore in inferno sit perditus. Erit die septimo idus iulii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> ii.<sup>a</sup>

## CCCCXLII

**Pactum venditionis fundi cuiusdam in villa de Segadães. Descripsimus ex antiquo libro regestorum Monasterii Ecclesiolensis (de Grijó) Livro Baio-Ferrado sic dicto.**

1064

**Karta de sagadanes**

In dei nomine. Ego suarius suariz uobis canonicos sancti saluatoris ecclesiole fatio cartam uenditionis de tota illa hereditate quam habeo in villa sagadanes subtus monte fuste territorio alafoens discurrante riuulo uanca. Do uobis ipsam hereditatem qua michi aduenit ex patre meo suerio pelagiz et de iermano meo pelagio suariz ubi-cumque illam potueritis inuenire per suos locos et terminos antiquos et nouos. pro qua accepi a uobis in precio xvi morabitinos auri tantum michi recipere placuit et uobis michi dare. Sit uestra ab hac die et tempore et de meo iure et dominio abrasa et in uestro tradita et confirmata et successorum uestrorum. et quicquid uolueritis de illa facere faciatis in perpetuum. Si uero aliquis homo uenerit uel uenero tam ego quam de heredibus uel de extraneis qui hanc kartam condempnare presumpmat in primis sit excommunicatus et a sacratissimo corpore domini nostri ihesu christi separatus et ipsam hereditatem redda uobis duplatam et quantum a uobis fuerit melioratam et iudi-catum. Facta carta noto tempore iii<sup>as</sup> nonas setembris. Era m. c. ii.<sup>a</sup> Ego suarius suariz illam propriis manibus Ro-bor—o. Qui presentes fuerunt. Garsia test. Rudericus test. Pelagi test. Ramirus iudex uidit. Salvador uidit. Menendus presbiter notuit.

## CCCCXLIII

**Pactum venditionis quorumdam agrorum in villa de Goterres. Documentum hoc, nuper e scrinio Collegiatae S. Jacobi Conimbricensis in Publicum Archivum delatum, an apographum saeculi XII, an apocryphum sit, ambigimus; litteris, enim, quas gallicas diximus, conscriptum plane est.**

1064

In dei nomine. Ego arias Placuit mihi per asto animo integro sed propria mea uoluntate ut uenderemus tibi fromarigo et uxor tua adousenda lareas de terra que fuerunt de patre tuo aspadio in villa goterre a radice mons co-soirado ripa neuie territorio brachara in loco predicto in illa petrosa de succo de dona ousenda in fundo de dona heldonza et in longo de carraria antiqua usque in illas trauessas et in illo casal iii<sup>a</sup> minus viii<sup>a</sup> et dezima quomodo est concluso cum quantum ominis a prestatum est et in illa cortina do succu de don fofo usque in succu de don breto. Pro precio que accepi de uos duas partes de uno boue de x modios et in alio precio n<sup>o</sup> modios. tantum mihi et uobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in debitum pro dare. Habeatis uos illa fir-

miter et omnis posteritas uestra cunctis temporibus seculorum. Sed si quis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo uenerit uel uenero aut uos in uoce nostra quomodo pariamus uobis ipsa hereditate duplata uel triplata et quantum ad uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta karta uendicionis in die erit vi<sup>o</sup> idus octuber. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> ii.<sup>a</sup> Arias presbiter in hac karta uendicionis manus meas roboravi. Hic test. Cresconio test. Desterigui test. Toderedo test. Hermigildo test. Bolmenzo (?) test. Arias presbiter Notvit.

## CCCCXLIV

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis descriptissimus.*

**Noticia de uillis uacaricie**

**Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> ii.<sup>a</sup>**

Notum facimus de uillas que sunt de monasterio uacariza inter uauga et mondeco territorio colimbrie. id sunt uillanova que fuit de gundisaluo moniz et testauit eam filius suus frouila gunsaluiz ad uacarizam. Villa de muzarros cum sua ecclesia que fuit de abbate louegildo ab integro per suis terminis. Ecclesia uocabulo sancti cuuuati cum adiectionibus suis. Villar de correixe cum sua ecclesia uocabulo sancti martini. Et in sangalios uilla que fuit de elias exalaba ubi se auellanas infundit in certoma. Villa barriolo cum ecclesia uocabulo sancti mame-tis cum adiectionibus suis. Villa moronganos ad integrum. Villa tamengos cum sua ecclesia uocabulo sancti petri que fuit de abba gaudio. Villa orta ad integrum. Villa arinios. Villa uentosa integra. Vinea de abba lodemiro hic in uentosa. Villa cepiis integra. Villa eilantes integra cum sua ecclesia uocabulo sancti felicis. In uilla alphauara ecclesia uocabulo sancti christofori. In uilla mortede ecclesia uocabulo sancta maria cum adiectionibus suis. Et in villa de magistro montagueime monasterio uocabulo sancti petri. Villa freixenede ad integrum. ecclesia uocabulo sancta eolalia in ripa certome. Villa uimeneira ad integrum. Monasterium de lauredo ad integrum. Sancta christina cum adiectionibus suis. Villa canelas ad integrum. Villa de luso que fuit de abba noguram cum sua ecclesia uocabulo sancti tome. Ecclesia uocabulo sancto pelagio de uarzenas. Monasterium de trasoi quod fuit de abba trasoi. Sancta christina de mortalago. Monasterium de sourio ad integrum. Ecclesia sancti saluatoris de colimbria.

## CCCCXLV

*Tello Gundisalviz bonorum suorum ecclesiam S. Salvatoris in villa de Joannes sitam haeredem instituit; usumfructum, tamen, eorumdem cuidam consanguineo suo legat. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1065

Domnis inuictissimis ac triumfatoribus loce (*sic*) glorie perfusus corum baseliga fundata est in uilla ioannis supitus mons kastro uermui territorio portugalense prope ribulo pel in ore sanctorum sancti saluatoris sancte marie semper uirginis sanctorum apostolorum petri et pauli sancti iacobi apostoli sancti martini sancti migaeli arcan-geli sancti ioannis baptiste sancti stefani et martirem primi et sanctorum multorum que ibi reconditos sunt. Obiunde ego famulo dei tello gumdisaluiz indignum et peccatorem ut faceremus ad ipsum locum sanctum testum scripture et firmitatis de omnibus nostris ereditates quamtas abemus de ipsa baseliga sancti saluatoris et de quamtasque ad nobis fecit tio nostro iusto petro textum scripture tam de abolenga uel ganantia et de omnibus nostris ereditates que ganauimus per nossas kartas et per nostro pretio de domna aragumti. concedo inde mediatate intecra quos fui de salamiro safilaz et mediatate de illo kasal quos fui de rodorigo riquilaz con suas lareas comodo in nossas kartas resonat. ipso que in testamento concludimus ab intecro concedimus ad ipsum locum sanctum pro remedio anime mee et pro timendum diem iudicii et elegimus ipsum testamentum ad tiui soprino nostro pelagio iustiz cum omnibus prestationibus suis quamcum in se obtine et ad prestitum ominis est que abeas me in mente in cereo et in oblatione in oratione in quanto pose abueris. teneas tu illas ereditates sanas et intemeratas nec uindas nec dones nisi teneas illas sanas post parte locum sanctum et uobis perpetim auiturum. auea nos-trum factum fidem et rouorem. Notum erit u idus marcii. Era millesima c<sup>ma</sup> iii.<sup>a</sup> abea ille pelagio ipsas ereditates

D. et C. Tom I.

70

in sua uita et post ouito suo laxe illas ereditates ad ipsum locum sanctum et a prosapia de gumdisaluo todericii et de onesenda ad quale inde tu ablueris que inde monago fuerit et si quamuis inde monago non fuerit de quacumque pars bono fuerit et in uita sancta perseuerauerit aueant et posideant. et unc factum nostrum auea rourem et firmitatem. et si unc factum nostrum infringere et intrumpere uoluerit ire quomodo parie post parte de ipso testamento ipsas ereditates et ipsos testamentos quadublatos tam propinquis nostris quam extraneis uel auri duo talenta. Tello gundisaluiz in anc testamento manum mea rouora + uit.

Pro testes. didago test. — elias test. — ero test. — odorio test. — iusto test.

alio iusto test. — eldega test. — monnio test. — rodorigo test.

Petro presbiter scripsit.

## CCCCXLVI

*Pactum venditionis partis cuiusdam incerto loco siti. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico extat Archivo.*

1065

Christus. In dei nomine ego selges presbiter et iusto et suo iermano rando et ioane et suo iermano sunila Ideo placuit nobis per bone pacis et uoluntas ut uenderemus ad uos monio benegas et utsuor uestra uniscu selies presbiter uendimus ad uouis mea ration de ipso kasal de goda et fer in ila eira et uait infesto pro ad illa costa et torna inde pro ad illa represa et fer in ila parete super ila fonte. ipso selges acepimus de uouis pretio una uaca et uno modio de sal et si uenerit ouitum ad ipse selges que retorne ipsa uaca in manus de don monio et da iusto et suo iermano sua ration de ipso kasal pro ila uina que ad uouis keitmarum. et deit suinila et suo iermano pro uestra malata que a uobis ferimus damus ad uouis ipsa ereridate au integro comodo iui resona. Ita des odie in die uel que omni tempore de iure nostro sede a brasa et in iure uestro tradita et confirmata. aueatis uos et omnis posteritas uestras iure quietum temporibus seculorum firmiter quo si quis tamen aliquis omo fierit non credimus uenerit aut uel uenerit ad intrupendum contra ad unc factum nostrum que nos ad iudicio deuendigare non potuerimus aut uos in uocis nostras quomodo periemus (sic) ad uos ipsa ereridate duplata au quanto a uos fuerit meliorata et uouis perpetu uiuitura. facta kartula uenditionis selies presbitero et ipsos alios pernominatos que sursun resonant notum die qo erit vi<sup>o</sup> kalendas agustas. In era super millesima cxi.<sup>a</sup> selies presbitero et iusto et suo iermano rando et suinila et suo iermano ioane in anc kartula manus nostras r+++++.

Pro test. uestremiro sarazino test. truittesendo test. daniel test.

garzia notuit.

## CCCCXLVII

*Ex codice, Livro de D. Mummadona, sic dicto, descripsimus.*

1065

**Carta de hereditate de villa caluos**

In dei nomine. Ego lobello et uxori mee flamulina placuit nobis bone pacis et uolumptas ut faceremus uobis Arriani prepositi et confessus cartula uenditionis et firmitatis de hereditate nostra propria que habemus caluos subtus mons latito discurrente riuulo auizella et habet iacentia ipsa hereditate in illo casal ubi modo habitamus quos fuit de patre nostro Gauino siue et nostras ganantias quantum in ipsa villa ganamus et in nostro iure tenemus casas vineis pumares saltus defesas aquis aquarum petras mobiles uel immobiles cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est. damus uobis ipsas hereditates pro uestro debito que spesemus hic in ipsa villa nominatum c<sup>m</sup> iii<sup>o</sup> modios tantum uobis bene complacuit. ita ut de hodie die uel tempore sit abrasas ipsas hereditates de iuri nostro et in uestro dominio sit tradita atque confirmata. Habeatis uos illa firmiter et quidquid de ea facere uolueritis libera in dei nomine habeatis potestatem. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc factum nostrum intrumpere uenerit que nos in iuditio deuindicare non potuerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis ipsa hereditate duplata uel triplata aut quantum uobis fuerit melioratum. Facta cartula uenditionis et firmitatis sub die quot erit xi<sup>o</sup> kalendas se-

ptembris. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> m<sup>a</sup> Lobello et uxori mee flamulina in hac cartula uenditionis et firmitatis manus nostras roboruimus. Pro test. Gundisaluo didaz presbitero. Bera elgariz test. Gudesteo test. Diaco uilifonsiz test. Iberemias presbiter notauit.

## CCCCXLVIII

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis hausimus. Lectiones varias ex alio exemplari, in eodem codice inserto, adjecimus. Cùm verò, ipsae lectiones quamplurimae, et quaedam magni momenti, sint, tabulaeque donationis ab alio notario scriptae dicantur, merito dubitandum est, utrum ejusdem donationis chartam unam autographam, tantum an duas, olim extitisse. De heteroclitia computatione annorum a notario facta, vide quae RIBERIUS (Dissert. Chronol., T. II, p. 116) conjectit. Sit quidquid sit, scimus sub Ferdinando Magno (1037-1065) hoc documentum esse conflatum.*

1037-1065

**Testamentum de medietate ecclesie de foramontanos et medietatis de hereditate quam habeo in uolpeliarcs.**

In eologita christe trinitas benedicta uiuideque ex priscarum erenigarum<sup>1</sup> que pater in filio et filius in patre promiscue etenim ex<sup>2</sup> ambobus spiritus sanctus prodiens infinita nuuquam<sup>3</sup> diuise sed semper unite cuius est uera trinitas et<sup>4</sup> ineximabilis<sup>5</sup> bonitas eterna et uera claritas<sup>6</sup> multis modis inennarrabilis bonis uiuens et potens tempore seculorum nec<sup>7</sup> finiendi seculi amen. Illuminator atque sanctorum omnium reparator christe emanuel qui dixisti de tenebris lumen splendescere ad illuminationem scientie claritatis tue et qui post cuncta exiguo<sup>8</sup> tempore paras opera et qui pollicitum esse dixisti seruum aut ancillam uel domini parare. Ego domine famulus tuus recemondus<sup>9</sup> prolix maurele et baselissa<sup>10</sup> quod in hoc recolens et in corde meo considerans Ego domine famulus tuus recemundus<sup>11</sup> placuit michi sub tuo et in tuo amore christe et timore ut de omne re mea uel de hereditate mea in domo domini offerre pro remedio animarum auorum<sup>12</sup> meorum<sup>12</sup> uel<sup>12</sup> parentum nostrorum tam etiam ex<sup>13</sup> me ipso<sup>14</sup> qui pollicitus<sup>15</sup> sum<sup>15</sup> inplebo<sup>15</sup> domino deo uotum. Ego in nomine patris et filii et spiritus sancti apostolis almis uirginibus sacris sancti martini episcopi et sanctorum apostolorum petri et pauli et quorum inter eos principatum tenent sancti uincenti leuite cum esse dinoscitur in uilla uaccariza subtus alpe buzacco secus amnis mondeco<sup>16</sup> territorio montis<sup>17</sup> maioris<sup>17</sup>. Adicimus ibidem domine ad ipsius sacrosanctum et uenerabilem<sup>18</sup> templum qui sunt pro uelamen<sup>19</sup> seruorum uel ancillarum deo de seruitio medietatem de ecclesia que sita est in uilla foramontanos uocabulo sancte marie cum medietate de mea hereditate de uilla bolpeliarcs<sup>20</sup> sicut illam<sup>21</sup> habeo<sup>21</sup> pro precio et cartas et de iuliano<sup>22</sup> quantum obtinuit<sup>23</sup> per meas cartas. et in uilar quantum in meas cartas continet.<sup>24</sup> in uilla nigrelos quantum obtinuit per meas cartas medietatem integrum in ripa uauga in marnel ubi dicent arrualde quantum in meas cartas resonat<sup>25</sup>. et<sup>26</sup> in uilla iliau quantum in meas cartas resonat. et in ripa de accata<sup>27</sup> in uilla tarauquela<sup>28</sup> quantum in meas cartas continet. in uilla recordanes sanctus michael cum<sup>29</sup> aiunctionibus<sup>29</sup> suis<sup>29</sup> que fuit de indura presbitero. hereditas<sup>30</sup> que fuit de tanioi<sup>31</sup> secundum in meas cartulas<sup>32</sup> resonat. et in uilla carualiales<sup>33</sup> ecclesiam uocabulo sancti<sup>34</sup> martini<sup>34</sup> ubi dicent rio de molinos sicut illam obtinuit<sup>35</sup> per meas cartas et testamentum. Et in uilla antolini et nesperaria quantum in meas cartas resonat. et in uilla ferreroiolas<sup>36</sup> et castro quantum in meas cartas resonat. Ibi<sup>37</sup> in recordanes lareas et cortinas que michi dedit offilo et zalama et petrus ihoanniz. hereditatem<sup>38</sup> de magistro zalama integra. damus atque concedimus in<sup>39</sup> ipso<sup>40</sup> quos nominauimus<sup>41</sup> de ripa

" Testamentum recemondi quod testatus est ad uacarizam

- 1 erenicarum
- 2 et
- 3 tanquam
- 4 deest
- 5 ineximabilis
- 6 caritas
- 7 neque
- 8 exiguo
- 9 recemundus
- 10 baselisse
- 11 recemondo
- 12 nostrarum et
- 13 deest
- 14 meipsum
- 15 pollicito implebo
- 16 mondeci
- 17 montimaioris.
- 18 uenerabile
- 19 uelamine
- 20 uolpeliarcs
- 21 illa habet

- 22 iuliani
- 23 obtinui
- 24 resonat. Et
- 25 sonat. Integro in lauri hereditas que fuit de bellide sicut in meas cartas resonat. In ansela hereditatem que fuit de bellith sicut in mea carta resonat. Et in uilla alaueiro meam rationem sicut in meas cartas resonat.
- 26 deest
- 27 agada
- 28 tarauquela
- 29 deest
- 30 et hereditas
- 31 tanoi
- 32 cartas
- 33 carualiales
- 34 sancto martino
- 35 obtinui
- 36 ferreroiolas
- 37 Et ibi
- 38 et hereditatem
- 39 deest
- 40 ipsos
- 41 nominamus

bona<sup>42</sup> uauga usque agata<sup>43</sup> integro ubicumque illum<sup>44</sup> potueritis inuenire. et damus de villa seixozelo que nobis fuit oblita cum ipsas de primito meam rationem sicut in mea carta resonat. et damus de ipso que nominauiimus<sup>45</sup> inter dorium<sup>46</sup> et uaugam<sup>47</sup> Damus medietatem et habet iacentiam ubi prius diximus subtus alpe castro pedrozo<sup>48</sup> secus alpe<sup>49</sup> liares<sup>49</sup> terradonio<sup>49</sup> portugalensi prope littore maris. Damus illam cum suis prestationibus que in se obtinet casas quintanales seu domunculas<sup>50</sup> edificii pumares ameisenales<sup>51</sup> sautos uineas uel diuersas<sup>52</sup> terras ru- ptas etiam et barualas<sup>53</sup> pratuis<sup>53</sup> atque pascuis<sup>54</sup> atque<sup>54</sup> cum suis aductibus exitus montium et<sup>55</sup> sessigas<sup>56</sup> mulinarum<sup>56</sup> et omnia quicquid ibidem ad prestitum hominis est et nomina<sup>57</sup> repentium uel animantium. in ordine ministerio ecclesie uestimentum uero sacerdotalem<sup>58</sup> atque diaconale<sup>59</sup> casulas amictus uero et uelus<sup>60</sup> de polegia et<sup>61</sup> quid<sup>61</sup> illos et libros ecclesiasticos antiponale<sup>62</sup> psalterium orationum cognitum manualium precus regula si- gnum metalli mirifice sonantis campana<sup>63</sup> calicem argenteum cum<sup>64</sup> patena<sup>65</sup> argentea<sup>65</sup> scala<sup>65</sup> argentea<sup>65</sup> et libros de sapientia et omnia que adhuc cum dei adiutorio augmentare potuero<sup>66</sup> ad aulam dei concedo. et ibi adicimus si ego discessero ante fratre<sup>67</sup> meo<sup>67</sup> dona quid<sup>68</sup> eo et ille se informe in foro meo sicut sum ego et uobis do- mno et patri<sup>69</sup> florido<sup>69</sup> abbati<sup>69</sup> et florides ambobus et aluito<sup>70</sup> presbitero<sup>70</sup> preposito<sup>70</sup> uestro<sup>70</sup> et congregacioni<sup>71</sup> cenobii<sup>71</sup> uaccarice<sup>71</sup> sub ea uidelicet ratione seruate<sup>72</sup> ut in uita uestra obiurgetis et post obitum uestrum<sup>73</sup> qui- quid<sup>73</sup> hic habitauerint sub<sup>74</sup> uestra benedictione habeant et possideant et omnes indigeni adueni pupilli pau- peres orphanos<sup>75</sup> qui hereditates non habuerint<sup>76</sup> habeant et possideant. Ita unum<sup>77</sup> et<sup>78</sup> moneo ut nemo presumere aut<sup>79</sup> in alia parte transferre uendere<sup>80</sup> uel donare sed in<sup>81</sup> loco predicto seruare<sup>82</sup> et ita eos tamen discurre<sup>83</sup> firmi- ter state ut in illorum hereditate<sup>84</sup> fiant potestatem<sup>85</sup>. Et si aliquis homo ex propinquis nostris iermanis suprinis filiis uel<sup>86</sup> nepotibus<sup>87</sup> qui hunc<sup>88</sup> factum<sup>88</sup> nostrum<sup>88</sup> infringere<sup>88</sup> uoluerit<sup>88</sup> uel uenire temptauerit ueniat super eum<sup>89</sup> ira dei et rumpheam<sup>90</sup> celesti<sup>90</sup> et uorax inferni baratri et insuper tunc infera pariet ipso<sup>91</sup> contigerit dupla- tum et ad iudicem qui illam terram imperauerit aliud tantum. Facte sunt series testamenti et<sup>92</sup> nodum die quod erit III<sup>93</sup> idus octobris. Era nobis dena bis dena ter dena quater dena quinques dena sex dena septies<sup>94</sup> dena<sup>94</sup> occies dena v<sup>a</sup> supra<sup>95</sup> decies centena. Regnante domno fernando rege. Ego recemondus<sup>96</sup> prolix maurele et ba- lessa<sup>97</sup> quo<sup>97</sup> uoluit ad redigendo<sup>98</sup> cognoui in hac serie testamenti manus<sup>99</sup> meas<sup>99</sup> conf+<sup>99</sup>.

Qui presentes fuerunt Vidralido<sup>100</sup> test. —Gaunio test. —Idila test. —Godinus<sup>101</sup> test.<sup>101</sup> —Tudulfo<sup>102</sup> test. —Arnaldus<sup>103</sup> test. —Domnadeo<sup>104</sup> fredoizi<sup>104</sup> test. —Cidi adaredici<sup>105</sup> test. —Godino<sup>106</sup> midici<sup>106</sup> test. —Fali- fa<sup>107</sup> test. —Fernandus<sup>108</sup> olidiz<sup>108</sup> test.<sup>108</sup> —Vermudus ueilaz test.

Ego<sup>109</sup> ermigio<sup>110</sup> guntadiz<sup>110</sup> manu mea confirmo —Ego<sup>111</sup> fromarigo salice<sup>112</sup> manu mea confirmo —Domna- deo<sup>113</sup> maurelici<sup>114</sup> manu mea confirmo —Pelagius gunsaluiz manu<sup>115</sup> mea<sup>115</sup> confirmo —Gundisaluus<sup>116</sup> uenegas manu mea confirmo —Ero gunsaluiz manu mea confirmo —Suarius gunsaluiz manu mea confirmo —Deldemiro<sup>117</sup> test. —Godesteo test. —Sendamiro<sup>118</sup> quos uidi manu mea conf. —Olidi<sup>119</sup> mauriquiz<sup>119</sup> test. —Vidra- lido<sup>120</sup> test. —Sandinus<sup>121</sup> quasi<sup>122</sup> presbiter<sup>122</sup> Notuit.

42 <i>deest</i>	82 <i>seruire</i>
43 <i>agada</i>	83 <i>discusse</i>
44 <i>illos</i>	84 <i>hereditans</i>
“ <i>haec desunt</i>	85 <i>potestate.</i>
45 <i>nominamus</i>	86 <i>deest</i>
46 <i>durio</i>	87 <i>nepitis</i>
47 <i>uauga</i>	88 <i>ad hunc nostrum factum irrumperem aduenerit</i>
48 <i>petroso</i>	89 <i>eos</i>
49 <i>uolpeliara territorio</i>	90 <i>romphea celestis</i>
50 <i>domum</i>	91 <i>ipsum quod</i>
51 <i>ameixenales figales</i>	92 <i>deest</i>
52 <i>deuesas</i>	93 <i>III.º</i>
53 <i>barbaras pratos</i>	94 <i>sexcieps dena</i>
54 <i>pascubibus aquas</i>	95 <i>super</i>
55 <i>deest</i>	96 <i>recemundus</i>
56 <i>sessicas mulinarum</i>	97 <i>baselissa quod</i>
57 <i>omnia</i>	98 <i>redigendum</i>
58 <i>sacerdotale</i>	99 <i>manum mea confirmo +.</i>
59 <i>diachonalem</i>	100 <i>Vidragildo</i>
60 <i>uestes</i>	101 <i>Gaamai presbiter conf.</i>
61 <i>ex quo</i>	102 <i>Tedulfus</i>
62 <i>antiphonale</i>	103 <i>Arialdus presbiter</i>
63 <i>campanam</i>	104 <i>Domnado fredoiz</i>
64 <i>deest</i>	105 <i>aderedici</i>
65 <i>patenam argenteam et scalam argenteam</i>	106 <i>Godinus midiz</i>
66 <i>potuerimus</i>	107 <i>Fafila</i>
67 <i>fratrem meum</i>	108 <i>Fredenandus didaci quos uidi manu mea conf.</i>
68 <i>quod</i>	109 <i>deest</i>
69 <i>petro floride abba</i>	110 <i>Ermigius gunsaluiz</i>
70 <i>aluitus presbiter prepositus uester</i>	111 <i>deest</i>
71 <i>congregatione uaccariza</i>	112 <i>saze</i>
72 <i>seruata</i>	113 <i>Donadeo</i>
73 <i>uero uestrum quicquid</i>	114 <i>deest</i>
74 <i>sup</i>	115 <i>deest</i>
75 <i>orphani</i>	116 <i>Gunsaluus</i>
76 <i>babent</i>	117 <i>Gidemiro</i>
77 <i>uno</i>	118 <i>Sandemirus luzi</i>
78 <i>deest</i>	119 <i>Areda</i>
79 <i>deest</i>	120 <i>Dom vidragildo</i>
80 <i>uindere</i>	121 <i>Onorus</i>
81 <i>in hoc</i>	122 <i>deest</i>

## CCCCXLIX

*Charta donationis quorumdam bonorum, a Velino confesso Exemeno presbytero factae, in scrinio Monasterii de Pendorada olim custodiebatur, nunc vero in Publico Archivo invenitur. Ut genuina a RIBERIO habita (Observ. de Diplom. Port., p. 75) nobis dubiae fidei est. Literis quidem, quas semigothicas dicimus, scripta, autographa creditur. Ipsarum tamen litterarum forma, verba, stylus, formulaeque donationis nescimus quid falsitatis redolent.*

1065

Christus. Conuenturis annis et dies recurrentibus secula uel momenta que deus in sua uirtute firmabit ad tamen promerita adipiendum est enim testimonium literarum. Audite hec homnis populus pontifex legum ad annuntiandum patientiam et certamen bonus et ostiendum uiam ueritatis ad damdam testimonium et scientiam et intelligentiam ut uos dominis et abbatis et clericis et principibus terre certum credatis homnia iusta que fuit Quod ego famulum dei uilino compuncti fuit ad deo et diuina pietas ut edificare domum domus domini et ostendit illi dominus que mentes suas desiderarunt. Hostendit logum inter durium et tamize prope durium ad radix mons aradus iusta lozello uillar que uocitant capellas et est ipse logo in presentia de suos auolos et de suis intercessoribus et eredibus et cum dei aiutorium et per suo precium et per suas campiaturas integrabit illo logare in omnique giro passales sicut canonica docet et aduc plus sicut in scriptum resonat per que kanamus et adfora alias aduc uno que .....amus. et alias que ic testarunt timentes deum in oc tempus ic edificamus baselica uogauolo sancti ihoani et sancta columbe et sancte eugenie sancti romani et sancti salbatoris. In ipsius tempus regnandi estis fredenandus rex et episcopus sisinandus episcopus in presentia garsea monioniz et sagrabit eam sub dei gratiam sisinandus episcopus et desiderante fuimus ut inuenissimus omo in opus dei timens deum et extra secularia que relinquimus ea in suo iure in amorem domini et reparandum fidem christi. et dum surrexit exemenus presbiter genitori sindila qui uidimus confidem et timens deum et certamen scripture ob tamtam et memoria adipiend... uoluimus facere inde facere testum dotis scripture ad ipse exemenus presbiter sicut et facit. Dominis inuictis ac triumphatoribus gloriosimis sanctisque martiribus sancti ihoannis et sancti salbatoris et earum reliquiarum que cum eis in hoc logum reconditi sunt corum baselica scita est in eius logum sicut sursum resonat Quod ego serbo dei uilino confessus compuncti ad deo facio quod promisit ad ipsos donus et sanctos et ad ipse exemeno presbiter testum scripture firmitatis et dotis benefactis de omnia mea rem ab integro homnia que ad usum omninis a prestatum est de hodie in die de iure nostro abrasa et in iure de ipse exemenus siat tradita ad parte de ipsos dominus et sanctos ubique potuerit inuenire per illos scriptum que ad illo damus omnia ueritas de ipsa baselica damus et concedimus ad illo propter deum et pro remedio anime nostre ut ante deum mercedem nobis ueniat et diem iudicij mitisimum sentiamus et abeat et possideat .....n uita sancta et ordo sacerdotale perseverauerit et qui cum eo psallemium abuerit sub sui patrocinio et licitum non abeat uindire nec donare nec in alia parte transfire set conteneat illa sana et intemerata et ad obitum uero suo relinqua ea sana et intemerata cum omnis suas scripturas et suas ueritas ad monagus et fratres qui bonus fuerint et in uita sancta pro regula sancta et canonica perseverante fuerint et numllis laicus ibidem licitum non mandamus abere et tam de gens nostra quam etiam de extraneis qui hunc factum nostrum infringere quesierit in primis siat excomunigatus et ad fidem christi siat seperatus et in prima resurrectione non ueniat nec illa uoce audiat quando dixerint —uenite benedicti patris mei — set omutescat et cum iudas traditorem in parte damnatione accipiat. et in cuiusliue licendi fuerit pariet ipsa baselica cum omnis suis prestationibus dublata et iudigado et hunc seriens senper abeat rouore et plena firmitatis. Facta seriens notum die m<sup>o</sup> kalendas ianuario. Era c<sup>a</sup>m<sup>a</sup> super millesima. uilino in anc seriens scripture et dotis testamenti uel benefacti manus mea rouora—uit.

Pro test. — adulfu test. — ansalom test. — pelagio test. — aluitu presbiter test.

uilialfu notuit. de uilla gundesindi alcauze p..... maior manus conf.

Et uertimus fora de ipsius testamenti ipsa ereditate que abeo de pars de meo patre et illa .....

CCCCL

*Inventarium sive descriptio bonorum immobilium quae Sarracinus Sarraciniz et frater sororque ejus Monasterio S. Joannis (de Pendorada) testamento legaverant. Tabulae autographae ejusdem inventarii in scrinio Monasterii de Pendorada olim servatae, in Publico Archivo inveniuntur.*

1065

In temporibus adefonsi imperatoris totius spanie fedenandi regis filius et sanzia regina et sisnandus episcopus portukalense sedis In era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup> Si testauit sarracino sarraciniz una pariter cum iermanos suos animia monizi et froila moniz hereditates pro remedio anime matris sue tota menendiz ad sancti joannis bahtiste que est fundato in ripa durio ad radice montis aratri. Hi sunt hereditates quos ganaui monio diaz et uxor sua tota menendiz de menendo ariufiz per pretio et karta in uilla monumenta et fikeiredo per suis locis et terminis antiquis subtus mons muro discurrente in riuulo pauia. Et hic in monumenta et in pausada hereditates quos contestauit ibi lazaru ramiriz ad ipsius domus sancti iam superius nominati de hereditate quos fui de romarigu ossu (?) in illo kasal un<sup>a</sup> integra. et in pausada viii<sup>a</sup> integra interius (?). Hic in monumenta hereditate quos fui de lalina mulier de abdela ordoniz v<sup>a</sup> integra quos ganaui domno eximinus per precio et kartas et per testamentos de suos neptos de saluator petriz et fasila et gesili et eolalia cum filio suo abdella. ipsas hereditates ab integro per suis terminis et locis antiquis per ubi illas potueritis inuenire. Et in ipsa uilla de alia v<sup>a</sup> III.<sup>a</sup> Et de gundisaluo iustiz que fait de auio suo maniulfo que testauit pro remedio animas suas. Et de alia v<sup>a</sup> v.<sup>a</sup> Et de guntina nunitiz lic in monumenta et in pausada et fuit de auia mea eugenia recemiriz mea ratione per ubi illa potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis. Et de eileua zalamiz in ipsa uilla de v<sup>a</sup> alia v.<sup>a</sup> et de ipsa v<sup>a</sup> vi<sup>a</sup> per ubi illa potueritis inuenire.

Et in ipsis temporibus testauit sarracino sarraciniz v<sup>a</sup> de omnia sua hereditate pro remedio anime sue ad ipsius domus sanctus iam superius nominati. hic in fikeiredo kasal de uimara et foliadet cresconi et nespereira et aluarenga et lauredo et in belluti et in sekeiro longo per ubi illas potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis.

Et in uilla pausada que contestauit domna uiuilli pro remedio anime sue ad ipsius domus sanctus superius nominati medietate integra que dedit ad illa viro suo sarracino sarraciniz ad arras. Et que comparauit hic dominus eximinus viii<sup>a</sup> integra de diagu gudiniz et de gudino tructesindiz per suis terminis et locis antiquis. Et illo kasal quos fuit de uimara beneelias quos ganauit munio didaz et uxori sua tota menendiz de neptos de uimara gundersindo et ariulfo integro et conclude se illo kasale de illo fontano usque in illo comaro que uadi infesto usque in illa fonte. et de iusu inprono per illo fontano uai per sua clausura ad illo comaro unde iam diximus.

Et in uilla fikeiredo que kanauit dominus eximinus per precio et karta un<sup>a</sup> integra et alia un<sup>a</sup> pro integratione de pausada exceptis illos passales de fikeiredo. et de illo kasal de illo trauazo un<sup>a</sup> et medietate de kasal de uimara. Et que ganauit dominus michaelis presbiter hic in pausada et in fikiredo per precio et karta de leocadia ranu-sendiz et de sua ierманa eilu de ii<sup>a</sup> partes v.<sup>a</sup> Et de louesenda lazariz hic in pausada fora de illo kasal de viii<sup>a</sup> un<sup>a</sup>. Et de sua matre ermionda de iii<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>

Et in couello hereditate de framiru et de sua mulier faquina ramiriz un<sup>a</sup> integra. Et de hereditate de nunitu astrufizi integra de gontina hereditate et de zalama astrufiz que uenit in portione filia sua eileuna vi<sup>a</sup> et de vi<sup>a</sup> vii<sup>a</sup> integra etiam et de ganancia.

Et in sonosello hereditate de recemiru salamiriz et in spadanetu ab integro. et hic in sonosello hereditate de ..... medietate integra et v<sup>a</sup> de nunillo naustiz integra et hereditate de ..... uertu ansaloniz et de patre adaulfiz un<sup>a</sup> hic in soperacto. Et hic in sonosello hereditate de gontro baltariz medietate integra per ubi illa potueritis inuenire et de larinu v.<sup>a</sup> Et hereditate de aluaro arualdiz integra.

Et in ortigosa hereditate de fernando iermias. de agro de aluaro de medietate n<sup>a</sup> partes per suis terminis et locis antiquis. Et de gundinu menendiz v<sup>a</sup> integra per ubi illa potueritis inuenire. Et de principio freariz iii<sup>a</sup> Et hereditate de fradegundia integra. Et hereditate de godina froilaz integra per suis terminis et locis antiquis. Et coina de susana vi<sup>a</sup> integra de fernando iermias. Et in ortigosa hereditate que fuit de genoi et contestauit illa geluira troitesindiz.

Et in trauanka hereditate de lediegundia odoriz integra per ubi illa potueritis inuenire. Hereditate de sontrilli gatoniz integra in illo autorio de trauanka. Hereditate de fromosendo delliz integra hic in trauanka et in pausada de fornellos et que ganauit ibi principio sarraziniz et uxor sua ididu in pausada et contestauit ea ad

\* Verba quedam vitiata non legibilia.

ipsius domus superius nominati . . . in villa fornello hereditate de guandila ermoriquiz siue laicale quomodo et ecclesiarum per suis terminis et locis antiquis ab integro et de kasal de eita enniquiz m<sup>o</sup> v.<sup>o</sup> Et hic in fornello hereditate de aluaro osorediz integra.

Et in mazanaria hereditate de louegildo menendiz integra per suis terminis et locis antiquis. Et in villa fornello v<sup>o</sup> de hereditate que fuit de lediegundia nuniz et testauit ea godino beliuz et alia que ibi gananauit (*sic*) cum uxore sua bronili ansaloniz per precio et karta ab integro pro remedio animarum nostrarum.

## CCCCLI

*Gallaeciae regi Garciae nobilis vir Garcia Monniniz uxorque ejus Gelvira bona amplissima quae possidebant donant, usufructu sibi retento. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1066

In nomine domini nostri ihesu christi. Magnum est enim titulum donationis quod nullus homo infringere potest neque lex foris proicere debet sed quicquid grato animo prona mente et expontanea uoluntate aliquid donauerit uel donando elegerit tunc in omnibus iudicibus licentiam habebit. et ideo nos nominibus garsea monniniz et coniuge mea ieluira annuit nobis bona pacis et uoluntas non pertimescentis metu aut mortis periculum sed mentes nostras plenibus leticie sic facimus a uobis nutu dei garsea rex textus scripture et kartula benefactis et placitus firmitatis de omnes nostras hereditates quicquid uisi sumus habere de auiorum parentorum atque comparitorum uel profilicatorum ab omni integritate ut habeamus nos eas in uita nostra et post obitus relinquamus ad uobis eas cum omni integritate prenominatas. Id sunt in terra de pennafidele monasterio petri cum omnibus testamentis et abiectionibus suis ab integro. villa zeidores cum omnibus abiectionibus suis. et in ripa flumen abe villa atanagildi et villa oliuaria et villa mazenaria et villa petraficta cum omnibus abiectionibus suis ab integro. et in terra de aquilar uillacoba et uallonzello cum omnibus abiectionibus ab integro. et in terra arauka hereditate que fuit de zoleima in ribulo molnes rationes v.<sup>o</sup> et villa congusto et villa cortegaza et villa nesperaria cum omnibus abiectionibus suis ab integro. et in terra de pauia villa gondin et villa soberado et villa rial et villa gelmir cum omnibus abiectionibus suis. de illo saxo in durio et de alarda in pauia et in terra de benuuer mediate de ordoni et uentosela cum omnibus abiectionibus suis quomodo ex parte de ontranbos ribulos usque in alariz. et de durio in tamize mea portione ab integro. et in sandi villa crestoual et villa gontisi cum omnibus abiectionibus suis ab integro et villa maniozellos. et de sancta maria de ranosendi mediate et villa fornos mea portione cum omnibus abiectionibus suis de sandi in galina mea portione ab integro. et in terra de baian villa tauulado et villa maskinata et villarello et villa prato et villa pausata et uillacoua et villa castro et villa ouil subitus penna alba cum omnibus abiectionibus suis ab integro. Hec omnia quod supra taxatum est donamus uobis ad integrum ubique potueritis inuenire per suis locis et terminis antiquis. et iacent ipsas uillas territorio portugale ripa ribulo durio. habeatis uos et omnis posteritas uestras aut cui concedere uolueritis liberam in dei nomine habeatis potestatem pro que adiuuetis et faciatis nobis bene in nostra uita. et si quod absit tam nos aut de gens nostra uel texteris hanc nostrum factum iuste et legitime infringere quesierit aut repetitio fecerit quisquis ille fuerit pariet post partem uestram et partem regis quod infringere quesierit dublatum et scriptura ista plenam obtineat firmitatis roborem. Notum die vnn kalendas aprilis. Era T c<sup>a</sup> III.<sup>a</sup> Garsea muniniz et uxor sua geluira ad uobis Garsea rex in hanc scripture benefactis manus nostras++. ero pelaz confirmo+. qui hic fuerunt. Vistruarius dei gratia aepiscopus conf.+ Antioni comes conf.—Menindo gunsaluiz conf.+ Nuno suariz conf.+ Pelaio suariz conf.+ Mito petriz conf.+

Armigii ruderigu conf.+ Suario moniniz conf.+ Froyla exemeniz conf. +Veremudo ataniz conf.+ Iohanne diaz conf.+ Arias gontatiz conf.+

Sisnandus portugalensis aepiscopus conf. —Petro uenegas conf.+ Fredenandus abba conf.+ Vimaredo presbiter conf.+ Ciprianus uimaraz conf.+

monio test. Pelaio test. Iohanne test. Vimara test. Adefonso test.

Gundesindus romariquiz qui iudex notuit+.

## CCCCLII

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in villa de Loureiro. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1067

In dei nomine ego salamiru et uxor sua gudilu in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et ad congungia uestra domna guntrode sigut et uendimus ereditade nostra probria que auemus in uilla laurario subtus kastro auenosu discurrente ribulo auenosu territorio portugalensis et abuimus illa de parentum nostrorum adulfu quos comparauit illa de menemdo garzia et de sua germana crementina damus ad uobis de ipso kasal quos fuit de menemdo garzia et de suos eredes de duas nonas m<sup>a</sup> integra cum cunctis prestationibus suis quantum in se obtinet et aprestidum ominis est casas pumares omnis pumifereras quantum in se obtinet siue de illas terras ruptas quomodo de illas barbaras exitum uel regresum per suis terminis et uicis et locis antiquis per ubi illa podueridis inuenire et diuidet ipsa uilla cum uila mandin et de alia parte cum uilla auenosu et acepimus de uos in precio m<sup>m</sup> .... que nobis bene conplaguit abeatis illa firmiter uos et omnis posterida uestras et faciadis de illa quod uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iuditio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus post uestra parte ipsa ereditade dublada et quantum ad uos fuerit meliorata et uos perpetim abitura. Facta karta uenditionis die erit vii<sup>o</sup> kalendas abriles. Era millesima c v. salamiru et uxor sua gudilu in ac karta uenditionis manus nostra++s.

gundesindo test. — adaulfu test. — sendino test. — pelagio test.  
Zoleima presbiter notuit.

## CCCCLIII

*Pactum venditionis partis villae de Retorta. Charta autographa, quae in chartophylacio Monasterii de Ave Maria Portucalensis, monialium ordinis S. Benedicti servabatur, in Publico custoditur Archivo.*

1067

Christus. In dei nomine ego gondesindo arianizi karta facio a uobis tructesindo gutierizi et a uxori tue gontrode garzia de ereditade mea propria que abeo in uilla retorta et comparaui ila gondesindo de columba ermilaz et ganaui illa con su marido aldia ipsa columba mulier de aldia et abe iacentia ipsa uila subtus kastro de .... discurrente ribulo aue probe lidore maris comodo diuide con uila tauques (?) et de alia parte con uila pinidello damus a uobis de ipsa uila iam super nominata et damus a uobis de ipsa uila que sursum (sic) resona m<sup>m</sup> integra con casas con pumares cum quantum in se obtinet et aprestitum ominis et et acebimus et accebimus (sic) uos in pretium xv modios. tantum nobis bene conplagui. Ida ut de odio die sedea ipsa ereditade de iuri meo abrasa et iuri uestro sit tradida aque confirmata. haueatis uos et omnis posteridas iuri quieto temporibus ..... Siquis tamen quod fieri non credimus et aliquis omo ueneri uel uenerimus et unc factum nostrum inrumpere quesieri et nos in iudicio autorisare uel deuindigare noluerimus aut non potuerimus que pariemus a parte uestra aut de qui uestra pulsaberi dublada uel triplada et uos perpetim abidura peremniter permanstra. Facta kartula notum quod eri xii kalendas aprilis. Era c v super millesima. Gondesindo arianizi in anc kartula .....tionis manu nostra rouoro—.

Ic testes. Pelagio testis — Gondesindo romariquizi testis — Gunsalbo pelazi testis — Pelagio testis — aliuto testis — Ero testis — alio Pelagio testis.

Brandila presbiter notuit.

## CCCCIV

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Carvalhido. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1067

In dei nomine egas et filio meo didago in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et coniungia uestra domna gunterode sigut et uendimus ereditade nostra probria que auemus in uilla karualido et abuimus de parentum meorum gundesindo. damus uobis illa per suis terminis et uicis et locis antiquis cum cuntis prestationibus quamquamque ibi abeo et aprestidum omninis est et diuidet cum uillar de porcos et de alia parte cum uilla arones subtus kastro auenosu disurrente ribulo udi terridorio portugalens. et accepimus de uos in precio viii<sup>o</sup> modios in que mici bene conplaguit. abeadis illa firmiter uos et omnis posteridas uestras et faciadis de illa quod uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iuditio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa creditate dublada et quamquam ad uos fuerit meliorada et uos perpetim abitura. Facta karta uenditionis die erit kalendas magi. Era millesima c v. egas et didago in ac karta uenditionis manus nostra++s.

pelagio aluitizi test. — gunterigu test. — ketesindo test. — emila test.

Zoleima presbiter notuit.

## CCCCV

*Pactum venditionis quintae partis villae de Vimieiro, addito quodam agro in Lodoeiro. Charta autographa, e scrinio Monasterii de Pendorada in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1067

Christus. In nomine domini. Ego famulus dei sesnando abbas accessi mici bone pacis et uolumtas certissimas et prontissimas meas uolumtas ida ut facio ad uobis monniu ueniegas et ad uxoris uestra unisconi cartula uenditionis de ereditate mea probria que aueo in uilla nunccubata quos uocitant uimenario subtus mons genestazo segus flumine durio terretorio anegia uindo a uobis de ipsa uilla v<sup>a</sup> integra cum domus et ediuiciis cassas uineis sautis pumifheris omen aruorum et thoda genera pomorum terras cultas uel bartuas petras mobiles uel inmouiles piscarias et molinarias quiquit apresitum ominis est et in ea potueritis inuenire per suis diuisos et terminus antigos. ydem adycimus uobis yuiden illo pedazo que iace in lotonario quos iace inter illas uestras lareas. damus et conzedimus uobis ipso que iam suberius dissimus firmiter ad perauentum. et accebitus de uos in pretio ad cartula confirmandum unu kaualo color raudam ipso mici bene conplaguit. aueatis illa firmiter perenne uos et semini uestra in temporibus seculorum. Siquis tamen quo fierit minime creditis et aliquis omo uenerit uel ueneritmus tam de genere nostro quan de generis ominum qui unc factum meum tentare uel infringere uoluerit parie ad partique uestra ipsa eritate dublata uel tripata quanto a uobis fuerit meliorata et uos perpetim auiturit. Facta cartula erit die xvii<sup>o</sup> kalendas iunii. Era r<sup>a</sup> c<sup>a</sup> v<sup>a</sup> sisnando abbas a mea facta manu mea ro+.

pro testes. Eita maniulfiz test. — gunsaluo ueniegas test. — ero zadoniz test. — gacia ramiriz test. — P S Q L scripsit.

## CCCCVI

*Pactum venditionis dimidii praedii in villa de Villar de Porcos siti, additis agris quibusdam in villa de Gemunde. Charta autographa, ad Morariense Monasterium pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1067

In dei nomine ego pelagio ordonizi in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit mici per bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uouis tructesindo gutierrezi et uxoris uestra domna gunterote sigut et uendimus ereditate mea probria que abeo in uilla uillar de porcos in loco predicto ubi dicent karualido subtus kastro auenosu disurrente ribulo udi terridorio .....al...e damus ad uobis in ipsa uilla de ereditate quos fuit de mater mea

D. et C. Tom. I.

domna argentina mediade integra siue de auolenga quomodo ecciam de comparadela damus ad uobis in ipsa uilla per suis terminis et uicis et locis antiquis cum cuntis prestationibus suis quantum in se obtinet et a prestidum omnis est. et ilas lareas que auemus de comparadela in gemundi ad uobis concedimus. et accepimus de uos in precio x modios tamtum ad nobis bene complaguit. abeatis illa firmider uos et omnis posteridas uestras et faciadis de illa quod uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta uenditionis ad intrupendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus post uestra parte ipsa ereditade dublada et quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpetimabitura. Facta karta uenditionis die erit m<sup>o</sup> idus iuni. Era millesima c v.<sup>a</sup> pelagio ordinizi in anc karta uenditionis manu mea+ rouorauimus.

egas test. — pelagio aluitizi test. — davi test. — menemdo padrizi test. — garzia test. — emila test.  
Zoleima presbiter notuit.

CCCCCLVII

*Ex libro regestorum Monasterii Araucensis, Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, sic dicto, decerpsimus.*

1067

## **Karta de hereditate in moldes in termino de Arauca**

CCCCLVIII

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in pago de Pedrafita. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1067

In dei nomine ego ermesinda et didago in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis gunsaluo gutierrezi et uxor uestra domna geluira sigut et uendimus ereditade nostra probria que auemus de parentum nostrorum fandila et uniscu et abios de didagu in uilla quos uocitant pedrasita et abe iacentia subtus mons pedras rubias probe llidore maris. damus ad uos illa in territorios portugaleensi quantumque ibidem abemus cum cuntis prestationibus suis quantum in se obtinet et a prestidum omnis est acesum et regresum. et accepimus de uos in precio una uaka in xiii modios tantum ad nobis bene conplaguit et abut uos nicil remansit in deuido. ida de odie die siat ipsa ereditade de iuri nostro abrrasa et in iuri uestro siat tradita et confirmada. abeadis et omnis posterridas uestras et faciadis de illa quod uulneritis. Siquis tamen quod

fierit non credidis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uesta ipsa ereditade dublada et quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpedim aidura. Facta karta uenditionis die erit m<sup>er</sup>a idus december. Era millesima c v.<sup>a</sup> ermesinda et didagu in ac karta uenditionis manus nostra++s rouorauimus.

qui preses fuerunt — astredo test. — daniel test. — gudino test. — didagu test. — alio didagu test.  
Zoleima presbiter notuit.

CCCCLIX

*Inventarium bonorum immobilium a quibusdam hominibus diversis temporibus ecclesiae S. Martini de Fornellos datorum. Guandila presbyter, ejusdem inventarii scriptor, alia bona propria ipsae ecclesiae legans, inventario descriptionem eorum addit. Autographum exemplar, quod in scrinio Monasterii de Pendorada custodiebatur, in Publico extat Archivo.*

1067

Conuenturis annis et dies recurrematis ut uos dominis et abbatis adque homnis populis certum creditatis hominum iusta quod fuit ut timentes deum et pro remedium dederunt et testarunt suas ereditates ad dominum et ad reliquiarum sanctorum uogabulo sancto martino quorum baselica fundata est in uilla fornellus subtis mons muro et ciuitas sancti felicis prope ribulo pauia territorio senabria. de tempus contestarunt unusquisque sicut dominus iussi usque in era c v<sup>a</sup> super m<sup>a</sup> quod ego famulum dei quandila presuiter co ego auitamte in ipso loco somus indignum et peccatorem conpuncti fui ad deo et diuina pietas ut memoria adipiendo facit ista seriens scriptura simul adque inuentario de homnia quod iusta inuenimus et persapiens sine iniusta. Adnominamus ereditas et larias de terras qui contestarunt omnes ad ipsos dominus et domus domini. Id sunt illo kasal qui dicent trauazo comodo est concluso cum homnis prestationibus suis que ibi dedit safila donnelliz. alio kasal ubi dicent laurario ad super illo reco de palatio iusta carraria antiqua et diuide de sursum cum laria de abdella derrahamaniz et de lonco fige se in laria qui dicent de gotom. et ipsa laria que dicent de godom ibi contestabit illa quilu cui dederunt illa in die de sua uota ad patrom cum suas mazanarias. et alio talio de terra que dederunt filios de principio pro remedio anime de suo parente ad su illo reco qui inriga ad ipsa ecclesia. et alio que iace in agro que dicent de pomar' maior que posuit ibidem teginum et abe pasales in longo et in ampio et alio talio qui fuit de ipse teginum que testarunt ibidem suas filias crestilli et sontrilli. in agro que dicent de lintigal iusta caria antiqua et fige se in laria de mitu ihoannes de ipso talio mediatate et ipsas mulieres iuso ubi dicent pontezella mediatate de ipso pomar cum suo terreno et iusta ipse pomar costa illo arugio alio talio que fui de safila donelliz et comparabit illo erigio de safila per suo precium et testabit illo sua filia gontina. et alia cortina iusta domus de atanito como iace de ripa in ripa que ic testabit ildonza filia abdella. et ipsa in colina de iusana alia laria que comparabi cum uiro suo anserigu de ermegundia gundiadiz et leua se de monte et fere in reco et abe pasales in ampio de uno capo vi et de illo alio y. et de laria que iace ad porto de aqua leuata m<sup>a</sup> que testabit exemeno abdel-laz cum suas maza

Et ego quandila presbiter molle depressus lapsus ad misericordia et humilem ibidem contesto in agro que dicent de lamas que partibit com mea iermana uno talio qui iace iusta illo salicetu de una parte fere in ripa et de alia in laria de composta et de ampio deuide cum laria que fui de abdella ordoniz. et ipsa laria de composta ibi testabi illa abdella ordoniz et medietas de illa mazanaria camaciana et sursum ubi dicent agro de sautellu ego quandila mediata. et de talio que dicent de ordiales mediata et de una parte diuide per comaro et de alia cum laria qui fui de filius de abdella derrahamaniz et sursum incima cum dominica. et de laria que dicent de ossata medietate et de sautu qui iace ad super illo molinu comodo diuide de longo per illos salicarius et uai infesto spartindo cum sauto de filius de abdella derrahamaniz et fere in reco qui perge pro ad roboreda et diuide de alia parte com sauto de iemula. alia uarcenella ubi dicent pontecella et uai infesto et fere in foze de reco et de sursum diuide cum kasal de iemula de ipsa uarcenella cum suo pumar iii quartas. et de illo pumar que iace ante porta de domus paremorum nostrorum iii quartas. et de agro que dicent nobales medialate com suo sautu. etiam ut in uita nostra in aruitrio nostro deserbiat et ad ouitum nostrum seguros permaneant ad parte ipsius domus domini ut ante deum mercedem nobis ueniat et paremorum uel intercessores nostrorum. et ermentario ad obitum suum testabit ibidem omnia sua ereditate ab integro ubi illa potuerint inuenire cum homnis prestationibus suis.

## CCCCLX

*Sarracina quaedam et alii, qui filii ejusdem Sarracinae videntur, Pelagio Gonsalviz uxori-  
que praeedium in villa de Mindello tradunt. Charta autographa, ad Monasterium Morariense  
pertinens, in Publico exstat Archivo. Quae typis, italicis vulgariter dictis, edimus, inter lineas  
chirographi, ab alia manu, sed eodem tempore scripta, ut videtur, leguntur.*

1068

In dei nomine ego saracina eria (?) ssesnandiz fromosili ssesnandiz petro ssesnandiz gontina ssesnandiz adosinda ssesnamdiz in domino deo eterna salutem amen. Ideo placuit mici per bona pacis et uoluntas ut faceremus ad uobis pelagio guncaluiz et ed (sic) uxor tua marina guncaluiz que ganarunt de gacia gonici et damus a uobis ila in luctosa de ista de ereditate que ganiaui ssesnando iudicit com suos iermanos de hereditate in loco quas uocitant aminidelio nr<sup>a</sup> intrega subtus mons kastro de boue discurrente ribulo aue teritorio portugal prope litore maris per suis locis et terminos anticos et per montes et per fontes per ubi potueritis ila inuenire exitum ingressum exitum uel regresum cum quantum in set obline et aprestitum ominis est dou adque concedo a uobis. Ita ut de hodie uel tempore sedea ipsa hereditate de iurio meo abrasa et in uestro dominio sit tradita et confirmata. habeatis uos illa firmiter et homnis posteritas uestras et facite de illa quod uolueritis. Si quis tamen quod fieri non creditis mihi et aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula ad inrumpendum et nos a concilio deuendicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomo pariam a uobis ipsa hereditate duplata uel tripata uel quantum a uobis fuerit meliorata filiis aut netis aut nulo homine aut progenie mea quis ista carta ad inrumpendum quesierit que pariat ista ereditate duplata uel quantum a uobis fuerit meliorata et tantum in iudica.... Facta karta notum die quod erit vii idus aparici domini kalendas ianarias (?). Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> vi. sarrazcina eria (?) ssesnadiz fromosili ssesnandiz et petro ssesnandiz et gontina ssesnandiz et adosinda ssesnandiz et a uobis pelagio guncaluiz et ed uxor tua marina guncaluiz in hanc carta manus nostras rouo+++++rauimus (?).

Qui preses fuerunt testes — menendo test. — suario testes — guncaluo quos uidi confirmo testes — petro testes — gunzaluo test. — pelagio quos uidi confirmo testes — guncaluo test.

Suario Presbiter Notuit.

## CCCCLXI

*Pactum venditionis dimidii praedii cuiusdam in villa de Toderi. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico exstat Archivo.*

1068

Christus. In dei nomine ego amor Ideo placuit mici propria mea uolumtate ut uinderemus ad uobis uermudo gundiadiz et uoxi tua godo sicut et uendimus ereditate mea propria que abeo in uilla toderi terridurio portucalensis subtus castro boue prope litore maris et abeo ipsa ereditate de parentela nostrā tam etiam et de conparadella uendimus ad uobis medietate de ipsa ereditade per tota uilla quomodo est conclusa per suo termino cum quantum in se obtinet et aprestitum ominis est et acepimus de uos pretio pro ipsa ereditate xxx modios in que a nobis complacuit et de pretio apud uos nicil remansit in deuitum abeat uos et omnis posteritas uestras ipsa ereditate firmiter et faciatis de ea quod uolueritis. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus tam nos aut progenie nostre aut qualibet generis omo que ad uobis ipsa ereditate calumniare quesierit et nos in iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa ereditate dublada aut quantum uobis fuerit meliorata. Facta cartula uenditionis notum die vii kalendas martii. Era millesima c vi.<sup>a</sup> amor in anc cartula uenditionis mea ro+ (sic). pro test. gondesindo petro test. didacu test. gesmondo test. gumdisalbo presbiter notuit.

## CCCCXLII

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Moreirola. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1068

In dei nomine ego godesteo pelagici plagui mici per bone pacis uolumtas nullo coque gentes imperio nec suadentis articulun nec pertimesentes metum neque pas (sic) qod eri fraudes ingenio sed probria mici acesi uoluntas ut per escriptis uinderemus a uobis troitesnimdo guterizi exorn (sic) uestras nomen gontrode sicut et uendimus crededidate nostras probria que auemus de pater nostro pelagio ianardizi et aue iacentia in uila que uocitant morirola uendimus a uobis inde v<sup>a</sup> integra. aue iacentia subtus castro de boue discurrente ribulla furgia probe lidoare maris. uendimus aque concedimus ila per suis terminus uigus et locis anticus cum quantum in se obtine et aprestidun omnis est. et acebi de uos in pretio uno poldro et una uaca et iii modios de pan et ii ouelias cum suos filios tanto nobis bene complagui et de pretio abu uos nicil remansi in deuido. ita ut de odie die uul (sic) tempore de iuri nostros sit abrasa et in uestro iuri tradida atque confirmata et uobis perpetuam audura pereniter. Facta cartula uenditionis nodun die eri xii kalendas magi. Era c vi<sup>a</sup> super millesima. godesteo in anc cartula uenitio manu mea ro+. qui preses fuerunt :

sandino goimirizi test. pelagio ordonizi test. — rodorigo goimirizi test. aluito test. — aruomar donanizi test. garzia test. — godesteo test.  
pelagio presbiter notuit.

## CCCCXLIII

*Quidam Froila, conversus, vel monachus, vel oblatus, Branderigusque sacerdos nepotes suos quatuor sibi pro filiis adoptant, eisque bona, quae in villa de Seixozelo possidebant, tradunt. Charta autographa, ad Petrosense Monasterium pertinens, e scrinio Conimbricensis Academiae in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1068

Christus. In dei nomine ego froila frater et branderigo presbiter plaguit nobis asto animo nullo quoque egenitatem imperio nec suadentis artigulo neque pertimescentis metum set propria nobis accessit uolumtas ut faceremus uobis subrinos nostros froila et uermudu pelagio geluira sicut et facimus kartula benefactis uel perfiliationis de ereditate nostra propria que auemus de susceptione auiorum nostrorum et mater nostra daylu et aue iacentia in uilla seisosello subtus montis castro petroso territorio portugalense damus illa adque concedimus ab integro per uius locis et uicos et terminos anticos per ubi illa potueritis inuenire quia dicet lex et scriptura — hominis enim qui filium non abuerit faciendi de rebus suis quod voluerit —. et accepimus de uos proinde seruitio umile et dilecto in uita que uiscerimus et ande..s ad nostro mandato et ad nostro regimine usque uitum uero nostro et de odie die et tempore sit ipsa ereditas in uestro iuri confirmata. aueatis uobis illa et omnis posteritas uestra in uita que uisceritis et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula ad intrumpendum et nobis ad concilio noluerimus aduendigar aut obturgar post uestra parte in quanto uos stederitis in ueritate que pariemus uobis ipsa ereditate dublata uel quantum uobis fuerit meliorata et uobis perpetuam auitura. Facta kartula notum die erit .... kalendas magii. Era millesima c vi<sup>a</sup>. Froila frater et branderigo presbiter in anc karta manus nostras rouoramus++. qui preses fuerunt gutino test. uermudu test. ero test. gudesteo test. rodorigu test.

Egas quos notuit.

## CCCCLXIV

*Nobilis homo Monius Egeas uxorque Unisco ecclesias quasdam partemve ecclesiarum Monasterio S. Joannis (de Pendorada) donant. Ex apographo saeculi XIII, olim in scrinio Monasterii de Pendorada, nunc vero in Publico Archivo servato, sumpsimus.*

1068

Domnis inuictissimis hac triunphatoribus sanctisque martiribus ac gloriosimis sancti saluatoris sancte Marie semper uirginis sancte columbe sancte eugenie sancti Romani et conuentus eius sancti iohannis baptiste qui inter eos principatum tenet quorum baseliga esse cernitur iuxta litus durio prope flumen Tamige subtus mons aradros iuxta uilla ordini et cabanelas Ego nos seruus christi monio prolis egeas et Toda Domna una cum congugia mea unixco domino deo eterna salute amen. Ideo placuit nobis ex tota nostra mente et ex tota nostra uoluntate ut pro remedio animas nostras faceremus ad ipsius domus sanctos et ad monagos et fratres qui in ipso logo habitantes fuerint per secula (*sic*) sancta ita sicut et facimus testamentum scripture firmitatis de ecclesia uogabulo sancti Mamedi qui est scitum in villa ordini cum omne suos dextros et suos testamentos quantos in se obtinet exceptis porcione de meos sobrinos filios de dono Ermigio et illa nostras porciones de ipsa ecclesia ab integro et suo casale ubi sedet adaulfo cum suas terras accesu uel regressu. et de ecclesia uocabulo sancta Maria iuxta villa setti tercia integra cum suos dextros et sua prestantia accessu uel regressu. et de ecclesia uogabulo sancta Sauina tercia integra cum suos dextros accessu uel regressu. et de ecclesia uogabulo sancto iacobo de Trauazoos integra cum suos dextros et cum suos testamentos et suos casales cum suas terras ab integro. ista ecclesia sancto iagobo teneat illa uiliado presuiter in sua in vita per nostras manus et per nostro aluidro et post ouido suo relinquat illa integra a parte ipsius loci iam supradicto sancti iohannis ut ille sit nobis patronus et hic et in die iudicii domini. et de ecclesia sancto Martino antiquo qui est fundado iuxta ipsam penam sancti Martini meam porcionem quantam mihi euenit de subceptione auio nostro Monio beniegas quanta mihi compudant inter meos heredes de illa de nostro auio domno Munio et illa porcione de tio nostro Garsea moneonis ab integro et ipsa porcione que nobis euenit per ipsa uilla de varzena integra. omnia isto testamento que iam supra testatum est cumtestamus illum ad ipsius dominus sanctorum iam subradictum sicut illas ecclesias obtinuit tio nostro Garsia munionis et dedit nobis illas Rex dominus Garsia filius fredenandi principis nostri et Regina Sancia per nostra carta per que det illi dominus sidera Regna. de odie die uel tempore siat isto que in testamento resonat de iuri nostro abraso et ad ipsius dominus sanctis sit tradito et confirmato iuri quiedo temporibus seculorum et si quis sane mentis non crediderit et quallue generis homo de propinquis nostris uel extraneis contra hunc testamentum usurpare uoluerit uel unomodigo in primis sit excommunicato et a cessu christianorum sit segregado et cum iuda traditore haueat partem in eterna damnacione et insuper pariat a partem istius testamenti quantum usurpare dublado terra iudigado et insuper auri talentum. et de filiis uel filiabus nostris uel neptis nostris qui ad isto logo sancto et isto testamento scudo defensor fuerit sedeat benedicto de nostra benedictione et de christus filius dei uiui et siant heredibus de nostra hereditate et de dei benedictione et si quavis qui exinde negligens fuerit et isto nostrum factum usurpauerit in nostra uice isto testamento non deuenderit et de isto logo sancto scudo defensor non fuerit et uoci sue non pulsauerit quale mici in isto nostro uodo tale illi eueniat super suo collo et tale accipiat in suo corpore siue male siue bene quale illi fuerit meruerit. Factum est huius series testamenti nodum die erit idus Iunii. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> vi.<sup>a</sup> Monio et Vnixco quod fieri elegimus et in hunc testamentum manus nostras roborauiimus. Viliufus confessus roboro et confirmo. et hunc factum mandamus illum ut habeat rouore in quantum sederit pro regula sancta et si quemuis isto loco sancto iohanni an negligentia retornauerit uada isto nostro testamento post fratres qui regulam qui in se portauerint ubi commanencia abuerint qui ibident fuerint.

## CCCCLXV

*Octavam partem, quam possidebant, ecclesiae Sancti Cosmadi, inter villas de Gemunde et de Loureiro sitae, Garsia Menendiz et uxor vendunt Tructesindo Gutierrez uxoriique ejus. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico exstat Archivo.*

1068

In dei nomine ego garzia menemdizi et aragunti menemdizi in domino deo eterna salute amen et elias benegas. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra domna guntrode sigut et uendimus nostra rratione ratione (*sic*) integra de eclesia uogabulo sancti cosmadi viii<sup>a</sup> integra per suis terminis et uicis et locis antiquis cum edificiis suis quantum in se obtinet et aprestidum ominis est et abe iacentia in villa gemundi subtus kastro auenoso territorio portugalensis et diuidet ipsa eclesia cum villa laurario et de alia parte cum villa esatones et de iii<sup>a</sup> parte cum ipsa villa gemundi. et ad karta confirmandum accepimus de uos in precio xx modios in que nobis bene conplaguit. abeatis illa firmiter uos et omnis posterritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. Siquis tamen quod fierit non creditis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa viii<sup>a</sup> de illa eclesia dublada et quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpetim abitura. Facta karta uenditionis die erit iii<sup>o</sup> nonas iuli. Era millesima c vi.<sup>a</sup> garzia menemdizi et aragunti et elias uenegas in anc karta uenditionis manus nostra+++s.

Froila aluitizi test. — guntado test. — pelagio erizi test.

sendino adfonso test. — cidi quedazi rodicoiros test. — fofo ansurizi quos uidi — tructesindo test.

Zoleiman prespiter notuit.

## CCCCLXVI

*Pactum venditionis partis cujusdam ecclesiae Sancti Cosmadi inter villas de Gemunde et de Loureiro sitae. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1068

In dei nomine ego garzia ben elias et framila ben elias et gauladria ben elias et pedro connomento elias proximi et pro meos germanos in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor sua domna guntrode sigut et uendimus eclesia uogabulo sancti cosmadi qui est fundado inter villa laurario et villa gemundi damus ad uobis de ipsa eclesia viii<sup>a</sup> minus iii<sup>a</sup> cum edificiis suis per suis terminis et uicis et locis antiquis cum cumtis prestationibus quantum in se obtinet et aprestidum ominis est et abe iacentia suptus kastro auenoso territorio (*sic*) portugalensis. et ad karta confirmando accepimus de uos in precio in modios tamtam ad nobis bene conplaguit. abeatis illa firmiter uos et omnis posteridas uestras iuri quiedo temporibus seculorum et faciatis de illa que uolueritis. Siquis tame quod fierit non creditis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra isto que in ista karta resona dublado et quantum ad uos fuerit meliorado et uos perpetim auitura. Facta karta uenditionis die erit nonas agusto. Era millesima c vi.<sup>a</sup> nos subra nominatos in anc karta uenditionis manus nostra+++s.

qui preses fuerunt garzia menendizi test. — tructesindo test. — pelagio test. — martino test. — gumtado test.

Zoleima prespiter notuit.

## CCCCCLXVII

*Pactum venditionis partis ecclesiae Sancti Cosmadi prope castrum de Avenoso, inter pagos de Gemunde et de Loureiro sitae. In eadem membrana, in qua praecedens pactum inventitur descriptum, hoc exaratum fuit.*

1068

In dei nomine ego brandila aluitizi et gaudiosa et ermegodo et froila et quilio in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uoluntas ut uinderemus ad uobis sigut et uendimus tructesindo gutierizi et uxori uestra domna guntrode sigut et uendimus eclesia nostra probria uogabulo sancti cosmadi que est fundado inter uilla gemundi et uilla laurario subitus kastro auenoso terridorio portugalensis. damus ad uobis de ipsa eclesia m<sup>o</sup> de octaua per suis terminis et uicis et locis antiquis cum cunctis prestationibus suis quantum in se obtinet et a prestidum ominis est per ubi illo podueridis inuenire. et ad karta confirmandum accepimus de uos in precio uno lenzo tamtam ad nobis bene conplaguit. abeatis illa firmiter uos et omnis posteridas uestras. Si quis tamen quod fierit non credidis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta uenditionis ad intrumendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipso que in ista resona dublada et quantum ad uos fuerit meliorata et uos perpetim abitura. Facta karta uenditionis die erit xiiii<sup>o</sup> kalendas setember. Era millesima c vi.<sup>a</sup> brandila et gaudiosa et ermegodo et froila et quilio in anc karta uenditionis manus nostra+++++.

Ic sunt testes garzia — elias test. — tructesindo — gutiere pelagiz ... sendino test.

Zoleima presbiter notuit.

## CCCCCLXVIII

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Retorta. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1068

Christus. In dei nomine hego columba ad una cum filiis meis nominibus eilo gunsalbo gonzina godina speciosa uermudu in domino salutem amen. Ideo placuit nobis per bone pacis uolumtas ut faceremus ad uobis tructesindo gutierizi et uxori uestra gontrode sicut et facimus cartula uendicionis de ereditate nostra propria quos abuimus in uilla retorta quanta ibidem abuimus tam de parentela quan eciam et comparadela ab integro uobis illa concedimus (sic) ubique illa potueritis inuenire in ipsa uilla in montes in fontes exitum moncium et regresum arbores fructuosas uel infructuosas et ubique illa potueritis inuenire per ipsa uilla cum cunctis prestationibus suis quos in se obtinet et a prestidum ominis est per suis uicis et antiquiores terminis. et accepimus de uos pro illa in precio xviii<sup>o</sup> quinales de sicera tantum nobis bene conplacuit et de precio apud uos nicil remansit in deuito. Ita ut de odie die et tempore sit ipsa ereditatem de iuri nostro abrasa et in uestro iure et dominio tradita et confirmata. abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto in perpetuum uindicetis. Si quis tamen quod fieri non creditis aliquis omo uenerit uel uenerimus tam nos quam ex proienie nostre aut qualibet omne qui contra anc cartula uendicionis ausatus fuerit intrumpere que nos ad concilio uel ad iudicio noluerimus auctorgare et uindicare post parte uestra aut uos in uoce nostra que pariemus uobis illa duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim auitura. Facta cartula uendicionis et scripture firmidatis die erit vii<sup>o</sup> kalendas september. Era millesima c vi.<sup>a</sup> nos superius nominatus in anc cartula uendicionis quod fierit ad nos facta manus nostras ro++++++.

Ic testes preses fuerunt pelagio froilaz confirimo. tructesindo pelagiz confirmo. quilifredo marquizi. gondesindo ordonio test. fructuoso fredenamdo odeiro todieuerto fonso gunsalbo. pelagio qui hec notuit.

## CCCCLXIX

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Gondomar. Charta autographa, e scrinio Monasterii de Ave-Maria Portucalensis in Publicum Archivum delata, textum praebuit.*

1068

Christus. In dei nomine ego espalo placui nobis per bona pacis et uoluntas nullusquoque gentis imperio nec suadentis artigulo set propria nobis adcessi uoluntas ut facio ad uobis gontili cartula uenditionis de ereditate mea propria que abeo de parentum meorum uel abiorum in villa gondemari subtus ipso castro gondemari territorio portugalensis discurrente ribulo qui dicent rial. damus ad tiui gontili de ipsa ereditate mea ratione integra quamta in ipsa uilla abeo quamta me copodo inter fratres uel ereditibus meis per suis locis uigus et terminus antigus cum quantum aprestitum ominis est per ubique illa potueritis inuenire terras ructas uel baruaras aquis aguarum exitus montium uel regresum et accepimus de uos pretio vi quartarios milio et 1º porcu in v quartarios et 1 quinale de sicera tantum nobis bene complacui et de pretio apud uos nicil remansi in deuitu pro dare. Ita ut de odie die et tempore de iuri nostro abrasa et in uestro dominio tradita et confirmata. abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. et quo si aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc kartula uenditionis que nos ad iudicio deuindigare non potuerimus au noluerimus au uos in nostra uoce quomodo pariemus post parte uestra ipsa ereditate dublata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim auiturum. Facta kartula uenditionis notum die pridie idus setember. Era c vi<sup>a</sup> post millesima. espalo ad uobis gontili in anc kartula uenditionis manus mea ro+o. qui preses fuerunt pelagio test. — frarigu test. — alouitu test. — ramdu test. songemiru presbiter notuit.

## CCCCLXX

*Auderigus presbyter nepoti suo Vermudo ecclesias et bona quamplurima in villis de Cezar, de Fajões et de Mançores donat. Charta autographa, e scrinio Monasterii de Ave-Maria Portucalensis in Publicum Archivum delata, nobis textum suppeditavit.*

1068

Christus. Magnus est enim titulum donationis in qua nemo potest hactum uerit largitatis inrunpere neru (*sic*) legis proicere sed quiquid prona uoluntate per scriptura traditur uel donatur nullo modo inrunpatur et idem in liber godorum doctores sanserunt et in canoniga sententia demonstrauerunt donatio que per uin me (*sic*) metum non fuerit extorta talem qualem hemcio abeat firmitatem. Obinde ego auderigus presbitero plolis braolius et qualauara in domino deo eterna salute amen. Ideo placuit mici prona uolumtate ut facere tiui filio et discipulus meus et nepto meo uermudo presbitero carta donationis et persfiliationis simul et testamento de omnia nostras ereditates proprias que abemus de subsetione abiorum et parentum nostrorum et abent ipsas ereditates iacentias in territorio portuale subtus mons castro calbo et montecelo discurrente ribulos antuana et ure uillas uocidas cesari et fagiones et manzores in uila zesari quomodo illas obtinuerunt ipsis parentes meos desuper nominatus siue ecclesias siue laygales quomodo in suos testamentos et in scripturas resonant. damus ad uobis de ipsas ereditates iam dictas siue laygales siue ecclesias uocitadas sancti petri et sancte christine in uila cesari et illas laygales siue de pater meus siue de mater mea in fagiones similiter in sancto martino illo que hic abuimus per testamento de abios nostros et in laygales que abuimus ..... gundemirus et in manzores illo quinione integro de nostra matre siue in illa ecclesia sancte christine siue illa leigale. damus uobis ipsas ereditates et ipsas ecclesias quantum ad prestatum in se obtinent et ad prestitum de ominis est ubique illas potueritis inuenire accepsum uel regresum damus uobis ipsas ereditates et ipsas ecclesias pro remedio anime mee et de parentum nostrorum et abealis cura de anime mee siue in uita quam ad mors dum potentia uestra fuerit. et si uenerit germana mea gunzina aut de filiis suis sortiatis anbos per medium et si non uenerint abete uos illas suduno integro sicut iam diximus desuper. et damus uobis illos testamentos et illo scripto que inde abemus et si a uobis contruuersia exire de filiis de .. eto aut de sua prosapie conponant ad pars uestra illa carta et illo placito quos ad patre nostro et ad matre nostra et ad nobis rouoraui per sententia legis et ereximus ista scriptura super illas siue super alias qui in disturba ad uobis uenerint. Abeatis ipsas ereditates firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto in ipsas ecclesias qui bonus fuerint et in ordinem sacerdotale perseuerauerint aut sorores bonas et in illas laygales similiter omnes qui in ordine bona

D. et C. Tom. I.

74

exiterint. Si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc factum nostrum ad inrumpendum tan nos uel qualiue generis omo quomodo parie uobis uel ad pars uestra ipsas ereditates dubladas et alio tanto in iudigado ad potestas qui illa terra imperauerit et hunc factum nostrum plena abeat firmitate et rouore. Facta seriens scriptura in die erit vi<sup>o</sup> idus nouembris. Era millesima c<sup>a</sup> vi.<sup>a</sup> Ego auderigus presbitero ad tiui filio meo et nepo meo et discipulo meo uermudo in hanc cartam donationis et perfiliationis simul et testamento manus nostras rouora+mus.

Qui preses fuerunt. suario presbitero test. arualdus presbiter test. ermegildo test. areda test. gundesindo test. guntigio test. oriole presbiter test. .... gus presbiter exarauit

## CCCCLXXI

*Elduara Sandiz filiusque ejus Monasterio Sancti Petri de Cesar praedium in ipsa villa situm donant. In tergo membranae, ubi Auderigi donatio, sub praecedente numero edita, scripta est, haec etiam autographa invenitur.*

1068

Christus. In nomine domini patri et filii spiritu sancti. Dominis gloriosis uictris mundique triumphatoribus id est locus sancti petri et pauli et sancte christine virginis et quorum reliquie sanctorum et quorum basilica fundata est in uila que dicent cesari teridorio portugale subtus monte castro calbo discurrente ribulo camiola et ure. Obinde ergo nos elduara sandia una cum filio meo sandino prolis moheibiz nos indigno et peccatoribus cognouimus in nos peccatis multis et infirmitatibus graues et timendo ora extrema et diem iudicio et morte secunda et inferno et damus et concedimus ad ipso loco de omnia nostra ereditate quanta a nobis bene complacuit pro remedio animas nostras ut abeat inde fratres et monacus et abet ipsa ereditate iacentia in ipsa uila cesari in loco predicto que dicent rial damus inde nostra medietate intecra sicut et germano nostro toderedo sandiz ad ipsos sanctos que ibi reconditi Ut abeat inde uita et tolorantie fratres et quomodo illa obtinuit ermieiro cazumiz unde illa comparaui nostro patre sando ermiariz et diuide per suis locis de sursum quomodo est suo deuitum per illa fonte que est super illo cale de parte de condemaro que parte medio nobiscum ipsa ereditate que fuit de illa comitesa ledegumdia erotiz de incumuniatione unde illa comparaui ermieiro cazumiz suo deuitum et diuide de parte tra illo fontano cum illo casale de braolio et alia parte fontano in prono quomodo diuide cum ereditate de saron et aldereto quantum ominis est aquis aquarum uel sesicas molinarum exitus uel regresus et non damus ..... uindindi nec donandi set in aula testamenti permaneat Et hunc factum nostrum plena firmitate auet et rouore. Siquis tamen quod fierit non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc factum nostrum ad inrumpendum In primis sedeat excumunicatus et ad fide christi separatus et quum iuda traditore abeat parte in eterna danatione et insuper pariet ad ipso loco sancto ipsa ereditate dublata et ad potestate que illa tera imperauerit alio tanto. Factum series testamentum quod erit vi<sup>o</sup> idus nouembris. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> vi.<sup>a</sup> elduara et sandinu in hoc testamento manus nostra++s. Qui preses fuerunt guntigio test. sagado test. gudino test. auderigus presbitero notuit.

## CCCCLXXII

*Pactum venditionis bonorum quorumdam in villa de Pedrasita. Ex charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinente, in Publico Archivo custodita, descriptissimus.*

1068

In dei nomine ego adosinda prolix gutierre et uistregia in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad gunsaluo gutierrezi et uxor uestra domna geluira sigul et uendimus ereditade mea probria quantaque de parte de mader mea uistregia aueo in uilla nuccupada quos uocitant pedraficta in territorio portugalensis subtus mons pedras rubias discurrente rribulo lleza prope lidore maris et abuimus illa de subseptione domino nostro didago donanizi quamtaque comparaui et ganaui de argenado et de uxor sua gudella in pedraficta et in uillar siue per precio siue per ganadura et dedit illa ad mader mea uistregia per karta firmitadidis et ego relinqu uobis illa in manus uestras. et karta confirmandum accepimus de uos in precio vii modios in que nobis bene conplaguit. abeadis illa firmider uos et omnis posterridas uestras et faciadis

de illa quod volueridis. Siquis tamen quod fierit non creditis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus ad uobis ipsa ereditade dublada et quantum ad uobis fuerit meliorada et uos perpedim abidura. Facta karta uenditionis die erit xv<sup>o</sup> kalendas december. Era millesima c vi.<sup>a</sup> adosinda in anc karta uenditionis manu mea+.

qui preses fuerunt — rroderigu mironizi testis — uilifonso test. — cidi tanoizi test. — didago test. — menemdo quamdilazi test. — uermudo quamdilazi test. — didago pelagizi test. — berino test.

Zoleima presbiter notuit.

### CCCCLXXIII

*Cum, ob facinora et flagitium, Didacum Arvaldiz praetor sive judex Monius Benegas excoecari juberet, mater, sorores, fraterque damnati rei, pro redimento eo, praedium, quod in villa de Lodoero possidebant, eidem Monio Benegas tradunt. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1068

Christus. Dubidum quidem set multum cobnitum mane in ueritatem eo quos cadit super didagu arualdizi furtum et discobre illum dominus et mandaui dogno monio benegas filase ille didago et manifestauit ipse furtum per manum de ille sayone framila. ipse furtum prenominatum est una pelle et una saia et uno lemzo et filado pro alio lemzo et una linola et una tauca (?) et firitas preciadas in v solidos et alias malefactorias super ipse furtum rausu. et post ipsas intemtiones filarum ipse didagu et cedarunt illo in catena in illa zibitas bemuiber per manum de ipse sagione framila et non abia que pectase et mandarum illo zegare et uenerum in ipse concilio sua mater nomine bona et suas germanas prenominatas onega et truili et madrebona et fidiarum illo et non abiam que pectare pro eum et miserum rogadores ipse sayonem et alios omnes bonos ad ipseb monio benegas que dessent erididatem suam pro illo et mandaui ipse potestas que filasem ipsa ereditatem et egenuarem illo et intraui monio arualdici in vice de ipse didagu que roborase carta de ratione de ipse didagu de illa ereditate et egenuarum illo que non abuise ullam kalumnia. Facta adnutio notum die quo erit iii<sup>o</sup> ante kalendas ianuarias. In dei nomine ego bona et filias meas onega et truili et madrebona et monio arualdizi in vice de suo germano. ideo plagui nobis sano animo et prumta nostra adcepsit uolumtas ut per scriptis facimus uobis dogno nostro monio benegas et uxor uestra nomine uniscu cartula confirmationis de ereditate nostra probia que abemus de abio nostro uimara lobellizi et abe iacemtia in uila quo uocitant lotonario subtus mons genestacolo sancta maria suuber mons penalonga discurens per ribulo mayore in flumen dorio. damus illa a uobis pro illas malefactorias que ad ipso didagu uenerum mediadate uobis inde concedimus tamtam nobis compoda inter nostros fratres quecumque nostros eredes damus inde uobis de ipsa ereditate media portione in casas in uineas in uigares in pumares in socto et in calbo et in exitum uel regresum in quantum ad ominis adprestitum est. abeatis uos et omnis posteritas uestras usque in temporibus seculorum per suis terminis et locis antiquis ubique illa potueritis inuenire. et quis tamem non credimus aliquis omo uenerit uel uenenerimus (*sic*) cumtra hunc factum nostrum ad inrumpendum que nobis in iudicio deuindigare non potuerimus pro parte uestra comodo pariemus uobis ipsa ereditate dublata uel quantum ad uobis fueri meliorata et uobis perpetimabituram. Facta cartula confirmationis notum die quo erit iii<sup>o</sup> ante calemdas ianuarias. In Era c<sup>a</sup> vi.<sup>a</sup> bona et onega et truili et madrebona et monio in hanc cartula manus nostras r+++++. pro testes gaudinas test. kemdas testes. rodorigu test. fortis testes. froyla testes. Adaulfu presbitero notuit.

## CCCCCLXXIV

*Garsia rex fideli suo Munio Venegas bona immobilia quaedam pro meritis donat. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1068

In dei nomine. ego garsea gratia dei rex ad uos fidele meo monio ueniegas et uxori uestre unisco et filii uestris In domino deo eternam salutem amen. Magnum satis est titulus donationis in quo nemo potest actum largitatis inrumpere neque foris legem proicere sed quicquid grato animo integroque consilio et propria mea accedit uoluntas ut facerem uobis iam supra nominatos kartula de hereditate mea propria sicut et facio et uocitant ipsa villa ordoni mediatate ab integrum cum suis adjunctionibus. et alia villa nomine uentusella et de couas n<sup>a</sup> v<sup>a</sup> ab integrum et est ipsa hereditate extra inde couas inter n<sup>a</sup> fluvios durio et tamice que se ex parte de inter ambos rios per ipso arugio et uadit per ipso fluvio durio et fer in illo uaad et uadit per illa portela de magrellos et inde per ipso arugio de asauones et descendet in ipso riuulo tamice et inde unde primito incoauimus et uenit mihi de incartatione garsea moniz siue de parentorum et auiorum suorum quomodo de ganantia subtus mons eiras territorio anegia discurrente flumen durio. do uobis ipsas hereditates cunctas que ibi habeo per suis terminis et locis antiquis pumares uineas figares amexenales sautos petras mobiles et inmobiles terras cultas et incolitas se sigas molinarum cum aqueductis earum accessus et regressus. do uobis eas pro seruitio et ueritate que mihi fecistis et dixistis et accepi de uos 1<sup>o</sup> manto optimo et 1<sup>a</sup> lapide preciosa et satis valenciosa. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditate de iure meo abrasa et in uestro iure et dominio sit tradita et confirmata. habeatis uos et omnis posteritas uestra et faciatis inde quod uos uolueritis licentiam in dei nomine habeatis potestatem. Si quis tamen quod fieri non creditis et aliquis homo contra hunc factum meum ad inrumpendum uenerit uel uenerimus quisquis ille fuerit qui talia fegerit (?) pariet uobis uel pariemus ipsa hereditate in duplo et triplo et ipsas adjunctionibus similiter componat et desuper auri libras n.<sup>a</sup>. Notum die n nonas .... Era c vi post peracta r. Garsia regis filii fernandi et santia regina in anc scripture confirmationis quam fieri elegi manu mea robor+auui.

Cresconius episcopus sedis sancti iacobi conf. — Comite petro pelaiz conf. — Pelagio gutieriz conf. — Fafia sarraziniz conf. — Gundisaluo raupariz conf. — Petro .. laz conf.

Et de galetia — Arias fernandiz conf. — Martino cresconiz conf. — Monio nuniz conf. — Godesteo gontadiz conf. — Didagu gontadiz conf.

Didagu tructesindi conf. — Gundesendo mauraniz conf. — Gundisaluo diaz conf. — Menendo froilaz conf. — Tructesindo diaz conf. — Pelagio cidiz conf.

Rodrigu muniz conf. — Alio pelagio cidiz de asturias. — Eita gondesendiz conf. — Rodrigu garcia conf. — Queco sandiniz conf. — Gundisaluo menendiz conf.

Didagu test. — Egas test. — Garsea test. — Viliulfo test. — Menendo test. — Item garsea test.

Vimaredus presbiter et nutrix rex conf.

## CCCCCLXXV

*Pactum venditionis quartae partis praedii cuiusdam in villa de Moreira. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1069

In dei nomine ego agiuerta conomento bona plagui mici per bone pacis uoluntas ut per escriptis uinderemus a uobis troitesindo guterizi (?) et uxor uestra dona controde sicut et uendimus ereditade nostra probria que auemus in uila moraria subtus castro auenosu discurrente riuilo leza in logo predicto carualido et auemus ipsa ereditade de auio ordonio quarta integra per suis terminis uicus et locis antiquis cum quanto in se obtene et aprestidum omnis est. et acebimus de uos pretio n<sup>a</sup> modios tanto nobis bene complagui. ita ut de odie die uel tempore de iuri nostro sit abrasa et in uestro iuri tradita aque confirmata. aueadis uos firmider omnis posteridas uestras iuri quieto teniporibus (sic) seculorum. et si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo ueneri uel uenerimus contra acn cartula uenditionis ad inrunpendun que ad iuditio deuengare uel autorgare non poduerimus au uos in uoce nostra comodo pariemus ipso que in karta resona dublada uel quantun a uos fueri meliorada et uobis perpetin aidura pereni-

ter permansura. Facta kartula uenditio nodun die erit u nonas ianuari. Era c vn<sup>a</sup> post millesima. aguerta in acn kartula uenditionis manun mea ro+. qui preses fuerunt piniolo garzia confirmo —troitesindo test. —framila test. —petro test. —pelagio test. —garzia test. —pelagio presbiter notuit.

## CCCCCLXXVI

*Pactum venditionis dimidii praedii cuiusdam in villa de Moreira. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1069

In dei nomine ego crementina ideo plagui mici per bone pacis uoluntas nunlo qodque gentes inperio nec per timeisentis medun neque pax qod eri fraudes ingenuo sed probria nobis acesi uolumtas ut per escriptis uindemus a uobis troitesindo guterici et coniungia uestra dona controde sicut et uendimus ereditade nostra probria que auemus de uiro nostro godino pelagici de ganantia per escriptura mediade integra cum omnibus prestationibus suis et aue iacentia in uila moraria in loco predicto que uocitant karualido. damus a uobis ipssa ereditade aque concedimus pro pretio xiii modios tanto a nobis ben conplagui. uos dedistis et nos acebimus et de pretio abu uos nicil remansi in deuido. ita ut de odie die uel tempore sia ipsa ereditade de iuri nostro abrasa et in iuri uestro tradida aque confirmada. aueadis uos ila firmiter omnis posteridas uestras per suis terminis uicus et locis antiquis per u illa podueridis inuenire et si quis tamen qod fieri non credis et aliquis omo ueneri uel uenerimus ad inrunpendun uel kaluniandum ista kartula uenditionis qodmodo pariemus a uobis ipsa ereditade dublada cum omnibus prestationibus uel quantun a uobis fueri meliorada. Facta kartala uenditionis die erit pridie idus ianuarii. Era c vii post millesima. crementina in anc kartula uenditionis manus mea ro+. qui preses fuera martino test. —ordonio test. gartia test. —dagaredo test. —pelagio test. —gontado test. —piolo gartia conf. —consaluo guterici conf. —auomar donanizi conf.

pelagio presbiter notuit.

## CCCCLXXVII

*Pactum venditionis agri in villa de Toderedo. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1069

Christus. In dei nomine ego gumdisalbo presbiter ramiru presbiter maurgado presbiter Ideo placuit nobis proprias nostras uoluntates ut uinderemus ad uobis uermudu gumdiuadiz et uxori tua godo sicut et uendimus ad uobis una larea in uilla todereci et stant in ipsa larea xv mazanarias et fuit ipsa larea de gundulfo uiliuadiz et de sua soror eylo et dederunt ipsa larea cum suas mazanarias ad monacus de sancto salbator pro remedio anime sue et per persolta de gundulfo et de eylo. uendimus ad uobis ipsa larea pro pretio pro ornamenta pro in ipsa eclesia de sancto salbator xv<sup>o</sup> modios in pleno. tantum nobis placuit et faciatis de ipsa larea quod uolueritis. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus tam nos aut qualibe generis omo que ad uobis ipsa larea calumniare quesierit et nos in iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa larea dublada. Facta kartula uenditionis manus nostras notum die quod erit iii<sup>o</sup> nonas aprilis. Era millesima c vii.<sup>a</sup> gumdisalbo presbiter et ramiru presbiter et maurgado presbiter manus nostras ro+++.

gumdisalbo presbiter notuit.

## CCCCLXXVIII

*Pactum venditionis decimae partis Monasterii Morariae. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1069

In dei nomine ego gudina prolix zalama arianizi et palla in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et coniungia uestra guntrode sigut et uendimus x<sup>a</sup> ma (*sic*) de acisterio morarie cum aiunctionibus suis quos fuit de uiro meo didago donanizi et ego do ad filiis meis in uilla de cersedo mea rratione quamtum inde uenit mici in porcione et abe iacentia ipse acisterio inter durio et abe subtus mons pedras rrubias disurrente rribulo leza territorio portugalensis. damus ad uobis illo quos fuit porcione de didago donanizi in illo acisterio de moraria per suis terminis et uicis et locis antiquis et cum cuntis prestuationibus suis quamtum in se obtinet et aprestidum ominis est. et accepimus de uos in precio una equa optima et una uaka. tamtum mici bene conplaguit. abeatis illa firmiter uos et omnis posterridas uestras et faciatis de illa quod uolueridis. Siquis tamen quo fierit non credidis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipso acisterio quod sursum resona dublado et quamtum ad uobis fuerit melioradum et uos perpetimabitur. Facta karta uenditionis die erit vi<sup>o</sup> kalendas iuni. Era millesima c vii.<sup>a</sup> gudina prolix zalama arianizi et palla in anc karta uenditionis manu mea—. et viii<sup>a</sup> de uilla ferraria ibi adicimus. gudina in anc karta uenditionis manu mea+.

qui preses fuerunt ianardo abonazar test. —abomar donanici test. —trasarigu prespiter test.  
queda test. —abomar zalamizi confirmo.  
Zoleima prespiter notuit.

## CCCCLXXIX

*Garcia Menendiz et uxor Tructesindo Guttierriz ejusque uxori pollicentur se quodam praedium in villa de Porcos non vendituros neque testamento legaturos, nisi ipsis. Pro filiis et nepotibus se quoque obligant. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1069

Garcia menem dici et uxor sua odrocia placitum et scriptura firmidatis facimus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra guntrode die erit xvi<sup>o</sup> kalendas iuli era millesima cvn<sup>a</sup> pro parte de omnia mea ereditade quamtaque abeo in uillar de porcos in lloco predicto ubi dicent karualido que si abuerit a vindere aut a donare a uos et ad filiis uestris per precio iusto et filiis et neptis nostris ad illos uestros sic faciant et non abeamus licentia cum illa pro in scriptura aliena mittere et si abuerit inde ad exire pro in alia terra que llecsc illa ad uos pagada et post ouitum uero nostro relinquamus illa in manus uestras aut de filiis et neptis uestris et si minime fecerimus et isto placito exederimus que pariemus post uestra parte c solidos et iudigado. garzia menem dici et uxor sua odrocia in oc placito manus nostra++s.

gutierre uimara ederonio bramdila.  
Zoleima prespiter notuit.

## CCCCLXXX

*Sesulfus Eldonzaque uxor dominium quod habebant in quodam fundo in villa de Mindello Gunsalvo Guttierriz uxoriique ejus commune reddunt, tali pacto, ut medietatem dominii quam retinebant, si alienare voluerint, eisdem aut donent, aut vendant. Charta autographa ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1069

In dei nomine ego sesulfo et uxor sua eldonza in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut incomuniaremus ad uobis gumsaluo gutierrezi et uxor uestra geluira sigut et incominiamus

omnia nostra ereditade quamtaque abemus in villa amenidello et abuimus illa de susceptione parentum et abiorum nostrorum damus ad uobis mediadade integra et illa mediada si abuerimus ad uindere aut a donare que uindamus ad uos per precio iusto aut donemus et abe iacentia subtus kastro de boue discurrente rribulo aue prope llidore maris territorio portugalensis et diuidet cum villa gumdesindi et de alia parte cum villa todoredi et de m<sup>a</sup> parte cum villa sancto pedro damus ad uobis illa per terminis et uicis et llocis antiquis per ubi eam dellimidauimus et coram testes asicnauimus cum cunctis prestationibus suis que in se obtinet et aprestidum omnis est et ad karta confirmandum accepimus de uos v modios tamtum nobis bene conplaguit abeatilis illa firmider uos et omnis posterritas uestras et faciat de illa que uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta incomuniationis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a pars uestra ipsa ereditade dublada et quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpetimabitura. Facta karta incomuniationis die erit vi<sup>o</sup> kalendas iuli. Era millesima c vii.<sup>a</sup> sesulfu et uxor sua eldonza in anc karta incomuniationis manus nostra+s.

qui preses fuerunt — sendino test. — olidi test.

ederonio test. — uimara test. — froila test.

atam prespiter test. — aluitu prespiter test. — sesnamdo test.

gudesteo test. — lleo test. — uermundo test.

Zoleima prespiter notuit.

## CCCCLXXXI

*Pactum venditionis omnium bonorum immobilium quae venditor in villa de Moreira possidebat. Ex charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinente, in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1069

In dei nomine ego astrulfu gudinici in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra guntrode sigut et uendimus ereditade mea probria que aueo de parentum meorum gudino pelagizi in villa moraria subtus mons pedras rrubias discurrente rribulo lleza territorio portugalensis in logo predicto ubi dicent karualido damus ad uobis ibidem omnia mea ereditade quamtaque ibi abeo in ipsa villa siue de parentela quomo ectiam et de comparadela per suis terminis et uicis et locis antiquis con cunctis prestationibus suis quantum in se obtinet et aprestidum omnis est ubique illa podueridis inuenire et diuidet cum villa uillar de porcos et de alia parte cum villa causo et de m<sup>a</sup> parte cum villa forozos abeatilis illa firmiter uos et omnis posterridas uestras iuri quiedo temporibus seculorum et accepimus de uos in precio x modios in precio que mici bene conplaguit. Siquis tamen quod fierit non creditis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa ereditade dublada et quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpetimabitura. Facta karta uenditionis die erit vi<sup>o</sup> idus iuli. Era millesima c vii.<sup>a</sup> astrulfu gudinizi in ac karta uenditionis manu mea+.

ic testes gumdesido test. — uermudo test. — garzia test.

alio garzia test. — elias test. — alio gumdesindo test.

Zoleima presbiter notuit.

## CCCCLXXXII

*Pactum venditionis seu potius contractus illius generis quod incomuniatio dicebatur, super quodam tegularum fornace, agroque adtinente, in villa de Villar de Porcos. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1069

In dei nomine ego ozeiro froilaci et filio meo arias ozaricii (?) et uxor sua riquilo in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor sua guntrode sigut et incomuniamus ille nostro forno telieiro con suo terreno quomodo est conclusu per illos marcos pedrinios qui stant super ille forno et inde per ille rrequeira et inde rrekeira in prono et fere in ilo rio et inde per ille

rio infesto et fere in illos marcos petrinios unde primider incoauimus. damus ad uobis inde mediadade integra con suo prestamo et abe iacentia sub domus arias ozarici in uilla uillar de porcos subtus mons faro terridoridorio (*sic*) portugalensis. damus pro que deuendededes nobis et facedes ad nobis alhias bonas et ualeat uendictio sigut et donatio ab .... illo firmiter uos et omnis posterridas uestras. Siquis tamen quod fierit non creditis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipso forno cum suo prestamo dublado et quantum ad uos fuerit meliorado et .... perpetim abiduro. Facta karta incomuniationis die erit xv kalendas agustas. Era millesima c vii.<sup>a</sup> ozario froilaci et arias ozarici et uxor sua riquilo in anhc karta incomuniationis manus nostra++s.

Ic testes sendino test. — uermudo test. — olidi test. — adaulfu test.

Zoleima presbiter notuit.

#### CCCCCLXXXIII

*Pactum venditionis partis cuiusdam praedii in villa de Mindello. Ex charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servata, sumpsimus.*

1069

In dei nomine ego torsario connomento cidi et uxor mea faregia in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis gunsaluо gutierrezi et uxor uestra geluira sigut et uendimus ereditade nostra probria que auemus de suseptione auiorum nostrorum cendas et uxor sua faregia in uilla menidello subtus mons kastro de boue discurrente rribulo aue probe llidere maris terridorio portugalensis. damus ad uobis de ipsa ereditade de v<sup>a</sup> m<sup>a</sup> integra per suis terminis et uicis et locis antiquis siue de auolenga ectiam de comparadela de quamtuм ibidem abuit cendas et faregia in ipsa uill... menidello cum cumtis prestationibus suis quamtuм in se obtinet et aprestidum ominis est. et ad karta confirmandum accepimus de uos in precio n modios tamtu nobis bene complaguit. abeatis illa firmiter uos et omnis posterridas uestras et facitis de illa que uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis et si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus ad uobis ipsa ereditade dublada et quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpetimabitura. Facta karta uenditionis die erit xv kalendas december. Era millesima c vii.<sup>a</sup> torsario connomento cidi et uxor sua faregia in anc karta uenditionis manus nostra++s.

donam test. — aluaro test. — todredo test. — sesulfo test. — didago test. — sesnamdo test. — pelagio froilaci quos uidi — tructesindo gudinici quos uidi.

Zoleima prespiter notuit.

#### CCCCCLXXXIV

*Pactum venditionis fundi in villa de Covello. Charta autographa ex scrinio Monasterii de Ave-Maria Portucalensis in Publicum Archivum nuper delata, nobis textum praebuit.*

1069

In dei nomine ego gontina eriz eieuua eriz placui nobis per bona pacis et uolumtas vt faceremus a tibi ramiro guncaluz et aurodona (?) nuniz kartam uenditionis de hereditate nostra propria que habemus in uilla quoello territorio lamego subtus mons seiso et ribulo ortigosa et flumen pauila uendimus a uobis ipsa hereditate cum cantum in se obtinet et aprestitum hominis est per ubi illa potueritis inuenire cum suis locis nouisimis et antiquis cum cantum in se obtinet et aprestitum hominis est. Et accepimus de uobis in precium una manta in x modios quanti fuerint tantum nobis bene complacui et de precio apud vos nichil remansi in debitum. Ita vt de hodie die de meo iure sit translata et in uestro dominio sit translata. hebeatis (*sic*) vos illa firmiter et omnis posteritas vestras temporibus cuntis seculis seculorum. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contram hanc karta uenditionis ad inrumpendum que nos in iuditio deuendicare non potuerimus aut vos in uoce nostra quomodo pariamus a uobis ipsa hereditate dublata uel quantum uobis fuerit meliorata et iudicato. Facta karta uenditionis notum die quod herii (*sic*). Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> vii.<sup>a</sup> Gontina eriz eieuua eriz in hec kartam uenditionis manus nostras roboramus. pelagio test. godino test. diago test.

## CCCCLXXXV

*Pactum venditionis agri cuiusdam in villa de Goterres. Exemplar apographum saeculi XII, ex scrinio Collegiatae Sancti Jacobi Conimbricensis in Publicum Archivum delatum, nobis textum praebuit.*

1070

In dei nomine Ego hermiido fromarigiz Placuit mihi per bonam pacem et uoluntas ut facio tibi goterre et uxor tua genlo karta uenditionis sicut et facio de una larea de terra que habeo de auiorum meorum uel parentorum in villa goterre a radice mons cosoirado ripa nevia territorio brachara. et habet iacencia ipsa hereditate in fundo de agro molino hic est dos marcos de don foso usque in ribulo. Damus uobis inde viii<sup>a</sup> integra et in longo des illa de donnando ramiriz usque fer in illo fontano. Do uobis illa hereditate per ubi delimitauimus et coram testes asignauimus. Pro que accepimus de uos in precio id est vii modios in costa de uno boue tantum mihi et uobis bene complacuit et de precio apud uos non remansit pro dare. Habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. Sed si quis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo uenerit uel uenero aut uos in uoce nostra quomodo pariam uobis ipsa hereditate duplata uel quantum fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta karta vendicionis in die erit vi<sup>o</sup> kalendas februario. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> Ego hermiildu in hac karta manus meas roboravi. Pro test. Qui uiderunt. Arias test. Ramiro test. Recaredo test. Arias presbiter Notvit.

## CCCCLXXXVI

*Descriptsimus ex codice, qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, prae se fert.*

1070

**Carta de hereditate in Mollides in termino de Arauca**

In nomine domini. Ego monobreda una cum filiis meis nominabus bonimenzu (?) et ildara ideo placuit nobis per bone pacis et uoluntas nulla quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria nobis accessit uoluntas ut uinderemus a uobis adaulfu aluatizi et uxor tua ermegundia hereditates nostras proprias que habemus in villa de molnes subtus mons de a mula in uilarino et inde abauça de quidino per rio sindini et exinde a pena matul et exinde per illa flecta et uadit ad illo fogio lopale. et habemus illas hereditates de auios meos animiro palastiniz et de auia nostra monebreda et de parte de patre meu leto. et discurre inde anbos per directo et per sanguinibus et discurrente ribulo riu de mollites. et habet ipsas uillas iacentia in ipsa villa de rio de molnes. et damus a uobis ipsas uillas meas rationes integras in casas pomares perales uineas sautos amexinales terras rubtus uel rubtas terras barbaras uel barbaras (*sic*) montes fontes aquas concurribilis aquarum sessigas molinarum exitum atque regressum per suis terminis antiquis et locis per ubi illas potueritis inuenire cum a prestamionibus suis et ipsas meas rationes integras quanta me compota inter fratres et heredes. et accepimus de uos pretio una pelle in xx modios et uno lenzo et una tauca in lenzo. ipsum a nobis bene complacuit proinde et de pretio apud uos non remansit in debito Ita ut de hodie die uel tempore iure nostro abrasa et iuri suo tradita atque confirmata. habeatis uos et omnis posteritas uestras iuri quietum temporibus seculorum. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula uenditionis ad inrumpendum quod illa ad iuditio deuindicare non potuerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra cito pariamus a uobis illa hereditate duplata uel triplata et uos perpetim habitura. monebreda. Facta cartula uenditionis erit die iii nonas februarii. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> Monebreda una cum filiis meis a uobis adulfu aluatizi et uxor tua ermegundia in hanc cartulam uenditionis manus nostras roboramus. Qui preses fuerunt. Loueredo test. Iusto test. Fridixillo test. Egas notuit.

## CCCCCLXXXVII

*Pactum venditionis quarumdam salinarum prope castrum de Quisões. Charta autographa, ad Morariense Monasterium pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1070

Christus. In dei nomine ego petro quilifonsiz plagui mici per bone pacis et uoluntas nullis quoque gentis imperio nec suadentis artigulo neque pertimexentis metum set probria mici accessit uoluntas ut uindere ad uobis tructesendo guterriz et uxor uestra gontrode sicut et uindo marina mea probria que abeo de parte de pater meo uilifonso et abe iacentia in logo predicto in illa marina noba iusta corte de godesteo doniz et de alia parte illa de frater cindo. damus uobis de ipsa marina quarta integra ed e ipsa mediadate de mias iermanas vi<sup>a</sup> media et son m<sup>es</sup> talios cum sua uida et exe cum suas cunsimiles et abe iacentia subtus castro quistiones discurremte ribulo leza territorio portugal. uendo a bobis illos pro que accepi de uos in precio i no (sic) lenzo de sirgo apretiado in xl modios. uos destis et nos accepimus ed e pretio abut uos nichil remansit in deuito. ita ut de odie die siat ipsa marina de iuri nostro abrasa et in uestro iure siat tradita et confirmata abeatis uos illa firmider et omnis postridas uestra iuri quieto temporibus seculorum. siquis tamen quod fieri minime non creditis et aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc kartula ad intrupendum que nos ad iudicio deuendegare non potuerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra abeatis licentia adpreendere de nos quantum in cartula resona dublado uel quantum ibiden fueri melioratum et uobis perpedin abitura. Facta kartula uenditionis notun die erit vi<sup>a</sup> kalendas Marzias. Era c vī<sup>a</sup> post millesima. petro in anc kartula uendicionis manum mea ro+uo—r—o.

Ic testes tellon tanoy gendo didago atan ioanne. ranimirus presbiter notuit.

## CCCCCLXXXVIII

*Pactum venditionis partis praedii in villa de Goterres. Apographum exemplar saeculi XII, ex scrinio Collegiatae S. Jacobi Conimbricensis in Publicum Archivum delatum, nobis textum suppeditavit.*

1070

In dei nomine. Ego adousinda Placuit mihi per bona pacem et uoluntas nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulum sed propria mihi accessi uoluntas ut facerem uobis fromarigo et uxor tua adousinda karta uendicionis sicut et facio de omnia mea hereditate que habeo in uilla goterre subtus mons cossoirado discurrente ribulo neuia territorio brachara. et est ipsa hereditate de subiectione parentorum meorum. Hic est in loco predicto in illo casale que dicent de illa pausada quos fui de don fofo presbiter. Do uobis de ipso casale de illo quinione quos fuit de don spadio do uobis inde a tercia quos est in mea porcione ubique illa potueritis inuenire in quintanas in casas in montes in fontes in pumares in exitus montis accessum uel regressum cunctis ad omnibus prestitum est. Do uobis pro precio que accepi de uos mī<sup>or</sup> modios in ouelias tantum mihi et uobis bene complacuit et de precio nichil remansit pro dare. Sed siquis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo uenerit uel uenero tam de meis quam de extraneis qui hunc factum nostrum frangere uoluerit et ego in concilio deuindicare non potuero aut noluero quomodo reddam uobis ipsam hereditatem duplatam uel quantum fuerit melioratam in simile tali loco et semper obtineat firmitate. Notum diem quo erit v<sup>o</sup> kalendas marci. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> Ego adauenda tibi fromarigo et uxor tua in hac karta manus meas roboro. Qui preses fuerunt. Petro test. Hermiido test. Arias test. Goterre test. Arias presbiter Notvit.

## CCCCLXXXIX

*Pactum venditionis pomarii cuiusdam in villa de Retorta. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1070

In dei nomine ego odo.....,gui mici per bone pacis uoluntas ut uinderemus uobis trute..... guterizi et uxor uestra domna controde sicut et uendimus pomar nostro probrio in uila retorta discurrente ribul aue sub-tus castro boue teridorio portugal et aduemus ilo pomar comparadela de diago pelagici et de gondesindo arianizi pro que accbimus de uos in pretio mihi modios in que nobis bene complagui. aueadis uos ilo firmiter et omnis posteridas uestras et si aliquis omo ueneri uul (*sic*) uenerimus contra acn carta ueueditionis (*sic*) ad inrumpendum que nos a iuditio deuindigare non poduerimus au uos in uoce nostra qodmodo pariemus ipiso pomar dublado uel quanto a uos fueri meliorado et uobis perpetim aidura. Facta kartula uenditionis nodun die erit pride idus kalendas martias. Era c viii<sup>a</sup> super millesima. Facta carta uenditio odorio in acn carta manun mea ro—uor—o+. qui preses fuerunt —Elias test. ero test. —louildo test. martino test. —gunsallo test.

pelagio presbites notuit.

---

## CCCCLXXX

*Puella quaedam, Ximena Garcia, assentiente matre, Alvito Sandiz octavam partem domini ecclesiae Sanctae Mariae da Varzea donat, eo quod eam a potestate Joannis Arias, qui ea abuti volebat, eripuerat. Charta autographa, e scrinio Monasterii Araucensis nuper in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1070

Christus. In dei nomine ego scemena garcia in domino deo eternam salutem amen. Ideo placuit mici per bone pacis uolumtas nullis quoque gentis imperio nec suadentis artigulo sed propria mici accessit uolumtas ut darem tibi aluitu sandizi sicut et do tibi octaba de eclesia uocabulo sancta maria de uarzena qui est fundata in territorio alahoueinis discurrente ribulo uauga. do tibi illa octaba de illa eclesia per auctoritate de mea matre du-cidia in sua facie pro que liberasti me de manu de ioanne arias qui me uolebat concubare sine mea uolumtate et pro hac re do tibi illa octaua de illa eclesia supranominata cum omni sua rem cum suos testamentos et suas cartas et sua hereditate intrinsecus et foris et cum quantum ad prestitum hominis est in ipsa octaua de illa eclesia ut facias ex ea quecumque volueris Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hoctaua de illa eclesia de meo iure et dominio abrasa et in tuo iure et dominio confirmata et tradita per infinita secula. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus de propinquis uel extraneis de qualibet generis homo qui contra hanc cartula ad inrumpendum uenerit que nos ad iudicio post parte tua deuindicare non potuerimus et auctoricare que pariamus tibi illa du-blata uel quantum ad tibi fuerit meliorata aut ad quem ista carta obseruauerit et ita perpetimabitur. Facta cartula notum die quod erit kalendas magii. Era m c viii.<sup>a</sup> Regnante adefonsus princeps in galicia. in bracara Petrus episcopus. in columbria Sisnandus aluazir. Mandante alahoueinis piniolo garcias. iudex tructesindo arias. cidi alariquizi saione. Scemena garcia ad tibi aluitu sandizi in hanc cartula manus meas rouoraui.

Qui preses fuerunt ducidu test. arias garcia test. alio arias dauizi test. Cidi baldemarizi test. Petro gonde-sindizi test.

Sindea presbiter scripsit.

---

## CCCCCLXXXI

*Rex Garsia Adefonso Ramiriz amplissimam donationem facit villarum, praediorum ac monasteriorum propè flumen Durium. Charta autographa, olim in scrinio Monasterii de Pendorada, nunc vero in Publico Archivo existens, nobis textum praebuit.*

1070

Christus. Sub trino imperio et omnipotenti deo auxilio. Ego garsia gratia dei rex filii fredenandi imperatoris et sanctia regina Tibi fidele meo adefonso ramiriz in domino deo heternam salutem amen. Magnum est enim titulum donationis in quo nemo potest actum largitatis intrumpere nec infringere potest neque lex foris proicere debet sed quicquid grato animo et propria mea accessit uoluntas aliquid donaberit uel donando elegerit tunc in omnibus iudicibus licentiam abebit. et ideo ego iam preffato garsea principis placuit mihi ut facerem a tibi adefonso ramiriz textum scripture et kartula firmitatis adque benefactis de omnes hereditates et monasterios sibe et de criatione quos fuit de garsia munniniz et de uxor sua ieloira tam de abiorum quam etiam et de comparato uel proflicatorum et abuit ego eas per incartatione et scriptura firmitatis de ipsius garsiani et ieloira pro bene et moderatione que ego ad eos feci in uita sua et sic quomodo eas obtinuerunt ipsius nominati et ego usque nunc sic eas tibi concedo ab omni integritate extra villa zeidores qui dedit ad petro benegas et villa ordoni qui dedit ad monnino benegas. Et sunt ipsas uillas prenominate id sunt villa uillarello cum adiunctionibus suis ab omni intecitate cum quantum ibidem ad prestitum hominis est per suis terminis et locis antiquis. villa quos dicent prato similiter concedo cum omnia bona sua ab omni integritate. villa pausata ad intecro per ubique ea potueritis inuenire. villa coba ab intecro cum omnia bona sua. villa castro ab omni intecitate. villa mazinata ab intecro. villa paretes ab intecro. villa manioncellos ab intecro. villa ranosendi ab omni intecitate. villa quos uocant sancta maria de ranosendi ab intecrum sua medietate. villa tabulato ad intecrum. et in villa fornos duas adiunctiones. et in ualle de sandi villa cristobali ab intecro. villa contigi ab intecro. et hic in sandi alia villa m<sup>a</sup>. uillanova ad intecro. villa zalabanes ab intecro. et villa obil sup pennalua ad intecro. et in ualle de pennafidel monasterium quos uocant petri cum omnis suis adiunctionibus ad intecitate. villa laurdello ab intecro. villa uarcena ab intecro. et in ripa durio item villa coba ad intecro. villa ualloncello ad intecro. villa amnexe neto ad intecro mea ratione. et in ripa flumen abe villa attanagildi ad intecro. villa olibaria ab intecrum. villa mazanaria ab intecrum. villa petrafita. et in genestazolo villa marnotos. villa fonte sicca. et de illa parte dorio villa gundin. villa superato. villa gelmiriz. villa rial. et in arauka hereditate quos fuit de coleima in rio mol lens portiones m.<sup>a</sup> et in ualle bono hereditate quos fuit de ordonio guntiniz. Item alia villa pausata. villa bona. et in terra sancti salvator villa cinfanes. villa sauto. villa sancto iohanne. et in araucca villa congusto. villa cortegaza. villa nesperaria. villa fornellos. hec omnia supra taxatum est do tibi ad intecrum ubique eas potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis. et iacent ipsas uillas territorio portugale ripa durio. Et ego garcia gratia dei rex tibi fidele meo adefonso ramiriz do et concedo tibi ipsas uillas cum quantumque ibidem ad prestitum hominis est pro seruitium bonum qui mihi fecisti et ueritatem directam qui mihi dixisti Ita et dicas et facias. prout abeas tu ipsas uillas iam prephatas et omnis posteritas tua et facias ex eas quos tua fuerit uoluntas liberam in dei nomine habeas potestatem. quod si absit tam nos quam gens nostra uel extraneis sibe regis sibe qualicumque homine infringere quesierit aut rex petitione fecerit quisquis ille fuerit qui unc factum meum infringere uoluerit pariet tibi ipsas hereditates dublatas et triplatas et pro sola presumptio ad rex qui illo regnum imperaberit auri libras binas et bonas (?). et hunc meum factum in cunctis temporibus plenam obtineat firmitatem euo perenni et secula cunta. Notum die xvii<sup>o</sup> kalendas iunii (?). Era c<sup>a</sup> viii<sup>a</sup> post peracta r.<sup>a</sup> Ego garcia proli ferenandi filio in hanc scripture donationis quem fieri elegi manu mea—propria confirmo.

Suarius segerediz qui armiger regis confirmo. — Nunno menindiz comes conf. — Ruderico moniniz conf. — Nunno mitiz conf. — Gunsalbo rauppariz conf. — Egas menindiz conf. — Gundesindo mauraniz conf. — Pelagio fozziz conf. — Gunsaluo didaz conf.

Sisnandus episcopus conf. — Munino ibenegas conf. — Petro ibenegas conf. — Menindo froilaz conf. — Gunsalbo gutierrez conf. — Pelagio halaf conf. — Munino didaz conf. — Ordonio nunniz conf.

Georgius episcopus fretu diuino et fultu presidio confirmo — Petrus abba de asciterio uimaranensis conf. — Pelagius prepositus et iudex conf. — Didacu ennequiz conf. — Petrus teoderediz et pelagius frater eius confirmamus.

## CCCCLXXXII

*Pactum venditionis bonorum quorumdam immobilium in villa de Fornellos. Charta autographa ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico extat Archivo.*

1070

Christus. In dei nomine. ego ueremudus Ideo placuit michi per bona pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis ian dictis pernominatus menendus et uxori tua eldonza eldonza (*sic*) sicut et uendimus ereditate nostra propria de abiorum nostrorum et de parentorum nostrorum et abe iacentia in loco predicto in villa quos uocitant fornellos subtus mons kandaneto territorio in villa uarzena discurrente ribulo pauia uendimus nobis (*sic*) kasas domus domarum uineas pomifer admeixinales sautus montes fontes paulibus exitus mons con accessu uel regresum aquas uel sesigas molinarum terras structas uel pro arumpere quum quantumque ibidem omnis aprestitum est cum sua clausurara (*sic*). abeatis uos firmiter et omnis posteritas uestras usque in temporibus seculorum exetis leira de ualeirano et de illa kasa trauesa exetis sua ratione de illa quintana. et unc factum nostrum abeat firmitate. damus a uobis illa atque concedimus propter pretio bonum qui nobis mici bene complacuit xv<sup>res</sup> modios. et uos destis et nos accepimus et de ipso pretio apud uos nichil remansit in deuitum. inde de odie sedeua de nostro iure abrasa et in uestro dominio confirmata. abeatis uos firmiter et omnis posteritas uestras. si quis tamen quod fierit non creditis et aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartulla uenditionis ad intrupendum que nos deuindigare non potuerimus per uestra parte aut q..... uoce tenuerit hanc per me aut per meo consilio aut per qualibe generis homo a uos in uoze nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa ereditate quomodo sursum resonant in cartula dublada uel quantum ad uobis fuerit meliorata. Facta cartula uenditionis notum die quot erit vi<sup>o</sup> kalendas ianuarias. Erat Millesima c<sup>viii</sup>. Veremudus in han cartula uenditionis manus nostra+++ roboramus.

qui preses fuerunt test. Nunu test. — Principio test. — Menendo test.  
ordonio presbiter notuit test.

## CCCCLXXXIII

*Pactum venditionis partis quartae praedii in villa Zebralio dicta, prope montem Gondomar, partisque cujusdam piscinae ad ripam Durii. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1070

Christus. In dei nomine ego concita prolis suariz placuit mici per bona pacis et uolumtas nec pertimesetis metum nec suadentis artigulo se propria nobis absecit uolumtas ut per scritis uere firmitatis ut facimus a uobis guncalbo guillerriz et uxore uestra gelbira ..... cartula uendicionis de ereditade nostra propria que auemus in villa zebralio et abe iacencia in loco predicto inter durio et sausa subtus monx cumdemari territorio portocalense. abemus ipsa ereditate de patre nostro suario didaz et matre mea gundisila. damus uobis de ipsa ereditate quodmodo obtinuerunt parentes nostros in integrta in casas in pumares sautos terras ructas uel parbaras (*sic*) paucus paulibus exitus moncium uel recresum quum quantum in se otine et abrestitum omnis est et suas raciones in ilas piscarias in durio ubique illas potueritis inuenire per suos lozis et terminis antiquis. abeadis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra temporibus seculorum faciatis de illa que uolueritis. et accebis de uos precio x et viii modios tantum nobis bene complacuit et de precio apu uos nil remansi in deuito. ita de odie die uel tempore de iuri nostro abrasa et in iuri uestro sea tradita et confirmata. si quis tamen quod fideli non credimus aliquis omo ueneri uel uenerimus ad intrupendum contra hanc cartura (*sic*) uindicionis ad ...os ad iudicio diuindicare non potuerimus et uos in uoce nostra quomodo pariemus ipsa ereditate dublata .... quantum a uobis fueri meliorata. Facta cart... uendicionis notum quo erit die x kalendas ..... Era millesima c<sup>viii</sup>. conzida in anc cartula uendicionis uere firmitatis manu mea ro+.

qui preses fuerut mendu test. — trudesdu test. — ordonio test. — ero. alio trudesindu test. — erigu test.  
fredenandus aba confirmo — ieremias confirma — belagio fernandiz confirma.  
cumice (?) notuit.

## CCCCCLXXXIV

*Sedi Tudensi ejusque episcopo donat Garsia rex pagum Villar de Mouros, ad ostia Minei situm, et ecclesiam ejusdem loci. Exemplar saeculi XVIII, ex apographo authenticō saeculi XIV in scrinio Bracharensis sedis olim existente desumptum, in bibliotheca Academiae nostrae invenitur.*

1071

In Nomine S. et Individue Trinitatis, Patris et Filii videlicet, et spiritui Sancto. Dominis invictissimis, ac triumphatoribus, et post Deum mihi fortissimis Sanctorum Bartholomei Apostoli, et S. Marie semper Virginis, et Sanctorum Christi Episcopi, et Laurenti Archidiaconi, et Hypoliti Ducis Martirum, et Sancti Georgi martiris Christi, et Sancti Martini Episcopi, et Confessoris, et Sancti Johannis Baptiste, quorum invocatione Basilica fundata esse dinocitur territorio Tudensis Sedis, secus rivulum Minei, et alia parte Laure, sub Alpe a loco Tude nuncupato. Ego exiguus, et inutilis Garcia Dei nutu Rex, cum peccatorum meorum mole depressus in spe fiduciae Sanctorum meritis respiramus, non usquequa desperatione dejicio, cumque teste conscientia reatus mei criminis sepe pavesco, ut per vos Sancti Martires tandem reconciliari merear evalere supplicia inferorum, et concedatur mihi in Celorum Regno letabunda mansio. Amen. Ideo damus, atque concedimus ad ipsius locus jam sepedictum Tudense Sedis, et vobis Pontifici Magno Georgio gratia Dei Episcopo, vilam nostram propriam, quam nuncupant Villare de Mauris, pro redemptione animarum nostrarum, vel parentorum nostrorum Fernandi Regis, et Sanctie Regine, cum omnibus edificiis intrinsecus, etiam et foris, comodo optinuerunt eam illi Reges, quorum nos prolixi, vel series sumus, per suos terminos, et loca antiqua, scilicet: per terminos de monte Arga, et inde per montem Gaudiosum, et inde per .... Villa Cova, et deinde discurrit per montem de Sexas, et ficit se in Coira. Et in Sexas suos casales, et suos homines, et in ipso Villare Ecclesiam S. Eolalie, cum omnibus adjunctionibus suis. Damus vobis illam, cum omnibus avertisementibus suis, sive ecclesiis, sive hominibus, sive salinis, sive domibus. Etiam cuncta omnia bona, que ad usum hominis avertisementum est, et ad ipsum Villare pertinet. Concedimus vobis eam cum omni integritate sua per ubi ea potueritis invenire; ut habeant inde servi Dei tempore subsidium, et mihi, et parentibus meis veniat merces copiosa ante Deum, et senseamus illum placabilem, atque mitissimum in die examinationis magni judicii. Si quis tamen quod fieri minime credimus aut aliquis homo ex propinquis, vel extraneis, regia potestas, Pontifex, vel aliquis generis homo contra hunc nostrum factum ad irrumendum venerit, vel venerimus, vel temptare voluerit: in primis sit a Deo segregatus, et a communione sancta excommunicatus, et descendant super eum omnes maledictiones, que scripte sunt in Libro Moysi, servi Dei, quales venerunt super Datan, et Abiron, qui propter sua scelera vivos terra absorbuit, et cum iuda Domini traditore, lugeat penas in eterna damnatione: et pro temporali pena duo auri talenta post partem illius sedis persolvat, et quantum fuerit melioratam, vel quibus vocem ejus pulsaverint. Et hec series testamenti plenam habeat firmitatem roboris in temporibus seculorum. Et qui hoc affirmaverit, vel permanere decreverit in cunctis fulget ante Deum. Facta series testamenti, vel donationis Kalendas Februarii. E. c. viii. post peracta milesima.

Ego serenissimus Princeps Garcia nutu Dei Rex, in hunc tenorem testamenti, quod fieri volui, et ad omnipotentem, et sanctos propria voluntate contuli, manu mea roboratum, signavi. — Gangulfus notavit — Hordonio Eriz, et confessor confirmo +. — Rodricus Abbas conf. + — Rando Abbas conf. + — Mero Abbas conf. + — Alius Rodricus Abbas conf. + — Gondisalvus Abbas conf. + — Gudesteo Guntadiz conf. — Nuno Suariz conf. — Didacus Vimaraz conf. — ..... Vimara test. — Didacus test. — Pelagius test. — Adfonsus test. — Juhanes test.

Ego Adfonsus Dei Gratia Legionensis Imperii Rex, et magnificus triumfator, hanc testamenti seriem, quam Frater meus fieri precepit, confirmo.

## CCCCCLXXXV

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in villa de Retorta, et salinarum quarundam in littore maris. Charta autographa, ad Morariense Monasterium pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1071

Christus. In dei nomine ego torsario Ideo placuit mici propria mea uolumtate integro consilio meo ut uinderemus ad uobis froyla didaz et uxori uestra sesili cognomento bona sicut et uendimus ad uobis mea ereditate propria que abeo de patre meo fromaricu medietate integra cum omnia sua edificia cum quantum in se ipsa

ereditate obtinet et ad prestitum ominis est per ubi illa potueritis inuenire et in illa marina que fuit de meo pater fromaricu mea ratione uendimus uobis integra ubi illa potueritis inuenire et abet iacentia ipsa ereditate in villa retorta subtus castro boue terridurio portucalensis. et acepimus de uos in pretio pro ipsa ereditate quod super resonat x modios in pleno tam tum nobis complacuit et de pretio apud uos non remansit in deuitum. abeatis uos et omnis posteritas uestras ipsa ereditate firmiter et faciatis de ea quod uolueritis. si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus tam nos tam filii nostris aut progenie nostre aut qualibet generis omo que ad uobis ipsa ereditate calumniare quesierit et nos in iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa ereditate dublata uel tripada et ista scriptura semper abea plena rouore firmitatis. Facta cartula uenditionis notum die quod erit xiii<sup>o</sup> kalendas martii. Era millesima c viii.<sup>a</sup> torsario in anc cartula uenditionis manu mea ro+. pro test. osorio. argimondo test. gudinu test. ferenando test. gumdisalbo presbiter notuit.

## CCCCCLXXXVI

*Addaulfus Sesgutiz spatium quodam circa ecclesiam S. Joannis de Pendorada partemque praedii cuiusdam in villa de Ordonho monachis in Monasterio S. Joannis degentibus donat. Charta autographa, e scrinio Monasterii de Pendorada delata, in Publico Archivo servatur.*

1071

Christus. In nomine domini nostri ihesu christi et sancte trinitatis. Dubium quidem non est sed multis manet in ueritate comitus hanc notissimus eo quod ego addaulfus prolix sesgutiz qui cum peccato molle grabi depresso eo quod contestamus ad aulam baselice sancti iohannis apostoli et euangeliste sancti romani et sancte columbe et sancte eogenie et corum baselice esse fundata in villa quos uocitant uiliulfus subtus alpe mons aratus discurrente fluminis durio territorium anegie damus et contestamus ad ipsius domnus iam supernominati de hereditate que comparauimus de tia nostra antrudia de ipso comaro super illa fonte qui sta super sancto iohannes usque fere in carrale de carro in longo LXX<sup>a</sup> et n<sup>o</sup> passales et in ampio l<sup>a</sup> et exceptis ipsos passales que damus ab integro. Contestamus ibidem de alia nostra hereditate quantaque habemus in villa quos uocitant ordoni uir<sup>a</sup> integra in casas in postatos in quantum ad prestitum ominis est. Ita ut de odie die et tempore siat isto que sursum resonat de iuri nostro abraso et ad ipsius sanctos et ad fratres qui ibi auitantes fuerint per regula sancta tradito et confirmato. si quis tamen quod fierit non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc nostrum factum infringere uoluerit tam de propinquis nostris quam de extraneis in primis siat excommunicatus et ad aula sancta sit separatus et cum iuda traditore abeat participio in anathema marenata. et insuper parie ipsa ereditate post parte ipse eclesie dublata et iudigato. Factum series testamentis notum die co erit iii<sup>o</sup> kalendas marcii. Era t c<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> addaulfus prolis sesguto in hanc series testamenti manu mea ro+uorauit.

Qui uidentes fuerunt — Gudesteo abdellaz test. — senior martiniz test.

Frogia test. — aluaro test. — aulfu test.

Sindo notuit.

## CCCCCLXXXVII

*Pactum venditionis fundi in villa de Retorta, quadam parte excepta. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1071

Christus. In dei nomine ego aldia et froyla et gudina Ideo placuit nobis proprias nostras uolumtates integroque consilio nostro ut uinderemus ad uobis froyla didaz et uxori uestra sesili cognomento bona sicut et uendimus nostra ereditate que abuimus de parentela nostra uir<sup>o</sup> quiniones integros cum sua edificia et cum suo plantato quantum in se obtinet et a prestitum ominis est per ubi ipsos quiniones potueritis inuenire sibe et in illo plantato que plantarum nostros parentes in terra dominica uendimus inde ad uobis nostras rationes integras de ipso plantato prenominas uir<sup>o</sup> per ubi illas potueritis inuenire. et acepimus de uos ....de xviii<sup>o</sup> modios in pleno tantum nobis complacuit et de pretio apud uos non remansit in deuitum. abeatis uos et omnis posteritas uestras ipso que in carta resonat firmiter et faciatis inde quod uolueritis. et abet iacentia ipsa ereditate in villa retorta subtus castro boue. si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus tam nos aut

filiis nostris aut iermanis aut propinquis aut qua...e generis omo que ad uobis ipsa ereditate calumniare quiescerit et nos in iuditio devindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa ereditate dublata et uobis fuerit melioratum et uobis perpetim abitura. Facta cartula uenditionis notum die quod erit vi<sup>o</sup> idus iunii. Era millesima c<sup>viii</sup>.<sup>a</sup> aldia et froyla et gudina in anc cartula uenditionis manus nostras ro+++.

pro test. gonderigo argimondo test. arias test. manualdo test. eyricu test. gumdisalbo presbiter notuit.

## CCCCCLXXXVIII

*Monasterio Palatioli (de Paço de Sousa) donat Toda Ermigiz bona immobilia in variis locis sita, et ecclesiam S. Eulaliae de Pedorido dimidiumque ecclesiae S. Mametis de Canellas. Ex codice saeculi XVIII, qui titulum p[re]se fert Provas das Memorias de Paço de Sousa, ad Publicam Portucalensem Bibliothecam pertinente, descriptsimus.*

1071

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego famulla Dei Tota prollis Ermigiz Dominis et inuictissimis hac triumphatoribus sanctisque Martiribus Conditoris Redemptoris et Saluatoris nostri cum Apostolis et Sanctis suis hac amicis Sancti Saluatoris Sancte Marie semper uirginis Sanctorum Petri et Pauli Sancte Eolalie uirginis Sancte Cristine uirginis uel cetere reliquie que ibidem sunt recondite uel fuerint quorum Basellica esse fundata dignoscitur in ualle predicto Palatiolo subtus mons Ordines discurrente ribullo saussa territorio Anege. In Dei nomine et Iesu Christi amore et illius glorie perpetuitas honorem ancille uestre ..... superius nominata cum peccatorum molle depressa in spe fiduciaque Sanctorum meritis respirante non usquequa desperatione deicio que etiam teste constientie mee ..... sepe pauesco ut per uos sanctisymi Martires reconciliari merear Deo domino meo fiduciaque sanctorum omnibus suplicatione uotis omnibus implero (*sic*) et ideo deuotionis mee extitit ut que ad initium nascendi nouimus usum nec finem scire uallemus quando hab ac luce migraturi sumus et elegi ex uolumptate mea ab honore sancte Baselice uestre aliquantulum offerre Domino dicente — Vouete et reddite Domino Deo uestro —. Do et concedo in loco supradicto ut dixi pro anime mee remedio hereditate mea propria que habeo de parte Genetricis mee Uiuilli in villa Parada subtus Castro Bendoma et alia que compraui per pretium et cartas in isto loco quomodo illa obtinuit Genetrice mee usque ad obitum suum quantaque habuit integra illa concedo pro remedio anime mee et de Genetrice mee Uiuilli. et alia hereditate que habui in villa Zeidonesses quantaque ibidem habui hab integro et habet iacentia in villa de filio meo Gomice Uenegas. et alia in villa quos uocitant Cabronello et ..... cum illa de Don Gomes. et alia hereditate in villa Ameixenedo que compraui de Senamiro ..... Anege discurrente flumen Dorio. et alia in Curueira que pretium et cartas. ipsas uillas prenominatas ad locum hunc sanctum concedo et confirmo cum quantum aрестitum hominis est per cunctibusque locis et terminibus et locis antiquis ..... cum quantis prestacionibus suis ubique inuenire potueris et illas uillas superius nominatas integras seruantur ad ipsum locum supernominatum pro remedio anime mee umde ipsos Dominos aut Dominum lucem inueniantur et pro tollerantia Fratrum uita Monacorum uel Sororum et ellemosina pauperum Sacerdotibus et Fratribus qui ibidem habitantibus et in uita sancta perseuerantes. Addo ibidem Sancta Eolalia de Pedourido ab integro cum suos passalles et cum suos destros et dedi proinde ad filios meos ipsa Ecclesia de Sancto Iohane de Rabia. et adiicio ibidem medietate de Sancto Mametis de Canellas cum omnem suam rectitudinem a uilla Andeladi qui est contramutata pro illa de Guilufe. et in uilla Crestomi leira de Crispina. et in uillar pro matre mea Domina Uiuili quanta que ibi habui. et Uilarino quanta que ibi habuit filio meo Gomez. Do et concedo ad ipsum locum desuper taxatum habeant et posideant ut Domino meo memores sit semper pro remedio anime mee quod et conjuratione comffirmo per indiuiduam Trinitatem. qui contra hunc factum meum uenerit inrunpendum aliquis homo uenerit inuidus contumax rapax aut superbus aliquis de fratribus filiis suprinis neptis uel progenie mee qui uotum meum infringere temptauerit quod absit in primis sit excommunicatus et reus de communione sancta et separatus a Fide Catholica et cum inpiis scelleratus sit incendio deputatus et Iuda traditore im perpetua dapnatione et inssuper iudices stantia et Pontiffices ordinatio pareat ipsum locum uel Fratribus habitantibus et im uita sancta perseuerantes quantum inde usurpatum fuerit duplatum triplatum quadruplatum secundum Lex concessa docet et hunc factum meum plena habeat firmitate. Facta series testamenti quarto kalendas Octobris. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> Ego Tota Ermigiz in hanc seriem testamenti quod iussi fieri et relegendo cognoui manus meas roboro. Sub Christi nomine Petrus Bracharensis Archiepiscopus confirmo. Tudereu confirmo. Sesnandus confirmo. Balldemiro confirmo.

## CCCCLXXXIX

*Pactum renditionis partis fundi cuiusdam in loco Pousada. Apographum exemplar saeculi XII, ex scrinio Collegiate Sancti Jacobi Conimbricensis nuper in Publicum Archivum delatum, ibi servatur.*

1071

In dei nomine. Ego sendamiro et uxor mea gontrode Ideo placuit nobis asto animo integro consilio sed proprias nostras uoluntates vt facimus uobis fromarigo et uxor tua adousenda karta uenditionis de omnia mea hereditate quos comparaui de fromarigo patriz hic in illa pausada a radice mons cosoirado discurrente ribulo neuia territorio brachara et habet iacentia iam supra nominata in pausada. Damus uobis de illo quinione que fuit de thoereo m<sup>a</sup> integra cum quantum in se obtinet et apprestitum hominis est Pro que accepimus de uobis in precio v<sup>o</sup> quarteiros in precio ualente inter ferramenta et oues tantum nobis et uobis bene complacuit et de precio apud uos non remansit pro dare. Sed si quis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo uenerit uel uenerimus tam de nostris quam de extraneis qui hanc kartam istam frangere uoluerit et nos in concilio deuindicare non potuerimus aut noluerimus quomodo reddamus uobis ipsam hereditatem duplatam uel quantum fuerit melioratam et uos perpetuum habitura. Facta karta uendicionis in die m<sup>a</sup> kalendas ianuarias. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> Ego sendamiro et uxor mea gontrode in hac karta manus nostras roboramus. Pro test. Pelagius test. Menendus test. Suerius test.

Petrus Notvit.

## D

*Villas quasdam ac partes praediorum, trans citraque Durium, legat Cidi deo-vota Monasterio de Campanhan. Charta autographa, e scrinio Conventus monastici, da Graça dicti, Conimbricensis delata, in Publico extat Archivo.*

1072

Christus. In nomine sancte patris et indiuidue trinitatis qui es pater in filio et filio in pater cum spiritu sancto qui semper in omnibus et eris sancte per omnia et terris deus benedictus in secula. Obinde ego famula dei siti deouota accepit uiro nomine christoforus et genuit filius et filias et in post hec migratus fuit de hoc seculo et relinquerunt nostros filios et ad tempus migrarunt de hoc seculo et non remansit qui in post ouitum uero nostro omnia nostra rem et omnia ereditas nostras possidere. prout facimus scriptura firmitatis et testamentum de uillas prenominatas id sunt quintana et cadiuit mici de parte de genitoris meis gerimias et eilo mediaitate de ipsa uilla et casal de domino fralengo que comparauit de fratre nostro ermigo pro pretio iusto sicut in carta resonat integro et in biquil sicut in karta resonat et mediatate de gutin ad integro sicut in karta resonat et abent ipsas uillas iacentia in rripa durio ex parte calleca subtus castro luneta et in territorio ciuitas sancta maria uilla petroso unde karta fecerunt ad uiro meo christoforus suos fratres et suas sorores pro ratione de casamento unde racione non abuit et cadiuit a mici de parte de nostros filios qui migrarunt de oc seculo in nostro iure et uenit nobis inde ipsa uilla de parte de ipsos .... filios sicut lex docet v quintas et illa vi<sup>a</sup> comparauius illa de coniata nostra uixa uara pro pretio iusto et integramus illa. damus et testamus et confirmamus per hunc sereum testamenti ipsas uillas sicut sursum resonat et concedimus de lalini m<sup>a</sup> minus m<sup>a</sup> per suis locis et uicos et terminos antigos sicut illas obtinuerunt nostros intercessores siue de presapios nostros quam e*s*iam et de comparta et v<sup>a</sup> de uilla paramio damus ipsas villa cum omni suas prestations qui in se obtinent cum quantum ibidem ad prestitum ominis est ad asisterio sancto salvatoris et sancto iacobu apostolo sancta maria uirginis qui est fundata in uilla campaniana ubi modo auitamus. et si aliquis omo uenerit uenerimus tam de propinquis nostris aut extraneis quaquamquellie generis omo qui hunc serien testamentum inrumpere uoluerit in primis sit excomunicatus et separatu ad die magni iudicii et accipiat maledictio desuper et ipsius sanctis qui in ipso adsisterio recondite sunt et con iuda traditorem ludat in pena et insuper pariet ad abbas aut ad fratrū uel sororum qui in ipso adsisterio plux electus fuerit 1° auri talento et ad dux qui illa urbe imperauerit alio tanto. Factum sereum testamenti vn<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era millesima c. x. siti deouota ad uobis fernandus abba in hunc seriens testamenti manum mea rouoro+. Hic testes. magister uiliulfu. eirigu presbiter. sonigildu presbiter. fortes clerigu. cendamiro frater legislator.

Egas notuit.

D. et C. Tom. I.

78

## DI

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in villa de Villarinho. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1072

Christus. In dei nomine ego gumzina in domino deo eterne salutem amem. Ideo placui mici per bone pacis et uolumtas asto animo et propria mea uolumtate ut faceremus a uobis gumsalbo gutierizi et coniungia mea geluira prolis gumsalbizi kartula uenditionis et firmitatis de ereditate mea propria que aueo in uilla que uocitant uilarinu inter uilla leneti et uilla penitello subtus mons kastro de boue teritorio portugalensis discuremte ribulo abe prope litore maris. et abeo ipsa ereditate de parentorum abiorum meorum. dou a uobis ipsa ereditate mea quantaque ibi abuimus etiam de parentela quamquam et eciam de ganatela in casas in pumares in ficas in uineas in montes in fontes in aquis aquarum in sesegas moliarum in terras ruptas uel intruptas intecra per suis terminos locis et uicos antigos per u illa potueritis inuenire quum quantum in se obtine et aprestitum hominis est. et accepimus de uobis in pretio xx et n<sup>o</sup> modios tantum nobis bene complacuit et pretio apud uos nicil remansi in deuito. Ita ut de odie die abeat uos firmiter et hominis posteritas uestras iuri quietum temporibus seculorum. Siquis tamen quod fierit non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula uenditionis que nos in iuditio non potuerimus deuindigare uel autorigare aut nos in uoce nostra post parte uestra que pariemus a uobis ipsa ereditate dublata uel quantum a uos fuerit meliorata. Facta kartula uenditionis et confirmationis notum die quod xvi<sup>o</sup> kalendas september. Era millesima c<sup>a</sup> x.<sup>a</sup> goncina in hanc kartula manu mea propria ro+uorauimus.

qui preses fuerunt godesto test. — froila test. sindino test. — aluitu test. — gutinu test. — didagu test. — pelagio gudinizi confirmo — pelagio ordonizi confirmo.

uermu presbiter notuit.

## DII

*Praedia tam laica quam ecclesiastica, quae in villa de Cerzedo possidebant, Gontina Guttierriz et filii Gundisalvo Guttierez uxoriique ejus donant, additis villis Coelhosa, Castellaos, Maceira, Cabril, aliaque bona immobilia. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1072

Christus. In dei nomine ego gontina prolis gutierrez in domino deo eterna salute amen. Ideo plagnit nobis una cum filiis meis nominibus aliuergo cognomento domna bona et item gutierrez menendiz et didago menendiz ut faceremus ad uobis gundisalbo gutierrez et ad uxori uestre geloira gundesalbez cartulam donationis sicut et facimus de ereditates nostras quantas que auemus in uilla cersetu siue leygale siue in eglesia sicut in carta priore resonat. item uilla coneliosa similiter. item castellanus. item mazaneira. item capril. ic in uermudi. ic argerici et sautu de pilatus. damus uobis in ipsas uillas omnis nostras uestitates sicut illas ganauimus cum uiro nostro menenendo didaci et nos filios patrem nostrum per cartas et pretio digno. et ibidem damus ipsas cartas et ipso inventario quos fuit deuidutas ipsas ereditas per terminis et locis antiquis cum omnem suis prestamus et abent iacentia ipsas ereditates in terretorio portugalense et sicut in illas cartas resonant. et ad istum scriptum confirmandum accepimus de uos adiutorium bonum in omnibus locis et uestra potentia fuerit et illas alias ereditas uel ganato que nobis de pars ipso domno menendo calumniabater (*sic*) et tornamus ad compagina per complacentia nostra et damus uobis quantum superius resonat et quia sic dicit in liber gotice — ualea donatio sicut et uindictio — quia tum nobis bene complacet. Ita ut de odie die auematis uos illas ereditates et illos scriptos de nostro dato auctoritate firmiter et omnis posteritas uestras in perpetuum aituri. et ut si quis aliquis omo uenerit uel uenerimus contra hac factum inrumpere uel temptare uoluerit et nos post uestra parte non uindigarmus aut uos in uoce nostra per concilio quomodo pariemus post uestra parte ipsas ereditates in dublo uel triplo et ad iudice iudicato et unc factum semper abeat rouore et plena firmitate. Facta carta donationis uel confirmationis in die ii nonas october in era millesima c<sup>a</sup> x. guntina gutierrez et nos filiis suis supernominatis in ac factum manus nostras confirmans. et abent iacentia ipsas uillas terretori ezebreiro subtus mons codal discurrente ribulo camia et ipse cer-

seto subtus castro petroso discurrente ribulo ipse cerseto. Item nos supernominatis et ego uniscu menendiz in ac scriptum manus nostras confirmam+++++us.

gutinu gumiriz confirmans — pelagio sendamiriz conf. — menendo toderigiz conf.

ranemiru truytesendiz conf. — salamon conf. — gudesalb...

branderigu test. — pelagio test. — ero test. — gondesendo test.

ordonio notuit.

## DIII

*Singulari pactione, consortes vari quorumdam bonorum immobilium in villa de S. Thomé, communia bona sua cuidam emptori tradunt. Ex codice Tombo de S. Simão da Junqueira Livro III descriptimus.*

1072

In Dei nomine. Ego famulo Dei Froilo Astrufizi, et Gontina Vilifonsiz, in Domino eterna salutem amen. Ideo placuit nobis bone pacis, et voluntas, Ita ut faceremus vobis Gutier prolix Suariz, et Unisco prolix Osoreiz cartula firmitatis de ereditates nostras proprias, quas abemus de Avium, et Parentum nostrorum in Villa Sancti Thome, subtus mons Cordova, et Ribulo Avizela, territorio Portugalense et abe jacentia ipsa ereditate, in loco predicto hic in Cucuvelos : damus atque concedimus illa ad vobis per suis locis, et terminis antiquis, per ubi illa potueritis invenire, cum quantum in se obtine, et ab omnis arrestum est. Abeatis vos illa firmiter et omnis posteritas vestra, usque in temporibus seculorum. Et si aliquis omo veneri, vel venerimus contra hanc kartula ad intrupendum que nos ad judicio auturgare non potuerimus, aut vos in voci nostre quod pariemus nobis ad vobis aut qui vestra voce pulsaverit, ipsa ereditate dublata, et judicato : pro que accepit de vos precio viginti solidos, tantum a nobis bene complacuit; ita ut des odie die vel tempere de juri meo sedea abrasa, et vestro dominio tradita, atque confirmata. Facta cartula firmitatis, notum die erit decimo kalendas Nobembris, era milesima centesima decima. Nos pernominatus Froilo et Gontina ad vobis Gutier, et Unisco manus nostras rovo++ramus. Et adicimus in hanc cartula Ego Eirigo Gondenariz, et uxori sue Golvira Trasmondzi cartula facimus ad vobis Gutier Suariz, et Unisco Osoreiz de illa ereditate de Gontina Vilifonsiz, et abe jacentia ipsa ereditate in Villa Cucuvellos ; damus illa ad vobis, per suis locis et terminis antiquis per ubi illa potueritis invenire, pro que accepimus de vobis precio decem solidos, tantum a nobis bene complacui, quomodo sursum resonat. Pro testes Nunu testes, Fagildo testes, Pelagio testes, Gundisalvo testes, Gundesindo Presbyter notuit.

## DIV

*Rodericus Tuulfiz presbyter Petrosensi Monasterio donat bona sua in villa de Villar et villas de Sancta Eulalia et de Outeiro. Exemplar apographum saeculi XIII, ad Petrosense Monasterium pertinens, e tabulario Conimbricensis Universitatis in Publicum Archivum delatum, textum nobis praebuit.*

1072

Domnis inuictissimis, ac triumphatoribus sanctisque martiribus ac gloriosissimis sanctorum petri et pauli apostolorum sancti Andree apostoli sancti Johane apostoli et evangelista sancti philippi apostoli sancti Bartolomei apostoli sancti Iacobi apostoli sancti Tome apostoli sancti Mathei apostoli sancti Iacobi fratris Domini apostoli sanctorum Simonis et Iude apostolorum et sancti Saluatoris que inter eos tenet principatum Sancta Marie virginis et genitricis domini nostri ihesu christi in cuius honore edificatur ecclesia. In tuo christi nomine et eius gratia Ego famulum dei Roderico presbitero prolix tuulfiz ac nascente me in pecatis meis molle qui quafessionem (*sic*) nequaquam in disperacione sed inde dei fiducia ac merescente me gratia diuina Ideo placuit mihi ut per scriptis facerem ecclesiarum scriptura firmitatis ita sicut et facio ad ipsius dictus sanctus saluatoris iam supradictum assisterio uillar. damus et testamus ad ipso loco ad seruendum et ad uobis Menendus abbas et ad fratres sub regmine in uita sancta perseuerauerint in ipso loco concedimus ad uobis nostras hereditates que habemus in villa uilar inter uluaria et ecclesiola discurrente riuulo feberus que ibi deseruant ad fratribus et ad sororibus ad ipso loco habitantes et omnem nostras hereditates que habemus que ibi deseruant. Ut tantum in uita nostra quam post obitum nostrum fine concessas ita concedimus uobis per hanc series testamenti uillas nostras proprias no-

cabulo sancte Eolalie et uilla octerio et uillar que habemus de auiorum et parentorum nostrorum quam etiam et de comparadela et plantatos nostros que fecimus in terras extraneas ubi illas potueritis inuenire cum quantum se obtinet et ad prestitum hominis est et habet iacencia ipsa hereditate in loco predicto que de sursum resonat subtus monte grande territorio portugalense discurrente ribulo feberus de ipsas villas et de ipsa ecclesia iam prefata. Concedimus uobis integras sicut obtinuerunt genitores nostros iam prenominatos cum suis terminis uicis et locis antiquos sicut diuide cum villa et ecclesiola et cum villa garfaes (?) et cum suis edificiis et cum suis iacenciis per ubique illa potueritis inuenire libera in dei nomine habeatis potestate. Sua sane pontificum seu cuius potestas concessa fuerit ad nos ad quanlibe progenie nostre ..... quelibet assencionis generis homo uoluerit in alia conuellere et deuocione huius decreti uel testamenti infringere firmitatem cum ipsos sanctos ..... tribunal domini nostri ihesu christi ..... iudicio suos asserant asserciones et in presenti seculo excommunicatus permaneat et maledictione sustineat et cum iuda scarioth qui dominum tradidit ..... et condempnatum et maledicant ei qui maledicunt diei qui parati sunt suscitare leuiatan et insuper parati (?) idem Monasterii duplatum et triplatum restituat quantum exinde auferre conatus fuerit et qui ibidem in uita sancta persecuerauerint perhemniter ..... firmitatem. Notum die quod erit tercio kalendas Nouembbris. Era m<sup>a</sup> c. x. Ego Rodoricus prolix tuulfiz in hoc testamentum manum meam roboro. Gundisaluus presbiter test. Petrus presbiter test. Ramirus diaconus test. Petrus diaconus test. Menendus presbiter test. Aluitus diaconus test. Sisnandus notuit.

## DV

*Monasterio Sancti Joannis donant Gavinus et uxor bona mobilia et immobilia quae in vilis de Molnes et de Trapezo possidebant, quibusdam attamen exceptis. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

## 1073

Christus. In nomine domini ego gauinus prolix froila et alibia una cum coniungia mea onneca in domino deo eterna salute amen. Ideo uenit in nobis uolumtate benigna in dei timore et in eius amore uobis dominis et gloriissimis sancti salbatoris et sancte marie semper uirginis sancti iohannis apostoli et euangeliste sancti romani et sancte eugenie sancte columbe et sancti iacobi et sancti iohannis babbiste et precursoris christi qui inter eos principatum tenet quorum baseliga esse cernitur iuxta litus durio prope flumen tamice subtus alpe mons et ciuitas aratros logo predicto iuxta villa ordoni et kapannellas orbe anegie et territorium portugalense ita ut pro remedio anime nostre facimus ad ipsius dominis sanctis et ad monagus et fratres qui in ipso loco habitantes fuerint per regula sancta. damus et contestamus ibi ereditate nostra propria que ganabimus et comparauius per nostros soutos et habemus illa per carta confirmata in villa molnes ereditate de astruario et de frelisio et de tota sua (?) gens ab integro exceptis alia ereditate que in ipsa villa abet frellisio que non testamus nisi tertia de ipsa villa que partibit cum astruario illa de astruario et de tota sua gens ab integro ubi illa potueritis inuenire. et hic in molnes medietate de villa de aluitu fortes et de sua gens quos comparauius de eis per pretio iusto. et hic in ipsa villa molnes ereditate de gonza quanta ibi compota in fratres et eredes ab integro. et in villa trepezo ereditate quos fuit de odorio gondemariz quos comparauius de rodorigu odoriz vr<sup>a</sup> ab integro. ipsas ereditates testamus ad ipsius dominis iam supernominati cum quantum in se obtinent et ad prestitum omnis est. et de peculiis peculiarem nostrum quantumque ambobus ganamus leuent filios que abeo de alia uxore inde m<sup>a</sup> et illas alias m<sup>e</sup> rationes contestamus ad ipsius loco iam supernominati. et leuent ipsos filios m<sup>a</sup> de totum peculiarem exceptis de illas ibitiones unde ad illos non damus nisi pro nostras animas ad ipsius sanctis sic concedo ..... ad ipso logo et ad ipsius sanctis ut ibi deserbiat euo perenni pro remedio anime nostre. quo adiuratione confirmamus in nomine sancte et indiuidue trinitatis. qui contra hunc factum nostrum ad intrupendum euenerit pro qualelibe uoce in cuiuscumque iudicio in primis sit excomunicatus et ad corpus domini sit segregatus et cum iuda proditore parte habeat in eius damnatione et insuper parie post parte eclesie aut qui eius uox intemderit quantum ausus fuerit intrumpere uel abstulere dublato et ad iudice iudigato et hunc scripture in rouore permaneat. notum die quod erit m<sup>o</sup> nonas februarii. Era t c<sup>a</sup> xi. gauino una cum coniungia mea onneca ermigiz in hoc testamentum ad nos factum manus nostras ro++uoramus.

Qui hic fuimus et testes sumus — Adefonso confessus confirmo — Uermudo de araucca test.

Gundesindo clericus confirmo — Pelagio test. — Arias test.

Sindo indigno notuit.



**P**ro nuncadū nři ihu xp̄i. In honore sc̄or̄ ep̄ator̄ Martini confessor̄ Eccl̄ uitejnu  
filios et filias. nři b̄ fofinu. et gauon et atquato. et uicentiro. quinilli-  
habiciuntur. In oclu uocabulo sc̄e talarie uignis. fundata inuilla sono sello.

IX

882

¶ In nina pueri apoli dñi sc̄i. e. omnis nunc castissimis et castum praeponit sicut metantur. ¶ e. o. d. o. c.  
dubius enim heretikus et cetero subiectus monachus operari debet eam obtemperare: ego servus gl̄i mu-  
p̄eas apoli dñi in greci evangelio ḡm̄s p̄telle ubi ipse erat et fuit ḡm̄s in nomine que

**P**ubrum: q̄ dom̄ nom̄ & sc̄. sc̄ pl̄z: quem a n̄l̄. com  
prete: p̄ le dux. m̄ & n̄m & ex a b̄z: & sp̄n Ḡnd̄: l̄p̄n e: de  
fusa cum l̄f̄t̄m̄ d̄e e: n̄m̄: In n̄o p̄ccato: q̄ n̄ v̄n & sc̄. p̄ol̄b̄z &

Qd: nunc est tempus petrojus ab aye. Qd sona ebb est p. 250 h. b. c. et c. ym  
q. s. d. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.

CXII

974

~~Quamvis hinc cassimis recutitur caput ut sit totus rectus ab eo trahi potest et eum sibi secari potest quodque impunitus est quoniam  
membranis operari est sensibilis ad tactum et sentit membra suam vestimenta vero et cetera. sed etiam ad hanc etiam  
cerebellum et supra eius et postea caput et corpus. Intra utrumque mezenchyma et fostra. obiectum sed remanda~~

CCXVI

1011

Secundo quod non est auctor apud noscum mensa numerar. Et quod eis de cui etenim confunditur  
subiecto fuerat in nullis quibusdam auctoritatibus et in auctoritate predicti dominacionis quae inde fecimus in me  
et in aliis quae sunt in me digne oportere est confirmatione alibi fuit uita predicationis de ipse enim

## DVI

*Pactum venditionis dimidii fundi cujusdam in villa de Ossella. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1073

Christus. In dei nomine ego osoredo et animia placui nobis asto animo et propria nostras uolumtas ut uinderemus ad uobis gumsalbu gutierrezi et uxori uestra geluira kartula uenditionis de ereditate nostra propria que auemus de abolorum tam de paremtorum meorum in uilla que uocitant utsella subtus mons castro utsella teritorio portugallemse e monte quoddal discuremte ribulo kamia. damus a uobis de ipsa ereditate quamtaque ibi abuimus medietate ab intecro et fuit ipsa ereditate de mater mea sarazina benegas. damus a uobis sibe de auolemga quam etiam de ganatella medietate intecra per ut ila potueritis inuenire ..... nos locis et uigos antigos exitum uel regresum aquas aquarum sesegas moliniarum cum quantumque ibi in se obtine et ad prestitum hominis est. et accepimus de uos in precio xv<sup>m</sup> modios tamtum nobis bene complacuit et de precio apud uos nicil remansi in deuito ita de odie die sia de uestro (*sic*) iure abrassa et in uestro iure sia tradita aque confirmata iuri quietum temporibus seculorum. Siquis tamen quod fierit non creditis et aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula uenditionis et confirmationis intrumpere quesierit tan nos quam posteritas nostras aut aliquis de qualive generis homo in uoce nostra quodmodo que nos non potuerimus autorigare uel deuindigare que pariemus a uobis ipsa ereditate dublata uel triplata aut quantum a uos fuerit meliorata. notum die quod erit xn<sup>m</sup> kalendas magii. Era millesima cxi.<sup>a</sup> Facta kartula uenditionis et confirmationis. osoredo et animia in hanc kartula manus nostras ro.....

nos testes quos uidimus eldreuedo test. eita arias test. — zadon test. — gumzalbo test. — pelagio presbiter notuit.

## D VII

*Pactum venditionis fundi in villa de Aveoso, additis colonis (creationem dicebant) nexu servitutis glebae devinctis. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1073

In dei nomine ego menemdo prolix nunu pelagici et marina connomento aurodona in domino deo eterna salute Amen. Ideo plaguit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra gumtrode sigut et uendimus ereditade nostra probria que auemus in uilla auenosu subtus kastro auenosu discurrente rribulo auenosu in territorio portugalensis. damus ad uobis de ipsa uilla m<sup>a</sup> integra cum aiumctionibus suis id sunt de quodam m<sup>a</sup> integra et in ferreirolos nostra ratione et de mato malo nostra ratione et in aciuedo m<sup>a</sup> integra et de sancto martinno de aluareli ... m<sup>a</sup> integra et ubique illas aiumctiones de uilla auenosu podueritis inuenire cum quantum in se obtinet et aрестidum omnis est. et damus ad uobis mancipios nostros et mancipias non minibus louesendo et animia et froilo cum sua filia eilo et fernamdo abeatis illas ereditates et illa criazon firmiter uos et omnis posteritas uestras et faciat de illas que uolueritis. et accepimus de uos in precio uno kauallo apreciado in cc solidos tamtum ad nobis bene complaguit. Ita de odie die et tempore siant illas ereditates et illa criazon de iuri nostro abrassa et in uestro iure siat tradita et confirmada et abeatis uos et omnis posteritas uestras. Siquis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra anc karta uenditionis ad intrupendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra quomodo pariemus post uestra parte illas ereditates et illa criazon dublatas et quantum ad uos fuerint meliorati et uos perpetimabitur. Facta kartula uenditionis notum die erit v<sup>o</sup> idus octuber. Era millesima cxi.<sup>a</sup> menemdo nunici in anc karta uenditionis manu mea + rouoraui.

Nunu suarici manu mea confirmo — menemdo pelagici manu mea confirmo — arias eitaci quos uidi.

uermudo tructesindici test. — froila aluitici test. — arias test. — uermudo test.

Zoleiman presbiter notuit.

## DVIII

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in villa de Cerzedo. Charta authographa in tergo membranae, ex qua textum pactionis sub n.<sup>o</sup> CCCXXVIII editae, descripsimus, legitur.*

1073

In dei nomine ego adosinda placuit mici per bone pacis et uolumtas ut faceremus ad uobis gundisalbo et uxori mea geluira cartula uenditionis de ereditate mea propria que abuit in uilla cerceto subtus castro petroso prope litore maris territorio portugalensis. damus ad uobis in ipso casale de aluito et in odur et ues...r v<sup>a</sup> de de.....a. et acepimus de uobis precio 1<sup>o</sup> modio tantum nobis bene conlaguit et de precio apud uos nicil remansit. abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras. et si aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc cartula uenditionis ad intrumpendum que nos in iudicio deuendegare aut autorgare noluerimus que pariemus a bobis ipsa ereditate dublata et iudigato. Facta cartula uendictionis notum die quod erit vi<sup>o</sup> kalendas ianuarias (?). Era M<sup>a</sup> C<sup>a</sup> XI.<sup>a</sup> adosinda una cum filiis meis cendo et cendom ad tiui gundisalbo et uxori tue geluira in anc cartula uenditionis manus nostras r+ + + amus.

gundisalbo test. — uermudo test. — flora test.

Ero notuit.

---

## DIX

*Pactum venditionis praedii cuiusdam in villa de Rebordães. Charta autographa, ex chartophylacio Monasterii de Ave-Maria Benedictinarum Monialium Portucalensis delata, in Publico extat Archivo.*

1073

In dei nomine ego gontigio baltariz una cum filio menemdu gontigiz placui nobis per bone pacis et uoluntas nullus quoque gentis imperio nec suadentis artigulo se proprias nostras uoluntas ut facimus ad tiui dayldu cartula de erestate nostra propria que abemus in uilla rouordanus subtus castru amagiia territorio portugalense discurremte ribulo canpaniana in logo predictu roburdanus et abemus ipsa erestate de parte de mater nostra eldonza. damus ad uobis illa integra exetis de linar de rumili de mea ratione mediadate et illa alia erestate ad uobis integra concedimus et exetis illa cabiatione et illa alia integra ad uobis in casas pumares sautus vineas terras ructas uel baruaras aquis aguarum uel sesigas molinarum exitus montium uel regresum per suos locis uigus et terminus antigus per ubi ila potueritis inuenire cum quantum aprestitum ominis est. et accepimus de uos prelio n<sup>o</sup> uacas in xxvii modios et in panus viii modios tantum nobis bene conplacui. Ita ut de odie die et tempore de iuri nostro abrasa et in uestro dominio tradita et confirmata. abeatis uos et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. et quo si aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc kartula uenditionis que nos ad iudicio deuindigare non potuerimus au uos in nostra uoce au noluerimus quomodo pariemus post parte uestra ipsa ereditate dublata uel quantum ad uos fuerit meliorata. erit die pridie kalendas (?) ianuarii. Era millesima c xi.<sup>a</sup> gontigio et menemdu in anc kartula manus nostras ro+.

qui preses fuerunt. frarigu test. tructu test. santio test. uimara test. sandu notuit.

---

## DX

*Pactum venditionis dimidii praedii in villa de Labruja agris quibusdam exceptis. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1074

In dei nomine ego animia pedrici in domino deo eterna salute Amen. Ideo plaguit mici bone pacis et uoluntas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra guntrode sigut et uendimus meditade de ereditate mea probria que abeo de parentum et abiorum meorum in uilla quos uocitant llabrugia et abe iacencia

subtus kastro de boue discurrente rribulo llabrugia prope llidore maris in terridorio portugalensis. damus ad uobis illa per suis terminis et uicis et locis antiquis cum cuntis prestationibus suis que in se obtinet et aprestidum omnis est extra illas lareas iam dedit ad pelagio menendici illa mea rratione de agro de mokeime

et accepimus de uos in precio LIII modios. damus ad uobis illa firmiter abeatis uos et omnis posterritas uestras et faciat de illa que uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra hanc karta uenditionis ad intrumpendum et nos in iudicio devindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa ereditade duiblada et quantum ad uobis fuerit meliorata et uos perpetimabitura. Facta karta uenditionis die erit xii<sup>mo</sup> kalendas marci. Era millesima c xii.<sup>ma</sup> animia pedrici in ahnc karta uendicionis mea+ (sic) rouorauimus.

Ianardo abonazar test. — didago pelagici test. — gudino eiriquici test.

oseredo aluitici test. — pelagio roderiquici test.

Zoleima prespiter notuit.

## DXI

*Pactum venditionis praedii, agro quodam excepto, in villa de S. Thomé. Descripsimus ex codice, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira Livro iv, prae se fert.*

1074

In Dei nomine. Ego Famula Dei Golvira Christovaiz in Deo eternam salutem amen. Ideo placuit michi per bone pacis et voluntas ut faceremus ad vobis Domnam Unisco prolix Osoreez kartula firmitatis de ereditate mea quam abeo de Avium, et Parentum meorum in Villa Sancti Thome, subtus mons Cordova, et ribulo Avizela teritorio Portugalensis : do ad vobis ipsa mea ereditate quantumque ibi abeo per suis locis, et terminis antiquis, per ubi illa potueritis invenire, cum quantum in se obtinet, et ab omnis aprestitum est extra de illo Agro mediano mediata et accipit de vos precio octo modios et uno quare tantum tibi ad nobis bene complacuit : abeatis illa vos firmiter et omnis posteritas vestra usque in temporibus seculorum. Et si aliquis omo uenerit, vel venero contra hanc kartula ad intrumpendum que Ego in concilio devindicare non potuero post parte vestra, aut vos in voci mee quomodo pariemus ad vobis aut ad qui vestra voce pulsaverit ipsa hereditate doblata et insuper octo solidos et judicato. Facta kartula firmitatis notum die erit sexto kalendas Marcii era milesima centesima decima secunda. Ego Golvira ad vobis Domna Unisco in hanc kartula manu mea roboro+. Pro testes Froila testes. Aufo testes. Ermorigo testes. Odorio testes. Gonderedo Presbyter notuit.

## DXII

*Aurodonna (Ouroana) et filii quartam partem ecclesiae de Sozello Monasterio S. Joannis (de Pendorada) donant. Ex chartula quadam saeculi XIV, ubi alia monumenta ad idem Monasterium pertinentia describuntur, sumpsimus.*

1074

Christus. in nomine patris et filii et spiritus sancti. Dominis inuictissimis ac triumphatoribus gloriois sanctis que martiribus luce perffuisset premium beatitudinis laureatis sancti ioha..... Saluatoris mundi et sancte Marie senper uirginis genitricis eiusdem dei et domini nostri ihesu christi et sancti michaelis archangeli ..... ulorum petri et pauli videlicet ..... Euangeliste quorum baselice ffundata est in villa ordoni subtus mons aradrus ..... riulo Dorio territorio portugalense. nos exiguo aurodomna una cum ffilis meis garsea uidelicet et egas ..... gontina ffamulos christi damus atque testamus pro rremedio animarum nostrarum et parentum nostrorum ad ipsum monasterium in honore sanctorum quorum rreliquie ibi reconduntur ecclesia nostra propria quam habemus de auiorum et parentum nostrorum et habet iacencia ipsa ecclesia in loco predicto uilla sonosello uocabulo sancti andree apostoli que est ffundata subtus mouro secus fflumen durio territorio lamecen- sse. Contestamus de ipsa ecclesia quartam partem ab integro cum quanto in se obtinet et aprestitum omnis est. Damus ea ut ante deum mereamur rremisionem peccatorum in die iudicii et audire ab eo cum electis dei dicentem — venite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi — Et item propheta —

vouete et reddite domino deo uestro —. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc ffactum nostrum ad irrumpendum in primis sit excommunicatus et ab ecclesia separatus et cum iuda traditore in pena dampnatus sit et insuper pariat illam ecclesiam post parte ipsius monasterii in quadrupplum et insuper duo auri talenta et a iudice qui illa terra imperauerit alio tantum et iudicato et hunc ffactum nostrum habeat roborem et stabilitatem. Et adhuc plazo facimus nos iam suprannominatos ffratribus et ssorores super ipso testamento que pro nulla accio neque pro nulla conueniencia neque pro nullo precio neque pro iracondia si in nos (?) superuenerit ut non sedeamus ausati inde alia beneficia aut ad alia parte uendere aut donare nisi ut in testamento sedeat semper confirmata et qui inde aliter ffecerit pariat illo pacto qui in testamento resonat ad illo abbas qui illo monasterio obtinuerit et dc solidos. ffacto testamento siue plazo nouum die quo ii<sup>o</sup> idus maii. Era m<sup>a</sup>c<sup>a</sup>xii.<sup>a</sup> Nos supradictis aurodomna Garsea egeas ermigo dorodea Gontina in hoc testamento et plazo manus nostras r+ + + + + oboramus. pro test. ermesinda deouota qui presens fuit et uidit. vermuð test. pelaio test. petro test. elias monachus test. pelagio monachus test. sumenusus clericus. Menendus quasy monachus notauit.

## DXIII

*Pactum venditionis decimae partis villaे de Lavadores. Charta autographa, ad Petrosense Monasterium pertinens, e scrinio Conimbricensis Academiae in Publicum Archivum delata, ibi servatur. In tergo membranae aliud legitur diploma anno MLXIII tributum. Perperam quidem, ut ex collatione utriusque documenti patet. Cùm annum, quo vere datum sit illud in tergo membranae descriptum, ignoremus, primi ad calcem edimus.*

1074

Christus. In dei nomine ego senior prolis gumdesimdiz Plaguit mihi per bone pazis et uolumtas asto animo integro meo consilio sana memte et probia mea uolumtade ut uinderemus ad uobis pala tructesimdizi et ibdonza (?) ut uimderemus tibi pala ereditate mea probia que abeo de perfiliatione de tia mea senior arualdiz per carta uila que noncubant lauadores subtus alpe sacso albo discuremte ribulu feberus terredorio portugal uendimus a tibi de ipsa uila lauatores x<sup>a</sup> integra per suis lozis et per suis terminus antiquis cum todas suas prestaciones que in se obtinet et acibio de ti precio aderato et defenito XL modios. Ita ut des odie die et tempore sia de iuri meo aurasa et in tuo dominio sia tradita et confirmada. abeas tu et homnis posterritas tua iuri quietu temporibus seculorum. si quis aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc serea ad inrunpendu que tibi autorgare et auimdegare non poduerimus post tua parte aut uos in uoce nostra comodo pariemus tibi ipsa uila dublata et ista carta semper plena abea firmitate et rouore. Facta cartula uendicoonis (*sic*) die erit vi<sup>o</sup> kalendas iunii. Era millesima c xii.<sup>a</sup> senior gumdesimdizi a tibi pala tructesimdizi in anc serea manus mea ro+.

Ic test. pelagio test. suario test. gumsalbo test. menendu test. icila test. cendamiru notuit.

Inderquina connomento palla una cum filia mea uiuilli placitum facimus uobis tructesindo tructesindiz notum die erit vi<sup>o</sup> kalendas agustas era m<sup>a</sup>c<sup>a</sup>i.<sup>a</sup> (*sic*) pro parte de ipsa uilla unde uobis ista serea rouoramus et de cauallos aut de canato si inde aligo abuistis que non calumniemus nos uobis proinde de odie die isto in denante per nullique generis omo per nullas seriens scripturas nec per nullaque atio set obturquemus illa semper ad uesta parte et si inde aliter fecerimus et isto placitum exiderimus pariemus uobis quantum in karta resonat et quantum ad uobis petierimus dublato et insuper dc solidos et ad rex ..... qui hunc urbe imperauerit alio tanta. Inderquina et uiuilli ad uobis tructesindo in oc placitum manus nostras rouoramus++.

Hic test. telo erotiz manum mea conf. —..... telliz manum mea conf. —..... presbiter quos uidi —..... quos uidi —..... quos uidi.

## DXIV

*Cum Petrum episcopum bracharensem parochus, patroni et fideles parochiae S. Juliani de Tavoacos orassent, ut ecclesiam suam benediceret ac dicaret, petitioni eorum episcopus assensum praestare renuit, eo quod eadem ecclesia necessarii census carebat. Qua ex causa, postulatores uidem S. Juliani sacello quaedam bona tribuunt. Autographa charta, nuper ex tabulario archiepiscopali Bracharensis Sedis in Publicum Archivum delata, textum nobis praebuit.*

1074

Kalendas Agustas (?) Era TCXII.<sup>a</sup> Ego gundesindus presbiter de sancti iuliani de tabulazus una pariter cum heredes et filiis ecclesie inuitauit petrus aepiscopus bragarensis ecclesie et omnes clerici et noluit uenire si non fecisemus ei dotem et restaurationem sicut kannon docet. Proinde placuit nobis ut faceremus uouis textum scripture donationis et firmitatis ab integro una pariter cum kasale de karaldo ab integro per suis locis et terminis antiquis et de alia pars que ibidem testauit domna munna kasale ..... integro et omnes meas ganantias et conparationes per suis terminis cum uineis pummares saltus et omnis prestantia quanta de ipsa ecclesia est et in mea uita que faciamus a uobis cum ea seruitio que uobis placeat et stet illa ecclesia in honore sicut uos ordinaveritis et ego in mea nita in quantum uixerit habeat et possideat et post ouitum uero meum qualiuet homo clericum dei que uos bene uideritisabit et possideat et sic per manus uestras sicut de aliquis aepiscopis de ipsa sede bragarensi ecclesie qui post uos euenerint faciant quod uoluerint sicut kannon docet et nunquam in laigale parte sed transferre. Proinde facimus uouis istum textum pro que dedicastis (?) ea et dedistis ei benedictionem et pacem super corpora et anime eorum qui ibidem tumulati sunt et a tumulati fuerint. Et pro que non abuimus alia offerenda que uouis dedissemus ut abeatis inde mercedem et ante dominum aeternam mercadem. Siquis tamen aliquis homo uenerit tam propinquus quam extraneis de qualibet homo tam de maioris natu quam de inferioris ad inrumpendum uenerit que pariet uobis aut qui post euenerit illa ecclesia in quadruplum et ad ille rex aut qui sua uoce pulsauerit suo iudicato. nos superius nominati in hanc dotem uel series testamenti manus nostra ro—uoramus.

qui preses fuerunt — arias presbiter test. — aloitus test.

Sendamirus presbiter test. — Petrus diagonus test. — Galindus diagonus test. notuit — Et pelagius presbiter (?) renouauit.

Petrus aepiscopus bragarensis confirmo. —..... nec mutetur (?).

## DXV

*Gundisalvus Menendiz Gundisalvo Luci partem praediorum quorundam, in villa de S. Thomé pro accipitre vertagoque donat. Charta autographa, e scrinio Conventus monastici Coimbricensis, da Graça dicti, in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1074

In dei nomine ego gundisalbus meendiz in domino deo eterna salute amen. Ideo placui mici asto animo et proprio meo consilio et prona mea uoluntate ut facio ad tiui gundisalbus luci cartula et conceptionis et benefactis de ereditates meas propias quos ad mici inkartaui gundisalbus muniiz de ipsas ereditas III<sup>a</sup> integra tiui concedo per suis locis et uiquis antiquis terminos qum quantum ad prestitum ominis est uel fuerit intus et foris. et aue iacentia hyc in sancto tome de adpetratos sub alpei mons cordobe teretorio portukalense et riuolo auizelle. et aueas tu firmiter et omnis posteritas uestra iuri perenne et exinde facias quo uolueris stante et permanente auea firmitate et rouore. et ad confirmandu scripturas accipio de te uno accipiter et uno potenco tam mici bene complagui. et si aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc cartula uenditionis que nos ad iudicio diuiningare non potuerimus aut uos in uoce nostra unc pariemus uel parient ipso que in karta resona dublato uel tripato post partique uestre. Die erit nonas octobris. Era TCXII.<sup>a</sup> Gundisalbo meendiz ad tiui gundisalbo luci manu mea R+oui.

Pro test. Gundisalbo test. — pelagio test. — meendo test. — suario test.

meendo ueniekas conf.

sisnandu presbiter notuit.

D. et C. Tom. I.

80

## DXVI

*Ferdinandus quidem salinas duas Tructesindo et uxori tradit, eo quod vasum argenteum ad eos pertinentem celaverat cuidamque homini dederat. Charta autographa, olim in scrinio Morariensis Monasterii, nunc in Publico Archivo servata, nobis textum suppeditavit.*

1074

Christus. In dei nomine ego fredenando Ideo placuit mici propria mea uolumtate ut faceremus ad uobis domno tructesindo et uxori uestra domna gontrode sicut et facimus cartula firmitatis de n<sup>a</sup> salinas cum sua uida. et abent iacentia ipsas salinas in ripa de aue in loco predicto in illa quorte sub illo castro de sancto ioanne. damus ad uobis ipsas salinas pro illo uestro uaso de argento que perdestes et teube illo fredenando in suo iure occultato multis diebus et dedit ipso uaso ad alio omne et non potuit illo sacare de ipso omne et pro ipso uaso damus uobis ipsas salinas cum suo adprestamo ut abeatis illas firmiter de nostro dato uos et omnis posteritas uestras usque in perpetuum et faciat de eas quod uolueritis. si quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus tam nos tam filii nostris aut qualibet generis omo que ad uobis ipsas salinas calumniare quesierit et nos in iudicio non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsas salinas dublatas aut quantum ad uobis fuerit melioratum et uobis perpetim abitura. Facta cartula firmitatis notum die n<sup>o</sup> idus octobris. Era millesima c<sup>a</sup> xii.<sup>a</sup> Fredenando in anc cartula firmitatis manu mea ro+.

pro test. gumdisalbo. uermudo test. — garzia test. didaco test.  
gumdisalbo presbiter notuit.

## DXVII

*Pactum venditionis dimidii fundi in villa de S. Thomé. Charta autographa, ad Conventum monasticum Conimbricensem, da Graça dictum, pertinens, in Publico extat Archivo.*

1074

Christus. In dei nomine ego sisnando fromarigu et euxor mea eileuba menendiz in domino deo eterna salutem amen. Ideo plaguit nobis asto animo et prona nobis acesit uolumtas ut faceremus ad uobis gunzalbo lusi sicut et facimus cartula uenditionis et firmitatis de ereditate nostra propria que auemus in villa sancti tome subtus mons cordoba discurrente rribulo auizella territorio portugalensis in logo predicto in illo casale quos fuit de fagildo aluarizi mediatale integra cum exitus montium et regressum aquas cursiles uel incursiles cum quantum in se obtine et aprestitum omnis est ubique illa potueritis inuenire et illos casales quos fuerunt de menendo et de suos iermanos uistremiro et tegia mediatale uobis inde concedimus cum suas ereditates ubique ilas potueritis inuenire sicut illas nobis dedit nobis abia nostra domna geluira per carta. damus atque concedit uobis illas pro que acceperimus de uos in nostro pretio uno cauallo colore rauane tantum nobis bene conplaguit et de pretio aput uos nicil remansit in deuito. Ita ut de odie die uel tempore sit ipsa ereditate de iuri nostro abrrasa et in uestro dominio sit tradita uel confirmata iuri quieto temporibus seculorum. Et si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus ad inrrumpendum contra hanc cartula que nos ad iuditio deuindigare uel auturgare non potuerimus post uestra parte aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis illas hereditates dublatas uel quantum ad uobis fuerit meliorata et uos perpetim peremniter auiturum. Notum die erit ipsus idus octobris. Era millesima c<sup>a</sup> xii.<sup>a</sup> sisnando fromariquizi et eileuba menendizi in hanc cartula uenditionis et firmitatis manus nostras rouora—mus.

qui preses fuerunt — astrulfu test. — menendo test. — tructesindo test. — pelagio test.  
suario presbitero notuit.

## DXVIII

*Gratiam referentes pro auxilio impertito, Sendinus Roderiquiz et uxor Tructesindo Gutierrez uxoriique donant partem quam possidebant ecclesiae de Villar de Porcos. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico custoditur Archivo.*

1074

In dei nomine ego sendino roderiqui et uxor sua geluira paladinici in domino deo eterna salute Amen. Ideo placuit nobis bone pacis et uolumtas ut daremus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra gumtrode sigut et damus nostra portione de ecclesie uogabulo sancta marine qui est sumdada in villa villar de porcos et abe iacentia subtus kastro de boue discurrente rribulo kadabon in territorio portugalensis damus ad uobis de illa m<sup>a</sup> quos fuit de domno nausti de m<sup>m</sup> damus ad uobis m<sup>m</sup> cum aiunctionibus suis quantum in se obtinet et aprestidum omnis est damus ad uobis illa in ofrecione pro baralia que abuimus super nostra ereditade cum nostras gentes et fecestes ad nos ibi grande alhia abeatis illa uos illa firmiter uos et omnis posterritas uestras et facialis de illa que uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc kartulam ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra isto que in karta resona dublado et quantum ad uos fuerit melioratum et uos perpetim abidurum. Facta karta firmidatis die erit pridie kalendas december. Era millesima c xii.<sup>a</sup> sendino rodoriquici et uxor sua geluira in ahnc kartula firmitatis manus nostra++s.

qui preses fuerunt — ipse osoredo test. — didago sendinici test. — gumtado test.

pelagio roderiquici test. — pelagio odorici test. — gutierre pelagici test.

Zoleiman presbiter notuit.

## DXIX

*Pactum venditionis agri cuiusdam in loco nobis incerto siti. Ex autographa charta, nuper ex scrinio Monasterii de Ave-Maria Portucalensis in Publicum Archivum delata, sumpsimus.*

1074

In dei nomine ego uermudu ermigiz et uxor mea adosinda plaguit mici per bone pacis et uoluntas ut nullis quoque gentis imperio nec subadentis articulo nec pertimexentis metum sed propria mea uoluntate ut uendremus ad uobis condesindu consalbiz et ad uxor tua ermentro sicut et uendimus i<sup>a</sup> larea de terra qui iace in illa quinta de codesindu consalbiz et abe in longo viii passales et in ampio de illo i<sup>o</sup> ccaput iii passales et de illo alio caput i<sup>o</sup> passal et ii<sup>o</sup> cubidos et alia larea de terra que iace in illa cortina de iuxta decem mazanarias et abe in longo viii passales et i<sup>o</sup> cubito et in ampio vii passales. damus ad uobis ipsas lareas nominadas quum quanto in se obtinent et omnis prestamo est. et accepimus de uos proinde in pretio alias ii<sup>o</sup> lareas de terra tanto nouis bene conplaguit. Ita ut des odie die sedeant ipsas lareas nominadas de iure nostro abrasas et in uestro iure se-deant traditas uel confirmidas (sic). abeatis uos illas firmiter et omnia posteritas uestras creditis (sic) aliquis omo uenerit aut nos uenerimus ad inrumpendum ista kartula que nos pro uestra parte non potuerimus deuindicare uel in concilio octorcare pariemus nos ad uobis ipsas lareas nominadas dublatas quanto ad uobis fuerit meliorada et uos perpetim aidura. Facta kartula uenditionis die erit pridie kalendas december. Era millesima c xii.<sup>a</sup> uermudu ermigiz et uxor mea adosinda in hanc kartula uenditionis manus nostras rouoram++s.

ic testes — menindu test. — daui.. test. — froila test. — anaia test. — exemeno prespitero notuit.

## DXX

*Quaedam Ileuva Didaco Abumariz presbytero donat, seu potius vendit, partem dominii quam in ecclesia S. Marinae de Villar de Porcos possidebat. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1075

Christus. In dei nomine ego ileua in domino deo eterna salute amen. Ideo placui mici per bone pacis et uoluntas ut damus a tiui diagu auomariz presbiteri ereditate mea probria que abuimus de subscetionem abiorum nostrorum et de mater mea nomine geluira in villa quos uocitant uilar de porcos territorio portugalensi subtus castro amaya discuremte ribulo catauon et abe iacentia ipsa ereditate de ipsa ecclesia uogabulo sancte marine de uilar de porcos. damus a tiui de ipsa ecclesia nostra ratione ab integro de vi<sup>a</sup> iii<sup>a</sup> a tiui concedimus tantum me inde conpota inter meos fratres et eredes. abeas tu firmiter in cunctibus diebus uite tue per ubi illa potueritis inuenire per suis locis et testamentis et terminis antiquis quantum inde ad omnis adprestitum pro remedio anime mee et ad confirmandum cartula accepimus de te n<sup>o</sup> modios milio tantum a mi bene complacui. abeas tu et obiurques usque ad obito tuo et post tuo obito testa illa pro nostras animas. si quis tamen quo fieri aliquis omo uenerit uel uenerimus hunc factum nostrum ad intrupendun ueneri multum uel modicum infringere parie proinde ipsa ecclesia dublata tam filiis nostris quan progenie et hunc factum nostrum firmiter obtinea plena rouore stare. die erit xv<sup>o</sup> post kalendas ianuarias. Era c xiii<sup>a</sup> super millesima. ileuua in hoc cartula et scriptura firmitatis manu mea rouoro+ et confirmo. qui preses fuerunt menendo test. gunzaluo test. adaulsu test. pelayo test. Gundessalbus aluitiz presbiteri notuit.

## DXXI

*Ex codice, Livro Baio-Ferrado, Ecclesiensis Monasterii, de prompsimus.*

1075

## De ecclesiola. carta

Christus. In dei nomine. Ego gunsaluus menendiz in domino deo eterno salutem amen. Ideo placuit mihi per bona pacis et uoluntas nullius quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria mea uoluntate ut facerem tibi suerio fromariguiz cartulam uentionis de hereditates meas proprias quas ganauit pater meus menendus gundisalui in villa ecclesiola in morraceses de tercia duas partes et de ripas de quarta duas partes et de ipsa basilica uocabulo sancti saluatoris de quarta duas partes ubicumque potuerit inueniri suis terminatam terminis antiquis ac nouis cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est. Ipsarum uero hereditatum quas uobis uendo habent iacentiam in predicto loco subtus monte sagittela disurrente riuulo cerzedo territorio portugalensi. pro qua accepimus a uobis in pretio 1<sup>am</sup> mulam quam apretiauerunt in cxx solidos tantum nobis recipere placuit et de pretio apud uos nichil remansit in debitum. Habeatis uos ipsasas (sic) hereditates et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum ita ut ab hac die et tempore sint de iure nostro abrase et in iure et domino uestro tradita sit et confirmata. Si quis uero uenerit uel uenerimus contra anc cartam rumpendam et nos in iuditio deuendicare non potuerimus aut noluerimus reddamus ipsas hereditates uobis duplatas et quantum a uobis fuerint melioratas. Facta karta pridie kalendarum februarii. Era m. c. xiii. Ego gundisaluuus qui hanc cartam scribere iussi propria manu robor+++. Qui preses fuerunt. Gutierrez test. Fernandus test. Iccila test. menendus test. Gunsaluus gutierrez manu mea conf. Egeas diaz manu mea conf. Gudinus guimeric conf. tructesindus tructesindic conf. petrus petriz conf. pelagius uitisiz conf. Tructesindus inueandiz Notuit.

## DXXII

*Pactum venditionis, seu potius cessio, ob quaedam beneficia in venditores ab emptore collata, dominii partis ecclesiae S. Marinae in Villar de Porcos sitae. Ex charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinente, deprompsimus.*

1075

Christus. In dei nomine ego guilu olidizi in domino deo eterna salutem amen. Ideo plagui mizi bone pacis et uolumtas ut faceremus ad uobis truitesimdo guterizi et uxori uestra gontrode cartula donationis uel uenditionis sigu et facimus de nostra portione de illa eglesie uogauulo sancta marina de xn<sup>a</sup> v<sup>a</sup> damus uobis ila in ofretione pro que adiudastes nobis a uendigandum alias nostras. damus uobis ila cum omni adtestationibus uel ad prestationibus suis et damus uobis ila per persolta de nostros eredes et adueadis uos ila firmiter et omnis posteridas uestras iuri quieto temporibus seculorum. et adue ipsa eglesia iacentia in loco dicto uilar de porcus subtus (sic) alpe mons faro teridorio portugalens sub lidore maris discurrente ribulo kadauo. si quis tamen quod fierit non credidis et adliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc karta intrumpendum et nos noluerimus ad non poduerimus adturgare uel deuimdigare quomodo pariemus ipsum que in karta resona dublado et iudigado. Facta kartula die erit tertio idus feuerarii. Era c<sup>a</sup> xm<sup>a</sup> post millesima. nos super ian nominatus in ac karta ad uobis troitesindo guterizi et ad uxori uestra gontrode manus mea ro+uorabit.

Ic testes — gundisabo test. — menendo test.  
rodorigu quos uidit — didagu test. — alio didagu notuit.

## DXXIII

*Iisdem, quae in praecedenti charta notantur rationibus suadentibus, quaedam mulieres Tructesindo Gutierrez uxoriique ejus partem dominii ipsius ecclesiae S. Marinae tradunt. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1075

In dei nomine ego geluira ianardici et gudina ianardici et guntina sendinici in a uice persona de filia mea gudina in domino deo eterna salute Amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut faceremus ad uobis kartula donationis et firmitatis ad uobis tructesindo gutierrezi et uxori uestra guntrode sigut et facimus de ecclesia sancta marina de vi<sup>a</sup> iii<sup>a</sup> sic nos inuenit in portione de pader nostro ianardo et de presores nostros et uestros domno samdo et domna medina et abe iacentia ipsa ecclesia in villa uillar de porcos subtus kastro faro discurrente arugio kadabom in terridorio portugalensis. damus ad uobis ipsa nostra ratione de ipsa ecclesia per persolta de nostros eredes qui sunt de ipsa ecclesia damus ad uobis illa cum cuntis testamentis suis que in se obtinet et aprestiduni omnis est in ipsa nostra portione. damus ad uobis illa in ofretione pro que aiudastes nos in alias nostras ereditades cum nostros eredes et dicit in liber gudorum qui valeat uindictio sigut donatio. abeat illa firmiter uos et omnis posteritas uestras et faciatis de illa que uolueritis. Si quis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc kartula firmitatis ad intrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus ad noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipso que in karta resona dublado et quantum ad uos fuerit meliorandum et uos perpetimabituro. Facta kartula firmitatis die erit m<sup>o</sup> idus februarii. Era millesima c xiii<sup>a</sup> geluira et gudina et guntina in a uice persona de filia mea gudina in ahnc kartula firmitatis manus nostras rouora+++uimus.

qui preses fuerunt — didagu sendinic test. — gumzaluo eiriquici test. — gunzaluo gudinici test.  
alio didago test. — trutesindo test. — louesindo test. — alio gumzaluo test.  
Zoleimam prespiter notuit.

## DXXIV

*Eidem Tructesindo Gutierrez uxoriique de quo in praecedenti charta agitur, ob collata beneficia, Oseredus Alvitez et uxor ejus bona immobilia, quae in villa de Egarede possidebant, tradunt. Charta autographa ad Monasterium Morariense pertinens in Publico extat Archivo.*

1075

In dei nomine ego oseredo aluitici eilo usori mea in domino deo eterna salute Amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut faceremus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra guntrode sigut et facimus kartula firmitatis de ereditade nostra probria que auemus in uilla quos uocitant egaredi subtus monte kastro de boue discurrente ribulo llabrugia prope llidore maris in territorio portugalensis damus ad uobis ad uobis (*sic*) illa ad integrum quamtoque ibi abeo de parte de pater meo et de parentela etiam et de abolenga et de conpare dela aut de contramuda ubique illa podueritis inuenire cum cuntis prestationibus que in se obtinet et aprestidum omnis est damus ad uobis illa pro que adiudastes nos alias nostras ereditades ad deuindigare in ofretione abeatis illa firmiter uos et omnis posterridas uestras et faciatis de illa que uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc kartula firmitatis ad intrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa ereditade dublada et quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpetimabitura. Facta kartula firmitatis die erit xvi<sup>o</sup> kalendas marci. Era millesima c xiii.<sup>a</sup> osoredo aluitici et uxor sua eilo in ahnc kartula firmitatis manus nostra—s rouorauimus.

martino iuliani quos uidi — froila garzia quos uidi — pelagi ....ctesindici test. — menemdo test.

uermudo test. — menemdo test. — aluito test. — gumzaluo test.

Zoleima prespiter notuit.

## DXXV

*Pactum venditionis agri cuiusdam in villa de Goterre. Exemplar apographum saeculi XII. In eadem membrana ex qua pactum venditionis sub num. CCCCLXXXV editum descripsimus, hoc etiam scriptum est.*

1075

In dei nomine. Ego hermiildu et theomiro et astrario et gontrode Ideo placuit nobis asto animo integro et proprias nostras uoluntates ut faceremus tibi don goterre et uxor tua gelo karta uendicionis sicut et facimus de una larea de terra que habemus de auiorum parentorum nostrorum in uilla goterre a radice mons cosoirado discurrente ribulo neuia territorio brachara et habet iacencia in loco predicto in casalino dos marcos de don cernio usque in o uallo et in longo de termino de hermigio bretiz in uallo de uederamiro. de ipsa hereditate quomo do est conclusa Damus uobis inde m<sup>as</sup> integras cum quantum in se obtinet et aprestitum hominis est Pro que accepimus de uobis in precio tres modios in pane et in porcos tantum nobis et uobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit pro dare. Habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra cunctis temporibus seculorum. Sed si quis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo uenerit uel uenerimus tam de nostris quam de extraneis qui hunc factum nostrum frangere uoluerit et nos in concilio deuindicare non potuerimus aut noluerimus quomodo pariamus uobis ipsa hereditate duplata uel quantum fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta karta venditionis in die kalendas Marcii. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xiii.<sup>a</sup> Nos supranominatos in hanc kartam manus nostras roboramus. Quos uiderunt. Sandamiro test. Recaredo test. Bretario test. Hermigio test. Arias presbiter Notavi.

## DXXVI

*Sumpsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1075

**Agnitio placiti de villa de leza**

Pelagius gutierrez pactum simul et placitum facio uobis aloito abbati pro parte de illa villa de leza aduocata recaredi unde habuimus altercationem hic in uimaranes a parte menendi abbatis didacus prepositus et omnem congregationem monasterii et iudex qui lex gotorum solent comprobare menedus seseriquiz et fronerigus teoderediz et per manus commediatoris nostri aelrido anseriquiz per cuius manus compleuissemus unus ad alium super ipsa villa quantum lex et ueritas ordinasset. et complacuit nobis et ad ipsos domnos superius nominatos ut sortiamus eam per medium. et post hanc rem roboro istum placitum ut de hodie die non calumpniem uos pro medietate de ipsa villa supranominata non ego non filii nepti aut per unus ex prosapia mea neque per ullam formam hominis nec per scripturam anteriora aut posteriora uel per nullaque actio per quod uos illa careatis aut in illa impedimentum habeatis in nullis temporibus et si minime fecerit uel qui ausus fuerit istum placitum irrumpere pariet post parti uestre uel de illo cenobio ipsam hereditatem in duplo uel triplo. Factum placitum nodum die erit xv<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xiii.<sup>a</sup> Pelagius gutierrez in hoc placito manum meam roboro+. Qui presentes fuerunt. Argerigo test. Pelagius test. Didacus test. Menendus abba conf. Fredenandus abba conf. Didacus prepositus conf. Menendus iudex conf. Frater arigus toderidiz Notuit.

## DXXVII

*Pactum venditionis partis praedii cujusdam in villa de Egarede. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1075

Christus. In dei nomine ego osoredo aloitiz et animia aloitiz in domino deo eternam salutem Amen. Ideo placui mihi per bone pacis et uolumptas ut uinderemus a uobis gotinu eiriquiz et ad soror uestra gontina froilaz sigut et uendimus ereditate nostra propria que abuimus in villa quos uocitant egaredi subtus mons kastro boue teritorio portugalensis discurrente ribulo labrugia prope litore maris logo predito in ipso kasal quos uocitant de egas kanauiz super illa quintana et leuan se de ganto de ille celario et uadi super illo kastinario de su illo rigu qui discure pro (?) ad illa quintana. damus a uobis inde quintas duas intregas cum suo exito per ille garualiar per ubi illas potueritis inuenire per suis terminis et uicis et locis antiquis cum cumtis prestationibus suis cum quantum in se obtine et prestidum ominis est. et acepimus de uos in precio una camisa in n<sup>o</sup> modios et n<sup>o</sup> modios de milio tantum a nobis bene complacuit et de precio apud uos nil remansi in deuito ita u de odie dic sidea ipsa ereditate de iuri nostro abrasa et in iuri uestro et dominio sidea tradita et confirmada. abeatis illa firmiter et omnis posteritas uestra et faciatis de illa que uolueritis. et si quis tamen quo fieri non credis si alias omo ueneri uel uenerimus contra hanc kartula uendicionis ad inrumpendum et nos ad iudicio deuindigare non potuerimus auc noluerimus aucturgare que pariemus ipsa ereditate dublata et quantum a uobis fueri meliorada et uos perpetuabitura. Facta kartula uendicionis die erit xv<sup>o</sup> kalendas magii. Era c<sup>a</sup> xiii<sup>a</sup> super millesima. osoredo et animia in hanc kartula uenditionis a uobis gotinu et a gontina manus nostras rouo++ramus.

Ic test. — pelagio test. — menendu test. — pedru test. — suario test. — sendinu test.  
didagu presbiteri notuit.

## DXXVIII

*Partem dominii, quam in Ecclesia S. Marínae, in villa Villar de Porcos sita, possidebat, Didacus Olidiz Tructesindo Gutierrez uxoriique ejus tradit propter damna, quae quibusdam eorum clientibus intulerat. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1075

In dei nomine ego didago olidici in domino deo eterna salute Amen. Ideo plaguit mici bone pacis et uolumtas ut damus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra guntrode nostra rratione de ecclesia uogabulo sancta marina qui est fundada in uillar de porcos subtus mons faro in territorio portugalensis. damus ad uobis illa pro plaga et feridas malas que fecemus ad uestros mallados et non abuimus unde illas peitare damus ad uos media vui de illa m.<sup>a</sup> abeatis illa firmiter uos et omnis posteritas uestras cum cumtis prestationibus suis que in se obtinet et aprestidum ominis ominis (*sic*) est et faciatis de illa que uolueritis. Si quis tamen quod fieret non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra isto que ad uos inkartamus dublado et quantum ad uos fuerit meliorato et uos perpetimabituro. Facta kartula firmitatis die erit vn<sup>o</sup> idus iuni. Era millesima c xiii.<sup>a</sup> didago olidici in ahnc karta firmitatis manu mea+ rouoraui.

Ic testes — gumzaluo test. — alio gumzaluo test. — uermudo prespiter test. — elias test. — roderigu test. Zoleiman prespiter notuit.

## DXXIX

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in villa de Guilhabreu. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1075

In dei nomine ego animia in domino deo eterna salute Ameh. Ideo plaguit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis zoleiman presbiter sitgut et uindimus mea rratione quamtumque abuit in illo karale quos fuit de padre meo gudino egaredici in kasale de anredo. damus ad uobis quamtumque ibidem abemus con cumtis prestationibus suis que in se obtinet et aprestidum ominis est intus et foris et abe iacentia in uilla uiliabredi subtus kastro de boue territorio portugalensis. et accepimus de uos in precio vi quartarios ui al..... mici bene conplaguit. abeatis illa firmiter et faciatis de illa que uo..... Si quis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut ..... ahnc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare ... poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pa..... a parti uestra ipso que in karta resona dublado et quantum ad uos f..... meliorado et uos perpetimabitura. Facta karta uenditionis die erit xv..... Era millesima c xiii.<sup>a</sup> animia in ahnc karta uenditionis manu mea+.

Ic testes — pelagio test. — daniel test. — asperigu test. — pedro test. — iusto test. Zoleiman presbiter notuit.

## DXXX

*Pactum venditionis bonorum quae venditor in villa de Villarinho possidebat, quibusdam exceptis. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1075

..... a rodoriquici et rodorigo petrici in domino deo eterna salute amen. Ideo plagi nobis per bona pacis et uolumtas ut nuluque gentis imperio nec sua..... meisentis medium sed propria nobis acesi uolumtas ut uinderemus ad uobis gumzalbo guterizi et uxor uestra geluira gunzaluizi sicut et uendimus ..... que abemus in uilla que uocitant uilarino subtus montis castro de boue teridorio portugalemsis discurentis ribulo abe prope litore maris ..... iam dita de ereditade quos fui de arias donanizi de viii tercia

integra in casas murias uel lineas in pumares in sautos in arbores ..... in terras ructas uel barbaras aquas cursiles uel incursiles exitus moncium uel regresum cum quanto in se obtine et aprestidu om..... locis antiquis per ubi illa potueritis inuenire minus ilas in margenes de cidi qui iacem circa cortina de dona goda. et accepimus in pre..... mto nobis bene complagui et de precio apud uos nicil remansi in deuido uos dedisis et nos accepimus. Ita ut de odie uel tempore sia ipsa ..... rasa et in uestro iuri adque dominio sia tradida adque confirmada abetis uos illa firmiter et omis posteridas uestras iuri quietum temporibus ..... men quod fieri non creditis et aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc kartula uenditionis ad intrumpendum unde nos illa non potue..... s in uoce nostra comodo pariemus ad uobis illa ereditade dublada et quanto ad uobis fueri meliorada. Facta kartula uenditionis ..... millesima c xiii. animia et rodorigo in (?) anc cartula uenditionis manus nostras rouor++amus.

..... menendo test. odorio test. donanam test. aluito test.

Gonzalbo prespiter notui.

## DXXXI

*Pactum venditionis bonorum omnium quae in villa de S. Thomé venditor possidebat. In codice Tombo de S. Simão da Junqueira Livro III, sic dicto, invenitur.*

1076

In Dei nomine. Ego Pala prolix Oriz et Unisconi in Domino Deo eterno salutem : amen. Ideo placuit mici asto animo adque consilium, ut nullis quoquis imperio nec suadentis articulo neque pertimentis methum, quod est fraudis ingenio set prona nobis asesit voluntas, ut facerero (*sic*) ad vobis Iermano meo Gundisalbo Luz, sicut et facio cartula venditionis et firmitatis de ereditate mea propria, que aveo de supceptionis parentum meorum in Villa quos vocitant Sancti Thome subtus mons Cordube, discurrentem ribulum Avizela territorium Portucalense; damus a vobis in ipsa Villa de Sancti Thome de quanta ganantia ibi ganavit avios nostros Cidi Trasmiriz et Arragunti Araniz quantumque ibiden abuimus, damus vobis illum ad integrum cum quantum in se obtinet, et aprestatum ominis est, per suis terminis antiquiz, ubi illa potueritis invenire; pro que accepimus de vos in nostro pretio uno kavalo apreciato in tres equas, et insuper uno bove de decem et tres modios; tantum nobis bene complacuit, ut in Dei nomine livera aveatatis (*sic*) illa potestate juri quieto in temporibus seculorum; Et si aliquis omo venerit vel uenerimus ad imrumpendum contra hanc cartula venditionis et firmitatis, die erit quarto kalendas Marcii Era milesima centesima decima quarta que nos a judicio devindicare vel auctorgare non potuerimus post vestra parte aut vos in vestra voce, pariemus a vobis ipsa ereditate dublata vel quantum a vobis fuerit meliorata, et vobis perpetim avitura. Facta kartula venditionis et firmitatis die erit quarto kalendas Marcii, Era milesima centesima decima quarta. Palla Oriz in hanc kartula venditionis et firmitatis manu mea ro+. Pro testes Vermuo testes, Gunsalbo testes, Odorio testes, Menendo testes, Joanne notuit.

..... aba confirmo. Guidu aba (?) confirmo.

## DXXXII

*Pactum venditionis fundi in villa de Carvalhido. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1076

In dei nomine ego geluira in domino deo eterna salute Amen. Ideo plaguit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra gumirode signit et uendimus ereditade mea propria quamtaque abeo in villa karualidu siue de parentela comodo ecciam de comparadela et abe iacentia subtus kastro abenoso in territorio portugalensis. damus ad uobis ipsa ereditate per suis terminis et uicis et locis antiquis cum cumtis prestationibus que in se obtinet et aprestidum ominis est ubique illa podueritis inuenire. et accepimus de uos in precio medietade de una uaka cum suo filio tamtam ad nobis bene complaguit abeat illa firmiter uos et omnis posterritas et faciatis de illa que volueritis. Si quis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta uenditionis ad intrumpendum et nos in iuditio deuindigare non poduerimus

D. et C. Tom. I.

82

aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa ereditade dublada et quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpetim abitura. Facta karta uenditionis die erit xiii<sup>o</sup> kalendas setember. Era millesima c xiii.<sup>a</sup> geluira in ahnc karta uenditionis manu mea+.

qui preses fuerunt — gumzaluo uermudici test. — gumzaluo beneegas test. — trasmiru test. — didago test. Zoleiman prespiter notuit.

## DXXXIII

*Pactum venditionis septi vel atrii prope domum emptoris siti, in villa de Guidões. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico custoditur Archivo.*

1076

In dei nomine ego adaulfu connomento cidi plaguit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra guntrode sigut et uendimus v<sup>a</sup> de illa cortina ad illa uestra porta in uilla quidones subtus kastro aluarelius discurrente rribulo aue in territorio portugalensis. damus ad uobis illa firmiter et faciatis de illa que uolueritis. et accepimus de uos in precio modio tam mici bene conplaguit. Siquis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuendigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa larea dublada et quantum ad uos fuerit meliorada et uos perpetim abitura. Facta karta uenditionis die erit x<sup>o</sup> kalendas setember. Era millesima c xiii.<sup>a</sup> Adaulfu connomento cidi in ahnc karta uenditionis manus nostra+s.

Ic testes gunzaluo test. — froila test. — ramiru — setom (?) test. — Zoleiman prespiter notuit.

## DXXXIV

*Partem dominii ecclesiarum S. Pelagi et S. Joannis de Sinfäes, bonaque varia immobilia in villis de Lodacim et de Villar, Viliatus materque ejus Manilli Monasterio S. Joannis (de Pendorada) donant, usufructu retento. Charta autographa, ad idem Monasterium pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1076

In nomine patris et filii et spiritu sancti qui est in trinitatem unus et uerus deus siue et ob honorem sancti iohannis baptiste et sancti saluatoris et sancte marie semper uirginis et corum ceterum l (sic) reliquiarum dignoscitur esse fundato subtus castro aratros discurrente flumen prope dorio. ego serbus seruorum uiliato et mater mea manilli et ideo deuotionis mee extitit et expauexemdum die magnum iudicii ut de paupertagula mea sanctaque eglesiam christi ad audandum et aliquantullo et uotum proprio confero deuerem et quia scriptum est — nouite et reddite domino deo uestro. Ideo omnis effectum operis eadem ipsa deuotione inplere proculo hacs concedo et offero ad ipsius sanctis iam supernominatus adque sacrosancto altario supradicte fundate concedimus de ipsa eglesia sancto pelagio de mea ratione medietate et de eglesia sancto banne (sic) de cinphanes de mea ratione medietate tamto me compote inter meos fratres uel eredes. et adicimus ibidem uilla lodacim de casal qui fui de tio donello de quarta mea quarta et de casale de dom romano de medietate de quarta mea quarta tam similiter et de ipso molino qui fui de tio donello de quarta mea quarta. et adicimus ibidem in ipsa uilla de quantum aprestum ominis est per textum scripture in domos in uineas in pomiferas in pumares in sautos in terras calbas ruptas uel inruptas pasquis pasculibus ficales ameixenales cersales in montes in fontes. et adicimus ibidem de quarta de uillar mea radicie et de contensa de quarta mea radicie et de uillar mediano mea ratione tam similiter et de casal de ianardo tam similiter et de agros de domna berilli tam similiter et de uillar cresconii tam similiter de mea ratione medietate quantum aprestum ominis est illas uillas et auent iacentia ipsa eglesiias et ipsas uillas in usumuruio (?) muro fracto discurrente rribulo sonoso. abeant monocos et fratres aunam publum (?) qui bonus fuerint et uita sancta perseuerauerint pro remedio anime nostre ut abeant nos in memorie in uotiuo in reizatione in cereum in oblatione offeratis in domo domini pro remedio anime nostre. et siquis tamen quod fierit non credimus aliquis omo de propinquis meis uel progenie mee qui in abanc serie testamenti et facto in primis sit excommunicatus a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et cum iuda traditore abea participio et in

pena eterna non per finienda excumunicatus permaneant ab omni zetum eglesie quo iuratione confirmamus qui hunc factum nostrum intrumpere quesierit parie a ipsius sanctus iam supernominatus ipso testamento dublato uel quantum inde presunserit et insuper duo bine auri talenta aut a qui sua uoce pulsauerit et iudicato. et ponimus ibidem consensum ut in nostro aruitrio deseruia nobis et post ouitum uero meo relinquimus illas a ipsius sanctus iam supernominatus et hunc factum meum plena abea firmitate. notum die quod erit <sup>iii</sup> kalendas octuber. Era <sup>mc</sup> xiii.<sup>a</sup> uiliato manum mea r+o.

qui preses fuerunt uilulfu test. — ro..... test. — froia test. — froila test. — menendo test.  
Ioacino lotauit.

## DXXXV

*Pactum venditionis bonorum immobilium in villa de Ermoriz. Charta autographa, ad Monasterium Petrosense pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1076

In dei nomine ego godina prolis gondesindiz. Ideo placuit nobis per bone pacis uoluntas nulis quoque gentis imperio nec suadentis articulo set propria mea uolumtate ut uinderemus uobis pelaio gundisaluiz ereditate nostra propria que aueo de auiorum meorum et de parentorum meorum nominibus gondesindu in uilla ermoriz subtus castro ouile discurrente ribulo maiore prope lidore maris uindo uobis in ipsa uilla ermoriz mea portione ab integro quantaque ibi auui ubi illa potueritis inuenire cum quantum in se obtine et ominis adprestitum est. et accepimus de uos pretio xxv modios in que nobis bene conplagui ida ut de odie in die ipsa ereditate de iuri nostro sia rrasa et in uestro dominio sia tradita et confirmada. aueadis uos firmiter et omnis posteridas uestra iuri quieto usque in perpetuum. et si aliquis omo ueneri uel uenerimus contra hanc cartula intrumpendum que nos in iudicio deuindigare non potuerimus aut uos in uoce nostra pariemus uobis ipso que in carta resona dublada uel quantum ad uos fueri meliorada et uos perpetim auiturum. Facta cartula uenditionis et firmidatis in die eri <sup>xii</sup> kalendas nouember. Era millesima c xiii. godina prolis gondesindiz in hanc cartula manus mea rro+—u.

Quos uidimus arias test. tructesindu test. guzaluo test. egas ..... suario gotieriz mcnendu benegas manus nostras confirmamus.

ero notuit.

## DXXXVI

*Pactum venditionis bonorum immobilium in villa de Moimenta et in loco S. Fins dicto, prope flumen Paiva. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico extat Archivo.*

1076

Christus. In dei nomine ego principio prolix eriz et uxor mea olalia et filio meo abdela In domino deo eterna salute Amen. Ideo placuit mibi per bone pacis et uoluntas nullum quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metu sed arcessit propria mea uoluntas ut uinderemus ad tibi eximinus abbas hereditatem nostram propria que habemus in uilla quos uocitant monimenta de ipsa uilla <sup>iii<sup>a</sup></sup> quantum nobis quadra inter nostros fratres et eredes et fuit ipsa hereditate de parentorum meorum et uenit in portione filia sua olalia alderediz et fuit ipsa hereditate de lalina et de mater mea ermegundia. et habet ipsa hereditate in uilla monimenta de illa de romarigu ussu de <sup>iii<sup>a</sup></sup> tertia et de parte de domno goerigu de quinta tertia. et ipsas uillas de sancto felize in pauia subtus mons ortigosa discurrente arrogiu territorio gerontio damus a tibi de ipsas hereditates domus montes fontes exitum uel regressum uel quantum ad prestitum ominis in ea est per suis terminis et locis antiquis per ubi illa potueritis inuenire. Et accepimus de nobis in pretium xiii modios in quo nobis bene conplacuit et de pretio apud te nichil remansit in debitum Ita de odie die uel tempore de iure nostro sit abrasam et in iure tuo sit tradita uel confirmata. Et si quis tamen quo fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenero tan de propinquis meis uel extraneis contra hanc cartulam ad intrumpendum que nos ad iudicio deuindigare non patuerimus aut tu in uoce nostra quomodo pariemus ad tibi ipsas hereditates dublatas uel quantum a uobis fuerit meliorata et tu perpetim habituram. Facta cartulam uenditionis notum die quod erit <sup>ii</sup> nonas decembris. Era <sup>mc</sup> xiii<sup>a</sup> principio prolix eriz et uxor mea olalia adrediz et filio meo abdela a tibi eximinus abba in hanc cartulam uenditionis manus nostras ro+—mus.

qui preses fuerunt selges test. — uimara test. — arias test. — lazaro test. — Veremudus notuit.

## DXXXVII

*Pactum venditionis quorundam agrorum, sive partium agrorum, in villa de Moreira. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1076

In dei nomine ego adosinda in domino deo eterna salute Amen. Ideo plaguit mici bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis tructesindo gutierrezi et uxor uestra gumtrode sigut et uendimus mea rratione in meo kasale in karualido quos fuit de mater mea eilo damus ad uobis de ipso kasale de III<sup>a</sup> quarta uobis concedo et mediadade de illa larea de stiuada et abe iacentia ipse kasale in uilla moraria discurrente ribulo leza subtus mons petras rrubias in terridorio portugalensis damus ad uobis illa mea rratione cum cuntis prestationibus suis que in se obtinet et a prestidum ominis est ubique illo podueritis inuenire. et accepimus de uos in precio III<sup>o</sup> modios tamtam ad nobis bene conplaguit. abeatilis illo firmiter uos et omnis posteritas uestras et faciatis inde que uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta uenditionis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipso que in karta rresona dublado et quantum ad uos fuerit meliorado et uos perpetim abituro. Facta karta uenditionis die erit VII<sup>o</sup> kalendas ianuari. Era millesima c xiii.<sup>a</sup> adosinda in ahnc karta uenditionis manu mea + rouorabimus.

pelagio test. — gumzaluo test. — senteiro test.

odoiro test. — gutierre test. — cresconio test.

Zoleiman presbiter notuit.

## DXXXVIII

*Dimidium bonorum acquisitorum, praedio que aliqua haereditaria in villa de Sinfães, Arias Marvaniz Monasterio S. Joannis (de Pendorada) testamento legat. Charta autographa, ad idem Monasterium pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1076

Christus. In nomine domini nostri ihesu christi et sancte trinitatis. Duuium quidem non est sed multis manet in ueritate cognitum hanc notissimum quod ego arias prolix maruaniz qui peccato molle graui depresso eo quod comtesto in uilla cimphanes .... uocitant ipsa uilla in siccario longo et uenit mihi ipsa hereditate in portione de auio meo llalli frater (?) et uxor sua christina sic ipsas de auiorum quomodo de comparadelas et in uilla ..... mea portione ad integro quantaque ibidem habeo et illa bauza prope ualle de carral caua (?) ad integro et de omnia mea ganantia ad obitum meo medietate ad integro per ubi illa potueritis inuenire ad aulam basilice ..... iohannis baptiste que situm est ... uilla nuncupata ordoni et capanellas in ripa flumen durio subtus mons aratros et abent ipsas hereditates iacentias in uilla cimphanes subtus mons muro discurrente ribulo bestionzi (?) contesto in ipsas uillas domus cupus cupas pumares sautus uineas terras rubtas uel barbaras ... as exitum uel regresum et in flumina piscarias tantum mici bene complacuit Ita ut de iure meo ad obitu meo sit abrasam et ad ipsius locum sit tradita uel confirmata abeant fratres qui ibidem habitantes fuerint et uita sancta perseuerauerint pro remedio anime mee et de ipsos domnos qui illas ga...erum. Ego famulo dei arias prolix mauraniz contesto ipsas uillas cum omnis aiuctionibus suis et prestationibus sicut illas conti..... frater lalli (?) et uxor sua christina in suo iure. Siquis tamen quo fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus cumtra hunc nostrum factum infringere uoluerit tam de propinquis meis tam de extraneis in primis siat excumunicatos et a sancta ecclesia sit separatus et cum iuda traditore abeat partem super eos sicut datam et abirom et insuper pariet ipsas hereditates dublatas post partem ipsius ecclesie et iudicato ... duo auri talenta. Factum siriens testamenti notum quod erit III<sup>o</sup> idus ..... quod est era T C XIII. arias prolis emaruanniz in hanc seriens testamenti manu mea ro+—.

qui preses fuerunt —adulfus test. —aluitus test. —pinniolus test. —gundisaluus test.

arias presbiter n (sic) conf. —Veremudus notuit.

## DXXXIX

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in villa de Moreira. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1077

Christus. In dei nomine ego gondesindu presbiter plagui mihi per bone pacis et uoluntas nulis quoque gentis imperium sed probria mici accessit uoluntas ut uindere a uobis trutesido gutirezi et uxor tua gontrode ereidade mea probria que in uilla moraria discurrente rribulo leza subtus mons pedras ruuias terredorio protokalensis et aue iacentia ipsa ereidade in logo predicto que dicen carualido. do a uouis inde de v integra et meia concedo a uouis inde medidate integra cum omnibus suis prestacionibus quantum in se obtine et per uui illa potueridis inuenire. et acepio de uos in preccio xvi modios tantum nobis bene conplagui Ita ut de odie die sia de iuri meo abrrasa et in uestro iure sia tradida et confirimada. ueeadis uos firmiter et omnis posteridas uestras. et si quis tamen aliquis omo ueneri uel uenerimus contra unc factum nostrum inrunpere quesieri que uos in uoce nostra in iudicio non potueridis deuindicare aut nos autorgar pariemus a uouis ipsa ereditate dublada uel quam ibi fueri melioratum. Facta cartula uendicionis xu kalendas februari. Era c xv super m.<sup>a</sup> gondezindo presbiter in anc kartula uendicionis manu mea r+o.

Ic test. gudinu — elias test. — godesteo test. — iemias test. — fernando test. — trutesindo presbiter conf. — uermudu presbiter notuit.

## DXL

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in villa de Arnoso. Charta autographa, ad Morariense Monasterium pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1077

Christus. In dei nomine ego nanti et uxori mea aragunti prolis ramiriz In domino deo eterna sal..... Ideo plagui nobis bone pacis et uolumtas nulo quoque gentis imperio nec suadentis artigulo nec pertimecxentis metum se propria mea accessit uoluntas ut uimderemus ad uouis troytesindo guterizi et uxori uestra gontrode sicut et uendimus ereditate nostra propria que auemus de mater mea gontrode in uila arnoso subtus mons cosoyratus discurrente flumen arnoso in logo predicto uogauulo sancta maria. damus a uouis inde nostra portione de u<sup>as</sup> partes de tertia iii<sup>ta</sup> intrega de ipsa eglesia et in laurdelo ipsa nostra ratione intrega cum omni aprestationibus suis quantum in se obtine et aprestitum ominis est per ubi ila potueritis inuenire et in kasal ubi pepi mora nostra ratione intrega quanta nobis cunpuda inter fratres et eredes. et acepimus de uos in precio viii<sup>to</sup> modios tantum nobis ben conplagui Ita ut de odie uel tempore de iuri nostro siia abrasa et in uestro iure siia tradita et confirmata abeatis uos ila et omnis posteritas uestra temporibus segulorum et sit uenerit uel uenirimus contra anc karta inrunpere au nos au progeni nostre au qualuet omo in uoce nostra e nos noluerimus au uoluerimus auturgare uel deuidigare au uos in uoce nostra como pariemus ipsas ereditates duplatas uel quantum a uobis fueri meliorata. Facta karta uendicionis die erit iii<sup>to</sup> nonas feuerarii. Era c. x. m<sup>a</sup> v.<sup>a</sup> super millesima. nos super ian nominatos in anc karta manus nostra rouo++ro.

Ic testes didagu test. — pelaiio test. — espansandu test.  
didagu notuit.

## DXLI

*Praedium quodam in villa de Cesuras Segerius et uxor Gundisalvo Gutierrez tradunt pro debito quod ab eis reposcebat. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, extat in Publico Archivo.*

1077

Christus. In dei nomine ego segereo et uxori mea gudina Ideo plagui nobis per bone pacis et uoluntas ut faceremus a uobis gundisalbus gutieriz et ad coniungia uestra domna geluira prolix gundisaluiz cartula uinditionis

D. et C. Tom. I.

83

et firmidadis de ereditade nostra probria que auemus in uilla zesuras subtus mons cussuriadu terridorio braga-lensce discuremtem rriuulo arnoso ad logum predictum ic in sautullio et conparamus nos ipsa ereditade de filius de patre muniz per nostro pretio. est in llongo LV passales et in ampio in cima xi passales et in fomdo iii<sup>o</sup> passales et cuuitum. damus a uobis ipsa ereditade pro illo uestro deuidio de illo uinu que a nobis pediades in viii<sup>o</sup> quinales. proinde aueadis uos ipsa ereditade firmiter et omnis posteridas uestras iuri quiedo temporis seculorum. Si quis tamen cot fierit non credimus cot si aliquis homo contra ista carta ad inrompendum uenerit uel uenerimus et nos a parte uestra diuindigare non poduerimus a uos in uoce nostra ad parte uestra comodo pariemus uobis ipsa ereditade dublada in ibso teridorio ubi ipsa ereditade aue iacemtia. notum die erit xiii<sup>o</sup> kalendas martii. Era c xv post millesima. segerco fredenandiz et uxor mea gudina in anc karta firmidadis manus nostras ro++ qui preses fuerunt. zemdamiro test. sesulfu test. gartia test. pelagio muniz testes sumus.

Mirom presbiter notuit.

## DXLII

*Monasterio Cetensi, in villa de Rebordãos sito, donant Unisco, pater, materque ejus bona quamplurima et laica et ecclesiastica. Charta autographa, e tabulario Conventus monastici, da Graça dicti, Conimbricensis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1077

Christus. Domnis inuictissimis hac triumphatoribus sanctisque martiribus sancti petri et pauli et sociorum eius sancti stephani et sancti pelagii et martirem christi sancti ihoannis batiste et sancti michaelis sancti martini confessoris et sancti benedicti sancte dei genitris maria com corum virginum et sancti saluatoris qui inter eos tenet principatum quorum baseliga esse cernitur in uilla robordanos quos uocitant sancti petri subtus mons benidoma discurrente ribulo sausa territorio ancia. Ego famula dei unisco prolix didagu et aliuergu ut deo uouuente (*sic*) et spontanea mente ut facimus textum et scripture firmitatis de omnia hereditate laigale siue cenouios pro remedio anime nostre. ego didagu tructesindiz pro mihi et pro et pro (*sic*) uxori mea aliuergo et pro filiis et propinquis nostris facimus textum et scripture firmitatis pro remedio nostre. hi sunt uillas pernominati uilla ascariz quos fuit de goldregoto faulaz et germano suo gandila faulaz sicut illa conparauit per meo pretio directo quinta de sancto cosmato (?) de balestarios mediatate de sancto andre de ferraria mediatate de sancto saturnio de uallinas et sancto mamete de uallongo ab integro et sancto bartolamei de uallongo ab integro et sancti christofori de canpaniana ubi dicent de reitinto ab integro et sancti felicis de cornado ab integro et mea ratione de acistro de silua scura ab integro et mediatate de sancto ihoanne de campo et mediatate de sancto petro de lubazim et tertia de sancto ieorgio de moraria.

et ego unisco didaz concedo in isto testamento omnia mea hereditate pro remedio anime mee. hi sunt nominatas mediatate de uilla ualeiri de quanta ganaui ibi domno didago et domna aliuergu et sidebarios mediatate et mea quarta de balestarios et mea ratione de mandim et illa ratio ecclesia de ferrari et medietate de sancta logritia que est in riba de aleste et ipsum que testamus et in testamento resonat pro uictum et uestimentum fratribus monacorum diaconorum clericorum confessarum deouotarum qui bona fecerint et in uita sancta perseuerauerint et per consensu de nos et de propinquis uel de sanguinibus nostris et de manus nostras tenerint sicut illa testamus pro ad nos et pro sasanguinibus (*sic*) nostri ad illa ratione que uenit nobis in portione de domna aliuergo sicut iam superius diximus unde merces eueniat in diem iudicii ut cum benedictis ad dexteram uita possideamus eterna. Facta kartula et series hunc testamenti notum die quod erit iii<sup>o</sup> kalendas martii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xv. didagu tructesindiz et filio meo gundisaluiz et unisco didaz in hanc cartula et series testamenti manus r+++-o-uimus.

Pro testes — pelagio test. — uimara test. — alio pelagio test. — Zalama test. — Menendo test.

Icila test. — gundisaluo test. — alio gundisaluo test. — tructesindo test. — vermudo test.

Ramiro tructesindiz confirmo — Odario menendiz confirmo — Didago odariz confirmo.

Aluito abbas conf. — Galindo presbiter conf. — Trasmiro presbiter conf.

Gauino quos uidi et annuntiaui.

Fagildu presbiter notuit.

## DXLIII

*Pactum venditionis agrorum quorumdam prope ecclesiam S. Mametis de Ordoni. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1077

Christus. In dei nomine. Ego uilinu et lusidio munniz placui nobis asto animo et propria nostra uoluntas nullum quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metum set propria nostra accesit uoluntas ut uenderemus ad tibi frater eirigus sicut et uendimus lareas nostras de terra que habemus subtus mons aratos inter bis alueis durio et tamice territorio portogalensis et habent ipsas lareas iacentia subtus ecclesia quod est uocabulo sancti mametis de ordoni in loco predicto in agro arualdi et aue in longo xiii passales et in ampio duos. et concessit eam michi uilinus presbiter pro que dedi michi suum nomen. et uenando (*sic*) eam tibi sine fratre meo et accepi de te in pretio ii quartarios tantum mici bene complacui et de pretio apud te nicil remansi in debitum. It adicimus ad uenditionem ego et fratri mei lusidio ad tibi eirigu ultra illo fontano exeunte de ipso porto una larea que fuit de parentorum nostrorum et aue in longo septem passales et in ampio duodecim. tu dedisti et nos accepimus de te in pretio x quartarios tantum nobis bene complacui et de pretio apud te nicil remansi in debitum. Si quis tamen quo fieri minime credimus ex qualive homo superuenerit uel uenerimus contra hanc kartam ad intrupendum que auctoritas (?) nostra ad iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad tibi ipsa hereditate duplata uel quantum ad tibi fuerit meliorata. Facta carta uenditionis (*sic*) notum die quod erit nonas maii. Era m. c. xv. uilino et lusidio in hanc kartula uenditionis manus nostras ro++.

qui preses fuerunt adulfo test. — addaulfo test. — arias test. — froia test. — pigniolus test.

Michael indignus subdiagonus notuit.

## DXLIV

*Ex libro regestorum, Livro de D. Mummadona, sic dicto, hausimus.*

1077

**Carta de uno casal in villa aldiani ubi dicent auelaneda**

In nomine domini. Ego famula dei itilu cognomento bona pelagii in domino salutem Amen. Annuit mihi spontanea mea uoluntate ut faceremus a uobis dagaredo presbitero et iuliana pelagiz cartula uenditionis et firmitatis de hereditate mea propria que habemus in villa aldiani subtus mons latitu discurrente ribulo sélio territorio bracarense. damus uobis in illa villa i<sup>o</sup> casal quos dicent auenaleda quos fuit de pater meus pelagio sagatiz et conparaui illo de sandinu arias. damus ad uobis illo cum casas vineis pumares cersales ameixenares et cum sua aqua que illo regat quantumque ibidem habuimus. et super illo casal i<sup>o</sup> petazo de terra integro iuxta sancti mami et illo casal et illo petazo cum quantum que in se obtinet et ad prestitum hominis est pro que accepi de uos in pretio xxx<sup>a</sup> v<sup>e</sup> modios ipsum mihi bene complacuit. ita ut ex presenti die et tempore sit ipsa hereditate de iuri nostro abrasta et in uestro dominio sit tradita atque confirmata et quicquid de ea facere uolueritis liberam in dei nomine abeatis potestatem. Si quis tamen quo fieri non credimus aliquis uenerit uel uenerimus contra hanc factum nostrum ad intrupendum que ego in iuditio deuindicare non potuero post parte uestra aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa hereditate duplata uel triplata uel quantum ad uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta cartula uenditionis et firmitatis notum die quod erit x<sup>o</sup> vii<sup>o</sup> kalendas iulii. Era m. c. xv. Itilu plagiz in hanc cartula uenditionis et firmitatis manu mea roboro. Pro test. Menendo test. Gundisaluo test. Dauid test. Pelagius petri notuit.

DXLV

*Descriptimus ex antiquo libro regestorum Monasterii Ecclesiolensis, qui titulum Livro Baio-Ferrando prae se fert.*

1077

**Karta de ordoni**

Hec est carta uenditionis quam ego arias gunsaluiz et ego guntina eriz et ego eluira uenegas facimus uobis nuno suariz et matri uestre eluire nuniz de hereditate nostra propria quam habemus ex parte nostrorum auorum seu parentum in villa de ordini subtus monte outurelo discurrente riulo feuerus territorio portugalensi in terra ciuitatis sancte marie. Ego arias do uobis illam hereditatem de ordoni de quarta quintam minus nonam ab integro. Ego eluira uenegas de illa hereditate de ordini do uobis de quarta sextam integrum. Habeatis illam nos et omnis posteritas uestra cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est ubicumque illam potueritis inuenire suis terminis et locis antiquis ac nouis terminatam ita ut ab isto die et termino sit de meo dominio abrasa et in uestro tradita et confirmata. Et si aliquis homo uenerit uel nos contra hanc cartam ad irrumpendum tam de parentibus nostris quam de extraneis et nos in concilio deuendicare et parti uestre illam non potuerimus aut noluerimus aut uos in uoce nostra quomodo duplemus uobis aut pulsanti uocem uestram et melioratum eius et iudicatum. Facta carta uenditionis <sup>xiii<sup>o</sup> kalendarum iulii. Era <sup>mc</sup> xv. Nos suprannominati arias et eluira illam minibus (*sic*) nostris confirmando roboramus. Qui presentes fuerunt. Osorio test. Suerius test. Zedon test. Nunus test. Petrus test. Pelagius Notuit.</sup>

DXLVI

*Monasterio Araucensi donat Cresconius particulam quamdam bonorum, quae in villa de Pou-sada de Romariz possidebat. Charta autographa, e scrinio Monasterii Araucensis in Publicum Archivum nuper delata, ibi extat.*

1077

In dei nomine ego cresconius plaguit mici per bone pacis et uoluntas ut facere uobis adefonsus abba et fratribus tuis qui sunt remorantes in monasterio de sancto petro textum et scripture pro remedio anime mee de quinta de omne mea hereditate de quanta habeo in villa pausata de romarizi de quarta tertia in uineas in pomares in saulus in terras barbaras uel barbaras (*sic*) in aquas currentes in fontes in montes arbores fructuosas uel infructuosas uel queque ad prestitum ominis est facio uobis donationis pro remedio anime mee et abet iacentia ipsa hereditate subtus montes fuste et serra sicca in villa que uocitant pausata territorio arauca discurrente riulo alarda et diuide ipsa villa pausata cum villa de sancto petro et cum villa de eirizi et ficaritu et cum villa bona et cum pensum et torna unde primiter incoauimus. et si uenerit aliquis omo uel uenerit contra hanc textu scripture aut meos germanos aut meos subrinos aut de propinquis aut de extraneis que pariet ipsa hereditate quadruplata et ad iudice suo iudicato et auri bina talenta uttemasci et in primis eius sit excommunicatus et cum iuda traditor habeat participio ut de odie die uel tempore de nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita et confirmata. si quis tamen sane quod fiere non credimus abeat et teneatis et usque in perpetuo uindictis uos et omnis posteritas uestras quid bonus fuerit aut qui in uita sancta perseuerauerit. Facta kartula donationis mi- idus kalendas agustas In era millesima c<sup>a</sup> x<sup>a</sup> v.<sup>a</sup>

onegildus de romariz test. — erus zacarias de romariz test. — gaton — osoyro de moldes test. — gonde-sindo presbitero.

Godino notuit.

## DXLVII

*Alvitus Petriz bonorum suorum omnium Monasterium Cetense heredem instituit. Charta autographa ad Conventum monasticum, da Graça dictum, Conimbricensem pertinens, in Publico extat Archivo.*

1077

Christus. Domnis inuictissimis hac triumfatoribus sanctisque martiribus et sancte dei genitrix marie semper uirginis et sancti apostoli et sancti pelagii martiris corum basilica esse cernitur in uilla quos uocitant robordanns cognomento sancti petri de ceti. Obinde ego famulo dei aluitu petrici in domino deo eterna salute amen. Ideo placui mihi ut per scriptis facere textum scripture firmitatis ad ipsius loci de omnia mea ereditate quantaque habeo siue de auolenga quomodo de ganantia quantaque habeo in meo iure et omnia mea rem ad integro concedo pro remedio anime mee ut inde merces euenia mihi merces in diem iudicii ut cum benedictis a dextera dei uitam eternam posideat. Et abet iacentia ipsa hereditate inter lauosa et mogaria subtus mons benidoma discurrente riuulo feberos. Et si quamuis fieri non credimus aliquis homo ueneri uel uenerint de generis aut ex progenie mee aut de extraneis aut de qualiu generis homo contra hunc testamentum ad inrumpendum in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore habeat participio in eterna damnatione et pariet post parte ipsius testamenti duo auri talenta et insuper quantum temptauerit duplatum uel tripatum. Factum est hunc series testamenti notum die eri mī idus nouembres. Era m c xv. aluitu petriz manu mea r+o—ui et confirmauit.

Pro testes — Petro test. — Pelagio test. — Menendo test.

Petro subdiacono notuit.

## DXLVIII

*Sisnandus Zolemaz atque uxor testamento carent ut opes utriusque, si filios non relinquerint, ecclesia episcopalis Conimbricensis habeat: si vero filii eis supervixerint, ut ipsa ecclesia in dimidium eorumdem bonorum succedat. Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1077

**Carta testamenti**

In nomine sancte et indiuidue sancte trinitatis. Ego sisnandus zolemaz simul cum uxore mea iusta martiniz facimus cartam testamenti ecclesie sancte episcopalnis sedis colimbrrie ut si unus ex nobis mortuus fuerit sine filii totum quod habuerit in hereditatibus et domibus siue rebus que aut per se aut ab aliis mouentur et cunctis omnino facultatibus tam magnis quam minutis totum detur supradicte ecclesie pro remedio anime eius qui mortuus fuerit. Si autem filius illi remanserit medietatem supradictarum rerum possideat filius et alteram medietatem habeat ecclesia supranominata. et si ambobus nobis sic contigerit amborum facultates isto modo ordinentur. Si uero aliquis propincus aut extraneus uir siue femina hanc nostram uoluntatem euertere uoluerit pro sola presumptione quadruplum eidem ecclesie de suis propriis restituat rebus omne quod auferre temptauerit aut retinere et expers habeatur ab ecclesia et comunione et corporis et sanguinis domini quandiu contumacia permanserit. Qui si irreuocabiliter perseuerauerit maneat ira dei super eum in presenti seculo et nisi resipuerit im perpetuum anathema sit. Facta est hec karta testamenti viii kalendas ianuarias. In era t. c. xv. Nos supranominati sisnandus uno consensu propria manu eam roborauimus.

## DXLIX

*Nobilis homo Pelagius Gundisalviz inventarium bonorum suorum immobilium contexens, eidem inventario notitiam praediorum quae avi sive proavi sui, Gundisalvus Ibn Egas et Flamula, possiderant, proponit. Autographa pagina, ad Petrosense Monasterium pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1077

In era m<sup>a</sup> L<sup>a</sup> v<sup>a</sup> si ganaui domno gundisaluo iben egas et domna flamula ereditates in riba de uauga in diebus domno adefonso rex quando sedia in monte maiore de manu de ille rex et diuisi illas tam de auolenga quam etiam de ganantia.

Ii sunt uillas nominatas de auolenga. sala cum suas salinas que est de insturio in esteiro unde non dam ciuadera ad rex. et de ganantia tertia de alaueiro. de ganantia lali quomodo diuide cum pignero et cum saualanes per illa insula ubi illa conbona sollen facere. de sagadanes quarta. de ganantia padazanes quomodo fui illa de ille comes domno didago et diuide per illa strata maiore et de alia parte diuide per illo termino de sancta maria de lamas et de alia parte cum crestoualanes et cum couelas per illo fontano que discurri pro ad uauga cum suo molino sic ganaui eam ad integro. et de auolengo medietate de sancta maria de lamas quomodo diuide cum padazanes per illo sauuquero que sta in illa coua de riba de uauga et de alia parte per illa lagona de susana per illo bico de sub porto de bell*i* et in suo directo trans uauga et de alia parte per petra de contensa. et de ganantia mediatate de farelanes quomodo diuide cum mazinata et cum eira uetra per uauga et de alia parte cum faramontanos. et illa uarzena que iace inter farelanes et castrelo de quomodo comparauit illa de teton arualdiz. et mediatate integra de castrelo est de ganantia. et quarta de arraual de ganantia. et tertia de faramontanos de ganantia. et tertia de valongo de ganantia. et mediatate de recordanes quomodo diuide cum spinelle et de alia parte cum barriolo et de alia parte cum eiras. et tras agada casal de lausato de ganantia quomodo diuide cum ederoni et de alia parte cum abciquinis per illo fontano que discurri ad illo porto de sancta eolalia. de auolengo faramontanels in riba de certuma. paradella in riba de certuma de auolengo. aurentana in barios de auolengo. mediatate de monasterio de cedarim et de sua uilla. paradella in riba de uauga de auolenga. et quarta de seren de ganantia. et medio de lafasi de ganantia. et quarta de crestoualanes de ganantia. et quarta de sagadanes de ganantia.

In riba de antuana tres quintas de ablacizi de ganantia. et quarta de canellas et de riu sicut quos fuit de mandan. Istan hereditates de auolenga et de ganantia uendini illas domno gundisaluo de ille comes menendo luci qui illa terra imperaba sub gratia de ille rex domno adefonso quia ille dux tenuit regalengo et condadu et mandamento. In rripa de agata in uilla de abolfeiar auilar de abolfeiar ad integro.

Et in ipso anno que columbria prehendebat regem domno fredenando columbria sacarum filios de domno gunsaluo de ipsas hereditates que de sursum resonant suos inuentarios ante regem domno fredenandus et dedit illis ipse rex suos maiorinos didacus tructesindizi et filius suus menendo didazi qui illa terra imperabant qui exquirisent ipsas uillas in ueritate sicut exquisierunt et inuenierunt illas in ueritate quia erant suas de ipsis filios de domno gunsaluo quomodo in ipsis inuentarios resonabant.

In era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xv Si deuindicauit domno pelagio gunsaluizi suas hereditates in tempore domno sisnando qui erat suo inimico et erat domno de tota sancta maria et columbria. Hec sunt ipsas hereditates. in cortegaza media de hereditate de garcia presbiter. et mediatate de hereditate de pelagio louesindizi. et v<sup>a</sup> minus iii<sup>a</sup> de hereditate quas fuit de suario galindizi in ipsa cortegaza ad integro. et in villa ermoricu mediatate de hereditate de iuliana ad integro si in casales quam fora. Hereditate de matre. et hereditate de uimara. hereditate de suario. et ipsa hereditate de illo condato unde abet iii<sup>a</sup> quartas et sua subrina quarta. et hereditate de gundesindo mentonizi. hereditate de mulier de patre osoriquiz. hereditate de gundesindo media. et duas partes de hereditate de tia bellita. hereditate de gunzalbo gardalla et de sua mulier ad integro exceptis illo quinon de ramiro. de ipso casal ut habituauit tio domno tres partes cum suas terras. hereditate de citi arias ad integro. hereditate de icila arianizi ad integro. hereditate de arias eitazi et de sua mulier et de germana et de suos filios ad integro et quarta de illa turre. Istan hereditates abent illas abere filios de domno pelagio que abet de uxore sua domna hermesinda de istas que sursum nominauimus. sine aliis iermanos.

Et que ganauit in ansemir. hereditate de mulier de uermudo ueilaz et petroso quas fuit de tio meo ero uermudizi ad integro. Et viii<sup>a</sup> de tota hereditate de gunzaluo trastemirici et de criazom unde fecit michi filio meo gunzab*o* carta quas fuit de suo auolo. et riba de uauga medietate de golanes.

de hereditate didago baualdizi de mazaria medietate et de alias totas suas per ubi illas potueritis inuenire. et medio de paramio exceptis octaua. et que michi cadeuit de parentela. media de anta et media de trauanca.

## DL

*Pactum venditionis fundi inter villas de Juliano et de Azevedo. Charta autographa, ad Monasterium Petrosense pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1078

Christus. In dei nomine ego tructesindo tructesindizi et uxori mea eldonca menendiz Ideo placuit nobis per bona pacis et proprias nostras uolumtas ut faceremus a tibi enego cidici et uxori tua argio cartula uenditionis per scripture firmitatis sicut et facimus de casalle nostro proprio aluiti et iace subtus castro ..rdella discurrente riuulo ignia et iace ipso cassale inter villa iuliani et cassal de ero et villa azeueto. et uendimus ad uobis de ipso cassale de aluiti medietate integra per suis locis et terminis antiquis per ubi ipsas terras potueritis inuenire cum quanto que in se obtine et aprestitum ominis est uendimus aque concedimus uobis. et accepimus de uos in pretio que nobis bene conplagui xx modios et de pretio apud uos nichil remansi in debitum. uos deistis et nos accepimus. Ita ut de odie die uel tempore sedeat ipsa ereditate de iure nostro abrasa et in uestro iure dominio sit adtradita et confirmata. abeatis uos ipsa ereditate firmiter uos et omnis posteritas uestras usque in seculum seculi. Si quis tamen quo fieri non credimus aliquis omo ueneri uel uenerimus contra hanc cartula uenditionis que nos a parte uestra deuindicare et obturgare non potuerimus aut noluerimus nos comodo pariemus nos ipsa hereditate dublata et quantum ad uobis fuerint meliorata et uobis perpetimabituro. Facta cartula uenditionis notum die quod erit xn<sup>mo</sup> kalendas Februarias in era millesima centessima xvi.<sup>a</sup> Tructesindo et uxori sua eldonza in han cartula uenditionis per scripture firmitatis manus nostras ro++uoramus. et preses fuerunt monio test. fernando test. cresconio test. leuila test.

Petro quasi diagonus notui.

## DLI

*Fafila Sesnandiz dimidium bonorum suorum immobilium tradit Alvito Sandiz, ut ei, aegritudine vel senectute languenti, succurrat, gladio insuper ab codem Alvito accepto. Charta autographa, e tabulario Monasterii Araucensis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1078

Christus. In dei nomine ego fasila sisnandizi carta facio ad tibi aluitu sandizi de hereditate mea propria que fuit de auiorum et parentum meorum et de filio meo uermudo et de progenie nostre et iacet ipsa hereditate in territorio de pennafidele de couas discurrente ribulo sur in loco predicto in laurosa uno casale et in sancta eolalia mea ratione et in uillar de monnio et medietate de sancto genesi que est fundata in ripa ribulo amarantis. et do ad tibi de ipsas hereditates supranominatas de omnia mea ratione medietate integra et in uillar de monnio trans ribulo amarantis contra partes uiseo vi<sup>a</sup> et de alia parte de ipso ribulo amarantis vi<sup>a</sup> et do tibi ipsas hereditates cum omni suo exitu uel regressu in montes in fontes uel cum omni sua prestantia per ubi illa inuenire potueris que des michi adiutorium quantum potueris. et si michi acciderit plaga aut senectute que facias mici aliquo pro de quantum tua potentia fuerit. et accepi de te in pretio una spata cum arriaces franciscos super lauatos argento tantum mici bene complacuit et de pretio apud te nichil remansit in debito. Ita ut de odie die et tempore sint ipsas hereditates de meo iure abrasas et in tuo iure et dominio traditas et confirmatas ut facias de illas quecumque volueris. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus de gens mea propinquis uel extraneis contra hanc cartula ad intrumpendum que ego ad concilium uel ad iudicium post tua parte auctoritate uel deuindicare non possim quomodo pariam ego ad tibi illa hereditate dublata aut ad quem ista carta obseruauerit uel quantum ad tibi fuerit melioratum et tibi perpetimabitura. Facta cartula uenditionis v<sup>o</sup> idus februarii. Era m c xvi.<sup>a</sup> Regnante princeps adefonsus in legione. Mandante ipsa terra monnio ueniegas et suo maiorino didagu cidizi et iudex rando sandizi. Ego fasila in hanc cartula uenditionis ad tibi aluitu sandizi manu mea robora++ui. qui preses fuerunt uimara test. trasmondo test. ordonio test. alio uimara test.

aloitu notuit.

## DLII

*Gelvira Fromariguiz bona omnia quae possidebat a flumine Durio usque ad confinia meridionalia Gallaeciae Monasterio Petrosensi testamento legat. Charta autographa, e tabulario Conimbricensis Universitatis in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1078

Christus. Domnis inuictissimis hac triumphatoribus gloriosisque marliribus sancti petri uocabulo de petro et sancti salbatoris et sancte marie semper uirginis et sancti michaeli arcangeli et sancti petri et pauli siue et duodecim apostolorum sanctorum martirum uirginum et confessorum et eorum reliquie qui ibi sunt uel sacerint recondite. Ego famula dei gelouira ..... ariquiz deouota indigna et peccatorum mole et depressa timentem de peccatis meis et diem extremum transitum quando egressa fuerit anima de corpore et ultimum futurum diem iudicii quando uenerit dominus noster ihesus christus ad iudicandum unicuique secundum opera sua Ego famula dei gelouira damus atque concedimus ad ipsum locum sanctum supernominatum de hereditates quos fuerunt de auiorum meorum egas prolix orotiz et uxor sua eldonza fromariquici et de parentum meorum fromarico (?) beniegas quantasque habemus des flumine durio in parte illa strema tan de auolenga quam etiam et de parentela quan de comparatela siue et de ganamia damus ad illum locum sanctum supernominatum illas hereditates post ouitum meum pro tolerantia fratrum uel sororum qui uita sancta perseuerauerint et ibi abitantes sunt uel fuerint et non damus ibi licentia ad nullam personam in habitum secularem pro nullaque hactio et non mitta illa nullus homo ista scriptura in scripturis alienis set semper pro pa..... habeat rouorem ut exinde merces copiosa accipia ante deum in illa die tremenda iudicii quando dixerit dominus noster ihesus christus ab amatoribus suis — uenite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis preparatum est ab origine mundi —. Ego famula dei gelouira de mea portione quantum mea paupertas est deum offero que acci partem in resurrectione prima in ... secunda mors non h..... in me potestatem qui dicet in euangelio — date ecclesia ..... uouis querite et in ..... pulsate et apperientur uobis —. Et ista scriptura super alias scripturas siue anteriores siue posteriores semper ... confringa ..... Et si aliquis homo ueneri uel uenerimus tam de propinququis (*sic*) quan etiam de extraneis et confringere voluerit hunc factum nostrum in primito sit excommunicatus pellegatus et anathematus et cum iuda scariotes habeat participio et sit turgidus et lebrosus et perdat lucerna amborum frontium et lotos peccatores resurgan et ille nunquam et insuper pariat duo auri talenta et alio tanto in iudicato ad illo qui illa terra imperauerit et hunc factum nostrum habeat firmitatem. Notum die quod erit vii kalendas martii. Era T c.<sup>a</sup> xvi.<sup>a</sup> Gelouira in hoc series testamenti manus mea ro+uoro.

In temporibus rex adefonso fernandici — Et de episcopis spaniensis — Petrus episcopus cadera bragarensis conf. — Diagus episcopus iriensis conf. — Alerigus episcopus tudensis conf. — Abbates domno nagia — Ordonio eriz cum sua congregacione conf. — Gondisalbus galindizi cum sua congregacione conf. — Suario pelagius cum mea congregacione conf. — Gondesindo randulfiz cum mea congregacione conf. — Pelagio erici cum mea congregacione conf. — Pelagio presbiter notuit.

## DLIII

*Pactum venditionis fundi in villa de S. Thomé, parte cuiusdam agri excepta. Charta autographa, ad Conventum monasticum, da Graça dictum, Conimbricensem pertinens, in Publico extat Archivo.*

1078

In dei nomine ego famula dei golouira christouaiz In deo eterna salutem amen. Ideo placuit michi per bone pacis et uoluntas ut faceremus ad uobis domna unisco prolix osoreiz kartula firmitatis de ereditate mea que abeo de auium et parentum meorum in villa sancti thome subtus mons cordoba et ribulo auizela territorio portugaleensis do ad uobis ipsa mea ereditatate (*sic*) quantumque ibi abeo per suis locis et terminis antiquis per ubi illa potueritis inuenire cum quantum in se obtinet et ab omnis aprestitum est extra de illo agro mediano mediatate. et accepit de uos precio viii modios et 1<sup>o</sup> quartario tantum ad nobis bene complacuit. abeatis illa uos firmiter et omnis posteritas uestra usque in temporibus seculorum. Et si aliquis omo nenerit uel uenero contra hanc kartula ad intrupendum que ego in concilio deuindicare non potuero post parte uestra aut uos in uoci mee quomodo

pariemus ad uobis aut ad qui uestra uoce pulsauerit ipsa ereditate dublata et insuper viii solidos et iudicato. Facta kartula firmitatis notum die erit vi kalendas martii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xvi.<sup>a</sup> Ego goluira ad uobis domna unisco in hanc cartula manu mea roboro.

Pro testes. Froila test. aufo test. — Ermorigo test. odorio test.

Gondesindo presbiter notuit.

## DLIV

*Pactum venditionis partis praediorum duorum in villa de Arões. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo. Accedit testificatio a venditicibus (sorores erant due), et a fratre earumdem facta, asserentibus chartam quamdam, quam tradere emptori pepigerant, se in tabulario suo non invenisse.*

1078

In dei nomine ego doradea connomento madredona et germana mea guntrode in domino deo eterna salute Amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut uinderemus ad uobis gunzaluo gutierrezi et uxor uestra geluira sigut et uendimus ereditade nostra propria que auemus in uilla quos uocitant arones subtus mons faro teridorio portugalensis. damus ad uobis in ipsa nulla ereditade quos fuit de rodorigu et de uxor sua godegeua connomento madrecella v<sup>a</sup> media ad integro et de illo kasal de menemdo atanici mediataude minus v<sup>a</sup> damus ad uobis ipso que in karta resona per suis terminis et uicis et locis antiquis cum cumtis prestationibus suis que in se obtinet et aprestidum omnis est ubique illo podueridis inuenire. et accepimus de uos in precio xxx modios in que nobis bene conplaguit abeatis illa firmiter uos et omnis posteritas uestras et faciatis de illa que uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta uendicionis (sic) ad inrumpendum et nos in iudicio deuindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa ereditade dublada et quantum ad uobis fuerit meliorada et uos perpetim abiitura. Facta karta uenditionis die erit pridie nonas marci. Era millesima c xvi.<sup>a</sup> et ibi adicimus uelasco et doradea et guntrode in ahnc karta uendicionis manus nostra+++s.

menendo test. — donam test. — alio menendo.

bonoso test. — didaco test. — astrulfu test.

Zoleima presbiter notuit.

Velasco una pariter cum germanas meas gumtrode et dordia cumnometo madredona placitum facimus ad uobis gunzaluo gutierrezi et uxor uestra die erit nonas marci Era millesima c xvi.<sup>a</sup> pro parte de illa karta que abuimus ad uos auiamus a dare de uila de arones que ad uos iam uendimus et non inuenimus illa in nostro kartario et proinde facio iste placitum que non sakemus inde ad uos nulla scriptura de ipsa ereditate umde uos impedimento abeatis non nos ne aliquis omo in uoce nostra et si minime fecerimus et isto placitum exederimus que pariemus a parti uestra iii boues de xiii xiii modios et iudgado. nos supranominatos in oc placito manus nostra+++s.

Zoleima notuit.

Ic testes. odorio. arias. uimara. rodorigu.

## DLV

*Monasterio Palatioli (de Paço de Sousa) Loderigus presbyter bona sua immobilia, in variis locis sita, quibusdam exceptis, testamento legat. Sumpsimus ex apographo, saeculo XVIII labente descripto, in Academiae nostrae bibliotheca servato.*

1078

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Loderigu quasi presbiter in Domino Deo eterno salutem amen. Ideo placuit michi, per metum mortis, et diem judicii, et penas inferni, et proinde facio vobis patrono meo Sancti Salvatoris de Acisterio Palacioli, et a Sanctorum Apostolorum, et alias reliquias, que ibi sunt reconditas, sicut et

D. et C. Tom. I.

85

facio, textum scripture firmitatis de hereditate mea propria, et est prenominata in Vilarino, in Cophino, Bendoma, de illa que fuit de aviorum vel parentorum meorum, scilicet vi<sup>a</sup> integra con suis generis arborum, et cum quantum aprestitum hominis est, in loco predicto, videramus quantas generis arborum stan in terras alienas, testo inde vobis medietate de illos fructos, foris illas de terreno de Sancto Petro, que testamus ad illo, et de alia parte rio, deinde inter illos auteiros de sistales, et inde super covello, et per illas antas, et super illo molino, et per terminos de Salgueirolo, et de Mirazi, et in villa de Mauros n<sup>a</sup> vi<sup>s</sup> de illa, quos fuit de meo patre, pro remedio anime mee vel parentorum meorum, et habeant sacerdos, fratres, quantos cultatores de ipse Acisterio fuerint, et orent pro me Loderigo si Sanctorum, cui illa eo atesto, ad Deum, que in celis est, pro illos; proinde libera me Deus de manu mortis, et inferni, sicut liberasti sperantes in te. Et qui hunc factum nostrum intrumpere voluerit, pariat quantum inquietare, aut inde presumpserit, in quaduplo post parte de ipso Acisterio, et judicato. Facto testamento notum die quod erit m<sup>o</sup> Kalendas Aprilis, E.<sup>a</sup> m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> x.<sup>a</sup> vi.<sup>a</sup> Ego Loderigo in hanc kartam sive testamenti manu mea roboro. Pro testibus. Gonlado testis. Sesnando testis. Mendo testis.

## DLVI

*Pactum venditionis quorundam agrorum in loco Pinitello dicto. Charta autographa e scrinio Portucalensis Monasterii Monialium S. Benedicti, de Ave-Maria dicti, in Publicum Archivum nuper delata ibi extat.*

1078

Christus. In dei nomine ego domna exemena ideo placuit nobis propria nostra uolumtate ut uinderemus ad uobis abaiube et uxori uestra columba sicut et uendimus ad uobis lareas nostras proprias que abemus in pinitello de iusano et abuimus ipsas lareas de parte de mater nostra domna geluira. est una larea qui iacet leua se de illo casal (?) de ramiru gutieriz et fere in porto de iudeos alia larea qui iace super locriz (?) abet in ampio m<sup>es</sup> pasales alia larca qui iace iusta illo canal abet in ampio n<sup>os</sup> pasales et illa aruptela (?) qui iacet ad petra alua cum suo monte in ..ro et fere in illo iuncal. et accepimus de uos in pretio pro ipsas lareas una pelle quonelia adpretiata in xx modios tantum nobis placuit. abeatis uos et omnis posteritas uestras ipsas lareas firmiter et faciat de ipsas lareas quod volueritis. quis tamen quod fieri non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus tam nos aut progenie nostre aut qualibet generis omo que ad uobis ipsas lareas calumniare quomodo parie ad uobis ipsas larcas dubladas uel quantum uobis fuerit melioratum et uobis perpetimabitura. Facta cartula uenditionis notum die quod erit idus aprilis. Era millesima c xvi.<sup>a</sup> domna exemena in anc cartula uenditionis manu mea ro+. qui preses fuerunt. gondesindo. didaco test. petro test. rodoricu test. gumdiuado test.

gumdisalbo presbiter notuit.

## DLVII

*Pactum venditionis villae de Rio-secco. Charta autographa, e scrinio Viseensis Sedis in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1078

Christus. In dei nomine ego aragunti in domino deo eternam salute Amen. Ideo plaguit mici per bone pacis et uolumptas ut nullus quoque gentis imperio neque suadentis artigulo neque pertimescentis metum sed propria mici adcessit uolumptas ut facere uobis martino aben ihoannes sicut et facio kartula uendictionis de ereditate mea propria que abeo in uilla que dicent riu siccus et abe iacentia ipsa uilla inter uilla que dicent fermellana et uilla que uocitant kanellas et subtus kastro rekaredi discurrente ribulo antuana prope litor<sup>e</sup> maris territorio portugalensis. et abeo ego ipsa uilla de susceptione abiorum uel parentorum meorum. dabo uobis ipsa uilla que iam diximus riu siccus integra in montes in fontes pascuis padulibus exitum uel regressum et cum suas marinas quum quantum in se obtinet et ad prestitum ominis est per ubi illa potueritis inuenire per suis terminis et uicis et locis antiquis. et accepimus de uos precio que mici bene conplaguit id est n<sup>a</sup> mantas facenzales bonas tantum mici bene conplaguit et de precio apud uos nicil remansit in deuito. Ita ut de odie die et tempore sit ipsa ereditate de iuri meo abrasa et in iuri uestro sit tradita atque confirmata. abeadis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. Squis tamen quod fieri non creditis et aliquis omo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula uendictionis ad intrupendum uel kalumniandum et nos in iudicio noluerimus auctorgare uel

deuindigare aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis ipsa ereditate dublata uel tripada uel quantum ad uobis fuerit meliorada et uobis perpetim abitura. Facta kartula uendictionis die erit vi<sup>o</sup> kalendas iulias. Era millesima c.<sup>a</sup> xvi.<sup>a</sup> ego aragunti ad uobis martino aben ihoannes in hanc kartula uendictionis manum mea propria ro+uoro.

Ic testes — diadacu test. — froila test. — uidisilo test. — tedon test. — froila test.

ioannes abba quos uidi manum mea confirmo — ioanne cresconiz quos uidi manum mea confirmo — didagu ioannes quos uidi manum mea confirmo — gauinu eiriquiz quos uidi manum mea confirmo — Suario gutierrez qui est maiurino de rex quos uidi manum mea confirmo.

Gundisalbo presbitero notuit.

## DLVIII

*Bona Menendiz coenobio Sanctae Mariae et Sancti Christophori quintam partem facultatum omnium suarum, tam acquisitarum quam acquirendarum; tum mobilium, tum immobilium, legat. Charta autographa, e scrinio Conventus monastici, da Graça dicti, Conimbricensis in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1078

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego humilis christi ancilla bona proles menendi et geluire offero sancto et uenerabili altari quod est constructum (*sic*) in honore et ueneratione sancte marie gloriose semper virginis et sancti christofori gloriosi christi martiris quintam integrum de omni mea hereditate tam de parentela quam etiam de ganantia quantum ganuai et adbuc dum uita comes michi fuerit ganare et augmentare potuerim si deus permiserit pro absolutione criminum meorum ut penas euadam inferorum et partem merear adipisci in regno celorum inter agmina sanctorum et quintam integrum summa cum diligentia de omni mea retam de omnibus indumentis quam etiam et de iumentis siue de brutis animalibus atque uniuersis pecudibus necnon etiam de pane et uino auro et argento atque uniuersorum generum metallorum et insuper illam meam rationem de uilla riuulo tincto que michi uenit in portione de genitore meo domno menendo integra cum illa mea ganantia quam in ipsa quintana ibi michi concessit mea tia domna unisco sicut iam diximus pro remedio anime mee inreucabile perenniter permaneat hoc testamentum apud ipsum cenouium iam dictum in eternum. Siquis tamen quod fieri non credimus hoc testamentum infringere voluerit in primis anatematizatus permaneat et insuper post partem ipsius cenobii ipsum testamentum in quadruplum restituat et LX libras auri purissimi exsoluat et hoc testamentum in eternum roborem obtinet. Factum hoc testamentum u<sup>n</sup> nonas iulii. Era T. C. XVI. Ego bona humilis christi ancilla hanc scripturam quam fieri iussi manibus meis roboraui. Pro testibus. arias presbiter test. Martinus monacus test. Petrus presbiter test. Suarius presbiter test.

Frater Didacus scripsit.

## DLIX

*Donellus Vaccariciensi Monasterio partem quarundam salinarum vineaeque donat. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptissimus.*

1078

**Donationis carta**

Dominis inuictissimis ac triumphatoribus laureatis sancte marie semper virginis et genitricis domini et duodecim apostolorum et martirum et virginum et confessorum. Ego famulus dei donello do atque concedo ad arcisterio ut uacariza ad uocabulo sancti uincenti de v tallos m<sup>a</sup> integra cum sua uida et de illa uinea m<sup>a</sup> integra per ubi illa concludit et habet iacentiam in algeiara pro remedio anime mee ad monachos et ad fratres qui uitam sanctam perseuerauerint habeant et possideant. et non damus ibi licentiam ad filios nec ad filias nec ex progenie mee qui ipsum quod sursum sonat in testamentum qui non intemplet illos nec irrumpet illum ut qui temptauerit uel irrumperi In primis fiat excommunicatus et cum iuda traditore habeat participium in dampnatione iudicio et habeat anathema arenada hic est non resurgat in diem iudicii et quantum temptauerit uel infringerit que pariet illi duplatum et insuper c solidos. Nodum die quod erit xiii<sup>o</sup> kalendas setembris. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xvi.<sup>a</sup> Ego donellus in hoc testamentum manus meas roboraui.

Qui presentes fuerunt — Auriol test. — Ramirus test. — Facebona presbiter test. — Marcus presbiter conf. — Pelagius presbiter Notuit.

## DLX

*Quintam partem bonorum quee in villa de Alariz possidebat donat Garsia Didaciz Monasterio S. Joannis (de Pendorada). Charta autographa, olim in scrinio ejusdem Monasterii servata, in Publico extat Archivo.*

1078

Christus. Domnis inuictissimis hac triumphatoribus sanctisque martiribus sancti iohannis baptiste et eorum omnium sanctorum qui cum illo sunt recomditi quorum basilica esse uidetur inter bis aluei durio et tamize subtus mons aratus. Ego famulo dei garseani prolis didagus mole peccatorum meorum graue depresus quem in magni die iudicij sum redditurus adfuit michi uoluntas ut facerem ad ipsius domus sancti textum scripture firmitatis de v<sup>a</sup> de omnia mea hereditate quantaque habeo de parentorum meorum et auiorum meorum tan de ganantia quomodo et de comparatela. et habent ipsas hereditates iacentia in uilla alarizi subtus mons lagonella discurrente in fluuio tamize. Siquis tamen quo fieri minine (*sic*) credo aliquis homo uenerit tan de propinquis meis quam de extrancis hunc factum meum infringere voluerit in primis sit excommunicatus et a cetu christianorum sit segregatus et cum iuda traditore habeat partem in eterna damnatione et insuper pariet ad partem ipsius testamenti quantum inquietauerit dublato uel quadruplatum et iudicato et hunc factum meum habeat roborem. Facta est huius series testamenti notum die quo erit nonas setembris. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xvi.<sup>a</sup> Ego famulus dei garsea in hunc series testamenti manu mea r+oborauit.

Cos uiderunt Sisnandus monachus (?) conf. — Veremudu monachus (?) conf. — Petrus monachus (?) conf.

Pro testes garsea test. — romanus test. — Didagu test. — rodorigu test. — pelagio test.

Michael indignus notuit.

## DLXI

*Maior Menendiz Monasterio Sancti Joannis (de Pendorada) omnia bona sua legat, sub conditione, ut ei monachi necessaria ad victimum cultumque corporis in vita praebeant et post mortem eam sepeliant. Nobis textum suppeditavit exemplar, in Academiae nostrae bibliotheca existens, a RIBEIRO descriptum ex autographo, olim in scrinio illius Monasterii existente, nunc vero, ut credimus, amisso.*

1078

In dei nomine. Ego Maior Menendiz facio plazum ad Monasterio Sancti Iohannis de corpus meum et de omnia mea hereditate scilicet unum kasale in Pouves et alio in Cotanes et de meo aver quantum habeo et quantum habuerim. Tali pacto ut me contineatis in vita mea de victimum et vestitum et ego faciam vestram operam quam michi jusseritis. Et accepi de vobis in beneficio una Moura que serviat me in vita mea et post obitum meum veniat ista Moura et mea hereditate et meo aver quantum habuerim ad Monasterio Sancti Iohannis. Si aliquis homo venerit et istum nostrum factum irrumpere voluerit pariet ad Monasterium ipsa hereditate duplata et ista Moura. Et si semen habuerit nullus habeat potestatem super eam Sancto Iohanni. Et qui istum plazum exierit pariet Domino terre d solidos. Facto Plazo mense Setembris. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xvi.<sup>a</sup> Ego Maior Menendiz in hunc plazum manus meas r—o+bor—o. Pro testes Christoforus test. — Ermigius test. — Martinus test. — Egeas notuit.

## DLXII

*Pactum venditionis fundi in villa de Moldes. Charta autographa, e scrinio Araucensis Monasterii in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1078

Christus. In nomine domini ego adosinda in domino deo eternam salutem amen. Ideo placuit nobis per bone pacis et uoluntas nullis quoque gentis imperio nec suadentis artigulo sed propria nostra accessit uolumtas ut fa-

ceremus uobis gauino froilaz et uxori uestra onnega ermigiz cartula uenditionis et firmitatis de hereditate mea propria que habeo de auios uel de mater mea nomine eilo filia de domna senior in villa quos uocitant mollites territorio arauka subtus mons fuste discurrente arrugio moldes et habet iacentia ipsa hereditate in villa moldes. damus uobis inde m<sup>a</sup> integra in casas uineas sautis pumares diuensis padulis pascuis aquis aquarum sessigas molinarum exitus montium accessum uel regressum cum quantumque in se obtinet et ad prestitum hominis est intus et foris per suis locis et terminis antiquis per ubi uobis illa delimitauimus et coram testibus asignauimus et accepi de uos pretium apretiatum in ueritate n<sup>o</sup> boucs de xiiii xiiii modios tantum nobis bene complacuit et de pretio non remansit in debito. Ita ut de hodie die et tempore siat de iudicio nostro abrasa et in iudicio uestro tradita et confirmata et uobis perpetimabituro iuri quieto et omnis posteritas uestra. Siquis tamen cod fieri non creditis et aliquis homo uenerit uel uenerimus ad intrupendum contra hunc factum nostrum que in iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra habeatis licentia aprehendere de me ipsa hereditate dublata uel triplata et iudicato. Facta cartula uenditionis die xii<sup>o</sup> kalendas december. Era r. cxvi.<sup>a</sup> Adosinda prolis cendoniz ad uobis gauino et ad uxori uestra onnega in hanc cartula uenditionis manus meas ro+ui.

Ic fuerunt test. — Fridixilo test. — Patrizello test. — Ioanne test.

Santio test. — Sagato test.

Pelagio peccatori notuit.

In tempore autem regnante adefonso rex in sedis llegione. paternus episcopus in sedis colimbric.

#### DLXIII

*Pactum venditionis decimae partis villae de Paradella. Charta autographa, ad Monasterium Petrosense pertinens, e tabulario Universitatis Conimbricensis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1078

In dei nomine. Ego gundisaluo suariz in a uece persona de uxori sua donaili cognomento bona ploris pelagio et ille gundisaluo per sit (sic) cartula uendictionis per scripture firmitatis facimus a tibi tructesindo tructesindiz et uxori tua eldonza. et facimus ipsa cartula per persolta de ipsa donaili et per suo mandato ante omnes sicut et facimus de ereditate nostra propria que abemus in villa que uocitant paradella subtus castro petroso duscurrente (sic) riuulo fibros. uendimus a uobis de ipsa villa x<sup>a</sup> de mea portione intecra et fuit ipsa ereditate de auiorum nostorum louesendo fromariquiz et uenit inde a mici tanto in mea portione per suis locis et terminis antiquis per ubi illa potueritis inuenire qum quantumque in se obtine et a prestitum ominis est. et deuidit ipsa villa qum sexo aluuo a parte mare per strata maiore et alia parte inter acisterio petroso. pro que accepimus de uos in pretio x<sup>m</sup> modios tantum nobis bene conplagui et de pretio apud uos nicil non remansi in debitum. uos dedistis et nos accepimus. Ita ut de odie die uel tempore sedeat ipsa ereditate de iure nostro abrasa et in uestro dominio sit atradita et confirmata. abeatis uos ipsa ereditate firmiter uos et omnis posteritas uestras iuri quietum in temporibus seculorum amen. Siquis tamen quo fieri non creditis aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula uenditionis que nos a parte uestra deuindicare et obturgare non potuerimus aut noluerimus comodo pariemus ..... ereditate duplata et quantum a uobis fuerint ..... rata. Facta cartula uenditionis x<sup>o</sup> ..... rias in era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xvi.<sup>a</sup> Gundisaluo et donaili ..... nc cartula uenditionis per scriptura fir..... nostras ro++uoramus.

It qui preses fuerunt anssalone test. ero test. Fernando test. .... esindo test.

Petro diagonus notui — Pelagio quos uidit test.

#### DLXIV

*Ex libro Baio Ferrado Monasterii Ecclesiensis sumpsimus.*

1079 (?)

#### Karta ecclesiole

In dei nomine. Ego aluitus presbiter fatio cartam uenditionis uobis fromasuario (sic) fromariguiz de hereditate mea propria quam habeo in villa ecclesiola in agro felgeiras de ipso medietatem integrum ut habeatis uos illam

D. et C. Tom. I.

86

firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. pro qua accepimus a uobis in pretio duos modios tantum mihi placuit et de pretio apud uos nichil remansit pro dare. habeatis ab hac die illam firmiter uos et omnis posteritas uestra ita ut ab hac de meo dominio abrasa in uestro tradita sit et confirmata. Si uero contra hanc cartam infringendam aliquis homo uenerit et ego in concilio deuendicare non potuero aut noluero aut uos in uoce mea quomodo pariam uobis illam duplatam cum suo melioratu. Facta carta uenditionis kalendas marcias. Era m. c. XII. v.<sup>a</sup> Ego aluitu presbiter illam propria manu roboro. Qui presentes fuerunt. menendus fromariguiz test. louesendus fromariguiz test. adefonsus test. zalama test. Sesnandus notuit.

## DLXV

*Pactum venditionis praedii in villa de Lobão. Charta autographa, ad Monasterium Petrosense pertinens, e tabulario Conimbricensis Universitatis in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1079

Christus. In dei nomine ego uimara plagui mici per bone pacis et uoluntas ut uindo ad uobis guisaluo ue-  
negas ereditate mea que abeo in uila lobom de parte de mater mea mediadate ad integro ubi illa potueritis inue-  
nire cun omnia sua bona quantu in se obtinet et ad ominis adprestidum est subtus kastro portella teredorio por-  
tugalens discurrente ribu umia. et acebimus de uos in precio xv modios tantuum nobis bene conplagui et siat  
de nostro iuri abrasa et in uestro iuri tradida. aueatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras et si anc ueneri  
uel uenerimus contra anc factum nostrum kartula ad inrunpendum et in iudicio non autorgauerimus que parie-  
mus illa ereditate dublada uel quantum fuerit meliorata. die eri pride kalendas abriles. Era m.<sup>a</sup> cxvii. uimara ioa-  
niz in anc kartula uendicionis manum mea ro+mus.

qui preses fuerunt — pelagio zendamiriz conf. — gudesteo test. menendo test. fromarigu test.  
suario presbiter notuit.

## DLXVI

*Ex libro Baio Ferrado Monasterii Ecclesiensis decerpsimus.*

1079

**Karta de tarauquela**

In dei nomine. Ego fernandus et eilo prolis de truitu facimus kartam uenditionis et firmitudinis uobis io-  
hanni prolis ataniz de hereditate nostra propria quam habemus in uilla tarauquela subtus monte serpente terri-  
torio portugalensi discurrente riulo discurrente de monte grande. Damus uobis ipsam hereditatem ut habeatis  
illam firmiter uos et omnis posteritas uestra in perpetuum. pro qua accepimus a uobis in pretio duos bracales du-  
platos tantum nobis recipere placuit et uobis dare et apud uos pro dare nichil remansit. Sit itaque uestra ab hac  
ora et deinceps et de iure et dominio nostro abrasa in uestro tradita sit et confirmata. Quod si nos uel aliquis  
homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartam ad inrumpendum et nos in iuditio deuendicare et uestre parti  
concedere non potuerimus aut noluerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariamus uobis ipsam hereditatem du-  
platam et eius melioratum. Facta karta uenditionis XIII<sup>o</sup> kalendarum maii. Era m. c. XVII. Ego fernandus et eilu il-  
lam manibus nostris roboramus. Fernandus test. Brandia test. Didacus test. Pinnoo test. Sesnandus Notuit.

## DLXVII

*Bona quamplurima, tam ecclesiastica quam saecularia, Flamula Suariz Petrosensi Monasterio testamento legat. Charta autographa, ad idem monasterium pertinens, in Publico Archivo, e tabulario Conimbricensis Universitatis delata, custoditur.*

1079 (?)

In nomine domini qui cum eterno patre simul cum spiritu sancto in personis trinus ab omnibus fidelibus in terris ueneratur unus et in celis ab angelicis choris adhoratur et colitur in trinitate semper idem unusque deus. Non est ambiguum sed omnibus hominibus manet patefactum eo quod ego flamula proliis suariz ob honorem et reuerentiam ipsius sancte et indiuidue trinitatis adhuc degente in mea carne pro remedio anime mee de facultatibus meis paruam deo fecit deliberationem. Ideo ego flamula iam supranominato ut partem adipisci merear in celestibus a domino seculis infinitis cum angelis sanctis ofero huic sancto et uenerabili altari quod est digne deo sentialiter fabricatum in monasterio petroso in honorem sancti petri villa pernominata macaneira m<sup>a</sup> ad integrum quantuque ibi abeo de auolos et parentela mea et de illas ecclesias ubi ego abeo parte de durio usque in illa villa de sagadanes tota mea parte ad integrum ubi uobis illas potueritis inuenire. et de toto meo auere mediatate ad integrum pro remedio anime mee siue de iumentas quomodo de pane siue de uino siue de tota mea rem quantumque abuerit. Post ob..... ista hereditate istius aule superius postulante (?) ..... cunctis et seculis seculorum. Et illas ecclesias sianes et depurzeli ad integras. Siquis tamen quod minime credimus fieri aliquis homo uenerit uel uenerimus et tam de extraneis quam etiam de propinquis aliquid generis humanu hoc testamentum intrumpere quesierit pro sola presumptione obiurgatus atque districtus ad iudice post partem ipsius episcopi in cuius iudicio ipsum monasterium persteterit ordinatum aut a partem eius qui uocem eius huius testamentum pulsauerit duo auri talenta quoquatur exsoluere et imperatori terre alio tantu et iudicatum. Et insuper si se corrigere neglexerit tamdiu et sanguinem christi sit excommunicatus et a fide christi separatus. Facta series testamenti notum die erit viii kalendas Magii. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> x.<sup>a</sup> vii.<sup>a</sup> (?) ....mula proliis suariz hoc testamentum propriis manibus meis r+ovoro.

Petro test. — Menendo test. — Svario test.

Gvndisaluo conf. — Menendo conf. — Pelagio conf.

Martinus abba quos uidi.

Pelagio notuit.

## DLXVIII

*Sumpsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1079

**Carta de molino de antoniol quem dedit exemenus et eius uxor**

In nomine domini ueneratione et omnium sanctorum martirum precatio functionum. Ego esemeo frurturio proliis pariterque cum uxore mea susanna dignus filia rogauius fieri et prompto animo firmare obtauimus domino denique admonente didicimus ut semper oram ultimam expectemus et de subitanea transpositione solliciti simus. Ait denique — Veniam ad te tanquam fur et nescis qua ora uenio tibi —. Ait iterum — Nescitis enim quando dominus domum ueniat Sero an media nocte an galli cantu an mane —. Idcirco ultime ore mira dispensatione nobis decreuit ut semper solliciti simus expectare aduentum eius ne forte ueniens ut promisit nos (sic). tales inuenit quales coronare statuit sed quales ultricibus penis deputare predixit quoscumque enim ultimum diem reprobus repperit uenturis incendiis peremniter deputauit et quoscumque paratos regno inuenierit perpetue felicitati sociauit. Et quia post mortem nulli datur penitendi locum nec beneficiandi aditum Idcirco dum uiuimus facimus aliquid ex facultatula nostra iubente domino tribuere ut ait in euangelio — facite uobis amicos de mamona iniquitatis ut cum defeceritis recipient uos in eterna tabernacula —. Et iterum dauid — Vouete et reddite domino deo uestro —. Et iterum — Tua sunt omnia domine que de manu tua accepimus damus tibi —. Quam obrem pro remedio animarum nostrarum iubemus per manus prepositi nostri uel damus petro abbati et ecclesie sancti martini episcopi et confessoris christi unum molinum cum sua uarzena et cum suis aquis et cum suo

monte per illa strada pro gubernatione fratrum uel sororum qui in ordine sancto perseuerauerint et habet iacentiam in antoniol discurrente riuulo ipso territorio colim briense. Damus et confirmamus et si quis hoc uoluerit disrumpere in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore iudicatus et insuper pariet ipsum quod in testamento meo resonat duplatum et indicatum. et hunc factum nostrum plenam habeat firmitatem. Facta series testamenti die <sup>nn</sup> Nonas iulii. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> x.<sup>a</sup> vii.<sup>a</sup> Ego exemeno una cum uxore mea susanna qui hunc testamentum facere iussimus et istis idoneis testibus ad roborandum tradimus et cum manibus nostris roborauius++.

Fremosindus test. — Maruam menendiz test. — Ihoannes cresconiz test.

Truitesindus truitesindiz test. — Menendus scapiz test. — Didadus ihoanniz test. — Martinus Notuit.

## DLXIX

*Villam de Paços donat Eldonza Loveriquiz Monasterio Sancti Joannis (de Pendorada). Autographum exemplar, valde mutilum, apographumque saeculi XII, ambo olim in scrinio ejusdem monasterii servata, in Publico Archivo inveniuntur. Ex autographa charta sumpsimus quae reliqua erant: ex apographo vero quae deerant: litteris attamen quas italicas vocamus haec typis mandavimus.*

1079

Domnis inuictissimis hac triumphatoribus sanctisque martiribus hac gloriosissimis sancti salvatoris sancte marie semper uirginis et sancti iohannis baptiste qui inter eos principatum tenet quorum basilica fundata est in ripa durio subtus mons aralrus. Obinde ego famula dei eldonza prolix loueriquizi memor sum peccatorum meorum quem in die magni iudicij redditura sum racione. Proinde placuit mihi ex tota mea mente et ex tota mea uoluntate ut pro remedio anime mee facio ad ipsius domus sanctus textum scripture firmitatis *de propria mea hereditate que habeo in villa palatio subtus mons asperonis* discurrente in fluvio tamize territorio portucalensis et fuit ipsa hereditate de bona sarrazinizi et uendidit ea ad meo patre Louerigo alderetici per pretio et cartas. Concedo ipsa uilla cum omni sua prestantia sautos pumares figales et amexenales uincas casas exitum accessum uel regressum terras ruptas uel inruptas aquis aquarum per suis terminis et locis antiquis per ubi illa potueritis inuenire. Ita ut de hodie die uel tempore sit ipsa hereditate de iure meo abrasa et ad ipsius domum sanctorum sit tradita uel confirmata. Siquis sane mentis non crediderit et aliquis homo uenerit tam de progenie mee quam de extranee in primis sit excommunicatus et a ceto christianorum sit segregatus et in finem neque communionem sit accepturus et ad illam uocem dominicam que dominus in die magni iudicij erit locutus — Uenite benedicti — sit surdus sed cum iuda traditore erit dampnaturus et pariet quantum inquietauerit dublatum uel triplatum et insuper quingentos solidos et auri binas libras et iudicato. Facta series testamenti notum die quo erit viii<sup>o</sup> kalendas agustas est era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> x.<sup>a</sup> vii.<sup>a</sup> Ego famula dei Eldonça quo fieri elegi uolumtate confirmaui et coram testibus manibus meis ad roborandum tradidi ro+.

qui uiderunt. Anaia froiaz conf. — Garsea sarazinici conf. — Sanzio sarazinizi conf. — Garsea aluitizi conf.

Abdella gatoniz conf. — Abdella anseriqniz conf. — Petrus monacus conf. — Sisnandus monacus conf.

*Micahel presbiter Notuit.*

## DLXX

*Ex Livro de D. Mummadona, sic dicto, desumpsimus.*

1079

**Carta de hereditate de villa palatiolo**

In dei nomine. Ego saluato louerigoz et uxori mea Godina aluitiz in domino salutem amen. Ideo placuit nobis asto animo et proprias nostras uoluntates ut uinderemus uobis domno nostro menendus abba cartula uentionis et firmitatis sicuti et facimus de hereditate nostra propria quos abemus de auiorum uel parentum nostorum. et habet ipsas hereditates iacentia in loco predicto villa palatiolo ubi dicent aucteiro in casal que fuit de aloito cartemiri. leuat se ipsa hereditate de casa iermias eocrizi et torna per larea doninga et infesto per alia larea doninga et uai per carreira antiqua et inde per casal de tia lili inde illo aucteiro et inde per termino de cauto de casal de gundisaluo tructesindiz et inde unde primiter incoauimus. damus atque concedimus uobis ipsa

hereditate vi<sup>a</sup> de ipso casal que conclusimus et vi<sup>a</sup> de fontano de fontenasco pro quo accepimus de uos in pretio x<sup>m</sup> modios. tantum nobis bene complacuit et de pretio apud uos remansit in debito. et est ipsa hereditate in palatiolo subtus mons penna de libro territorio bracharense discente arrogio que discurrit de nantomari. damus uobis ipsas hereditates cum vineis pumares saltus deuinas aquis aquarum cum quantum in se et ad prestitum hominis est et faciatis de ea que uulneritis liberam in dei nomine habeatis potestatem. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc factum nostrum ad inrumpendum que nos in iuditio diuindicare non potuerimus post parte uestra aut uos in uoce nostra quomodo pariemus aut pariet qui talia commiserit quisquis fuerit ipsa hereditate duplata uel triplata et uos perpetim habere. Facta cartula uenditionis et firmitatis notum die idus agustos. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xvii.<sup>a</sup> Nos superius nominatos in hanc cartula uenditionis et firmitatis manus nostras ro+. Pro test. Fremosindo test. Gundesalbo test. Sunilla test. Iulianus gondemari presbitero notuit.

## DLXXI

*Pactum venditionis partis praedii in villa de Moreiró. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1079

Christus. In dei nomine ego gunzaluo<sup>r</sup> pelaizi placui mihi per bone pacis nulis quoque gentis imperium sed probria mici acesi uoluntas ut uindere a uobis trutesindo gutirizi e uxor tua gontrode ereditate mea que aueo de parentorum meorum pelaici ianardizi. aue iacentia ipsa ereditate in uila que dicent morerola rriba de mar discente rriuo llabruia subtus mons castro de boue teredorio portukalensis. concedo inde a uobis de ipsa ereditate de pater meo v integra per ubi illa potueritis inuenire per suis locis et terminis antiquis cum quantum in se obtinet et a prestituim omnis est. do ad uobis alio tamtam quantum et godesteo pelaizi pro que acebi de uos precio xx modios in quo mihi bene conplagui et de precio abut uos non remansit in deuitu ita ut de odie die sia de iuri meo abrasa et iuri uestro sia tradida et confirmada. aueadis uos firmiter et omnis posteridas uestras. si quis tamen aliquis omo ueneri uel uenerimus et unc factum nostrum inrumpere quesieri et nos au uos in uoce nostra deuindicare non potueridis pariemus a uobis ipsa ereditate dublada uel tripada et quantum iui fueri melioratum. Facta kartula uendicionis die xv kalendas setembbris. Era c xvii super Millesima. gunzaluo in anc kartula uendicionis manu mea rouor +o.

Ic test. diegu. menendo test. froila test. gunzaluo test. egas quos uidi — trutesindo presbiter cos uidi.  
Uermu presbiter notuit.

## DLXXII

*Quaestione exorta inter Exemenum, abbatem Monasterii S. Joannis (de Pendorada), et Onegildum super quibusdam bonis immobilibus, quae Monasterio illi Sendila presbyter testamento legaverat, causaque coram judice regio acta, tandem Onegildus agnoscit se injuste egisse, et bonis cedit. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1079

Duuum quidem non est sed multis cognitum adque bene notissimum mane in ueritate eo quo orta fuit intentio inter fratres de sancto ioanne dominus eximinus abba et suos eredes et onegildo et suos eredes super ereditates quos fuit de fredenando et uendidit eas ad fremosindus per pretio et cartas et uenit in portione suos filios nominibus sindila presbiter et eogenia et romarigu et testauit inde sindila sua ratione ad sancto ioanne pro remedio sue anime in face de sua gente et tenuit eas fremosindus in suo iure sanas et intemeratas per tempus et annos et post ipsum suos filios similiter. qualiter surrexit onégildus in sua uoce et de suos eredes sine iussio potestatis et sine saione et presumsit illas de iure de illo testamento et de suos eredes. quando uidit dominus eximinus et suos eredes tale actio qui erat facta per malitia proclamauit se ad ueritate cum ipsos malefactores qui eo testamento inrrumperant et uenerunt in unum ante egas ermitigi qui erat eorum senior inter ambos ribulos et hic assererunt suas uoces ex amborum pars. quando uidit dominus egas tale male que fecerunt increpauit super onegildus et suos eredes et mandauit eos intrare in pactum in tertium diem in sancto pelagio per sagione cidi

D. et C. Tom 1.

87

erigici. quando uiderunt quia non potuerunt stare ad ueritate moti fuerunt ad misericordia et rogauerunt ipsos fratres et ipse sagione et suos eredes de ipsos fratres et ibi fuerunt filii nobiles et ignobiles et fratribus monasticis in pauia et mandauit dominus egas per pietate et a misericordia que iurassent de parte de illo testamento et suos eredes v° omnes in sancto pelagio de fuornos sicut et iurarunt. Obinde ego onegildus in mea uoce et de meos eredes ad tibi dominus eximinus et suos eredes placitum ligale facimus uobis et agnitione per scripture uere firmatis ut deinceps amodo quod erit in idus setembris quod est era Millesima c<sup>a</sup> xvii ut pro parte de ipsa sententia que inter nos fuit que non calumniemus ipsas ereditates de edie in die non per nos non per scripturas non per dominos per nulla forma hominis non nostras posteridas et si minime fecerimus et istum placitum exederimus quomodo pariemus ipsas ereditates dublatas uel tripatas et auri talenta binas libras post parte ipsius testamenti et de suos eredes. onegildus in sua uice de suos eredes in hunc placitum manum mea r+.

quos uiderunt — Garsea ramirici conf. — Fredenando ieremias conf. — Velasco froilaci conf.

ero recemirici conf. — dominus romanus conf. — dominus cartemirus conf.

pro test. — cresconio test. — salamon test.

aluitus test. — adaulfus.

sisnando notuit.

### DLXXXIII

*Godo Muniz, mater Lucidi Sarraciniz, donat filio bona sua mobilia immobiliaque, saecularia et ecclesiastica, partem eorumdem bonorum tamen retinens dum ipsa vixerit, conditionesque quasdam onerosas donationi addens. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico extat Archivo.*

1079

In dei nomine ego godo muniz in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit mihi per bone pacis et uoluntas ut facere uolo ad uouis filio nostro lucidus sarrasiniz et usori eius geluira proliis muneonis textum et scripture firmatis de omnia mea ereditate que aueo de auios et de susceptione parentorum nostrorum in villa quos uocitant uillacoua con aiutionibus et adprestationibus suis que in se obtine et in de villa quos uocitant uillela siue de parentella quan etiam de comparatella cun quantum ad preslitum ominis est per suis terminis et locis antiquis per ubi illa potueritis inuenire subtus mons ordines discurrente arrugio latrom territorio anegie. damus ad uouis ipsa ereditate in de villa quoniam sua ganantia ab integro et uillacoua ab integro in mea uita quantun me computa inter fratres uel eredes. damus ad uouis ipsa ereditate de villa post ouitu uero meo ipsa tertia que sursum resonat in casas in vineas pumares ameisenales sautus figares cubus cubas lectus cadederas mensas petras mouiles uel inmouiles terras rubtas uel baruaras montes fontes pascuis padulibus exitus montium uel regresum et insuper mea ratione de Sancti iacoui de villa petri con aiutionibus suis. et damus ad uouis ipsa hereditate pro seruitium bonum que mihi fecisti et pro ueritate que mihi dixisti et que aueas de me cura et in mea uita auea de uos copertura et in post ouitu meo aueas me in mente in zereum et in oblatione et que des pro mea anima L<sup>a</sup> modios ad asisterius uillanoua. tantum mihi bene conplaguit. Ida ut de odie die uel tempore post ouitu meo siat ipsa ereditate de iuri meo abrasa et in uestro iure sit tradita uel confirmata aueatis uos firmiter et omnis posterioritas uestras iuri quietum in temporibus seculorum et de pretium apud uos nichil remansit in deuilo pro dare. Si quis tamen quod fierit non credimus aliquis omo uenerit uel uenerimus siue de fratribus meis et de propinquis meis etiam uel extraneis que ego ad iudicio deuindigare non potuero quodmodo aut uos in uoce nostra que pariemus ad uos ipsa ereditate dublata uel quantun ad uos fuerit meliorata et uos perpetuam auituri. Facta cartula uendictionis uel donationis notum die quod erit viii kalendas octuber. Era Millesima c<sup>a</sup> xvii. godo muniz in anc kartula manu mea r+o.

Pro test. sarracini test. — pelagio test. — egas test.

Pelagius presbiter notuit.

## DLXXIV

*Pactum venditionis agrorum in villa de Goterres. Exemplar apographum saeculi XII. In eadem membrana, ex qua pactum venditionis sub num. CCCCLXXXV editum descripsimus, hoc etiam scriptum est.*

1079

In dei nomine. Ego gontrode doniz tibi pelagio goterriz et uxor tua odrozia roderiguiz karta vendicionis sicut et facio de duas lareas de terra que comparaui pelagio guterriz in directo de ipso nallo de casalino et duos cabezarios de terra unum in casalino et alio in pumar nouo cum suo castinario. Do uobis ipsa hereditate pro precio que accepi de uos in modios tantum mihi et uobis bene complacuit et de precio apud uos non remansit pro dare. Habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra cum quantum in se obtinet et apprestitum hominis est. et est in villa goterre subtus mons cossoirado ripa nevia territorio brachara. iuri quieto temporibus seculorum. Sed si quis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo uenerit uel uenero tam de meis propinquis quam de extraneis qui hunc factum nostrum frangere uoluerit quomodo pariam uobis ipsa hereditate duplata uel quantum fuerit meliorata. Facta karta uenditionis Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xvii.<sup>a</sup> Ego gontrode in hac karta manus meas roboraui. Qui uiderunt test. Goterre test. Arias test. Iohannes test. Pelagio test. Suerius Notvit.

## DLXXV

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in villa dos Guimarães. Charta autographa, ad Petrosense Monasterium pertinens, e scrinio Conimbricensis Universitatis in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1080

Christus. In dei nomine ego tructesindo prolis cresconio una cum uxori mea palla prolis arualdu ideo placuit nobis per bona pacis et uoluntas nullo quoque gentis imperio nec suudentis articulo neque pertimescentis metu set propria accesis nobis volumtas ut faceremus tiui gudesteu prolis ermyes (?) ycilu et uxori tua palla prolis spasando cum suos fratres uel sorores id sunt pelagio et guntrode et guilu et clementina cartula uendictionis de ereditate que abemus de parte de ioanne gundisaluiz et de uxore sua riquilu et fuit de parentes illorum et comparauiimus illa de illos per pretio quantum digna fuit et damus nobis ad uobis illa per suis locis et terminis antiquis. et accepimus de uobis pretio xl et vii modios ii uaccas et alio qui nobis placuit. et abet iacentia in villa quos uocitant uimaranes suptus mons petroso territorio portugalensis prope litore maris. damus uobis illa cum quantum in se obtine et aprestitum omnis est ut abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quietum temporibus seculorum. et si quis tamen quo fieri non creditis et aliquis omno uenerit uel uenerimus contra hunc factum nostrum ad intrupendum qui nos ad iudicio non potuerimus deuindigare uel auturgare post uestra parte auit (sic) nos in uoce nostra quomodo pariemus uobis ipsa ereditate duplata uel quantum ad uobis fuerit meliorata. Facta cartula notum die quo erit idus ianuarii. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> x.<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> Ego tructesindo et palla ad uobis eredes nostros iam supernominatos manus nostras ro++mus.

Qui preses ibidem fuerunt — Gundisaluo test. serracino test. tructesindo test. ieremias test.

Petro presbiter quos uidit

Pelagio presbiter notuit.

## DLXXVI

*Ex codice, qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, p[re]ae se fert, descriptimus.*

1080

**Carta de hereditate quam habet monasterium in Chaul in termino de Arauea ex parte domine T. egee.**

In dei nomine. Ego menendo odoriz et uxor mea truiu gunzalbiz in domino deo eterna salutem amen. Ideo placuit nobis asto animo integroque consilio ut nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metum sed propria nobis accessit uoluntas ut faceremus ad uobis domna toda benegas sicut et facimus cartula<sup>r</sup> uenditionis de hereditate nostra propria que habemus in villa quos uocitant congustu et habuimus ipsa hereditate de comparadea quia comparauius per nostra carta de sontidi et per nostro prelio. et habet ipsa hereditate iacentia hic in villa congustu subtus mons fuste et de alia parte serrā discurrente ribulo alarda prope castro arauca in loco predicto ubi sui casal de zameiro. concedimus uobis de ipsa hereditate quam ibidem habuit zameiro et uxor sua anilo decima integra per suis locis et uicis et terminis antiquis cum suo exitu uel regresso per ubi illa potueritis inuenire cum quantum in se obtinet et aprestitum hominis est. et accepimus de uos prelio que ad nobis bene complacuit id est xviii modios in prelio aderato et definito tantum ad nobis bene complacuit et de prelio apud uos nichil remansit in deuitum. ita ut de hodie die uel tempore sciat ipsa hereditate de iuri nostro abrasha et in iuri uestro seit tradita atque confirmata. Habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum et faciatis quod uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis et aliquis homo uenerit uel uenerimus tam de propinquis nostris quam de extraneis contra hanc cartula uenditionis ad intrupendum et nos in iuditio noluerimus auctorgare uel post uestra parte deuindicare aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uel parient ad uos ipsa hereditate duplata uel triplata uel quantum ad uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habituri. Facta kartula uenditionis die erit xviii kalendas februarii. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xviii.<sup>a</sup> Ego menendo odoriz et uxor mea trula gunzalbiz ad uobis domna toda benegas in hanc kartula uenditionis manus nostras ro—uorauimus. Didagu test. Pelagio test. Ramiro test. Aluitu test. Sisnandus notuit.

## DLXXVII

*Pactum venditionis villa de Figueiroa. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1080

In dei nomine ego gumzaluo rauparici et uxor sua munia in domino deo eterna salute Amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas nullo quoque gentis imperio neque suadentis articulo neque pertimescentis metum set propria nobis accesit uoluntas ut faceremus ad uobis gumzaluo gutierrezi et uxor uestra geluira kartula uenditionis sigut et facimus de villa nostra propria quos uocitant fikeirola quos ganauius per precio et kartas et abet iacentia subtus kastro argefonsi discurrente ribulo aue in territorio portugalensis. damus uobis illa per suis terminis et uicis et llocis antiquis et cum suas piscarias et suos mulinos in ribulo aue accesu et rregresu et cum tis prestationibus suis que in se obtinet et aprestidum ominis est ubique in illa podueritis inuenire et diuidet cum villa bocumti et de alia parte cum villa celteganus et de tertia parte cum villa lamesinus. et accepimus de uos in precio uno kauallo apreciado in cc solidos tamtam nobis bene complacuit. abeatis illa firmiter uos et omnis posterridas uestras iuri quieto temporibus seculorum et faciatis de illa que uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta uenditionis ad intrupendum et nos in iudicio deuindicare non poduerimus aut noluerimus auctorcare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa ereditade dublada et quantum ad uobis fuerit meliorada et uos perpetim abitura. Facta karta uenditionis die erit xii<sup>o</sup> kalendas februarii. Era millesima c xviii.<sup>a</sup> gunzaluo rauparici et uxor sua munia in anc karta uenditionis manus nostra++s.

qui preses fuerunt — sandino .. ella... test. — ero enuenam dici test. — egas zalamici.  
quimtila ermigici test. — gunzaluo rrideriquici test. — Zoleimam prespiter notuit.

## DLXXVIII

*Filiū cuiusdam Vermudi Quiriaquici, ut heredes patris, facultatibus ab eo relictis inter se divisis, super bonis quae hereditati forte accesserint, superque eorumdem bonorum alienatione passionem conficiunt, addentes, ut si quis heredum orbus a liberis obierit, fratres ad hereditatem vocentur. Charta autographa, è scrinio Monasterii Valerianensis, sive Vaironensis, delata, in Publico Archivo servatur.*

1080

In era millesima c xviii<sup>a</sup> pridie nonas marci coniuncti fuerunt filius uermudu quiriaquici (*sic*) et de ermesinda ic in sancto martino de uiliabredi et diuiserunt inter se suas uillas et sua criazon que abeant iam firmiter ad perabendum et uenit in porcione de ermentro connomento madredona villa palmacianus quamtaque ibi abuit uermudo quiriaquici (?) integra ..... nomine ileuuua filia zamario et ob..... ista portione et si abuerimus a uindere uindamus aut donemus per precio iusto et quamtas ereditades aut criazon. poduerimus ganare de odie die in uoce de uermudo quiriaquici aut de suos parentes aut de suos auolos aut in uoce de uimara eiriquici equaliter sorciamus per simgulas m<sup>as</sup> et si uenerit super ipsas ereditates alica dirturadura de qualive omne que aiudemus nos unus alius con ueritate et si karesquermus inde alicas ereditades sine nostro facto que compleamus (?) nos unus al.... illas ereditades que ..... rremanserit et si unus ex nobis migratus fuerit et semen non relinquerit de directo coniungio (?) torne se ipsa ereditade et ipsa criazon ad illos germanos aut semen (?) qui uibos rremanserint extra illa v<sup>a</sup> qui intret (?) pro sua anima.

Arias uermudici et lledegumdia et ermentro placitum facimus inter nos die erit pridie nonas marcii era millesima c xviii<sup>a</sup> pro parte de ista partitiones que ... emus firmiter in illas et qui minime fecerit et isto placito et diuisione exederit .... karea sua porcione de ..... criaz..... isto placito et diuisione obseru..... nos supra nominatos in oc placito manus nostra+++s. qui preses fuerunt :

gumzaluo ..... arias pelagici. egas tructesindici. menemdo ..... tructesimdo gudinici ic sunt testes.  
Zoleima presbiter notuit.

## DLXXIX

*Quintam partem bonorum quae possidebant, tam mobilium quam immobilium, saecularium vel ecclesiasticorum, Garsia Ramiriz et Ledegundia ejus uxor Monasterio S. Joannis (de Pendorada) testamento legant. Charta autographa, quae in tabulario ejusdem monasterii olim servabatur, in Publico extat Archivo.*

1080

Christus. Domnis inuictissimis hac triumphatoribus sanctisque martiribus hac gloriosimis sancti saluatoris et sancte marie semper uirginis et sancti iohannis baptiste et aliarum reliquiarum quorum baseliga est fundata in ripa durio a radice montis aratri territorio portukalensis urbis anegia. Ego nobis garsea ramiriz et uxori mea ledugundia cidiz plagui nobis ex tota nostra mente et ex nostra uoluntate ut pro remedio animarum nostrarum faceremus ad ipsius domus sanctus textum scripture firmilatis et ad ipsos monacos qui ibi morati fuerint per regula sancta ad obito uero nostro v<sup>a</sup> de quantum que habuerimus in nostro iure. id est in macenaria 1º kasal et in fornello 1º kasal et in riu de gallinas 1º kasal in illa quintana in maurelli 1º kasal in aregos in bahoeiras 1º kasal et in sancto iohanne de ualbono nostra ratione integra siue de criazone quomodo de argento etiam et de pane et uino et ibiciones et alio ganato quanto que habuerimus v<sup>a</sup> integra intret pro remedio animarum nostrarum. et scripsi iam in aliis scripturis una pariter cum mater mea illas alias quantasque habui de parentorum uel auiorum laigarum uel ecclesiarum que sunt inter pauia et alarda. omnia ista et alia que iam supra dixi contesto ad ipsius domus sanctus superius nominati ut ante deum in diem iudicii mercedem plenam accipere mereamur cum omnibus prestacionibus suis cum quantumque a prestitum ominis est et per suis terminis et locis antiquis. Si quis sane mentis non crediderit aliquis homo uenerit tan de filiis quam de propinquis uel extraneis contra hunc factum nostrum ad inrumpendum in primis sit excommunicatus et a cetu christianorum sit separatus quantum persistenter in tan grande facinus et insuper pariet post partem istius testamenti quantum usurauerit quater duplum extra iudicatum et ad episcopum cuius diocesis pertinet istum testamentum tripatum uel quater duplum conponat et ad iudice qui illa terra imperauerit aliud tantum et hunc factum meum plenum habeat roborem. Facta series testamenti sub adeffensi principis spanie et petrus episcopus ecclesie bragarensis notum die erit imº nonas

D. et C. Tom. I.

88

aprilis. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xviii.<sup>a</sup> Garsea ramiriz una cum coniuge mea ledegundia in hanc series testamenti manus nostras r~~+~~~~+~~oboramus.

Quos uiderunt — Eximinus abba conf. — Romanus monacus conf. — Didagus monacus conf. — Monacus monacus conf. — Garseanus monacus conf.

Garsea test. — Ansalon test. — sendamiru test. — Didagu test. — senior test.

Micahelis monacus scripsit.

## DLXXX

*Pactum venditionis agri in loco nobis ignoto siti. Charta autographa, e tabulario Conventus monastici da Graça dicti Conimbricensis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1080

In dei nomine ego suario diaz.....tesido diazi et exemena diazi plaguit nobis per bone pacis et uolumtas ut nullis quoque gentis inperio nec suadentis artigulo nec pertimexetis metum set propria nostra uolumtate ut faceremus ad uouis abaiube et uxor tua columba kartula uenditionis de una laria que abemus de parente nostro diago pelagizi abe ipsa laria iacentia in illa canal super luzrici. damus a uobis adque concedimus pro que accepi-  
mus de uouis in pretio iii modios tantum ad nouis bene complacuit. Ita de odie in die abeatis ipsa laria in uestro iure dominio sia tradita atque confirmata. et si quis aliquis omo uenerit uel uenerimus contra ut factum nos-  
trum ad inrumpendum quesierit aut nos non quesierimus obturgare qomo pariemus ipsa laria dublata uel tripata  
et iudigato. Notum die qod erit vii idus aprilis. Era millesima cxviii.<sup>a</sup> suario et truitesindo et exinea in kartula  
uenditionis manus nostras r~~+~~~~+~~ouoramus.

Pro test. manuel. moniu test. suario test. diagu test. rodorigu test. daniel presbitero qui notauit.

## DLXXXI

*Comes, sive consul Conimbricensis, Sesnandus, cum abbat Petro, ex provinciis moslemicis  
venienti, fundum quemdam in honorem beati Martini dedisset, a prepositis ac apparitoribus suis  
praedio circumscripto, donationem in tabulis tandem scribere jubet. Sumpsimus ex Livro Preto  
Conimbricensis Sedis.*

1080

Svb trino et perpetim manentis nomine uno patris et filii et spiritus sancti. In era m. c.<sup>a</sup> n.<sup>a</sup> Intravit rex dominus fredenandus cui sit beata requies in ciuitatem colimbriam. custodiat illam deus. et prehendivit eam de tribubus (sic) hismehlerarum et tornauit eam ad gentem christianorum cum adiutorio omnipotentis dei. Deinde in diebus illis erexit ipse honorificus rex predictus principem ibi magnum ducem et consulem fidelem domnum sis-  
enandum quem dominus undique exaltet super ipsam ciuitatem ut eam populasset et deffendisset de gente paganorum et ibi sub dei adiutorio saluasset gentem christianorum et deo annuente fecit. Ipso uero ibi morante pre-  
cepit illi dare suis hominibus uillas ad hereditandum et domos ad edificandum et vineas ad plantandum et fuis-  
sent illas hereditates et filiis suis et uxoribus et nepotibus super illius auctoritatem et filiis et neplis. Deinceps  
ego sisenandus sub gratia dei consul illius precepta obseruando omnia adimpleui. Exinde accessit ad me abbas  
dominus petrus de terra paganorum et dimisit eos et elegit terram christianorum et ego eum elegi et cum magno  
honore secundum meam possibilitatem recepi. Postea pecuit a me unam hereditatem nomine sancti episcopi mar-  
tini et confessoris christi ut eam populasset et hedificasset et exaltasset pro sua et pro mea anima. Et ego illi eam  
cum gaudio dedi ut edificet et plantet et de die in diem perseueret. Et ob hoc eligendum transmisi ibi aluazir  
domnum menendum et domnum bellitum et cidi fredaliz meos fideles maiores ut terminassent suos terminos de  
illa ecclesia. Et terminauerunt suos terminos de illa uia forcata quomodo uadit ad illas lacunas de assugeira et  
inde per illam uallem pro ad uillam de froila tosariz usque ad illas assamassas. Inde usque ad aliam assamas-  
sam que discurrit ad illum uallem de abziruel ubi est aqua que discurrit usque in flumen mondeci. et hoc termi-  
nauerunt et ego concessi. et super omnia propter dei amorem hanc cartam tibi facere iussi ut omnes predictas  
habeas et possideas et secundum tuam uoluntatem inde facias et ubi uolueris dare uel adtestare uel alicui ergare  
facias et edificare non desinas. Et si aliquis homo hec facta que fecimus inrumpere uoluerit quantum  
inde usurpauerit tantum per se ueritatem judicii in duplo componat tibi et desuper sit excommunicatus et a  
christi consortio uel ecclesie filiorum separatus et cum iuda traditore habeat portionem et hoc nostrum dictum

uel factum plenam habeat firmitatem. Facta carta firmitatis die septimo kalendas magii. Era m. c. x. viii.<sup>a</sup> Ego tibi eam libenti animo cum propria manu mea roboraui. Ego sesnandus gratia dei consul colimbriensis manu mea scripsi et roboraui+. Martinus notuit. — Aluazir domnus menendus confirmat — Aluazir domnus martinus conf. — Iohannes dominiquiz confirmat — Domnus bellitus conf. similiter — Cidi fredaliz conf. — Zoleiman afflah conf. — Martinus abenatomade conf. — Maruan menendiz conf. — Lopus frater episcopi domni paterni conf. — Daniel rodriguiz test. — Tructesindo abgomariz test. — Zuleiman gudiniz test.

## DLXXXII

*Pactum venditionis bonorum immobilium in villa de S. Thomé. Charta autographa, olim in scrinio Conventus monastici da Graça dicti Conimbricensis, nunc vero in Publico Archivo servata, nobis textum praebuit.*

1080

In dei nomine ego palla prolix eriz et unisconi in domino deo eterno salutem Amen. Ideo placuit mici asto animo adque consilium ut nullis quoquis imperio nec sualentis (*sic*) articulo neque pertimentis medum que est fraudis ingenio set prona nobis asesit uoluntas ut facere ad uobis iermano meo gundisalbo luz sicut et facio cartula uenditionis et firmitatis de ereditate mea propria que aueo de suceptionis parentum meorum in uilla quos uocitant sancti tome subtus mons cordube discurrentem rribulum ..uizella territorium portucalense. Damus a uobis in ipsa uilla de sancti tome de quanta ganantia ibi ganauit auios nostros cidi trasmiriz et arragunti arraniz quantumque ibidem abuimus damus uobis illam ad integrum cum quantum in se obtinet et a prestitum ominis est per suis terminis antiquis ubi illa potueritis inuenire. pro que acepimus de uos in nostro precio 1 kaualo apreciato in m° equas et insuper uno boue de xiii modios tantum nobis bene complacuit ut in dei nomine liuera aueatis illa potestate iuri quieto in temporibus seculorum. et si aliquis omo uenerit uel uencrimus ad imrrumpendum contra hanc cartula uenditionis et firmitatis die erit iii<sup>o</sup> kalendas magii era t c xviii<sup>a</sup> que nos a iudicio deuindicare uel auctorgare non potuerimus post uestra parte aut uos in uestra uoce pariemus a uobis ipsa ereditate dublata uel quantum a uobis fuerit meliorata et uobis perpetim auitura. Facta carta uenditionis et firmitatis die erit iii<sup>o</sup> kalendas magii. Era millesima cxviii.<sup>a</sup> palla eriz in anc carta uenditionis et firmitatis manum mea r+. Pro testes uermuo test. gunsalho test. odorio test. menendo test. ioane notuit.

..... aba confirmo — Guidu didagu confirmo (?).

## DLXXXIII

*Ex libro regestorum Monasterii Ecclesiolensis, Baio-Ferrado sic dicto, descriptissimus.*

1080

**Karta de tarauquela**

Ego esparilli prolis atra cognomento cidi Ideo placuit michi per bona pacis et uoluntas nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescitis metu sed propria michi accessit uoluntas ut faceremus uobis iohanne ataniz et uxor tua eldura kartam uenditionis et confirmationis dereditate mea propria quam abeo de genitore meo atra in uilla quam uocitant tarauquella subtus monte serpente discurrente ribulo durio territorio portugensi. damus uobis ipsam hereditatem integrum quantam hic abeo cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est ubicumque potuerit inueniri suis terminatam terminis antiquis et nouis habeatis uos illam firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. Et accepi a uobis pro illa in pretio lxxx<sup>a</sup> modios tantum michi recipere et uobis dare complacuit Et aput uos pro dare nichil remansit. Sit itaque uestra ab hac die et tempore ut a meo iure et dominio ab hac ora abrasa in uestro tradita sit et confirmata. Et si quis homo ex meis propinquis aut de extraneis irrumpere hanc cartam quesierit uel ego iterum Et illam uobis defendere in concilio ego noluero et concedere parti uestre non potuero coacta a iudice componam illam uobis cum suo melioratu duplatum uel uocem uestram pulsanti. Facta carta uenditionis vii idus maii. Era m. c. x. viii. Ego sparrili illam manibus propriis roboro. Pro testibus. Ermerigu test. Gundesindu test. Tuneandus test. Trastemiru test. Zarnariu test. Mitu test. Astagiu test. Benedictu test. Osoredus test. Didacus test. Sesnandus presbiter notuit.

## DLXXXIV

*Salinas quas prope Villa do Conde possidebat, communicat Adosinda quaedam cum Gundisalvo Gutierrez uxoreque ejus, ut eas ab injustis detentoribus vindicent. Pactio, seu potius obligatio additur, qua ipsa Adosinda promittit, pro se etiamque pro liberis, si partem suam domini vendiderint vel donaverint, eidem Gundisalvo Gutierrez ejusve filiis ac nepotibus partem illam se vendituros vel donaturos. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, extat in Publico Archivo.*

1080

In dei nomine ego adosinda in domino deo eterna salute Amen. Ideo placuit mici bone pacis et uolumtas ut incomuniaremus ad uobis gumzaluo gutierrezi et uxor uestra geluira sigut incomuniamus salinas meas proprias que auemus in foce de aue in uilla quos uocitant uilla comide et comparauiimus illas illas (*sic*) de germano meo uermudo presbiter per precio et karta et abent iacentia subtus kastro sancto ioane discurrente ipso rriuolo aue in territorio portugalensis. damus ad uobis in illa corte noua duas salinas cum sua uida et in illa caunosa mediadade de illo quinione qui fuit de beion gumdulisci quantum in se obtinet et aprestidum ominis est et inter illo castro de sancto ioane et ille carrecalle qui discurre de illa fonte de uilla comide viii salinas cum sua uida. damus ad uobis illas salinas ut baralietis illas et deuindices de alios omnes in quantum podueritis et abeamus per medio ille sal unus cum alios et filiis et neptis nostris sic faciant in cumtis diebus et non mittit ad uobis nulla sopisida mala super ipsas salinas unde uos inpedimento ueniat et si aliquis omo uenerit de alica parte qui a nobis distruua quesierit facere que adiudemus nos unus ad alias et quantum poduerimus deuimdicare per medio abeamus et si minime fecerit et ista karta incomuniationis exederit que carea illa mea mediadate de illas salinas a parti uestra. Facta karta incomuniationis die erit v<sup>o</sup> kalendas iuni. Era millesima c xviii.<sup>a</sup> adosinda in ahnc karta incomuniationis manu mea+.

Ic testes. suario didaci test. — froila pelagici test. — uermudo gumdiuadici test. — auaiupe gumdiuadici test. — iesmumdo fromariquici test. — Zoleima presbiter notuit.

---

Adosimda placitum facio ad uobis gumzaluo gutierrezi die erit v<sup>o</sup> kalendas iunii era millesima xviii<sup>a</sup> pro parte de illas salinas que ad uos incomuniauimus in foce de aue a parte uilla de comide que aueamus illas per medio et non mittamus super illas nulla sopisida mala per nullaque actio et si abuerimus ad uindere aut donare unus ad alias per precio iusto et filiis et neptis nostris sic faciant et si minime fecerit et isto placito exederit que carea sua mediadade post parte de qui isto placito obseruare. adosinda in oc placito manu mea+.

Ic testes. suario didaci test. — froila pelagici test. — uermudo gumdiuadici test. — auaiupe gumdiuadici test. — iesmumdo fromariquici test. — Zoleima presbiter notuit.

## DLXXXV

*Pactum venditionis fundi cujusdam in villa de Espinho. Charta autographa ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1080

Christus. In dei nomine ego godesteu eitazi et gunzalbo et arias et adosinda Ideo plaguit nobis per bone pacis et uoluntas nullis quoque gentis imperio nec subadentis artigulo neque pertimeixentis metum sed probria nobis accessit uoluntas ut uinderemus ad uobis tructesindo gotierizi et uxor tua gontrode ereditate nostra probria que abemus in uilla spino subtus alpe mons sagitella discurrente ribulo uilar territorio portugalensis probe litore maris et abuimus ipsa ereditate de comparadela de elduara cidizi mediadade de sua ereditade sua quantaque abuit in ipsa uilla ian nominada spino que comparauit de illa eita uermuzi et abuit ipsa ereditate de auolenga. damus ad uos ipsa ereditate per suis locis uicos et terminos antigos comodo esparte con brito et con cercedo et de alia parte con anta cum quantum ad prestitum omnis est. et acebimus de uos precio iusto r<sup>a</sup> equa color rosela

apreciada in xxxx modios tantum nobis bene conplaguit et de precio abut uos nicil remansit in deuito abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto temporitas seculorum. et comparauit illa tructesindo gotierizi per persolta de suos eredes. Siquis tamen cod fierit non creditis aliquis omo uenerit uel uenerimus tan nos quan extraneis uel de sanguibus nostris qui unc factum nostrum quesierit intrupere uel infringere aut inmodice temptauerit comodo pariemus illa dublada uel triplada et quantum fuerit ad nobis meliorada et uobis perpetim abitura. Facta cartula uendictionis die erit xi kalendas iulii. Era millesima c<sup>a</sup> xviii.<sup>a</sup> godesteu et gunzalbo et arias et adosinda in anc cartula manus nostras r+++++boramus.

tructesindo godinizi manus meas conf. — gunzalbo pelaiz conf. — egas pelaizi conf.  
osoreo test. — gondulso test. — ero test. — arias test. — gunzalbo test.  
pelagio presbiter notuit.

---

## DLXXXVI

*Monasterio Sancti Martini donat Ximenus Fortuniz molendinum campumque in villa de Antanhол. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1080

In nomine domini ueneratione et omnium sanctorum martirum precacio functionum. Ego semeno fortunio prolis pariterque cum uxor mea sussanna digni filia rogauius fieri et prompto animo firmare obtauius domino denique admonente didicimus ut semper oram ultimam expectemus et de subitanea transpositione solliciti simus. Ait denique — ueniam ad te tamquam sur et nescis qua ora uenio tibi — Et iterum — nescitis enim quando dominus domus ueniat Sero an media nocte an galli cantu an mane —. Idcirco ultime mira dispensatione nobis decreuit ut semper solliciti simus expectare aduentum eius ne forte ueniens ut promisit nos tales inueniat quales coronare statuit sed non quales ultricibus penis deputare predixit quoscumque enim ultimus dies reprobros repeterit uenturis incendiis perenniter deputabit. Et quoscumque paratos regno inuenierit perpetua felicitati sociabit. Et quia post mortem nulli datur penitendi locus nec benc faciendi aditus Idcirco dum uiuimus faciamus aliquid ex facultatula nostra iubente domino tribuere ut ait in euangelio — Facite uobis amicos de mamona iniuitatis ut cum defeceritis recipient uos in eterna tabernacula — Et iterum dauid — uouete et reddite domino deo uestro — Et iterum — Tua sunt enim omnia domine que de manu tua accepimus damus tibi —. Quamobrem pro remedio animarum nostrarum iubemus per manus prepositi nostri uel damus petro abbatis ad ecclesiam sancti martini episcopi et confessoris christi unum molinum cum sua uarzena integra et cum suis aquis et cum suo monte per illa strada pro gubernatione fratrum uel sororum qui in ordine sancto perseuerauerint. et habet iacentiam in antuniol disurrente riuulo ipsius territorio colimbriense. damus et confirmamus. et si quis hoc uoluerit disrumpere in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore iudicatus et insuper pariet ipso qui in testamento resonar duplato et iudicato et hunc factum nostrum plenam habeat firmitatem. Facta series testamenti die m<sup>o</sup> nonas iulii. Era m. c. xviii.<sup>a</sup> Ego semeno una cum uxore mea susanna qui hanc cartam testamenti scribere iussimus facere et istis idoneis testibus ad roboram tradimus et cum manus nostras roboramus+. Tructesindo tructesindiz test. Fremosindo iben azarias test. Maruan menendiz test. Iohanne cresconiz test. Menendo scapiz test. Didacus iohannes test. Martinus Subdiaconus Scripsit.

## DLXXXVII

*Permutatio inter virum et uxorem de bonis immobilibus in villa de Costoias pro aliis in villa de Pinheiro. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1080

In dei nomine ego menendo prolix gumzaluo gudinici et eilo in domino deo eterna salute Amen. Ideo placuit mici bone pacis et uolumtas ut contramudaremus a tui coniungia mea adosinda uilla mea probria que aueo in sancto iacubo de custodias que dedit mici meo amo sandino presbiter ille casal intecro et m<sup>a</sup> de illas terras de domno samdino ubique illas podueritis inuenire. et accepimus de uos pro ipsa uilla alia uilla in pinario que iacet in territorio bracalensis subtus mons antino et diuidet cum uilla samdi. damus ad uobis ipsa ereditade per

D. et C. Tom. I.

89

suis terminis et uicis et llocis ambris cum cumtis prestationibus suis que in se obtinet et aprestidum omnis est ubique illo podueritis inuenire. abeatis illa firmiter uos et omnis posterritas uestras et facialis de illa que uolueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta contramudationis ad inrumpendum et nos in iudicio deuindicare non poduerimus aut noluerimus auctorare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa ereditade dublada et quantum ad uobis fuerit meliorada et uos perpetim abidura. Facta karta contramudationis die erit viii idus iuli. Era millesima c xviii.\* menemdo prolix gumzaluo gudinici et eilo in ahnc karta contramudationis manu mea+.

ordonio enuenadici test. — gumzaluo askariquici test. — rodoricu test. — gutierre test. — uermudo test.  
Zoleiman presbiter notuit.

## DLXXXVIII

*Pactum venditionis partis cuiusdam fundi in villa de Moreira. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1080

Christus. In dei nomine ego adosenda plagui mihi per bone pacis nulis quoque gentis imperium sed propria mihi acesi uoluntas ut vindere a uobis trutesindo gutirrici et uxor tua gontrode ereditate mea que aueo in uila moraria discurrente riuolo leza teredorio portugalensis subtus mons pedras ruuias. concedo a uobis de ipsa ereditate que abui de mater mea elo filia de edonia v<sup>a</sup> integra con suos plantados terras rutas uel baruaras pedras mouiles uel innouiles (*sic*) exitus a mons et regresus a domum per suis locis et terminos anticos per ubi illa potueritis inuenire. et acebi de uos in precio v modios tantum mihi bene conplagui ita ut de odie die sia de iuri meo abrasa et in uestro confirmada. aueadis firmider et omnis posteridas uestras. et si aliquis omo ueneri uel uenerimus et unc factum nostrum inrunpere quesieri et nos in iudicio deuindicare non poduerimus au uos in uoce nostra pariemus a uobis ipsa ereditate dublada uel quantum ioi fueri melioradum. Facta karta uendicionis die erit vii idus iulii. Era c xviii. Adosenda in anc karta uendicionis manu mea r+o.

Ic test. menemdo — gunzaluo test. — pelaui test. — gudinu test. — rodorigu test. — ero test. — Vermu presbiter.

## DLXXXIX

*Fundi, Ameixenedo dicti, tertiam donat Cresconius Arvaldiz, alias Cidi, Monasterio Petrosensi. Charta autographa ad idem monasterium pertinens, et ex tabulario Conimbricensis Universitatis in Publicum Archivum delata, nobis textum suppeditavit.*

1080

Christus. In eologita christi trinita benedicto uiuide qui priscarum eremigarum que pater in filius et filius in pater premisce enim ambobus spiritus sanctus per infinite numquam diuise set semper est uera trinitas inextimabilis est bonitas neque temporum est finiendus seculi Amen. et quid pollicitus est esse dixisti seruum aut ancille uult domini parare. Obinde ego famulo dei cidi arualdiz placuit mici ut in tuo nomine et in tuo amore christe et timore siue metuendum die magni iudicii cum euadere nullus possit set animas omnium tam dignas quam indignas anelare paterent de me ego famulo dei cidi arualdiz uobis dominis inuictissimis sanctisque martiribus bac triumphatoribus gloriosorum martirum sancti saluatoris et uocabulo sancti petri et pauli apostolorum dei cuius baselica est fundata in loco predicto quos uocitant uilla petroso territorio portugalensis et ciuitas (?) sancta maria do adque concedo ..... cresconio .. ad loci illius supernominati siue ad fratres presbiteros sorores uel qui ibidem recti deseruendi fuerint et uita sancta perseuerauerint ereditate mea propria quos ..... cupant amexenedo tertia integra tam de comparadela quam etiam de ganantia quantum inde me computa inter meos fratres et eredes in.....pendium ad ipso acisterio cum quantum in se obtinet et aprestitum omnis est intus et foris per suis locis et terminis antiquis pro remedio anime mee quod facere uolui adimplere possi dando honorem perpetua domino deo qui uiuis et regnas per omnia secula seculorum Amen. Voto promitto dicente scriptura — uouete et reddite domino deo uestro—. Ideo in ipsa deuotione que promitto adimplere possi et de odie die fringere uoluerit in primis sit maledictus a deo et parie quantum temptare uel calumniare in dublo

post de ipsius acisterio sancti petri apostoli et ad iudice iudicato et a potestas in cuius illa terra stantia fuerit alio tantum et hunc textum meum semper habeat plena firmatatem. Factum serie testamentum notum die vi kalendas setembris. Era m.<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xviii.<sup>a</sup> Ego cresconiu prolix arualdiz manu mea r+o— et confirmo.

fromarigu test. — gauinu test. — garcia test.

godemiru test. — menendo test. — cidello test.

cresconio penitente rouoro et confirmo — Petro presbiter notuit.

## DLXXX

*Leoderigus Leoderiquiz presbyter filii sororis vel fratri, sextam partem villae de Loriz, quam hereditario jure possidebat, donat. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico custoditur Archivo.*

1080

Christus. In nomine domini. Sub christi nomine ego leoderigu leoderiquiz ad uobis subrinos meos ero et christoforus et ibrailli in domino deo eterne salute amen. Magnum est enim titulum donacionis in qua nemo actum largitatis intrumpere non potest neque foris legem proicere sed quicquid libenter amplectere. Denique lex canet gotorum. ut rem donata si per presentibus tradita fuerit nullo modo reputatur a donatorem sed per testes et scripture conuincat. Ideo iam supra nominato leoderigus presbiter placui mici per bone pacis et uoluntas nullum quoque gentis imperio sed propria mea uoluntas ut facerem uobis kartula donationis uel persiliacionis de hereditate mea propria que fuit de meo patre leoderigu et habet ipsa hereditate iacencia inter durio et tamize in loco predicto leoderiz subtus mons maurenti discurrente tamice. de ipsa uilla mea vi<sup>a</sup> ab integro per ubi illa potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis abeat uos et omnis posteritas uestras cunctis diebus cum quantum aprestitum ominis est et post obitu meo pro remedio anime mee cereum et oblacionem in domo domini pro me offeratis pro diem sancti martini. et ad carta confirmata accepi de uos r<sup>a</sup> uaca cum suo filio. Ita ut de hodie die uel tempore sit ipsa hereditate de iure meo ..... et uestro dominio sit tradita uel confirmata et uos perpetim habitura. Si quis tamen quo fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenero contra hanc carta ad intrupendum que nos a iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uos (*sic*) in uoce nostra quomodo pariam ad uos ipsa hereditate dublata uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta kartula uenditionis notum die erit xii kalendas nouembris. Era m.<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xviii.<sup>a</sup> Leoderigus prolix leoderiqiz ad uobis subrinosnos (*sic*) meos iam nominatos in hanc kartula donationis manu mea r+o.

qui preses fuerunt — frogia test. — aluitu test. — cidi pelaiz test.

Micahelis notuit.

## DLXXXI

*Pactum venditionis dimidii molendini in loco Antanholt dicto. Charta autographa, e scrip-  
tio Conimbricensis Sedis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1080

In dei nomine ego ego (*sic*) maria prolix iomez placuit mici per bone pacis et uoluntas ut uinderemus ad uobis et facere uobis pelagio eriz cartulam uenditionis de medio de uno molino que abeo de mea eredentia et abe iacentia in loco predicto in antoniol in illa strata qui discurre de sancti iusti pro ad colimbraria et accepimus de uos in pretio vi numos aureos tanto nobis bene complacui ita ut de hodie die aueatis uos illo molino firmiter et omnis posteritas uestra usque in perpetuum. et si aliquis omo uenerit contra hanc cartula uenditionis ad intrupendum que ego uobis autorgue et deuendigue et si uobis nolueri autorgare uel deuendegare que pariemus ad uobis illo molino dublato uel quantum ad uobis fueri meliorato et uobis perpetin auituro. Facta cartula uenditionis mense nouembris. Era m.<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xviii.<sup>a</sup> Ego maria ad uobis pelagio eriz in hanc kartula uenditionis manus meas rouoro+. qui preses fuerunt. Arias fernandiz quos uidi. froila tructiz test. zoleiman fernandiz test. froila gunzaluiz test. aluito citiz test. fernando uetiliz test. — Ero presbiter notuit.

## DLXXXII

*Textum sumpsimus ex libro regestorum Araucensi, Tombo escripto por orden de D. Maior Martins, sic dicto.*

1080

**Karta de hereditate quam habet monasterium in Congusto  
in termino de Arauea ex parte domne T. egee**

In dei nomine. Ego gauino uimarazi placuit mihi per bona pacis et uoluntas nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescenti metum sed propria mihi accessit uoluntas ut facere ad uobis domna tuta benegas sicut et fatio cartula uenditionis de hereditate mea propria que habeo in arauca in uilla quos uocitant congusto in casal que fuit de auios meos zameiro et eileua et de mater mea adosinda et habet iacentia hic in uilla congusto subtus mons fuste et de alia parte serra sicca discurrente riuulo alarda ubi dicent casal de zameiro. uindo a uobis de ipso casal v<sup>a</sup> integra inde a uobis concedo. concedo uobis illa per suis locis et uicis et terminis antiquis cum suo exito et regresso per ubi illa potueritis inuenire cum quantum in se obtinet et a prestitum hominis est. et accepit de uos pretio que mihi bene complacuit Id est x modios tantum mihi bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit in deuitum. Ita ut de hodie die uel tempore sciat de iuri meo abrasa et in iuri uestro sit tradita atque confirmata. Habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto in temporibus seculorum et fatiatis de illa quod uolueritis. Siquis tamen quod fieri non creditis et aliquis homo uenerit uel uenero tam de propinquis meis quam de extraneis contra hanc cartula uenditionis ad intrupendum uel calumpniandum et ego in iuditio deuindicare non potuerim aut uos in uoce mea quomodo pariet uel parient ad uos illa hereditate dublata uel triplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim habituri. Facta cartula uenditionis die erit m<sup>a</sup> idus Decembris. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xviii. Ego gauino uimarazi ad uobis domna tuta benegas in hanc kartula uenditionis manu mea ro—uorauit. Qui preses fuerunt pro testes. pelagio test. Orgildo test. Ramiro test. Egas notuit.

## DLXXXIII

*Pactum venditionis partis quartae praedii cuiusdam in villa de Souto. Charta autographa, olim in scrinio Monasterii de Pendorada servata, nunc in Publico Archivo invenitur.*

1080

Christus. In dei nomine ego lili prolix pinnioliz in domino deo eterne salute Amen. Ideo placui mici per bone pacis et uoluntas nullum quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metu sed accessi propria mea uoluntas ut uenderem ad tibi eximinus abba hereditate mea propria que habeo in uilla sauto et fuit ipsa hereditate de mea matre sunillo et uenit mici in portione et habet ipsa hereditate iacentia in uilla quos uocitant sauto subtus mons asperonis discurrente in fluvio tamize territorio anegia. do ad tibi de ipsa hereditate un<sup>a</sup> ad integro per ubi illa potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis. concedo ad uobis in ipsa hereditate domus cupas cupus uineas figales amesinales sautos pumares piscarias terras ruptas uel inruptas aquarum sesigas molinarum exitum accessum uel regressum quantum a prestitum omnis in ea est. Et accepit de uobis in pretio xv<sup>m</sup> medios in quo mici bene complacui et de pretio apud uobis nichil remansit in debitum. Ita ut de hodie die uel tempore sit ipsa hereditate de iure meo abrasa et in uestro dominio sit tradita uel confirmata. Siquis tamen quo fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenero contra hanc kartula uenditionis ad intrupendum que nos a iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa hereditate duplata uel quantum ad uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta kartula uenditionis notum die erit v kalendas ianuarii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xviii. Lili prolix pinnioliz in hanc kartula uenditionis manu mea r+o.

qui preses fuerunt — aluitu test. — aulfu test. — frogia test.

Micael indignus presbiter notuit.

*In tergo haec additio legitur.*

Filiis de arias baldereiz sunilo matre de lili et oseuio et flamula ermegodo filia de lili. De ipsa portione de ipsa hereditate de flamula medietate quos ganauit munio uenegas per suos moios.

## DLXXXIV

*Pactum venditionis duarum partium fundi in villa de Moreira. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1081

In dei nomine ego letua placui mici per bona pacis nulis quoque gentis imperio se propria mici accessit uoluntas ut uindere a uobis tructesindo guuterizi et usor uestra controe ereditate mea propria que abuit de parentorum meorum in uilla moraria discurrente ribulo leza suctus mons petra rubias territorio portucalensis. abe iam cemtia in loco preuicto in ilo casal de germias desteriquizi. concedo inde a uobis obtaua inteca illuc refontaria et de ilo casal iusta ilo riu que sparte con mosterio in ripa de ilo riu conzedo inde a uobis alia obtaua per suis locis et terminis antiquis exitus a mons reclesus a domu per uila potueritis inuenire et con quantum in se octine et a omnis omo prestium est. et acepimus de uos precium x boues de ila fituria que a uobis exedimus tantum mici per bene complacui et de precium apud uos non remansi in deuito. Ita ut de odie die sia de iuri meo abrasa et in uestro iuri sia tradita et confirmata. abeatis uos firmiter et omnis posteritas uestras. et si aliquis omo ueneri uel uenerimus et um factum nostro inrumpere quesierit et nos in iudicio deuidicare non potuerimus au uos in uoze nostra pariemus a uobis au qui uoce ..... pulsauerit ipsa ereditate dublada uel tripata uel quantum ibi fuerit melioratum. Facta karta uendicionis die erit viii idus kalendas abrili. Era cxviii. letua in anc kartula uenditionis manum mea rouor+o.

Ic test. froila — mirom — pelaiu — sauaricu — test. sumus — pelaiu — osoreu — adaufu — louegildo.

Gunzalbo conf. — fromarico conf. — tructesindo presbiter conf. — uermuu presbiter conf.

Menimdo presbiter notuit.

et damus a tiui ttruitesimdu gutierici in oflecione lemco de xiii couetos et vii quartarios de tricu....

## DLXXXV

*Sponsae suae Unisconi donationem amplissimam ante nuptias Gundisalvus Luz efficit. Descripsimus ex codice, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira T. i p[re]ae se fert.*

1081

In principio creavi Deus coelum et terra, tera autem erat inanis, et spiritus Domini ferebatur super aquas et dicit quoque Deus fiat lux, et facta est lux, et fecit quoque Deus quod est bonum super terra, et ait : faciamus omnem ad imaginem, et similitudinem nostram; et fecit Adam et nom bonum solum omo, sed faciamus adjutorium tulit prima de costis ejus, et fecit adjutorium similem ejus, et ait, set primo est caro, et dixi Deus : dereliqueret omo Patrem et Matrem et aderevi uxorem. Et ego Gundisalvus luz dou a tivi dulcissima mea Vnisconi Prolix sosediz in titulum dotis; Villas pronomina[n]tas inter Limia et Katavo Villa Quiriaz cum ajunctionibus suis; Villa Argunli cum ajunctionibus suis : Villa Gallegus cum ajunctionibus suis : Villa Frigida cum ajunctionibus suis : Villa mediana cum ajunctionibus suis : inter Katavo et Ave : Villa Berulfi cum ajunctionibus suis : Villa Costodias cum ajunctionibus suis : Villa Vaxerla cum ajunctionibus suis : Villa Lausata cum ajunctionibus suis : Villa Penso cum ajunctionibus suis : Villa Abregam cum ajunctionibus suis : Villa Peso cum ajunctionibus suis : Villa Benedicti cum ajunctionibus suis : Villa Gomariz cum ajunctionibus suis : Villa Kastellarius cum ajunctionibus suis : et inter Ave et Durio : Villa Pampellitu cum ajunctionibus suis : Villa Foce de Leza cum ajunctionibus suis : Villa Quiriaz cum ajunctionibus suis : Villa Lauseira cum ajunctionibus suis : Villa Lauretu cum ajunctionibus suis : Villa Felgosa cum ajunctionibus suis : Villa Cornadu cum ajunctionibus suis : Villa Refoios cum ajunctionibus suis : Villa Vimaredi cum ajunctionibus suis : Villa Pasaeela cum ajunctionibus suis : Villa Argemir cum ajunctionibus suis : Villa Rout Clarius cum ajunctionibus suis : Villa Santo Tome cum ajunctionibus suis : Villa Negrellus cum ajunctionibus suis. Et inter Durio et Mondego Villa Oles cum ajunctionibus suis : Villa Exu cum ajunctionibus suis : Villa Abricumka cum ajunctionibus suis : Villa Gaiatit cum ajunctionibus suis : Villa Azeveta cum ajunctionibus suis : Villa Azevetusu cum ajunctionibus suis : Villa Petroso cum ajunctionibus suis : Villa Nogaria cum ajunctionibus suis : id et pronomina[n]tos mancipientes, et mancipientes Menendo cum filis, et nebtis : Bellita cum filiis et neptis : Guiscalco cum filiis et neptis : Grado cum D. et C. Tom. I.

90

filiis, et neptis : Adelfo cum filiis, et neptis : Pepi cum filiis, et neptis : et Eromo cum filiis, et neptis : Fromarigu cum filiis, et neptis : Villivado cum filiis, et neptis : Odorio cum filiis, et neptis : Erinius cum filiis, et neptis : Osevio cum filiis, et neptis : Zoderedo cum filiis, et neptis : Petro cum filiis, et neptis : Aragunti cum filiis, et neptis : Gundesindu cum filiis, et neptis : Salvator cum filiis, et neptis : Cidi cum filiis, et neptis : Petro cum filiis, et neptis : Speciosa cum filiis, et neptis : Kavalos cum frenis, et celas numeratos viginti : Hecoas numeros sex : Vestitus natrom quales omnes pertine. Vaccas Bitulatas quadraginta ; Pegora permista numerum tercentum. Et ego Gundisalvo Luz cunjungia mea Vnisconi juxta portione de ipso qui in dote resona vel in carta, et me compota inter fratres vel eredes, ut aveatis vos, et omnis posteritas tua juri pereni : notum die erit octavo Kalendas Magii era milesima centesima decima nona. Gundisalvo tivi Unisco manum mea ro-voro. Qui presentes fuerunt. Suario testes vidi. Sunila testes vidi. Odorio testes vidi. Lovesindu vidi et notuit.

## DLXXXVI

*Pactum venditionis partium quarumdam duorum fundorum in villa de Tavosa, agris quibusdam exceptis. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1081

..... animia suariz cartula vinditionis et firmitatis facio a uobis ..... sindo guteriz et euxori uestra domna gontrode de ereditate mea propria .. e aueo in uila teuolosa subtus mons cussuiratu territorio bragarense discurenten ribulo arnoso in ipsa uila teuolosa. et abeo ipsa ereditate de auia mea domna bellita. do a uobis inde de vi<sup>a</sup> v<sup>a</sup> extra illa larea desuper illo ualo que abe gumdisaluo guttierizi et extra illias de illo uiniale et de semental et de illo fogolo et de alia vi<sup>a</sup> de odrocia cendamiriz que aheo de comparadela de vi<sup>a</sup> v<sup>a</sup> et de vi<sup>a</sup> vi<sup>a</sup> do a uobis ipsa ereditate con quantum in se octine et ad preslitum ominis est per ut illa potueritis inuenire per suis locis et terminis antiquis pro que accebio de uobis precio x modios tamtam a nobis bene complacui. Ita u de odie in die uel tempore sia de iuri nostro abrasa et in uestro iure tradita uel confirmata. abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras. si quis tamen quod fieri aliquis omo ueneri uel uenerimumus (sic) ad intrundendum contra unc factum nostrum que nos in iudicio deuindicare non potuerimus au uos in uoce nostra comodo pariemus a uobis ipsa ereditate dubrata uel quantum a uobis fueri meliorata. Facta cartula vindicionis uel confirmationis notum die erit iii nonas magii. Era millesima cxviii.<sup>a</sup> animia suariz in anc cartula manus mea r+o.

qui preses fuerunt. osoreo pelaiz quos uidi. arias rodoriquiz quos uidi. mito arias quos uidi. suario arias quos uidi.

pelaio test. — uimara test. — louesindo test.  
uermudu notuit.

## DLXXXVII

*Pactum venditionis partis dominii ecclesiae Sancti Cosmadi in villa de Gemunde. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1081

Christus. In dei nomine ego pelaio eriz et eiu framilaz ideo plagui mibi per bone pacis et uoluntas ut faceremus a uobis tructesindo gutierrez (?) et uxori uestra guntrote garsia cartula venditionis et firmitatis de ereditate mea propria que abeo de subceptionum parente nostro ero gundesinz ic eglesia sancte cosmate et abet iacentia in villa gemundi subtus monte faro discurrente ribulo exatones territorio portucalensis prope litore maris de ipsa eglesia viii<sup>a</sup> que foi de pater meo ero et viii<sup>a</sup> que comparaui de louesindo suariz et de ipso casales que iacen trans ipso riu ad intrego cun quantum in se obtine uel omnibus aреститum est. et acepimus de uos pretio aderato et definito viii boues de xiiii xiiii modios tanto a nobis bene complagui. abeatis uos firmiter et hominis (sic) posteritas uestras iuri quieto. si quis aliqui homo uenerit uel uenerimus contra anc cartula venditionis ad intrundendum et nobis a uobis deuindicare non potuerimus post uestra parte aut uos in uoce nostra comodo pariemus ad uobis ipsas ereditates dublatas uel tripatas uel quanto uobis fueri melioratas et insuper alio tanto in iudigato et uobis perpetuauitrum. Facta cartula vindicionis et firmitatis in die erit xv kalendas Setembris in era m cxiij.<sup>a</sup> pelaio et eiu

in anc cartula uinditionis et firmitatis manum mea ro+++. quidem presentes fuerunt. diagu guncalbiz manum mea conf. alio diagu aluitiz conf. — egareo test. — menendo test. — martino test. — gundisalbo presbiter notuit.

## DLXXXVIII

*Pactum venditionis fundi in villa de Milheirós. Charta autographa, e tabulario Sedis Vi-seensis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1081

Christus. In nomine domini ego sagildu et uxor mea uniscu salute in domino deo eterna amen. Ideo placui nouis per bone pacis et uoluntas ut nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimexentes metum set expontaneanea (*sic*) nostra uoluntate ut facere nouis senior domno martino kartula uel confirmationis de illa ereditate quos comparaui de pelagio et de uxor sua truilo et aue iacentia ipsa ereditate in uilla milleirolos subtus mons ciuitas sancta maria discurrentes riuulo ouar territorio portugalensis. damus et confirmamus uobis ipsa ereditate ab integro in casas pumares uineas sautos terra ruptas uel baruaras exitus montium accessum uel regressum aquas aquarum uel sesigas moliarum uel quantum aprestitum ominis est ipsetine (*sic*) confirmamus uobis ipsa ereditate pro que comparamus illa in uestro ganado pernominatu id est in uaccas de xv xv modios et uno boue de xiii modios et una equa media in xx modios tantum ille complacui. et de precio nicil remansi in deuito pro dare. Ita ut de odie uel tempore sia ipsa ereditate in uestro iure uel dominio traita aque co[n]firmata et uos perpetim auiturum. aueatis uos illas firmiter et omnis posteritas uestro iuri quietum usque in perpetuum. et nos (*sic*) si quis tamen non creditis aliquis omo ueneri uel uenerimus contra unc factum nostrum ad inrumpendum et in concilio deuindicare non potuerimus tunc pariemus uouis ipsa ereditate duplata uel tripata uel quantum a uouis fueri meliorata et unc factum nostrum semper auea rouore et plena firmitate. Facta karta uel confirmationis in die quo erit idus septembres. Era i. c xviii.\* ego sagildu et uxor mea uniscu in anc karta uel confirmationis manus ro+uoramus uel confirmamus.

qui uiderunt pro test. — suario tetoniz test. — desterigu test. — rodorigu test. — spasandu test. — Hermigildu presbiter notuit.

## DLXXXIX

*Tructesindus Tructesindiz filiusque Pelagius Tructesindiz omnia bona sua, mobilia et immobilia, Monasteriis Petrosensi et de Villacova testamento legant. Quid vero sit faciendum, si cuidam donatorum progenies fuerit superstes, praescribunt. Charta autographa, ad Monasterium Petrosense pertinens et ex tabulario Conimbricensis Universitatis in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1081

In nomine sancte et indiuidae trinitatis ego famulus dei tructesindus tructesindiz una cum filio meo pelagio tructesindiz placuit nobis prona mente et propria uoluntate propter amorem dei et pro remedio peccatorum nostrorum ut faceremus kartam testamenti sicut et facimus de omnibus hereditatibus et de cunctis rebus nostris de cunctisque diuitiis quas habemus ut si in die mortis nostre post nos aliquod ex nobis non remanserit semen legitimum deseruiant cuncte nostre hereditates et omnes nostre diuicie ad locum monasterii petrosi in quo ad honorem dei recondite esse noscuntur reliquie cruoris domini et semper virginis sancteque dei genitricis marie et sanctorum apostolorum petri et pauli quorum basilica sita est in uilla que dicitur petroso subtus castro petroso secus riuulum fibros de alia parte iuxta saxum album in territorio portugalensi inter flumen durium et ciuitatem sancte marie. Et notum ibi facimus quia testamus uillam laureto cum uillacoua ad integrum quantum ibi habemus ad monasterium uillecoue et nostram rationem de villa maiore ad locum sancti mametis qui in ipsa uilla est et damus nostram ipsius loci sancti mametis cum ipsa uilla maiore ad supradictum monasterium petrosi. Si uero ex nobis semen legitimum remanserit qui nostra bona accipiat deseruiat integra pars quinta omnium hereditatum nostrarum et medietas cunctarum facultatum ad supranominatum monasterium extra uillam maiorem de qua deseruiat quinta pars ad sanctum mametem et de sancto mamete nostra ratio ad petrosum. De uilla uero laureto et de uillacoua deseruiat quinta pars ad monasterium uillecoue. Igitur adicimus ut si peccato impe-

diente per inuidiam diaboli ipsut monasterium petrosi aut illut de uillacoua partitum fuerit a laicis deseruant ista omnia que mandamus ad nostras rationes in ipsis monasteriis seruis dei qui ibi habitauerint. Si uero ibi serui dei in comune uixerint communiter cuncta possideant. Siquis uero cuiuslibet generis homo aut mulier aduersus hoc nostrum factum contrarius extiterit non habeat licentiam per nullam assertionem sed pro sola presumtione quadruplo pariat eaque auferre temptauerit et quandiu in hac temeritate permanserit sit excomunicatus et anathema a deo et omnibus sanctis eius et hec scriptura perpetuum habeat roborem. Facta karta testamenti die dominica hora fere n<sup>a</sup> luna xxiii<sup>a</sup> n kalendas nouembris. Era i. cxviii.<sup>a</sup> in diebus regis domni adefonsi regente domno sisnando aluazir urbem colimbrie habitante episcopo domno paterno in columbria. Facta est in supradicto monasterio petrosi. ego tructesindus una cum filio meo pelagio manibus nostris robora++mus. In presentia domni gudini abbatis ipsius monasterii.

Hii testes sunt. Tructesindus test. — Monnius test. — Pelagius test. — alius pelagius test.

Ego rodorigus manu mea confermo — Ego menendus manu mea conf. — Sisnandus manu mea confirmo  
Ego menendus pelaiz confirmo.

Pelagius scripsit.

---

DC

*Ex libro regestorum Araucensis Monasterii, qui titulum Tombo escripto por ordem de  
D. Maior Martins pae se fert, descriptsimus.*

1081

**Carta de hereditate quam comparauit monasterium in pala et in fornelo  
in termino de Arauca**

In dei nomine. Nos filiis felix et mater nostra guilo aroniz Id sumus ero menendo eilo argilo maria placuit nobis per bone pacis et uoluntas nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria nobis accessit uoluntas ut uinderemus tibi gudino abba et fratribus tuis de sancto petro de arauca sicut et uindimus uobis ereditate nostra propria que habemus de parentorum et auiorum nostrorum que nobis euenit de mater nostra guilo. et iacet ipsa hereditas in territorio arauca in villa romarizi in loco predicto in casal de palla et fornello de ipso casal octaua integra uobis uendimus cum omni sua prestantia ubi illa inuenire potueritis per suis terminis et locis antiquis et alias lareas multas et bonas in toto romariz intus et foris exitu et regressu. et diuidet ipsa hereditas cum termino de sancto petro et cum villa penso et per figarito et cum ecclesia sancti saluatoris et cum castro et inde per termino de sancto petro unde primiter incoauimus. vendimus uobis ipsa villa de romariz quanta hereditas ibi habemus. et accepimus de uos pretio xxx modios in que nobis bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit in debito. ita ut de hodie in denante sit ipsa hereditas de iuri nostro abrasa et in iure uestro sit tradita et confirmata iuri quieto temporibus seculorum. Et si aliquis homo uenerit de qualibet pars qui uobis ipsa hereditas calumniare uel inrumpere quesierit que nos ad iuditio uel in concilio post parte uestra ipsa hereditas auctorigare non potuerimus que pariemus uobis ipsa hereditas dublata uel quantum uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta kartula uenditionis notum die m<sup>o</sup> idus nouembris. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xviii.<sup>a</sup> Regnante adefonso principe in omni spania. Iudex in arauca Iusto dominiquiz. Ero menendo eilo argilo maria in hanc cartula uenditionis que fieri elegimus manus nostras ro+ + + + + mus. Qui preses fuerunt. Ederonio test. Louegildo test. Pelagio test. Aluitu test. Godinus presbiter scripsit.

## DCI

*Egas Moneoniz, testamento suo peracto, sororem ejus Ermesindam procuratricem bonorum et tutricem filiorum, quos, morte superveniente, forte relicturus, constituit, aliaque quasi codicillaria praescripta electioni tutricis addit. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico extat Archivo.*

1081

Ego egas prolis moneonis placito facio simul et uerbo a tibi germana uel soror mea domna ermesinda prolis moneonis erit die II kalendas decembris era MCXVIII.<sup>a</sup> et proinde facio tibi isto placito de omnis totas meas hereditates et de tota mea criazone siue de mulos uel mulas et de kauallos uel equas et de argento uel auro aut aliud ganato que a rem pertinet uel ad ominis prestitum est quantumque abeo uel quantumque ad obitum meo autmentare (*sic*) potuero ut abeam ego ipsa bona uel ganato in mea uita et abeam et possideam et ad obitu meo uada de illo ganato II<sup>a</sup> integra ad sancto iohanne sicut ille meo testamento resona et illas alias II<sup>a</sup> partes de omnia mea rem si eum abuerit semen de directa linea et maternan abuerit teneat illas II<sup>a</sup> partes per tuo mandato et per tuo recabito per isto nostro placito nec vindere nec donare nec testare nec in scriptura aliena ponere neque a principe neque ad dominus neque a potestate neque a nulla forma ominis humana nisi pertransent in potestate a mea semine de directa linea per iste placito sub regimine tuo. et siquamlibe meas uxores ad alias nuplias aut ad alios uiros siue nobiles siue innobiles perductas fuerint abeas tu licentia germana mea domna ermesinda illas duas partes de illa mea rem quod sursum in placito isto super taxato tu aprehendere toto etiam et ipsa mea semine et deseruiat ad illa mea semine per uestro mandato et per uestro arbitrio et per uestro consilio et per isto placito et non abeant licentia illa mea semine de tuo mandato exire per nullaque actio in quantum illa mea semine uita uixerit. Et si mea semen de meo genito extinta fuerit non abeant licentia nullas suas matres nec semen de suas matres in ipsa mea bona nulla ratione recipere post mortem de filios suos nec in sua uita si bona non fuerit et castitate non tenuerit nisi torna tu germana mea ermesinda illas meas hereditates et illo meo ganato et illa mea rem integra et intemerata pro remedio anime mee et de mea semen sicut in meo testamento resonat. Et si quamvis mea semen aut aliqua formis ominis humana siue de propinquis meis quomodo de extraneis que a tibi isto placito et isto meo facto in rampere quesierit uel temptare voluerit per qualibet actio aut per scripturis anteriores aut posteriores unde tu impedimento abeas in isto meo facto quomodo pariamus uel pariant post tua parte aut quid de tua uoce per isto placito pulsauerit quantum de ipsa mea rem a tibi in contemsa miserit dublatum et insuper II<sup>a</sup> auri talenta libri et iudicato. egas prolis monionis in hoc uerbo et placito manu mea r+o—uoro.

Qui preses fuerunt — Simeoni abba conf. — romano conf. — didaco conf. — micaelis conf. — pelagio conf. aluaro test. — romano test. — sauarigo test. — piniolo test.

Didaco Notui.

C. episcopus+.

## DCII

*Pactum venditionis fundi cuiusdam in loco nobis ignoto siti. Charta autographa, ad Morariense Monasterium pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1081

In dei nomine ego zendas ardegazi et adulfo et gumcalbo nantillizi et ermesinda placui nobis per bonas pazis et uolumtas nuli quoque gentis imperio nec suagentis articulo se probrias nostras uolumtates ut uendere-mus ad uobis randulfo diazi et uxore uestra animia pelaizi ereditate nostra que abemus in olarea lata abemus illa de parentorum nostrorum damus ad uos illa firmiter. abeatis uos illa et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum et faciat inde que uolueritis. et facimus per persolla de dona ermesinda gonizi que est nostra erede. et acepimus de uos in prezio VIII modios in pane et in res tantum ad nobis bene complacui. et est ipsa ereditate in anulo XXIII pasales quomo esparte de salquero et in medio XXI pasale et lonquo con suas consimiles est ipsa ereditate territorio portugalemsis probe litore maris discure arugio fonte coua. Ita de odie et tempore sedea de iuri nostro abrasa et in iuri uestro traditas et confirmatas. et est ipsa carta facta prie idus december. Era MCXVIII. cendas et adaulfo et gumzalbo et ermesinda in oc carta manus nostras rouoramus r++++ouoramus.

D. et C. Tom. I.

91

## DCIII

*Descriptimus ex codice Ecclesiolensis Monasterii qui titulum Livro Baio-Ferrando prae se fert.*

1081

**Karta de nogeira**

In nomine genitoris geniti simulque procedentis spiritus sancti qui est trinus in personis et unus in deitate qui hominem ex limo terre ad imaginem et similitudinem suam plasmavit qui omnia que in celo et in terra et in mare sunt ex nichilo creavit et creata gubernat et gubernata continet. Que omnia ego egeas fruialaz audiens timens timen (*sic*) diem districti iuditii fatio kartam testamenti ecclesie sancti saluatoris ecclesiole de ipsa mea hereditate quam habeo in ipsa villa nogeira et in totas ipsas uillas que sunt in ecclesiola tam auiorum quam parentum siue deganantia. Damus uobis canonicas sancti saluatoris ipsam hereditatem cum suis prestationibus omnibus quas in se obtinent et homini profitiunt et dono similiter ipsam hereditatem de flamula froilaz tali conuentu quomodo sursum resonat et post obitum meum uidelicet egee froilaz comparaui illam ego godina pelaiz et pono illam in ista karta ad ipsum locum sancti saluatoris et dedit pro illa duodecim modios. habeatis illam uos canonici et omnes successores uestri per ubi illa potueritis inuenire suis locis et terminis antiquis ac nouis determinatam tali conuentione et pacto ut in uita mea uel nostra teneamus illam et seruiamus cum illa ad ipsum locum sancti saluatoris. et non uendamus nec donemus nec testemus in aliam partem et nos habeatis ad honorem uos et successores uestri secundum quod potueritis et post obitum nostrum relinquamus illam liberam ad ipsum monasterium sancti saluatoris testatam pro remedio animarum nostrarum ad tollerantiam fratrum cuiuscumque ordinis fuerint deo seruientes in sanctam uitam perseuerantes. habeant et possideant ipsas hereditates iuri quieto temporibus secularium. Quod si filii uel nepotes mei illas habitare post obitum meum uoluerint sint subiecti ipsi monasterio et de labore quem in uita nostra laborauerimus reddamus in rationem quartam partem integrum usque ad obitum. Si uero aliquis homo uenerit uel ego aut propinquus uel extraneus qui hunc factum nostrum infringere aut in aliquo contaminare uel minuere quesierit destruat illum omnipotens deus et sit excommunicatus et a sacratissimo corpore et sanguine domini separatus et in inferno cum iuda qui dominum nostrum et suum tradidit dimersus et insuper reddat ipsis senioribus loci duo auri talenta et 10 modios et regie potestati aliud tantum et iudicatum. Facta karta testamenti viii kalendas ianuarii (*sic*). Era m.<sup>o</sup> c.<sup>o</sup> x<sup>o</sup> viii<sup>o</sup>. Ego egeas froiaz una cum uxore mea godina pelaiz illam manibus propriis robor—amus. Pro testes. Pelagius test. Gundisaluus test. Suarius test. Iohannes presbiter Notuit.

## DCIV

*Pactum venditionis partis fundi in villa de Concela. Charta autographa, olim in tabulario Monasterii S. Joannis (de Pendorada) servata, in Publico Archivo invenitur.*

1081

In dei nomine ego monio garcia una pariter cum uxore mea geluira uenegas tibi sarrazino osorizi et uxor mea domna ermesinda prolis trastemirizi Ideo placuit nobis adque conuenit nullis coque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria nobis accessit uoluntas sano animo atque libero arbitrio sed propria mente integroque consilio tibi iam supradicti uobis ut faceremus kartula uendictionis sicut et facimus de ereditate nostra propria que habemus de comparadela in uila concela et in loco predicto kasa de dona ...co sutos mons eiras tiratorium anegia disurrentem riuulo flumen dorio uendimus uobis de ipsa ereditate de ipso casal quarta integra et media cum casas cum uineas cum pumares cum sauctos in monte in uale et in rio pescareas cum aquis aquarum et sesigas molinarum accessum uel regresum per suis locis uigus et terminis antiquis per ubi illa potueritis inuenire cum omni sua prestantia et aprestitum ominis est. et accepimus de uobis precium xx et 1<sup>o</sup> modios tantum nobis bene complacuit que uos destis et nos accepimus et de ipsum apud uos nichil remansit in debitum pro dare. Ita ut de odie die uel tempore sit ereditate de iuri nostro abrasa et uestro domo sit translacta. abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras usque in perpetuum et quicquid exinde agere uel iudicare uolueris liberam in dei nomine abeas potestestatem (*sic*). Notum die quod erit ni idus kalendas ianuarii. Era m c xviii. Si quis tamen quod fierit non creditis contra hanc scriptura uendictionis aliquis homo uenerit ad

inrumpendum uel uenire coierimus tunc inferant uel inferant pars nostra partique uestre ipsa eredita dublata uel quantum ad uobis fuerit meliorata. Facta karta uendictionis et scripture firmitatis. ego monio garcia et uxor mea geluira uenegas ad uobis domno sarrazino et uxor uestra domna ernesinda hanc kartula manus nostras r—o—b—o+————ramus.

qui preses fuerunt — froila test. — sueiro test. — egas test.  
Pelagi presbiter notuit.

## DCV

*Lite exorta inter susceptores apparitoresve fisci et Alvitum abbatem Vaccariciensis coenobii super quodam praedio in villa de Moçarros sito, comes, sive alvazir, Sesnandus, Conimbricensis praefectus, illud praedium a Vaccariciensis monachis juste ac legitime possideri agnoscit. Acta agnitionis (sic dicebant) descriptissimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1082

**Intentio de hereditate de mozarros**

Dvbium quidem non est sed multis maneat prenotissimum in ueritate. Orta fuit intentio inter iohannem iustici et abbas domno aluito super illam hereditatem de mozarros que fuit de domno louegildo et de domno floridi qui testauerunt eam ad locum ad acisterio qui dicunt sancti uincenti de uaccariza et super illud testamentum factum uenerunt suos maiorinos de aluazil dominus sesnandus et calumpniauerunt eam pro ad regalengum et deuenimus inde ad concilium siue ad iuditium in sede colimbriense ante aluazil domno sisnando per manus sagionis iohanne iustici qui presentabat illos testatores pro ad iudicio facere super illa hereditate de muzarros integra per suos terminos et uicis et locis antiquis quomodo diuidit cum quintanelia et per illa nadia et inde per illa ecclesia sancti martini cum suos passales istumque concludimus. diuidit de alia parte cum uillanova istumque concludimus ad integrum testamus eam et super istum factum peruenimus inde ad iudicium ante aluazil in colimbria ubi erant multorum filii benenatorum Dicentes illos testatores sua uoce quia illa hereditas fuerat auorum suorum uel parentum suorum et testarant eam pro remedio anime illorum a parte ipsius ecclesie et iohanne iustici dicente quia erat illa hereditas regalenga. et dederant unusquisque suum testimonium super illam hereditatem de mozarros et uidimus testimonium ex parte abbatis aluitu qui illam uocem tenebat meliorem et agnouerunt se in ueritate et uiderunt bene et iudicauerunt ut iurasset ille abbas cum v hominibus per sua auctorentia domni sisnandi ipsos homines nominatos abbas aluito et marcus presbiter et faciesbona presbiter et iohanne presbiter et christoforus presbiter sicut et iurauerunt per manus domni belit qui illa hereditate persqueruit. et per tale accio obinde ego aluazil dominus sisnandus placitum uel dimissionem facimus uobis domno aluito abbatu pro parte de illa hereditate nodum die viii idus ianuarii Era m.c. xx. Pro parte que non calumpniemus uos pro illa hereditate de hodie die uel tempore seculorum non per me non per sagionem non per potestatem non per ulla arte imittente non pro ullaque actio non nos non filii non posteritas nostra non ullus homo pro nullaque actio. Et si aliquis omo uenerit ad calumpniandum in primis fiat excommunicatus et corporis domini sit separatus et in inferno profundo cum iuda scarioth habeat partem in eterna dampnatione et propter dampna secularia pariemus illam hereditatem in duplo ad illum acisterio et dux uel potestas qui illa terra imperauerit n° auri talenta et ad couto d° solidos et iudicatum. Ego aluazil dominus sisnandus ad uos abbas aluito in hoc placito uel agnitione manu mea+————+ roboro. Qui uiderunt et presentes fuerunt. Recamundus quos uidi. Florido godiniz quos uidi. Mofarrigin quos uidi. Viarigo quos uidi. Ramiro osoreiz quos uidi. Arias fortes test. Goesteo scapici test. Daniel gudiniz test. Menendus scapiz test. Aluazil dominus sisnandus manu mea conf. Gundesindus presbiter Notuit.

## DCVI

*Sandus abbas partem domini quam habebat in ecclesia S. Martini de Paçōo, sive ex successione, sive ex acquisitione, Munio Venegas uxoriique ejus donatione tradit, tali pacto, ut donatori necessaria praebeant, et defensores ejus sint. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1082

Magnus est titulus donationis quem nullus homo infringere potest. Obinde ego domno sando aba confessor in domino deo Placuit mihi per bone pacis uoluntas et bona mente mea ita ut facerem uobis muniu ueniegas et uxori tue unisco trastemirizi testum scripture condonationis siue plazum firmitatis per uestris benefactis de ipsa ecclesia uocabulo sancti martini que est fundada in uilla que uocitant palatiolo. Do uobis inde tercia integra tantum mihi euenuit in mea porcione. Do uobis eam cum omnibus suis testacionibus quos fuerunt de meos auulos siue de ganancia. Do uobis ipsam terciam de ipsa ecclesia ut me defendatis et adiuuetis et me contineatis in uita mea et defendatis contra cunctis generis humani secundum uestram possibilitem quia tantum mihi bene complacuit et apud uos nichil remansit in deuitum. Ita ut de hodie die sit in iure uestro tradita et confirmada et de meo abrasa. Habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra cunctis temporibus seculorum. Et si quis tamquam quod fieri non creditis et aliquis homo uenerit uel uenero tam de propinquis quam de extraneis inrumpendo uoluerit sit excommunicatus et habeat partem cum iuda traditore et pariat ipsa ecclesia dublada cum omnibus suis prestationibus et insuper duo auri talenta et iudicato et hunc meum factum firmissimum habeat roborem. Facta karta condonationis siue plazum confirmationis de predicta ecclesia que est subtus mons genestazolo et discurrente flumen durio territorio diocesis ecclesie portugalensis in die quod erit m<sup>o</sup> nonas marci. Era mxx<sup>a</sup> post c.<sup>o</sup> Ego sandus aba uobis domno muniu et uxori tue domne unisco in hanc kartam condonationis manus meas probrias r+oboro.

I test. miru test. fredenandus test. sisnandus test.

Uiliulfus notuit.

## DCVII

*Ex libro regestorum Monasterii Ecclesiensis Livro Baio-Ferrando dicto, sumpsimus.*

1082

**Karta de ecclesiola**

Christus. In dei nomine Ego recemundo pariter cum iermanis meis gundisaluus et guntrode didacus et fernandus facimus kartam uenditionis et firmitatis uobis suerio fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz de hereditate nostra propria quam habemus de genitore nostro aluaro in uilla ecclesiola siue de auis seu de comparada ab integro subtus alpe sagittela discurrente riuulo guitin territorio portugalensi. Damus uobis ipsam hereditatem ut habeatis illam uos et omnis posteritas uestra ab hac die firmiter suis terminis terminatam antiquis ac nouis cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est ut habeatis potestatem fatiendi de illa quicquid uolueritis. pro qua accepimus a uobis in pretio unam pellem agninam in xxxx modios tantum nobis complacuit et de pretio prodare apud uos nichil remansit. Si uero aliquis homo uenerit uel uenerimus ad hanc kartam irrumpendam et nos in concilio deuendicare aut uestre parti concedere noluerimus aut non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo componamus uobis ipsam hereditatem duplatam cum quantum a uobis melioratam fuerit. Facta karta uenditionis xv kalendarum aprilis. Era m.c. xx. Ego recemondo cum fratribus meis prenominatis hanc kartam firmiter propriis roboramus manibus. Qui presentes fuerunt. Gundisaluus test. Gundulfo test. Ramirus test. Cendon test. — Pelagius scripsit.

## DCVIII

*Cresconius, frater, bonaque sua in potestatem Abbatis Monachorumque Araucensium tradit, ut eum dum vixerit current, sic in valetudine, quemadmodum in infirmitate constitutum. Charta autographa, lacerata ac mutila, e tabulario Araucensis Monasterii delata, extat in Publico Archivo. Quae deerant ex libro regestorum, de D. Maior Martins sic dicto, sumpsimus, litterisque italicis, ut vocant, distinximus.*

1082

*In nomine domini nostri ihesu christi. dubium non est enim sed multum mihi plene cognitus mane in ueritate. Obinde ergo (sic) frater cresconius placuit mihi asto animo et pronta mea mente et uoto meo complente ut facere textum scripture firmitatis sicut et fatio de meo corpo et de omnia mea rem ad uobis abba domnus godinus et a fratribus qui sumtis habitantes in monasterio sancti petri de arauka abrenuntio me et do et concedo mea hereditate que habeo in uilla molnes de pars de meo pater moqueime in loco predicto in casal que dicent de quedino de ipsa hereditate de meo pater medietate integra et in uilla romarizi hereditate quos uenit mihi de mea mater nomine louesenda et abui illa ereditate de pater suo eirigo et uenit a mici inde iii<sup>ma</sup> integra. Et ibi adicimus alia hereditate in uilla fiqueireto de portionem quos fuit de moqueime cresconici mediatate integra cum quantum in se obtinet et aprestitum ominis est ubi illa potueritis inuenire. habeatis illa firmiter sicut sursum resonat. damus ipsas hereditates que iam nominauimus cum quantum in se obtinent et aprestitum ominis est in montes in fontes in uillas in exitus accesum uel regresum ubi illas potueritis inuenire. et habent ipsas uillas iacentia in territorio arauka suptus mons fuste et serra sicca discurrente ribulo molnes a pauiola et romarici ad alarda. do et concedo ipsum que iam diximus ad uobis pro que me curiates in mea uita et ad meas infirmitates usque ad obitum meum que abeatis me firmiter et omnia mea rem iuri quietum sub christi dei nomine habeatis potestatem. Et si aliquis omo uenerit uel uenerimus ad intrupendum hunc factum nostrum quantum intrumperit tantum duble et insuper iudicato a qui illa terra imperauerit et insuper auri talenta et sedeal excommunicato et cum iuda traditore abea participio in eterna dampnatione. Obinde ergo cresconius (sic) facta scriptura firmitatis die erit viii<sup>ma</sup> kalendas maias. Era m. c. xx.<sup>a</sup> ego cresconius in hanc scripture manu mea ro-bo-raui. gauinus conf. Loueredus conf. Iustus conf. Teudia conf. Adefonsus presbiter conf. Sisnandus presbiter conf. gondesindus presbiter conf. erus subdiacono conf. ederonias conf.*

Menendus presbiter notuit.

## DCIX

*Villae cuiusdam in ripa fluminis Mundae sitae Viarigus Monachus Odorium quemdam partiarium dominum reddit. Descripsimus ex Livro Petro Conimbricensis Sedis.*

1082

## Firmitatis carta

Ego uiarigu frater placuit mihi per bone pacis uoluntas ut facerem tibi odorio scriptum firmitatis de medietate de illa mea uilla habet iacencia in rripa mondeci per porto de alkigib de foce de seira usque ad miserere. dabo tibi ipsam uillam ut sedeamus parceiros bonos et andemus unus ad alias cum ueritate in uita et in morte et qui unum ex nobis inde aliter fecerit ut pactet (sic) ad seniorem xxx solidos de puro argento. Facta scriputa firmitatis iii<sup>ma</sup> nonas octobris. Era m. c. xx.<sup>a</sup> Ego uiarigu et odorio in hanc cartam manus nostras ro-boramus.

Qui presentes fuerunt. — Zameiro randulfiz test. — Gontado andrias test. — Ramiro test. — Mouram test. — Zuleima gundesteiz test. — Arias sendoniz test. — Erus presbiter notuit.

## DCX

*Vivilli Sarraciniz Monasterio S. Joannis (de Pendorada) praedia in villis de Figueiredo et de Pousada, quae ad eam a patre jure hereditario obvenerant, partemque fundi in Villa-maior, hereditariam a matre, testamento legat. Charta autographa, ad idem Monasterium pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1082

In nomine domini nostri ihesu christi et indiuidue sancte trinitatis. Obiit (*sic*) ego famula dei uiuilli prolix sarraciniz placuit michi sub tuo nomine et in tuo amore christi et timore quod in hoc recolimus et in corde nostro consideramus ut de omne rem mea et omnia paupertacula mea et omnia hereditas mea contesto ad aulam domus sanctorum sancti saluatoris et sancte marie et sancti iohannis qui inter eos principatum tenet quorum basilice esse cernitur subtus mons aratos discurrente bis aluei durio et fluuius tamice quod est fundatus in loco predicto in villa capannellas iuxta villa ordoni orbe anegia territorio portugalensis. Ita ut pro remedio anime mee facio ad ipsius domus sanctis et ad monachos et fratres qui in ipso loco fuerint habitantes per regula sancta et via monastica Ita et facio textum scripture testum et firmitatis de omnia hereditate que fuit de sarracino sarraciniz et de villa amici ad pation (?) et habet iacentia in villa ficheireto in villa pausata ad integro quantum me computat inter meos fratres et heredes damus illa ad ipsius sancti cum quantum aprestitum ominis in ea est per suis terminis et locis antiquis cum exitum uel regresum per suis terminis per ubi illa potueritis inuenire. et alia hereditate quos fuit de auio meo sanctio ermeguiz et aubet illa mater mea in iure suo e domna eldonza dum datusc. et kaabit illa in portione filiis suis. dau ego uiuilli inde mea ratione ad integro v<sup>a</sup> tantum me computat inter meos fratres uel heredes et habet iacentia ipsa villa inter fluuius tamice et oueliola hic in villa maior. dau illa ad ipsius sanctis cum quantum aprestitum ominis in ea est per suis terminis et locis antiquis per ubi illa potueritis inuenire inuenire (*sic*) ad obitum meo contesto illo ad ipsius domus sanctorum. De hodie die et tempore sciat isto que in testamento resonat de iure meo abrasam et post obitum meo ad ipsius domus sit tradita uel confirmata iuri quietum temporibus seculorum. Et si quis tamen quo fierit sana mente non crediderit de quilibet generis homo tam de propinquis meis tan de extraneis qui hunc factum meum usurparet uoluerit in uno modico uel in grande In primis sit excommunicatus et a cceptum christianorum sit segregatus et cum iuda traditore habeat partem in eterna damnatione et insuper pariet post partem ipsius testamentum quantum infrigerit dublato et extra iudicato et insuper pariet duo auri talenta. et seminis meis fratris aut sororis que ad isto loco sancto et in isto testamento defensor fuerit sedeat benedictus de dei benedictione christi qui est filius dei uiuit. Factum est uius series testamentum notum die quod erit xviii kalendas .... Era m c xx.<sup>a</sup> uiuilli prolix sarraciniz quo fieri elegi et hunc testamentum manus mea ro+uit.

qui preses fuerunt iuliano diaz test. sanctio confirmo. garseani confirmo. gundesindo test.  
Veremodus notuit.

## DCXI

*Pactum venditionis dimidii cuiusdam villae, Valar dicta, prope montem de Parada. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1083

Christus. In dei nomine ego don sagado et usor mea dona sontrili in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit nobis bona pacis et uolumtas nulla quoque gentis imperio nec suadentis artigulo absto animo integro ad que consilio abcepit mente bona et explomtanea mea uolumtate Ut uinderemus ad uobis domno gondisalu gntieriz et uxuor uestra domna ieolnira sicut et uendimus ereditate nostra propria que auemus de subseptione abiorum et paremtum nostrorum in villa ualar subtus mons parata iouaz codal territorio portogalense discurremte ribolo umia et auet iacentia in logo predito in ualar inter gagati et pearios de ipsa uila mea mediatale integra kasales exitus montium teras ruptas uel inruptas deuesas montes fontes teras sikas regadilas aquis aquarum sese gas molinarum per ubi illa potueritis inuenire per suis locis et terminis antiquis con quanto in set obtinet et ad aprestitum omnis est. et acepimus de uos in pretio duos boues itanto nobis bene couplaguit. uos destis et nos acepimus et de pretio apud uos non remansit in deuido Ita ut de odie de iuri meo sit abrasa et in dominio uestro tradita et confirmata. abeatis uos ipsa ereditate firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto usque in temporis

bus seculorum. et si quis tamen quod fieri non credimus et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula ad inrumpendum tam nos quam et extranecis que nos in iuditio deuimdigare non potuerimus aut uos in uoce nostra quodmodo pariemus ad uobis ipsas ereditates dublatas uel tripatas quanto ad uobis fueri meliorata et uos perpetimabitur. Facta kartula uenditionis ista xviii kalendas februariis In era millesima c<sup>a</sup> xxi.<sup>a</sup> domno sagado et uxor mea sontrili ad uobis domno gonzaluo et uxor uestra domna geoluira in hanc kartula uenditionis manus nostras r+ouoram. et quid preses sunt :

Eiga test. — gaudio test. — migahel test. — menemdo test.

Pelagius notuit.

## DCXII

*Pactum venditionis honorum quae venditor in villa de S. Thomé possidebat. Charta autographa, olim in scrinio Conventus monastici, da Graça dicti, Conimbricensis servata, in Publico invenitur Archivo.*

1083

Christus. In dei nomine ego pinoti Ideo placuit nobis per bone pacis et uoluntas ut facere a uobis astrulfa quizoiz et uxori tua guntilli cartula uenditionis et firmitatis de ereditate nostra propria que auemus de auios et parentum nostrorum subtus mons corduua discurrentem rribulum auizela territorium portucalense et aue iacentia in villa sancti tome ipsa ereditate in quintana. vii<sup>a</sup> media damus uobis ad integrum quantum in se obtine et prestitum omnis est terras ruptas uel barualas petras mouiles uel inmouiles aquas aquarum et sesigas moniarum exitus montium uel regresum. damus a uobis ad integrum siue de canata comodo et de comparatura quantum ibidem abuimus ut aueatis uos ille firmiter et omnis posteritas uestras iuri quietum et in perpetuum in cunctis temporibus seculorum pro que acepimus de uos precio vii modios tantum nobis bene complacuit. et si quis tamem fierit non credimus et aliquis omo uenerit uel uenerimus ad inrumpendum contra hanc cartula uenditionis et nos a iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce mea comodo pariemus ipsa ereditate dublata uel quantum a uobis fuerit meliorata. notum die erit x<sup>m</sup> kalendas februarias. Era millesima c xxi.<sup>a</sup> facta cartula uenditionis manum mea ro+.

Qui presentes fuerunt. Quizoi test. troctesindu test. uilifonso test. Ioane notuit.

## DCXIII

*Ansericus presbyter bona tam hereditaria quam emptitia, quae in villis de Cresconi, de Fiæs et de Ansemil possidebat, Didaco Cidiz uxoriique ejus et Ero presbytero, donatoris filio, dimidiata donat, usufructu tamen sibi retento. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico extat Archivo. Ibi charta autographa alia, illo ipso die quo prima exarata, invenitur, substantialiter eamdem donationem continens. Cum tantum forma diversa sit, praecedenti addendam existimavimus.*

1083

Christus. In nomine domini sub christi nomine ego famulo dei anserigu qui fuit presbiter ad tibi didagu cidiz et uxori tua tequilo in domino deo eterne salute Amen. Magnum est enim titulum donationis uel perfiliationis in qua nemo actum largitatis inrumpere non potest neque foris legem proicere sed quicquid libenter amplectere. Denique lex canet gotorum ut rem donata si per presentibus tradita fuerit nullo modo reputatur a donatorem sed per testes et scripture conuincat. Ideo iam supradicto anserigu plagui michi per bone pacis et uoluntas ut facerem tibi didagu cidiz et uxori tua tequilo cartula donacionis de meas hereditates siue de comparadela quomodo etiam de parentorum uel abiorum ansemondo nomine et senteiro in uilla que dicitur cresconi et pelaiones casal de tia dona et in antemiri per ubi eas potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis ad ouitu meo habebatis uos et meo filio ero presbiter per medium tam in casas quomodo et in plantatos. proinde concedo eas ad uobis ut contineatis me in uita mea. et habent ipsas hereditates iacencia territorio muro prope castro sancti felicis discurrente in fluvio durio. abeatis uos et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. Siquis ta-

men quo fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc factum nostrum ad inrumpendum que nos ad iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa karta dublata uel quantum ad uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta karta donacionis notum die erit m<sup>o</sup> idus februarii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> i. Anserigu in hanc kartula donacionis uel perfiliacionis ad uobis didagu cidiz et uxori tue tequilo manu mea r+o.

Pro testes — Igulfsu test. — ramiro test. — froila test. — aluitu test. — uimara test.  
anserigu notuit.

Christus. Magnum est enim titulum donationis in quo nemo potest actum karitatis inrumpere ne foris legum prouidere sed quicquid de grato animo et prompta mea uoluntate donatur et confirmatur in dei nomine habbeatis potestatem. Obinde ego ansirigo facio tibi didago cidici et uxor tua tequilo scriptura firmitatis uel benefactis de meas hereditates proprias quos fuerunt de auolos meos ansemundo et sentario et habent ipsas hereditates iacentias in uillas quas uocitant cresconi et pelagiones kasal de tia dona et in antimir subtus mons muro et castro sancto felice discurrente ribulo durio sic damus a uobis de auolenga quomodo et quanta ganaui de meos heredes per pretio et sortibi cum meos heredes. habbeatis uos et ero presbiter per medio sic in kasales quomodo et in plantatos. proinde damus a uobis ipsas hereditates que adconselietis me de uestro honore et ego habeam in mea uita et post meo obito tornet illas a uos et a filiis uestris et si ego de hodie aliter fecerit et isto plazo exierit que per lege componeat ista scriptura et insuper que det ad uos v<sup>e</sup> boues de xiiii xiiii modios et iudicato. Facta karta notum die iii idus februarii. Era r<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> i. Anserigo in karta manu mea r+ouoraui.

Pro testes. Igulfsu test. Ramiru test. Froila test. Aluitu test. Vimara test.  
Anserigu notuit. Moneonis diaconus translatauit.

## DCXIV

*Pactum venditionis praedii in villa de Romariz. Charta autographa, e tabulario Araucensis Monasterii in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

## 1083

In dei nomine ego tegila cognomento patrebono et uxor mea trodilli placuit nobis bona pacis uoluntas ut uinderemus uobis abba domno godinu et fratribus tuis qui in sancto petro sunt uobis cumhabitantes hereditate nostra propria que habemus in uilla que uocitant romarici territorio arauca subtus monte fuste discurrente ribulo alarda de una parte et de alia et habemus ipsa hereditate que uobis uindemus de comparatela per pretio et per carta de adosenda cendonizi nepta de domna eileuua de ipsa hereditate que fuit de domna eileuua quarta integra et habebat domna eileuua ipsa hereditate per ganantia de parte de filios de cesario aidizi. Leuat se ipsa hereditate de termino que diuidet inter romariz et castro et inde per termino de eirizi et inde per uia maurisca et inde ferit in termino de figaritu et uadit ad illo aroio de caprile qui est inter termino de figaritu et de penso et tornat se per illo termino que diuidet inter penso et romariz usque ferit in termino de sancto petro et uadit in directo usque ad termino de castro unde primito incoauimus. Damus uobis in ipso concluso ipsum quod iam diximus cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est ubi illa potueritis inuenire per illos terminos. Pro que accepimus de uos in pretio xx et vi modios in que nobis bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit in debito. Ita ut de odie die sit ipsa hereditate de iuri nostro abrasa et in uestro dominio sit tradita adque confirmata iuri quieto. Et si quis tamen quod fieri non creditis et aliquis homo uenerit uel uenerimus ad inrumpendum hunc factum nostrum que nos ad iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra que pariemus post parte uestra ipsa uilla que in carta resonat duplata uel quantum ad uobis fuerit melioratum ad uos aut ad posteritas uestra tam nos quam posteritas nostras. Facta cartula uenditionis m<sup>o</sup> idus martii. Era r<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> i. Tegila cognomento patrebono et uxor mea trodilli in hanc cartula uenditionis manus nostras ro+++.

Qui preses fuerunt pro testes — Gondesindo testes — Arias testes.  
Adefonsus test. — Santius test.  
Godinvs qui hec notuit.

## DCXV

*Pactum venditionis dimidii fundi in villa de Sinsaes. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1083

In dei nomine ego garcia eitaz cum iermano meo diagu et muniu et mater nostra domna oneka in domino deo et eterna salute amen. Ideo plaguit nobis asto animo integroque consilium nullis (*sic*) nec suadentis artigulo se propria nostra accesit uoluntas ut uenderemus uobis arias maruaniz sicut uemdimus ereditate nostra propria que abuimus de subseptionem auiorum uel parentorum nostrorum como etiam et de ganadela et ipsa ereditate aue iacemtia in loco predicto in uilla quos uocitant cinfianes (?) ad illa portella iusta kararea que uadi pro ad riu de bestonza iusta kasal quos fui de frater lali et de alia parte cum illo bacello iusta kasa de gaphias per illo comaro et de alia parte diuide cum ereditate de amo menendo et cum sua ratione de illa aqua de vi feria nominata integra subtus mons muru terrio discurente ribolum dorio. damus a uobis ipsa ereditate aque conzedimus mediade integra per ubi illa potueritis inuenire cum quantumque set obtine et omnis adprestitum est. et acce-  
pimus de uobis in precio n<sup>o</sup> lenzos de xiii xiii cubidos et uno liturio adpretiado in x quartarios lanio nobo et unas brakas nobas cum sua inbragatoria in v quartarios et uno porco in n<sup>o</sup> modios et una porca in n<sup>o</sup> modios et n<sup>o</sup> porcalios in iii quartarios. tantum nobis bene conplaguit et de ipso pretio nihil aput uos inde remansit in deuito. Ita ut de odie in die uel tempore siat ipsa ereditate de iure nostro obrasa (*sic*) et in uestro dominio sedeat tradita uel confirmada. aueatis uobis illa firmiter et omnis posteritas in iuri quietum temporibus seculorum. et si quis tamen quod fierit non creditus aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc kartula uenditionis ad inrum-  
pendum que nos ad iudicio deuendigare non potuerimus aut uos in uoce nostra comodo pariemus ad uobis ipsa ereditate dublata uel quantum ad uobis fuerit meliorada et uobis perpetim auiturum. Facta kartulla uenditionis notum die quod erit xvii kalendas iunii. Era T C XXI.<sup>a</sup> ego garcia eitaz et diagu et muniu et mater nostra domna oneka ad uobis arias maruaniz in anc kartulla uenditionis manus nostras ro++++.

.... test. fernando test. muniu test. arias test. psalbator test. froilla test. gunzalbo test. arias notuit.

## DCXVI

*Pactum venditionis partis fundi cujusdam in villa de Parada. Charta autographa, ad Mo-  
nasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1083

Christus. In dei nomine ego santia prolis gartias in domino deo eterna salute amen. Ideo plagui mizi per bona pacis et uolumtas ut per scritura firmitatis uimderemus ad uouis troytesendo gotierizi et uxori uestra gontrote garcias sicut et uendimus ereditate nostra propria que auemus in uila que uocitant parada subtus mons aluarellos teritorio portugalens prope litore maris discente riulo retorta in loco predicto de ipsa uila de parata que aueo de parentum meorum garcias pinolizi et domna ledegundia dou ad uouis de ipsa uila mea ratione quantum me copota inter meos fratres uel eredes de ipsa uila de mediatate vii<sup>a</sup> intrega cum kasas cum terras rubtas uel inrubtas cum plamtatru aruores pomiferas uel inpomiferas aquas cursiles petras mouiles uel inmouiles cum omni prestationibus suis a intrego per locis et uicos et terminos antigos per ubi ila potueritis inuenire. dou uosbis (*sic*) ipsa ereditate pro que acepio de uos multo seruitio et bono et ad confirmando karta xx modios in precio tantun mici bene plagui et aput uos non remansi precio in deuito. Ita ut de odie die uel tempore de iuri nostro siia abrasha et in uestro dominio siia tradida et confirmada ut aueatis uos ila firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. et super ista karta non ualea nula scritura nec de anteriora nec de pos-  
teriora. et si quis tamen quod fierit non creditis et aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc karta inrunpere et nos in concilio non uoluerimus au non potuerimus auturgare uel deuindigare a uos in uoce nostra comodo pariemus ipsa teridate (*sic*) dublada uel tripada quantum a uobis fuerit meliorada post uestra parte. Facta karta die erit n<sup>o</sup> nonas iunii. Era M<sup>a</sup> C<sup>a</sup> XXI.<sup>a</sup> Santia ad uobis troytesendo et uxori uestra gontrode manu mea rouoro+.

Ic sunt uidentes — pelaio test. — menendo test. — aluito test. — froyla test. — petro test. — arias test. — gozaluo test.

didagu notuit.

D. et C. Tom I.

93

## DCXVII

*Pactum venditionis septi sive cavaedii in civitate Conimbrica, prope ecclesiam S. Joannis. Charta autographa, e scrinio Conimbricensis Sedis delata, in Publico Archivo custoditur.*

1083

In dei nomine ego zoleima prolis aflah et uxor mea genlo In domino deo eterne salutem. Ideo placuit nobis per bona pacis et uoluntas sanos nos cum sana mente et perfecta uoluntate nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metu set propria nostra accessit uoluntas ut uinderemus ad tiui sicut et uendimus iohanne gundesindici corte nostra propria que abemus intus colinbrie loco nominato super ecclesia uocabulo sancto iohanne ad partem orientalium et fuit ipsa corte de genero meo martino imnotomad pro que dedi ego illi alia corte subter ecclesia sancte marie. et uendimus uobis ea cum quantum in se obtinet. et accepi- mus de te pretio placibile xxxvi metcales de auro abed tantum complacui nobis. Ita ut de odie de nostro iure sit abstracta et in tuo dominio sit tradita et confirmata. abeas et possideas iuri quieto temporibus seculorum. Si quis sane mentis non crediderit et aliquis homo uenerit nel uenerimus tam ex progenie mee quam extranea que nos ad iudicium deuindigare uel auctoritate firmare non potuerimus que pariemus uobis uel qui isto inquisierit dublata uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetimabitura. Facta carta uenditionis notum die viii agusti. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> i.<sup>a</sup>

soleima aflah et uxor mea in hanc cartula uenditionis quam fieri elegimus et quoram idoneis testibus manus nostras ad roborandum tradimus++.

Qui ibi presentes fuerunt — alvazir domno menendo conf. — cipriano — Gundesindo iohannes conf. — Pelagio halaf conf. — nunu gundesindic conf. — Tulquid sagildici conf. — Guttier menendici conf. — Garsea didaci conf. — Didaco cidici conf.

Pelagio erici test. — truitesindo tructesindici test. — floridi gudinic test. — Martino atomad test. — Maruan menendici test. — anaia iohannes test. — mofarig test. — olidi arianici test.

Sisenando Diacono Notuit.

## DCXVIII

*Pactum venditionis dimidii fundi cuiusdam in villa de Milheiros, exceptis agris qui ad sororem venditoris pertinebant. Accedit pollicitatio, emptori ab eodem venditore facta, de non vendendo, vel alio modo alienando, partem quam sibi retinebat, nisi ipsi emptori, successoribusve suis. Charta autographa, e tabulario Sedis Viseensis in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1083

Christus. In dei nomine ego pelagio fredenandiz in domino deo eternam salutem amen. Ideo plaguit mici per bone pacis et uolunptas ut nullo quoque gentis imperio neque suadentis articulo neque pertimescentis metum sed propria mea accessit uolunptas ut facere uobis domno martino et ad coniungia uestra domna ermessinda kartula uenditionis sicut et facio de ereditate mea propria medietate de quantu que abeo in villa melieirolos et in sancta maria quos fuit de patre meo fredenando olidiz exceptis inde iii<sup>a</sup> de illo terreno kalbo et v<sup>a</sup> de illo plantato que est de mea germana nomine matre que ad uobis non dabo et de illa alia mea ereditate suduna medietate uobis inde dabo per suis locis et uicus et terminus antiquis per ubi illa potueritis inuenire cum quantum in se obtinent et ad presitum ominis est et abent iacentia ipsas ereditates in territorio sancte marie discurrante riuulo ouar prope litore maris territorio portugalensis. et accepi de uos pretio que mici complaguit id est tres uakas bonas et uno boue et iii<sup>or</sup> ouelias et media de una equa et tres pelles konelias in una equa tantum mici bene complaguit et de pretio apud uos nichil remansit in deuito. Ita ut de odie die et tempore sit ipsa ereditate de iuri meo abrasa et in iuri uestro sit tradita atque confirmata. abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. Si quis tamen quod fieri non creditis et aliquis omo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula uenditionis ad inrumpendum et ego in iudicio nuluerit auctorgare uel deuindigare post uestra parte aut uos in uoce mea quomodo parie uobis illa ereditate dublata uel tripata uel quantum ad uobis fuerint melioratas et uobis perpetimabituras. Facta kartula uenditionis die erit iii<sup>o</sup> idus septembbris. Era millesima c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> i.<sup>a</sup> Ego pelagio fredenandiz in hanc kartula uenditionis manum mea ro+uoro.

Ic testes — teton test. — menendo test. — suario test. — alio menendo test. — ioanne test. — zidi fredariz quos uidi et confirmo.

Gundisalbo presbiter notuit.

Ego pelagio fredenandiz placitum facio ad uobis domno martino et ad coniungia uestra domna ermesinda die erit <sup>nn</sup> idus septembris era millesima cxxi<sup>a</sup> super ipsa ereditate quos fuit de meo patre fredenando olibiz unde ad uobis dedi medietate pro pretio que ad mici plaguit que ipsa alia mea medietate que non uinda illa neque donet ad nullum ominem per nulloque actio nisi ad uos aut ad filiis uestris aut posteritas mea ad posteritas uestras similiter sic faciant exceptis illa <sup>nn</sup> de illo terreno et v<sup>a</sup> de illo plantato que est de mea germana matre sicut superius iam in illa karta resonat. et illa alia ereditate suduna que abea uobiscum per medium et non uinda illa neque done nisi ad uos aut ad posteritas uestras. et si ausato fuerit illa ad uindere aut ad donare aut extraneare in alia parte nisi ad uos aut ad posteritas uestras et isto placito exederit qui parie post uestra parte aut de posteritas uestras illa mea ratione de illas ereditates quantasque abeo que in ipsa karta resonant dublatas uel tripatas post uestra parte aut de posteritas uestras et iudicato. et uos ad mi similiter faciatis. Ego pelagio fredenandiz in hoc placito manum mea ro+uoro.

Ic testes — osoredo test. — menendo test. — arias presbiter test. — gunzalbo test. — emila test. — zidi fredariz quos uidi et confirmo.

Gundisalbo presbiter notuit.

## DCXIX

*Guina quaedam dimidium fundi in villa de Pousada siti, qui ad eam ex matre pervenerat, donat Araucensi Monasterio, cui etiam aliud dimidium vendit. Charta autographa, quam mutillam invenimus, e scrinio ejusdem monasterii delata, in Publico extat Archivo. Ex apographo, in codice Tombo feito por ordem de D. Maior Martins inserto, quae deerant sumpsimus, litterisque italicis, ut vocant, signavimus.*

1083

*Domnis inuictissimis ac triumphatoribus seu et redemptorem nostrum sancti saluatoris et sancte marie semper virginis et genitricis domini sancti petri apostoli et martiris christi uel cetere reliquie quorum baselica esse dignoscitur in uilla uocata item sancto petro ego ancilla dei et uestra quamquam indigna guina cum peccatorem (sic) mole depressa in spe fiduciaque sanctorum meritis respiramus non usquequa disperatione deicimur que etiam teste conscientie reatui meo criminis sepe pauesco ut ego per uos glorioissimis sanctis tandem reconciliari mereamur ut ad huius domum uestram atque sanctorum omnium suffragium fida supplicatione uotis omnibus imploramus. et ideo deuotionis mee extitit ut de paupertate mea sancte ecclesie uestre aliquantulum ex uoto meo proprio conferre debeo et quia scribtum est — uouete et reddite domino deo. nestro — ideo omni effectum operis eadem ipsa deuotione implere procuramus acsi concedimus et offero glorie diuinitatis uestre medietate de hereditate que babeo de parte de mea matre genlo. et habet iacentia ipsa hereditate in romarici in uilla que dicent pausata iuxta termino de sancto petro. et ipsa alia medietate quando uobis abba domno godinu et fratribus qui uobiscum in eodem monasterio sunt commorantes. et accepimus de uos pretio x quarterios in que nobis bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit in debito. Ita ut de hodie die et tempore sit omne ipsa hereditate quanta me in ipsa uilla competit inter meos iermanos nominatos cresconio et gaudilli in uilla pausada concedimus uobis godinus abba et fratribus et sororibus qui ibidem sunt aut fuerint habitantes et in uita sancta perseuerantes ut ibidem sit deseruendum pro remedio anime mee ut pro me memores domino sint semper. Quo et iuratione confirmo per indiuiduam trinitatem quia contra hunc factum nostrum numquam uentura ero inrumendum. Siquis aliquis homo de parte mea filii uel neptis aut qualibet generis homo ex sanguinitatis mee aut extraneis qui contra hanc series testamenti infringere uel inrumpere temptauerit in primis sit excommunicatus ab omni comunione et segregatus ab ecclesia sancte et cum iuda traditore habeat portione in eterna damnatione et insuper iudicis sententia pariat domui uestre uel qui ibidem fuerint habitantes ipsa hereditate duplata uel quantum inde fuerit usurpatum ut ibidem sit semper deseruendum et uobis perpetimabitur. Facta series testamenti uel cartula uenditionis notum die viii kalendas octobris. Era millesima c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> 1.<sup>a</sup> Ego guina in hanc series testamenti uel cartula uenditionis manus meas r+++ouoramus.*

*Qui preses fuerunt — iusto domo quos uidit — Sandinu presbiter quos uidit — Teudila quos uidit — Sesmondo quos uidit — Gaton quos uidit.*

*pro test. — Gondesindo test. — uario test. — ouecu test.*

*Godinus presbiter script.*

## DCXX

*Pactum venditionis dimidii praedii cuiusdam in villa de Ortigosa. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico servatur Archivo.*

1083

Christus. In dei nomine ego flosendus prolix ermiguiz in domino deo eterne salute Amen. Ideo placui mici per bone pacis et uoluntas nullum quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metu sed propria mici accessit uoluntas ut facerem uobis didagu cidici et uxor tua tequilo kartula firmitatis de hereditate mea propria que habeo in villa quos uocitant ortigosa a radice montis ortiqueira subtus mons muro territorio uargano discurrente riuulo pauia et sparte se cum termino de cuina usque in pauia medietate que comparaui de filias de pelagio frarenquiz per suis terminis et locis antiquis cum quantum aprestitum ominis in ea est et accepi de uos in pretio xxxx modios in quo mici bene complagui et de pretio apud uos nicil remansit in debitum. Ita ut de odie die uel tempore sit ipsa hereditate de iure meo abrasa in uestro dominio sit tradita uel confirmata. Siquis sane mentis non crediderit aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula uenditionis que nos a iudicio deuindigare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus post parte uestra ipsa hereditate dublata uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta kartula uenditionis notum die erit idus nouembbris. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup>. I. Ego flosendus presbiter in banc kartula uenditionis manu mea r+oborau.

qui preses fuerunt ero test. froila test. toderiigo (?) test. sandinu test.

Micahelis notuit.

## DCXXI

*Possessores quidam plurimorum bonorum mobilium immobiliumque, tum saecularium, tum ecclesiasticorum, Ecclesiae sive Monasterio de Vouzella eadem bona donant. Charta autographa, e scrinio Conimbricensis Sedis in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1083

Christus. Domnis inuictissimis sanctisque martiribus ac triumphatoribus sanctorum martirum sancta maria et sancti saluatoris et sancti michael archangeli cuius baseliga fundata est in villa quos uocitant uaucella subtus mons aguto territorio alahouene discurrente ribulo uauga. Obinde ego famulus dei daui et matrona et cidi quasi frater indignum et peccatorem damus atque concedimus ad loci illius iam supernominati hereditates meas proprias que habemus in ipsa villa uaucella hereditate quos fui de ganantia de cidi ab integro et illa mea ratione de patre meo daui et matre mea matrona ab integro et des uaucella usque in caualiones et ipsos kaualiones quantum ibi cidi tenuit in suo iudicio et in noqelia siquis quanta ibi ego ganaui et obiurgaui ab integro et in palatio sua ganantia et compаратela de cidi ab integro et comparaui illa de unisco et exemena et godina et trans illa Teliata uno kasal que comparaui de daui tructesindiz et in confurcus que comparaui de filius potenzo argelo et iaquinta et ecclesias nominatas mediatae ad auuolgodi et sancta maria de uentosa quanta ibi ganauimus et sancta maria de arcucelo cognomento palatio cum suis passalibus intus et foris ab integro et de ministeria de ecclesia uno signo de medallo et uno calice de argento et una kasulla tiraz et una dalmatiga tiraz et uno manipulo et uno uelo espauen et uno antiphanal et uno psalterio. et istum textum testamus illum ad isto acisterio iam supernominato et ad subrino meo gartia presbiter et ad fratres peregrinos qui bonos fuerint et uita sancta perseuauerint. et vi<sup>a</sup> de santi iacobi de mato damus atque concedimus isto monasterio ad isto iam supernominato gartia pro remedio anime nostre et de nostros parentes et de nostra sobrina gontina quanta heredititate (sic) hic abui in halahouene de parentorum et auorum suorum tam de ecclesia quam de laigale testamus illa ab integro pro remedio anime sue ad ipso acisterio supernominato. Et ego exemena prolix a gartia damus atque testamus hereditate mea quantaque habui hic in uaucela siue ecclesiastiga quomodo leigale quantum ego ic habui de auiorum et parentorum meorum testamus ad loci illius sancti saluatoris et ad gartia prolix sandiz. Et ego matrona cognomento matre dona prolix arias damus atque testamus hereditate mea quantaque habui ic in uaucella siue ecclesia (sic) quomodo laigale quanto ego habui de auiorum et parentorum meorum testamus ad loci illius sancti saluatoris et ad coniermano meo gartia prolix sandiz. et ego godino prolix sandiz damus atque concedimus hereditate mea propria quam habui in baucella de auiorum et de genitorio meo sando prolix daui siue de ecclesia

quomodo de laigale damus atque testamus illa ad loci illius iam supernominati sancti saluatoris et ad iermano  
meo gartia presbiter et habeas tu illum in tua uita et semper sede a mercede. et non damus ibi licentiam a nul-  
lis propinquis meis nisi a tibi garsea ad iudicandum et ad possidendum et que habeas ego cidi in mea uita et post  
obitum meum relinquam illum que sursum resona in tuas manus. Si quis tamen quo fueri (*sic*) non credis et ali-  
quis generis homo uenerit tam de propinquis quam de extraneis ad hunc testum nostrum temptauerit aut infrin-  
gere uoluerit in primis sit excomunigatus et ad fidem christi separatus et cum iuda traditore habeat participio  
in eterna dampnatione et pariat ipsum acisterio dubladum et insuper v<sup>o</sup> solidos et iudigato ad ipso iam super-  
nominato gartia aut a qui sua uoce pulsauerit et hunc textum nostrum plena semper habeat firmitate. Factum se-  
ries testamenti notum die quod erit m<sup>o</sup> nonas decembris. Era m<sup>a</sup>c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> i.<sup>a</sup> Ego cidi prolix daui et godino et exemena  
et matrona cognomento matre dona a tibi gacia in hoc series testamenti manus nostras rouo + + + ramus.

Paternus episcobus conf. — Godinus abba conf. — Rodrigus conf. — Hordonius conf. — Vizoi conf.

Gauino conf. — Gartia conf. — Gauino conf. — Annaia conf. — Dompnus bellide conf.

Petro test. — Didaco test. — Daui test. conf. propria manu mea conf. — Daui test. — Vermudo test.

Egas test. — Ermerigu test. — Exemena test. conf. Sesnando diacono urbanense cenobio test.

Gutier conf. — Didaco conf. — Daniel conf.

Ero iudice colimbiense conf. — Godino conf. — Ledegundia. Ledegundia prolix cidi manu mea conf. —  
Brandila test. — Daui test.

Menendo presbiter Notuit.

---

## DCXXII

*Pactum venditionis horti in ripa Mundae, suburbio Conimbricae. Charta autographa, e ta-  
bulario Sedis Conimbricensis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1085

In christi nomine. Ego maria eriz una pariter cum filiis meis fernando gidisliz et gutina placuit nobis per bo-  
nam pacem et bonam uoluntatem ut uinderemus uobis clericis canonicis de sancta maria sedis colimbrie ortum  
nostrum proprium cum suo puteo. habet iacentiam in illo arenato super flumine mondeco. in oriente est ei uinea  
de zuleiman iben aslah et in occidente prenominate flumine et in septendrione illa uia qua nominat addarbis et in  
meridie uinea de gutino alhabid et uinea de pelagio eriz. et accepimus de uobis pretio xxx<sup>a</sup> solidos argenteos quia  
tantum nobis bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit Ita ut de hodie die uel tempore sit ipsum or-  
tum prenominatum seruientem ad illam canonicam de sancta maria prenominata sedis temporibus seculorum. Et  
si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartam uenditionis ad intrumpendum et nos in iudicio deuen-  
dicare uel autorgare uobis noluerimus ut pariemus illum ortum prenominatum ad illam canonicam duplatum uel  
quantum a uobis fuerit melioratum et iudicatum et uobis perpetim habiturum.

Facta karta uenditionis xvi kalendas ianuarias. Era mcxxi.<sup>a</sup> Ego maria prenominata una cum filiis meis  
prenominatis fernando et gutina a uobis clericis canonicis in hanc kartam uenditionis manus nostras rouorauimus  
r + + .

Qui presentes fuerunt — trotisindo troitisindiz testis — martin iben atumati testis — arias fernandiz si-  
militer.

Abbas dom petrus testis — iulian iben halifa testis — semeno testis — froila patriz testis.

---

## DCXXIII

*Pactum venditionis praedii in villa de Secarido. Charta autographa, e scrinio Conventus  
monastici, da Graça dicti, Conimbricensis in Publicum Archivum delata, ibi custoditur.*

1083

Christus. In dei nomine ego suario auonažar et suas iermanas guntilli et unisco et ausinda placuit nobis  
asto animo aque consilium set propria nostra uoluntate ut faceremus a uobis gunsalbo luz et uxori uestre unisco  
kartula uenditionis et scripture firmitatis de ereditate nostra propria que aueo de auios et parentum nostrorum

D. et C. Tom. I.

94

auonazar et gauilli et aue iacentia ipsa ereditate in uilla secariolo subtus mons castro uermuit discurentem rribulum aue territorium bracalense. damus a uobis aque concedimus ipsa ereditate et plantato quantumque ibidem abuimus siue de canantia comodo et de comparatura ut aueatis uos ille firmiter et omnis posteritas uestras et quantum in se obtine et ad prestitum ominis est. pro que acepimus de uos precio xxx<sup>a</sup> modios de pane de ipso deuito tantum nobis bene complacuit. et si aliquis omo uenerit uel uenerimus ad intrupendum contra hanc cartula uenditionis et nos in iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra comodo pariemus ipso que in cartula resona dublata uel quantum a uobis fuerit melioratum. notum die erit v<sup>o</sup> kalendas ianuarias era t c xxi<sup>a</sup> facta cartula uenditionis manus nostras ro++++uit.

Qui presentes fuerunt — Pro testes ramiru test. menendu test. osevio test. troctesindu test.  
Ioane notuit.

## DCXXIV

*Partem villae de Porto de Marrondos Vermudus Cidiz Ecclesiae S. Martini testamento legat. Descripsimus ex Livro Preto Sedis Conimbricensis.*

1083

In nomine domini nostri ihesu christi. Hec est carta testamenti quod feci ego uermudus cidiz de mea porcione de uilla sita in porto de marrondos id est quartam partem tocius uille ad ecclesiam sancti martini cum gressibus et regressibus et aquis et cum omne aрестitum que in ea est. et habet has terminaciones in oriente illud flumen in occidente agros ipsius ecclesie predilecte in septemtrione uia publica in meridie mons nomine gamil. Hoc testamentum prompto animo et mente firma ob amorem dei et remedium anime mee fieri obtaui et idoneis testibus infra nominatis confirmaui. Siquis accederit ex propinquis aut alienis filii nepotes aut ex propinquis qui hanc scripturam testamenti infringere uoluerit ut sit excommunicatus et a christi fide separatus et insuper pariat illum que in carta resonat duplatum et ad iudicem terre iudicatum. — Tructesindus tructesindiz test. Au-riol marquiz test. Michael test. Veila uenegas test. Gundisaluus uenegas test. Bellide iustiz uidit. Gundisaluo petriz notuit.

Era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> XXI.<sup>a</sup>

## DCXXV

*Per manus Petri episcopi monasteria Sancti Christophori et Sanctae Mariae bonaque ad ea pertinentia accipiens, Rodericus Vermudiz, clericus vel monachus, jura patronorum, ut aiunt, eorumdem monasteriorum agnoscit et asservare promittit. Charta autographa, ad Monasterium Morariense, ut credimus, pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1084

Rodoricu uermudiz ad uos garcia gunzaluiz et gunzaluo guttierriz et uxori uestre geluira gunzaluiz et unisco gunzaluiz pactum simul et placitum facio uobis per scribturam firmitatis die iii feria viii kalendas februarias era Millesima c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> ii<sup>a</sup> pro parte de ipsos monasterios sancto christoforo et sancta maria cum suas testationes que michi datis per manum episcopi domni petri que teneam illos ego rodoricu sanos et intemeratos. Istan sunt testationes per nominatas quintana integra de paramio duas quintas una de domno rauperio et altera de abbate domno gumice aciueto integra que teneam illos sanos et intemeratos pro uestra parte et non mittam uobis in eos nullam perturbatio neque nullam subpositam malam per nullam actionem unde uos impedimentum aut per quam careatis illas uestras rationes que michi datis pacatas illo quinon de abbate domno gumice siue de auolengo siue de ganantia et illo quinon de domna siti de auolengo et de ganantia et quinon de domno ermigio de auolengo et de ganantia et quinon de domno gunzaluo de auolengo et teneam illos per regulam canonicam quantum mea possiuitas fuerit.

## DCXXVI

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in Villa-Cova. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1084

In dei nomine ego ebrilli et suillo placuit nobis per bona pacis et uoluntas quoque gentis imperio nec suadentis artigulo sed propria nobis accesit uoluntas ut faceremus ..... cartula uenditionis de hereditate nostra propria que abemus in uillacoua subtus mons ... inis discurrente in ribulo latrones discurrente flumine tamice et fuit ipsa her.....rum. damus ad uobis nostra ratione integra quantum nobis conputa inter fratres et heredes et accepimus de uobis precium una egua et i<sup>a</sup> uaca tantum nobis bene complacuit et ..... apud uos nihil remansit in debito. abeatis uos iuri quietis temporibus seculorum. Si quis sane mentis non crediderit et alias homo uenerit tan de propinquis nostris quam de extraneis contra hunc factum nostrum ad intrupendum que nos ad iudicium devindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariamus ad uobis ipsa hereditate duplata uel quantum uobis fuerit meliorata et uos perpetimabitur cum omnibus prestationibus suis. Facta cartula uenditionis notum erit vñ idus martii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxii.<sup>a</sup> ego ebrilli et suillo in hanc cartula manus nostras ro++mus.

Pelaio test. — Egas test. — Arias test. — Didacus notuit.

## DCXXVII

*Descripsimus ex codice qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, prae se fert.*

1084

**Carta de hereditate quam habet monasterium in Canelas  
in termino de Aluarenga**

Domnis inuictissimis ac triumphatoribus sancte marie mater domini et saluatoris nostri ihesu christi sanctis que martiribus sanctorum apostolorum petri et pauli sanctorum cosme et damiani et omnium sanctorum dei quorum basilica fundata est territorio arauca uocabulo sancti petri. Ego famulo dei gauino froilaz testamentum facio de omnia mea hereditate ad uocabulo sancti petri arauca id est in uilla que uocitant canelas ipsa mea hereditate que habeo de parentorum meorum et alia ratione que comparaui de ipsis meos iermanos per mea carta et per meum pretium. do atque testo ipsa hereditate pro remedio anime mee ad uocabulo sancti petri arauca ut domino pro me memores sint semper. Si quis tamen quod fieri aliquis homo uenerit uel uenero tam de meis propinquis quam extraneis contra hunc testamentum infringere uoluerit In primis sit excommunicatus et ab ecclesia separatus et cum iuda traditore habeat participium Et insuper secularia pariat ipso quod in testamento resonar ad ipso monasterio et ad tibi godinus abba uel a fratribus qui ibidem habitantes fuerint uel qui uocem eius intenderit duplata et c<sup>a</sup> solidos et iudicato et uotum meum firmiter permaneat in sempiternum. Facta carta series testamenti notum die erit m<sup>a</sup> idus aprilis. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxii.<sup>a</sup> Regnante adefonsus rex in spania et in galletia et in colinbria paternus episcopus et consulem domno sisnandus. Ego famulo dei gauino froilaz in hanc series testamenti quod fieri uolui manu mea r—obor—a+ui. Qui preses fuerunt pro testes. Adefonsus test. Pelagio test. Petro test. Godinus presbiter notuit.

## DCXXVIII

*Pactum venditionis agri cuiusdam in villa de Paradella. Charta autographa ad Petro-sense Monasterium pertinens, in Publico extat Archivo.*

1084

In dei nomine ego sesgundia (?) ideo placui mici asto animo integro atque consilio nullis quoque gentis imperio nec suadentis artigulo neque pertimexentis metum sed propria mici accessit uoluntas ut vindere a tibi gundisaluo hereditate mea propria in uilla paradela ad illa fonte de domna palla. iacet inter alias de meos heredes. erit sex passos in ampro et LX<sup>a</sup> minus duos passos in longo. et accipio de uos in pretio viii quartarios de milio tantum mici bene complacui et de pretio apud uos nichil remansit in debitum uos dedistis et nos accepimus Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditate meo (sic) abrasa et in tuo dominio sit tradita et confirmada. habeas tu et omnis posteritas tua iuri quietum temporibus seculorum. si quis tamen quos fieri non creditis et aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc carta inrumpere uoluerimus aut noluerimus nos comodo parie a tibi ipsa hereditate dublata uel quantum fuerit meliorata. Facta karta uendictionis notum die erit iii nonas magii. Era millesima c<sup>a</sup> xxii. sesgundia a tibi gundisaluo in hac karta uendictionis manu mea r—ouo.

## DCXXIX

*Donam Gundisalviz et uxor Gundisalvo Gutierrez partem fundi in villa de Freixo (?) trandum pro multa eis indicta ob vulnera cuidam Alvito Fafilaz illata. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1084

In dei nomine ego donam gumzaluici et uxor sua maria in domino deo eterna salute amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uoluntas ut faceremus ad uobis gumzaluo gutierrezi et uxor uestra geluira sigut et facimus karta firmitatis de ereditade nostra propria que abemus de subtione paremtum et abiorum nostrorum in uilla freiscen.... damus ad uobis de ereditade quos fuit de mater mea teodilo mi integra quia iam illa alia in uestra karta tenetis. dam....d uobis pro illo peito de illas feritas que fecimus ad aluito fafilaci et non abemus unde illas peitare. et abe iacen... in illa uestra quimtana de susana qui sta a parte orientale subtus kastro de boue discurrente rribulo llabrugia in.....dorio portugalensis. damus ad uobis illa per suis terminis et uicis et llocis antiquis cum cumtis prestationibus suis que in se obtinet et a prestidum omnis est ubique illo podueritis inuenire. abeatis illa firmiter uos et omnis posteritas uestras et facialis de illa que uolueritis. Si quis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uenerimus contra ahnc karta firmitatis ad inrumpendum et nos in iudicio deuimdicare non potuerimus aut noluerimus auctorcare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa ereditate dublata et quantum ad uos fuerit meliorata et uos perpetim abidura. Facta karta firmitatis die erit m<sup>o</sup> idus magii. Era millesima cxxii.<sup>a</sup> donam gumzaluici in ahnc karta firmitatis manus nostra++s.

Gelmirus aba quos uidi — Rodoricus aba quos uidi — Ermericus sesnamdici quos uidi.

Gudino amarellici test. — astredo pepici test. — froila gumeci test. — pelagio olidici test.

Zoleiman notuit.

## DCXXX

*Ex libro regestorum Monasterii Ecclesiolensis, Livro Baio Ferrado, sic dicto, descripsimus.*

1084

**Karta de curueirus**

In dei nomine. Ego tructesindus uobis suerio fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz fatio kartam uenditionis de hereditate mea propria quam habeo de mea gancia in villa curueirus subtus monte kastro petroso discurrente riuulo cerzedo territorio portugalensi. Do uobis de ipsa hereditate quam ganaui cum meis iermanis terciam integrum cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est ubi illam potueritis inuenire suis terminis et locis terminatam antiquis et nouis pro qua accepi a uobis in precio xxx<sup>a</sup> modios tantum mihi bene placuit et apud uos pro dare nichil remansit. Habeatis igitur uos illam firmiter et omnis posteritas uestra ita ut ab hac die de iure et dominio meo sit abrasa et in uestro perhenniter confirmata. Et si aliquis homo siue de meis propinquis seu de extraneis hanc kartam infringere voluerit et ego in concilio illam defendere et uobis concedere non potuero aut uos in uoce mea cum quanto in se fuerit meliorata uobis illam in duplo componam et iudicatum. Facta karta xv kalendas agustas. Era m c xx<sup>a</sup>ii. Ego Tructesindus illam manu mea roboro. Pro testibus. Veremodus test. Gundisaluus test. Pelagius test. Petrus notuit.

## DCXXXI

*Alvitus et uxor ut partem cuiusdam fundi colant, Monasterii Vaccaricensis partiarios colonos se constituunt. Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1084

**Placitum de aluito et eius uxoris de parte unius casalis**

Aluitus et uxor mea composita placitum facimus tibi aluito abbati et fratribus uestris de accisterio uaccariza et deinceps amodo in die quod erit xviii<sup>o</sup> kalendas septembbris In era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> pro parte de casale qui fuit de magistro galone quod edificemus illum et plantemus pro uestra parte et de uestros fratres et non extraneemus illum de uestro iure et de uestros fratres neque in alia parte transferre faciamus in eo quantum potuerimus edificare et habeamus illum uobiscum per medium uel cum fratres qui in illo acisterio habitare et si inde minime fecerimus et istum placitum exciderimus quomodo pariemus ipsum quod in placito resonat duplatum et insuper c solidos. Aluitus et uxor mea composita in hunc placitum manus nostras roborauius++. Qui presentes fuerunt — Pelagius presbiter test. — Cresconius test. — Arias sperando test. — Froia presbiter Notuit.

## DCXXXII

*Pactum venditionis particulae cuiusdam fundi in villa de Tarouquella. Charta autographa, e scrinio Monasterii de Ave-Maria Portucalensis in Publicum Archivum delata, textum prae-buit.*

1084

In dei nomine ego sabarigo Ideo placuit mici per bona pacis et uoluntas ut per scriptis facio ad tiui oderio karta scriptura firmiter de mea ratione de ipso pedazo de somoninos so illo reco de medio tercia et de medio v<sup>a</sup> (?) et dau ad uobis ipso que in karta resona ad intreco mea et de meos eredes et iace iusta adrogio lutreda in uila tarauquela subtus mons la...zolos territorio uarca.. dis.....te flumen dorio et adcepimus de uobis in pretio ii modios ..... alia si aliquis omo ueneri contra karta inrumpere que nos non autorquemus comodo paria ipso que in resona duplatum. et fui ipsa ereditate de mea comparadela. et de meo iure sedea rasa et in uestro ..... notum die quo eri xv kalendas (?) obtubrias in era t c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> ii. sabarico ad tiui oderio in anc karta manus meas ro+. didaco test. ramiro test. nonido test. Todereo notuit.

D. et C. Tom. I.

95

## DCXXXIII

*Quidam Sugerius Raoco filum et filiam, ex duobus praediis in villa Gazim, sic dicta, heredes instituit. Ex codice, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira T. iii p[re] se fert, hausimus.*

1084

In nomine Domini amen. Ego Sugerius Raoco ex meo beneplacito, et voluntate : herdo vos filios meos s[ic] licet Mendum Suariz, et Aldoram Suariz, in ipsa mea hereditate de Gacim; tali videlicet pacto, quod vos habeatis, et possideatis illam, et omnis generacio vestra, cunctis temporibus seculorum. Ad hoc quod si evenerit, quod vos vellitis illam vendere, non habeatis posse quod illam vendatis, nisi ad Monasterium Sancti Simonis; et ipsa hereditas sunt duo casalia in ipsa predicta Villa de Gacim; et do tibi Menendo Suariz illum de fundo; et Aldoram Suariz illum de cima. Habeatis vos ipsam hereditatem, et omnis posteritas vestra usque in perpetuum. Si aliquis homo venerit, qui contra hoc factum meum venire voluerit, quantum quesierit, tantum componat in duplo, et insuper pectet Domno Regi centum morabetinos menequiis, Era milesima centesima vigesima secunda. Ego supra nominatus, qui hanc cartam jussi facere propriis manibus roboro. Ego Archidiaconus Dominus Arias cum meis clericis testes, Pelagius Diaz Canonicus testes, Pelagius Grosus testes, Dominus Fafia Guteris testes, Petrus notavit.

## DCXXXIV

*Descriptimus ex codice qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, p[re] se fert.*

1085

**Carta de hereditate quam habet monasterium in cartamiri  
in termino de Arauca**

Domnis inuictissimis sanctis triumphatoribus sanctorum apostolorum petri et pauli et sancte marie mater domini uel cetere reliquie quorum baselica fundata esse dignoscitur in territorio arauca subtus monte fuste et serra sicca discurrente per ea ribulo alarda et badoco loco predicto sancto petro ego famula dei quamquam indigna gaudilli filia sando gauinizi et senduara asiulsizi placuit mihi asto animo integroque consilio nullis gentis imperio nec suadentis articulo sed propria mihi accessit uoluntas ut pro remedio anime mee concederem locum sanctum ecclesie uestre de paupertate mea omnia hereditate que in arauca habeo de parte de mater mea senduara et de auiorum meorum asiulfu et spetiosa et iacet ipsa hereditate in arauca in villa cartamiri. do illa ad fratres uel sacerdotes et ad omnes qui ibidem deseruerint et in uita sancta perseverantes fuerint in ipso monasterio sancti petri. Do illa ad integro in illo loco sancto pro remedio anime mee cum suos casales et vineas et terras per suis terminis et locis antiquis per ubi illa inuenire potuerint cum omni sua prestantia ut in illo monasterio semper deseruiat. Siquis tamen quod fieri non credo aut aliquis homo uenerit de gens mea filios aut nepatos propinquus uel extraneis qui hunc uotum meum uel testamentum intrumpere quesierit uel usurpauerit in primis sit excommunicatus a corpus et sanguis domini nostri ihesu christi et cum iuda traditore semper permaneat in errore et in die iuditii non resurgat sed cum inimicis dei pena eterna suscipiat et insuper pariat illa hereditate et ipso testamento duplato uel triplato uel duo auri talento ad illos fratres qui in illo monasterio habitantes sunt uel fuerint et ad seniores uel potestatibus qui illa terra imperant iudicato. et hunc meu[m] factum firmiter permaneat in sempiternum. Facta series testamenti notum die n[on] idus martii. Era m[er]c[ia] c[on]c[ordia] xxiii. Gaudilli in hanc series testamenti quod fieri uolui et legentem audiui manu mea ro+++ui. Qui presentes fuerunt. iusto test. huario test. ederonio test. tedon test. gondesindo test.

Godinus presbiter scripsit.

Regnante in urbe legione imperator adefonsus et in colinbria paternus episcopus et dux sisnandus aluazir. in arauca egas ermigizi odorio tellizi et gauino froilazi et uigarios illorum.

## DCXXXV

*Ex libro regestorum Monasterii Araucensis, Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, sic dicto, decerpsimus.*

1085

**Carta de hereditate quam habet monasterium in Romariz  
in termino de Arauca**

Domnis inuictissimis sanctis triumphatoribus sanctorum apostolorum petri et pauli et sancte marie mater domini uel cetere reliquie quorum basilica fundata uidetur territorio arauca subtus mons fuste et serra sicca discurrente ribulo alarda loco predicto a monasterio sancti petri. Ego famulo dei ero filio zaccarias emilazi et de tuta erizi placuit mihi atque conuenit nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria mihi accessit integra ut pro remedio anime mee concederem locum sanctum ecclesie uestre de paupertate mea de hereditate que habeo in arauca de parte de mea mater tuta cognomento dulce erizi et de auola mea bona ermigizi filia cesario audizi. et iacet ipsa hereditate in villa romarizi in casale de pausata in illa senrra qui est inter pausata et termino de sancto petro. leuat se ad illa foze de illo uallado qui uenit de villa bona que est termino de sancto petro et inde in directo per illos marcos et inde ad illa crepata iuxta illo pennedo et inde per ubi uertit aqua usque ad illas m<sup>m</sup> petras qui stant in termino de illo monasterio sancti petro de illo terreno et de illa narzena que conclusimus. mea ratione ab integro in illo loco sancti petri concedo ad fratres uel omnes christiani qui in eodem loco deuota mente deseruierint pro remedio anime mee ut ibi deseruiat semper. Siquis tamen quod fieri non credidero aut aliquis homo uenerit de gens mea filios neptos aut germanos aut extraneis uel quislibet generis homo qui hanc uotum meum uel testamentum intrumpere quesierit uel usurpauerit in primis sit excommunicatus a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi et cum iuda traditore permaneat in errore et in die iuditii non resurgat sed cum inimicis dei pena eterna suscipiat Et insuper pariat illa hereditate et isto testamento dublato uel triplato uel duo auri talenta ad illos fratres qui in illo monasterio habitantes sunt uel superfuerint uel qui uocem illorum intenderit et ad seniores qui in terra inperauerit iudicato. et hunc factum uel testamentum firmiter persistat in sempiternum. Facta series testamenti notum die xviii kalendas aprilis. Era m<sup>m</sup> c<sup>a</sup> xxiii.<sup>a</sup> Ero zacarias in hanc series testamenti quod fieri uolui presens consedi legentem audiui manu mea robo + + + ui. Regnante adefonsus filius fredenandi imperatori et in columbria paternus episcopus et dux sessandus aluazir. in arauca egas ermigizi odorio tellizi et gauino froilazi et uigarios eorum. Qui preses fuerunt. iusto test. Pelaio test. Sesnando test. Didagu test. Petro test.

Godinus presbiter scripsit.

## DCXXXVI

*Fratres quidam sive consortes praedium quod conjuncte possidebant, prope villam Romariz situm, Monasterio Araucensi donant. Charta autographa, e tabulario ejusdem monasterii delata, extat in Publico Archivo.*

1085

Christus. Domnis inuictissimis sanctis ac triumphatoribus sanctisque martiribus sanctorum apostolorum petri et pauli sanctorum cosme et damiani et ceteri quorum basilica fundata est in territorio arauca subtus mons fuste discurrente ribulo alarda uocabulo sancti petri. Ego gundisaluo zaccarias et ueila trastemirizi placuit nobis ut de paupertate nostra aliquantum pro remedio animas nostras ad locum sanctum uestrum concederemus Sicut et concedimus ad ipso monasterio et ad tibi gutinus abba uel ad fratribus qui ibidem fuerint et in uita sancta perseuerauerint hereditate nostra propria que habemus de parentum et auiorum nostrorum et iacet inter villa romarizi et monasterio sancti petri. ego gundisaluo do ad ipso loco sancti petri de tota illa senrra quomodo se leuat de termino de ipso monasterio qui uenit de contra villa bona et uadit per fundo de ipsa senrra per ipsos marcos et inde sursum infesto per media illa lomba sicut diuidet aqua inter romarizi et ipso monasterio usque ferit in illo termino de sancto petro. de ipsum que conclusimus mea ratione integra sicut iam meo iermano ero zacharias fecit. et adicio adhuc ibi mea ratione integra de ipso casale de pausada cum omni sua prestantia ubi illa inuenire potuerint illos fratres de ipso monasterio. Et ego ueila similiter de illa senrra do ibi inde ad ipso mo-

nasterio mea ratione sicut dedit ero zaccarias et gundisaluo zaccarias et insuper adicio ibi quomodo diuidet ipsa senrra per agro de calce et quomodo spartit de casale de pausata et inde sursum quomodo diuidet per casale de palla et inde sursum infesto totum in directo usque ferit in penso in ipso termino de sancto petro. de totum istud que conclude mea ratione integra ad ipso monasterio pro remedio anime mee deseruiat per infinita secula. Et idem ueila trastemirici una cum uxori mea adosinda quitinici adicimus ad ipso loco sancti petri quinta de omnia hereditate que habemus in uilla romarizi et in uilla figaritu de omnia hereditate que in ipsas uillas habemus quinta integra ad ipso loco sancto concedimus et testamus cum omni sua prestantia per suis terminis et locis antiquis ut ibidem semper pro remedio anime nostre deseruiat per infinita secula. Siquis tamen quod fieri non credimus aut aliquis homo uenerit uel uenerimus tam de propinquis quam de extraneis qui contra hunc testamentum et uotum nostrum ad inrumpendum uenerit In primis sit excommunicatus et cum iuda traditore hic et in eternum sit particeps et insuper pariat ad ipso monasterio isto que in testamento resonat duplatum et d solidos argenti ad tibi gotinus abba uel ad fratribus qui ibidem habitantes fuerint uel qui uocem monasterii huius intenderit et ad qui illa terra imperauerit iudicato. et uotum nostrum firmiter maneat in sempiternum. Facta series testamenti xiii kalendas aprilis. Era m. c. xxiii. Regnante adefonsus principem in galicia. In colimbrria paternus episcopus et aluazir sisnandus. In arauca egas ermitigi Odorio tellizi Gauino froilazi et iudex Iusto domenquizi. Nos supranominatos gundisaluo zaccarias et ueila trastemirizi in hanc series testamenti quod fieri uolumus manus nostras roboramus.

Qui preses fuerunt gondesindus test. cesarius test. pelagius test. gauinus test. — Godinus presbiter scripsit.

Et ego cesario zaccarias sicut primit fecerunt meos iermanos ero zaccarias et gundisaluo zaccarias ego sic facio testamentum de mea ratione de illa senrra qui est inter termino de sancto petro et de romarizi do et concedo mea ratione de ipsa senrra ad ipso monasterio supranominato et insuper accepi de ipsis fratres una manta ad confirmandum testamentum. Et ego gundesindo zaccharias similiter facio testamentum sicut iam prius fecerunt fratres meos ero zaccarias et gundisaluo zaccarias et cesario zaccarias. concedo ad ipso monasterio de sancto petro mea ratione de illa senrra que sursum resonat pro remedio anime mee. et accepi de ipsis fratres quinque modios in que mici complacuit ad confirmandum testamentum. Et adicio uobis una larea de terra que habeo in agro de calce. et accepi de uos pro ipsa larea uno bragale de panno lineo. tantum mici complacuit ita ut semper ad ipso monasterio deseruiat pro remedio anime mee per cuncta tempora. Siquis tamen Vt supra.

cesareo et gundesindo in hanc series testamenti manus nostras rouo++mus.

qui preses fuerunt teodereo test. sesmondo test. miron test. gontemiro test.

godinus presbiter scripsit.

#### DCXXXVII

*Codicilli cuidam testamento additi, posteaque, ut videtur, a scheda testamenti, consulto cassive, avulsi, quibus Onega Veniegas sextam partem praedii in villa de Pousada Monasterio S. Joannis (de Pendorada) legat. Charta autographa, e tabulario ejusdem monasterii delata, in Publico Archivo invenitur.*

1085

In coatione huius series testamenti quos fecit domna onega ueniegas a sancti iohannis baptiste de radice aratros pro remedio anima filii mei sisnandus garseaz de mea hereditate que fuit de uiro meo garsca salamiriz et fui ipsa hereditate de cida godiniz contesto ea ad ipsius domus sanctus vi<sup>a</sup> integra de uilla pausata iusta sancto christoforo in uilla conprendens (?) subtus muro discurrente durio per suis terminis et locis antiquis. notum die erit iii nonas aprilis. Era m<sup>a</sup> c xxiii.<sup>a</sup> Ego onega in hanc scripture coram testes manu mea r+obo.

pro testes — aulfu test. — senior test. — aluitu test.

Micaelis scripsit.

## DCXXXVIII

*Pactum venditionis dimidii villaे de Vadar, postea Villa-Verde dicta. Charta autographa, ad Morariense Monasterium pertinens, extat in Publico Archivo.*

1085

In dei cunctipotentis nomine hec est cartula uenditionis uel confirmationis quem facimus nos germanos una pariter id sumus menendo adtanagildiz pelagio atanagildi et godina atanagildiz et froilo et adtanagildo. placuit nobis per bona pacis et sincera uolumtate per nullo quoque gentis imperio nec pertimescentis metum sed propria nobis accessit uoluntas ut faceremus tibi gunsaluo gutterriz et ad uxori uestra geruira gunsaluiz cartula uenditionis de hereditate nostra propria que id est medietate integra de uilla uadar et habemus illa de patre nostro atanagildo sicut in sua carta resonat. et habet ipsa uilla uilla (*sic*) iacentia territorio portugalense subtus monte cotal discurrente ribulo humia ciuitas sancta maria et diuidet ipsa uilla cum uilla gaiati et de alia parte cum uilla pearios. damus ad uobis medietate integra de ipsa uilla supradicta cum suos uicos et terminos antiquos per illa (*sic*) potueritis inuenire cum exitus uel regressus cum quantum in se obtinet et ad prestitum ominis est. et accepimus de uos pretium pro ipsa uilla que nobis bene placuit id est duos boues adpretios de in  $xm$   $xm$  modios tantum nobis bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit in debitum. Ita de hodie die habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. Siquis tamen quo fieri non creditis et aliquis homo uenerit uel uencrimus ad hanc cartula intrupendum et nos ad iudicio auturgare noluerimus aut uindicare aut uos in uoce nostra pariemus uobis ipsa hereditate dublata uel quantum uobis fuerit meliorata et uobis perpetim abitura. Facta cartula uenditionis  $m$  idus aprilis. Era  $m. c. xx. m.^a$  temporibus adefonsi imperatoris et consul domnus sisenandus conimbriensis. Nos supranominatos id sumus menendus pelagius godina froilo adtanagildo uobis gunsaluo gutterriz et uxori uestra geluira gunsaluiz manus nostras hanc cartula roboram+++++us.

Monnio ermigiz quos uidit. Gunsaluo ermigiz test. Suario aluitiz test. Guttieri menendiz test. Fernando ermigiz test. Ranemirus A. D. Scribsit.

## DCXXXIX

*Descripsimus ex codice qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, prae se fert.*

1085

**Carta de hereditate quam habet monasterium in Minianos et in Manzores  
et in genestosa inter manzores et fagiones**

Domnis inuictissimis sanctis ac triumphatoribus sanctorum apostolorum petri et pauli et sancte marie mater domini uel cetere reliquie quorum baselica uidemus fundata territorio arauca subtus mons fuste et serra sicca discurrente ribulo alarda loco predicto sancti petri monasterio. Ego famulo dei aluitu romariquizi filio romarigo gelmerizi et de fronilli filia rodosendo aluitizi et de freileuua placuit mihi atque conuenit nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria mihi accessit integra uoluntas ut pro remedio anime mee concederem ad locum sanctum ecclesie uestre de paupertate mea de omnia hereditate que habeo in arauca de parte de mater mea fronilli et de auios meos rodosindo aluitizi et de freileuua et iacet ipsa hereditate in uilla minianos et inde diuidet per sautello et inde per spica de lonbato et inde per ubi diuidet per uilla frantia et inde discurret pro ad alarda per comaro que expartit per agro de fidele usque in aqua de alarda et trauze alarda et diuidet per pausada et inde per uilla iugarios et inde per carraria antiqua inter iugarios et nouales et conclude nouales usque se finxit et diuide per pumare maiore et inde in directo et diuide per illa petra qui dicent mirauade et inde per uia antiqua usque ad agro de spadannito et transit isto illo ribulo alarda et uudit per uia antiqua usque ad bocca de carreira antiqua per ubi diuidet cum uilla de muçun (?) et inde per uia antiqua usque ad illa archa et inde ferit in sautello unde primiter incoamus. Et iterum aditio ad illo loco sancti petri alia hereditate que habeo in uilla manzores que iacet inter portella et arauca discurrente ribulo alarda et alia hereditate que iacet in uilla genestosa que iacet inter manzores et fagiones et portella. de ipsas uillas mea ratione ab integro ecclesia sancti petri de arauca pro remedio anime mee concedo. et habui eas de parte de auios meos quos supra nominauimus de arauca. do illa hereditate cum suos casales et cum omni aprestitu suo exitu et regressu per suis terminis et

D. et C. Tom. I.

96

locis antiquis quantum me competit inter meas gentes et meos heredes ad locum sanctum ecclesie uestre sancti petri ad omnes fratres qui ibidem in uita sancta deseruerint pro remedio anime mee ut semper ibidem deseruiat. Siquidem quod fieri negauero aut auferre ab eodem loco quesiero aut aliquis homo uenerit de gens mea filios uel neptos aut extraneis uel quilibet generis homo qui bunc uotum meum uel testamentum intrumpere quesierit uel usurpauerit in primis sit excommunicatus a corpus et sanguis domini nostri ihesu christi et cum iuda traditore permaneat in errore et in die iuditii non resurgat sed cum inimicis dei pena eterna suscipiat et insuper pariat illa hereditate et illo que in testamento resonat duplato uel triplato uel duo auri talenta ad illos fratres qui in monasterio habitantes fuerint uel qui nunc ibi sunt uel qui uocem illorum intenderit et ad seniores qui illa terra imperauerit iudicato. et hunc meum uotum uel testamentum firmiter in dei amore permaneat in sempiternum. Facta series testamenti notum die iii<sup>o</sup> idus magii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiii.<sup>a</sup> Aluitu romariiquizi in hanc series testamenti quod fieri uolui presens consedi legentem audiui manu ro++ui. Regnante adefonsus imperatori filius fredes-nandi et in columbria paternus episcopus et dux sesnandus aluazir. In arauca egas ermigizi odorio tellizi et gauino froilazi et uigariorum eorum. Qui presentes fuerunt. menendo test. pinniolo test. Adefonso test. Aluitu test. petro test. Godinus presbiter Scripsit.

## DCXL

*Tructesindus presbyter episcopali Ecclesiae S. Mariae Conimbricensi ecclesiam S. Petri de Alafoens aliaque bona immobilia testamento legat. Charta autographa, e scrinio Sedis Co-nimbricensis delata, in Publico extat Archivo.*

1085

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego tructesindus presbyter facio cartam testamenti ad ecclesiam sancte marie episcopalis sedis colimbriensis de ecclesia que uocatur sancti petri in terra alahueni quomodo concludit per suos terminos. hii sunt enim. Incipit de petra taxucaria et discurrit inpronum per illam aquam et diuidit cum uilla paules et uadit ad illas petras super porto manso et transit illum riuum sur et uadit per illud fundatum quod uocant liniolum super sancti christofori locum et transit ad foce de riuulo qui uocatur traucia (?) ad ipsam uarzenam et concludit ipsam uarzenam cum suo molino integra et transit per illum riuulum per ipsum liniolum et per illo barreiro quomodo extremat cum villa ansianes et feret in illam petram taxucariam unde prius incepimus. sicut concludit est totum testamentum ipsius ecclesie sancti petri et casal ubi habitat rodorico barragan et tertia de sancta maria de matto et medietate de suberosa quomodo concludit per illum fontaninum de sancta cruce et fuit ipsa hereditas de matre gotini iustiz et ipse gotinus incartauit illam tio, meo abbati domno gontigio et ipse abbas dominus gontigius dedit eam michi. et ego concedo illam supradicte episcopali ecclesie sancte marie propter amorem dei et pro remedio peccatorum meorum et totum quod in terra alahueni in testamento et in laicali accipere debedo per ueritatem inter meos heredes per manum episcopi domni cresconii et clericorum eius presentiam. Si autem quilibet propincus meus siue extraneus hoc meum factum irrumpere temptauerit pro presumptione sola sit excommunicatus et maledictus a deo quandiu permanserit in ipsa pertinacia et componat de suis propriis facultatibus supradicte sedi quadruplum totum quod auferre temptauerit et hoc meum factum semper optineat stabilitatem. quod factum est Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiii ii idus Magii. Ego supranominatus tructesindus confirmo.

Qui presentes fuerunt — Cresconius episcopus+ — Martinus prior — Iohannes presbiter — Petrus presbiter — Pelagius presbiter.

Diaconi — Pelagius diaconus — Tellus diaconus — Sisinandus diaconus.

## DCXLI

*Conimbrica a dominio moslemico erepta, Ferdinandus Magnus civitati territorioque ejus Sisnandum Comitem, ut urbem civibus, rura colonis frequentaret, rectorem dederat. Ferdinando, vero, Sisnandoque e vita discessis, Alphonsus rex, qui patri in regnum succederat, Conimbricensium municipum petitiones perpendens, bona ac jura quae eis Sisnandus contulerat rata in perpetuum facit. Charta autographa, e tabulario Conimbricensis Sedis delata, nobis textum praebuit.*

1085

Christus. Sub imperio omnipotentis dei qui uerbo creans omnia recte conposuit atque utiliter in suo congaudet regno qui cum patre et filio unus quo equalis permanet per numquam finienda seculorum secula. Audiant presentes et futuri uerba relationis huiusmodi. Constitutum est inter uiuentes ut quidam ex illis sint maiores quidam mediocres alii uero maiores alii sint domini alii subiecti et necesse est ut domini prestant omnibus qui sibi seruunt et qui melius seruierint melius proficiant et magis sustententur de benefico dominorum suorum. Transactis temporibus aduenit quidam ex partibus sibilie nomine consul dominus sisnandus ad laudabilissimum fredegrandum regem et consiliatus est illi ut obsideret ciuitatem quandam nomine colimbriam que tunc a sarracenis possessa erat. Ipse uero iamdictus fredenandus rex adquiebit consiliis eius et abiens una cum uxore sua filiisque et filiabus suis circumdabit eam stetique super eam quoisque dominus eam illi tribuit in suo dominio. Intrgressus illam premeditatus est in animo suo et elegit illum iamdictum dominum sisnandum consulem de ea tali tenore et eo pacto ut populasset eam secundum suam uolumptatem. Ille etenim populabit eam bene et firmiter tenuit contra omnes gentes et dedit illis tales consuetudines ut populassent sicut melius potuissent et possedissent eas illi et filii sui seu etiam et omnis progenies eorum. Et si aliquis eorum ire uoluisset in alia terra non esset ausus uendere neque donare nisi uicino suo. Post mortem uero domni fredenandi regis dominus noster laudabilis adefonsus successit in imperio qui firmiter atque mirabiliter expugnans omnes barbaras nationes dei cum adiutorio usquequo peruenit ad laudabilissimam et nimis pulcram hac decoram ciuitatem toledo quam omnipotens deus tradidit in manus eius mirabiliter. Ut autem audierunt omnes maiores natu colinbrie cucurrerunt omnes pariter usque ad pedes domini nostri adefonsi imperatoris et genu flexo ante eum rogaberunt ut sicut pater eius donnus fredenandus rex mandaberat et postea donnus sisnandus illis consuetudines dederat ille confirmasset eis. Adquiebit itaque petitionibus eorum hoc modo et dixit — Ego adefonsus diuino nutu protectus laudabilis imperator uobis omnibus hominibus fidelissimis meis populantibus in omni circuitu intus et foris colimbrie utriusque uite beatitudinem in christo domino caritatue euenit animo meo michi iam supra scripto adefonso imperatori ut uobis iam supra taxatis fidelibus meis omnibus hominibus populantibus in tota terra colimbrie facere textum scripture firmilatis sicut et facio et perhactum confirmo de omnes hereditates quas unusquisque uestrum populabit per manus consul dominus sisnandus cui pater meus fredenandus illam ciuitatem iamdicta colimbria de manibus sarracenorum uolunptate dei abstracta concessit et ego post permisione dei in imperio superueniente sicut pater meus eam illi tribuit alacri uultu integraque mente et puro corde ego confirmabi et sicut ille consul donnus sisnandus unicuique uestrum tribuit terras uineas casas seu etiam et uillas ad populandum ego uero confirmo eas uobis iure hereditario ut abeatis illas et possideatis uos et filii uestri et omnis posteritas uestra euo perhenni et secula cuncta. Sed hoc intersit ut si unusquisque uestrum ire uoluerit in alia patria non sit ausus uendere neque donare alicui extraneo homini nisi uicino suo aliter nequaquam. De quas hereditates facio uobis integrum condanationem (sic) sicut supra scriptum est ut abeatis uos illas et omnes progenies uestra in seculum seculi. Quod si ego aut aliquis de meis propinquis uel de extraneis hanc confirmationis kartam uolare uoluero uel uoluerit et contra hoc quod ego sponte facere iussi destructor esse uoluero uel uoluerit quisquis fuerit propinquus aut extraneus segregetur a corpore et sanguine domini et cum iuda traditore demersus in profundum inferni parili cum illo lugeat penam et hoc factum meum sit firmum et stabile in seculum seculi. Facta kartula confirmationis m<sup>o</sup> kalendarum iunii concurrente Era r<sup>o</sup>cxxiii.<sup>o</sup> Adefonsus gratia dei laudabilissimus imperator hanc confirmationis cartam quam legentem audibi et scribere iussi conf.

Ego martinus muniz quem post obitum predicti consulis imperator prefactus adefonsus ciuitati predicte preposuit conf. +

Didacus gratia dei apostolice sedis pontifex conf. — Ederonius auriensis episcopus conf. — Gomez auensis episcopus conf. — Raimundus palentine sedis episcopus conf.

Petrus ansuriz comes conf. + — Martinus adefonsus comes conf. + — Petro pelaiz comes conf. — Roderico ordoniz armiger regis conf. +

Pelagius domingiz maniorinus legionense ciuitatis conf. — Pelagius uelitiz maniorinus domus regis conf. — Petro iohannes maniorinus de castella conf.

Pelagio guteriz conf. — Suarius menendiz conf. — Gunsalbus menendiz conf. — Gundesindus mouraniz conf. — Egas ermigiz conf.

Sub christi nomine. Ego supradictus adefonssus imperator adueniens in columbriam anno regni nostri **xx<sup>o</sup> viii.<sup>o</sup>** mense quarto eiusdem anni cum genero meo domno raimundo et cum quibusdam ex primatibus nostri palatii roboraui et stabilio hoc meum factum in Era **xc xxxi x** kalendas maii vi feria pasche et confirmaui inreocabiliter presentibus columbrianis et potentibus. Siquis autem ex propinquis meis aut de extraneis hoc infringere temptauerit sit separatus a communione corporis et sanguinis domini quoisque digne melioretur.

Ego raimundus gener supradicti imperatoris domni adefonsi confirmo et nomen meum iussi subscribi. — Ego martinus munionis preses columbrie et gener consulis domni sisnandi qui pro eo in locum eius successi hoc quod domino meo imperatori complacuit confirmo et obseruare ueraciter promitto et laudans regis iussum nomen subscribi iussi meum. — Ego petrus dei nutu nazarensis episcopus confirmans. — Cresconius supradicte columbrie episcopus confirmo. — Rodoricus archidiaconus et prior bracarensis ecclesie adfui et confirmo. — Pelagius abu-nazar scripsit. — Sisnandus astrariz clericus qui scripsit.

## DCXLII

*Cum lis oriretur inter monachos Monasterii S. Stephani de Villela et homines possidentes, ut laica, bona ecclesiastica quaedam, ad ecclesiam S. Mametis pertinentia, possessores, furti coram judice convicti, bona ipsa tandem monasterio restituunt. Sumpsimus ex apographo saeculi XVIII in biblioteca Academiae nostrae servato, et ex codice Livro das Doações in tabulario Monasterii Palatiensis (de Paço de Sousa) olim existente, descripto. Codex ipse, cum aliis ejusdem coenobii monumentis, incendio periisse credimus. Hoc monumentum edidit jam RIBEIRO (Dissert. Chronol., T. I, Append. N.<sup>o</sup> 27).*

## 1085

Temporibus illis, quibus Adefonsus Rex Spaniarum adprehendit Tolletum, orta fuit intentio inter fratres de Monasterio Vilella et heredes de Sancto Mameti de Fafilanes; hi sunt prenominati Didagus presbiter, et monacus, qui praeerat Monasterio ipsius Vilella in voce de Sancto Stephano contra Eirigu Asiulfiz, et contra suo filio Abdella Eiriguiz, et contra Gontino Fafilas, super testamentum de Sancto Mamete, que jacet in villa Figaria, quod fuit de fratre Abdella cognomento Patre Abdellaz, et est ipsum testamentum definitum, et per deliberabile judicium deliberatum, de hereditate de fratre Namdulfa, de illa media septima integra, et de illa alia media **m<sup>o</sup> vi<sup>r</sup>** integra, et septima integra de Sancta Marina de Figaria, de illa medietate similiter, et de Sancto Salvatore de ipsa Figaria de medietate **v<sup>a</sup>** integra, et de illa alia media de tercia duas septimas integras. Invenimus autem ipsum testamentum superius taxatum super ipsos homines jam prenominatos occultum, et tenebant illum inter se ipsos more laicalis divisum, et ab ipsa ecclesia vocabulo Sancti Mameti de Fafilanes, cuius est testamenti, tenebatur extraneum, pro qua re ego Didagus presbiter veni super ipsum testamentum in voce de Sancto Stephano de Villela, ubi est ipse Sanctus Mames cum sua Ecclesia testatus, et pulsavi voce de ipso testamento contra ipsos homines jam prefatos, in presentia de Domno Egas prolis Ermigiz per manu de suo Saion Menendo Pantaiz, et cognoverunt se, et non potuerunt respondere pro illi judici. Obinde ego Eiricus Ajulfiz tam pro me, quam pro filiis et heridibus (*sic*) meis, et ego Gudinus pro me, et fratribus, et heredibus meis, plazum legale per scripturam firmatis facimus tibi, Didago presbitero, super ipso testamento de Figaria in voce de Sancto Stephano de Monasterio Villela, sub die quod erit Nonas Agustas, **E.<sup>o</sup> m.<sup>o</sup> c.<sup>o</sup> xx.<sup>o</sup> iii.<sup>o</sup>** Ita de hodie die et tempore non sedeamus nos ausi ipsum testamentum contensare, aut inrumpere, aut extraniare, non nos, non posteritas nostra, non per scripturas anterioras, aut posterioras, nec per nulla suposita mala, nec aliquis in voce nostra, unde ipsa ecclesia vocabulo Sancto Mamete super ipso testamento impedimento habeat, et Monasterium de Villela inde suam veritatem careat; et si minime fecerimus, et plazum istum excederimus, que pariemus ipsum testamentum, que usque nunc tenuimus occultum, per sentencia legum, et super d<sup>o</sup> solidos, tibi Diago presbitero, aut ipsi, qui vocem ipsius testamenti in voce Sancti Stephani pulsaverit, et judicato. Nos superius nominatus, id sumus, Eirigu et Gontenu in hoc plazo, et agnitione, manus nostras roboramus. Qui prezems fuerunt: Tructesindo testis. Gondesindus testis. Eirigo testis.

## DCXLIII

*Ermigius Moniz Monasterio Palatiolensi (de Paço de Sousa) dimidium villaे, quae Eribius dicebatur, dimidiumque ecclesiae S. Vincentii testamento legat. Ex codice saeculi XVIII, ad Publicam Bibliothecam Portucalensem pertinente, qui Provas das Memorias de Paço de Sousa inscribitur, sumpsimus.*

1085

Dominis inuitissimis hac triumphatoribus sanctisque Martiribus et sancti saluatoris et sancte Marie semper uirginis sanctorum Apostolorum Petri et Pauli videlicet et Mathei euangeliste quorum Baselica fundata est in uilla Palaciolo subtus mons Ordinis discurrente ribulo Sausa territorio Portugallense. Ego exigui famulo Dei Ermigius do atque testo pro remedio anime mee partem de mea hereditate scilicet medietatem de ipsa uilla de Eribio que est in terra de Penafiel inter Sausa et Kaualunum cum omnem suam rectitudinem et cum medietate de ipsa Ecclesia sancti Uincenctii et ganaui ipsam hereditatem de Rex Domno Alfonso. do illam per ubi illam potueritis inuenire per suis locis et terminis antiquis cum quantum in se obtinet et ad prestitum ominis est. Do illa pro remedio anime mee ut ante Deum merear remissionem peccatorum meorum in diem iudicii audire ab eo cum electis dicentem — venite benedicti Patris percipite regnum —. Et si aliquis homo uenerit uel uenero qui bunc factum meum inrumpere uoluerit in primis sit maledictus et excommunicatus et cum iuda traditore in pena dampnatus et maledictione illa sit super eum que meruerunt Datan et Abirom quos uiuos terra obsorbuit et insuper pariat ipsum testamentum quadruplatum et iudicato post partem Abbatis ipsius Monasterii a cuilibet. Facta series testamenti notum die erit xviii<sup>o</sup> Kalendas Setembris. E. m. c. xxiii. Ego Ermigius Monis in hanc kartam uel testamenti propriis manibus roboro. Pro testibus. Sisnandus testis. Garcia testis. Martinus testis.

## DCXLIV

*Pactum venditionis partis maximaе fundi in villa de Sande. Charta autographa, olim in tabulario Monasterii S. Joannis (de Pendorada) servata, in Publico extat Archivo.*

1085

Christus. In dei nomine ego tequilo prolix froylaz una cum subrina mea truylo ariulfiz placuit nobis adsto animo ad integras (sic) proprias nostras uolumtates nullum quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed arcessit propria mea uolumtas ut uinderemus ad uobis pelagio gundisalbiz et uxor uestra giluira fernandiz hereditate nostra propria que habemus in uilla quos uocitant sandi. et fuit ipsa hereditate de domno ennego et caybi in portione in filiis suis miro ennequiz et caybi in portione filii sui froila et est hodie in filia sua bona et subrina sua truilo et habet iacentia ipsa hereditate in loco predicto casal de miro hic in sandi. damus ad uobis in ipsa uilla casas domus uineas sauctus figales amexinales exitum uel regressum cum quantum ad prestitum ominis in ea est et in flumina piscarias. damus ad uobis de ipsa uilla m<sup>ir</sup>a integra et de parte truilo medietate integra tantum me computat inter meos fratres uel heredes et est ipsa uilla in sandi territorio anegia subtus mons castro de boi discurrente fluuius durio et tamice. et accepimus de uos pretio in quo nobis bene complacuit L modios uos destis et nos accepimus et de pretio apud uos nichil remansit in debitum. Ita de de (sic) hodie die sit de iure nostro abrasa et in iure uestro sit tradita uel confirmata iuri quietum temporibus seculorum. et si quis tamen quo fieri non credimus et aliquis homo uenerit uel uenerimus tam de propinquis meis uel extraneis que nos ad iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis in ipso logar ipsa hereditate dublata et uos perpetim abitura. Facta kartula uenditionis notum die quod erit xi kalendas septembbris. Era m<sup>c</sup>xxiii. tequilo truilo ad uobis pelagio et uxor uestra giluira in kartula uenditionis manus ro++mus. qui preses fuerunt — monnio test. — ennego test. — froila test. — egas test. — Veremudus notuit.

## DCXLV

*Pactum venditionis partis quartae villaे cujusdam prope flumen Mundam, Nedrabuzad dictae. Charta autographa, olim in scrinio Conimbricensis Sedis custodita, in Publico Archivo invenitur.*

1085

In dei nomine. Ego garcia dauizi placuit michi prona mente et propria uoluntate ut uendere uobis abbati domno froilae pelagiz sicut et uendo in mea uice et sororum mearum gontinae et adosindae hereditatem nostram propriam quam habemus in uilla que uocatur nedrabuzad subtus monte oss territorio colimbric seclus torrentem qui dicitur uillella prope decursum fluminis mondecus et habemus illam de auio nostro louesindo. uendo uobis de ipsa uilla iam supranominata nedrabuzad quartam integrum ubi illam potueritis inuenire per totos suos terminos et diuisiones antiquas cum omnibus que in se habet que hominibus adprestita sunt. nichil subtraimus de iuri uestro ex cunctis rebus quas in se habet. proinde accepi de uobis pretium v solidos et unum semissem argenti tantum michi bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit in debito. Ita ut ab hac die et tempore sit ipsa hereditas supranominata de iuri nostro abrrasa et iuri uestro sit tradita et confirmata. habeatis uos illam firmiter et omnis cui uos illam dederitis in omnibus temporibus seculorum. Si quis tamen quod fieri non credo aliquis homo aut mulier cuiuslibet generis aut dignitatis uenerit contra hanc kartam uenditionis ad inrumpendum et ego in iudicio eum deuindicare non potuero pro parte uestra aut uos in uoce mea pariam ego uobis hereditatem ipsam dublatam uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos illam perpetim habeatis. Facta est karta ista uenditionis die n<sup>o</sup> feria vi idus septembrii. Era Millesima c<sup>a</sup> xxiii. Ego garzia pro me et pro sororibus meis gontina et adosinda uobis froila abbati manu mea roboro.

Eusebius presbiter et prior monasterii urbanensis confirmo — Sisenandus presbiter simul et monachus supradicti cenouii confirmo — Daniel conuersus suprascribti monasterii habitator confirmo.

Suarius ermigiz test. — Aluazir domno menendo baldemirus prolis confirmo — domno bellid quos uidi conf. — domno mido quos uidi conf. — hioanne iustiz quos uidi conf. — domno martino auen atomahth quos uidi conf.

Zoleiman men aaflah quos uidi conf. — domno zakarias quos uidi conf.

Pelagius scripsit.

## DCXLVI

*Ex libro regestorum Monasterii Araucensis, Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, sic dicto, decerpsumus.*

1085

**Carta de uno casali quod habet monasterium in godesendi in termino de Arauca**

Dubium quidem non est sed multis certum et notissimum manet in ueritate eo quod maiorinos de aluazir domno sisnando ascarigu gauiniz et arias pelaiz in temporibus rex adefonsus Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiii<sup>a</sup> calumniarunt ipsos maiorinos supranominatos hereditate de monasterio sancti petri de arauca in loco nominato illo casal de gondesindi qui est inter illo casal de illo condato et casales de fonte coperta subtus illa carral que dicit de uilla sancti petri de arauca in derecto ad uilla que dicent uillare tenente illo monasterio gudinus abba. et peruenit cum ipsis maiorinos altercantes ante aluazir domno sisnando super illo casal et saccavit ille abbate suo testamento et annuntione que roborarunt in tempus de comite gunçaluo moniz ad godesteo muniz qui fuit filius et subrinus de ipsis domnos qui ipso casal testarunt ad ipso monasterio sancti petri. Quando uidit aluazir et audiuist illos testamentos et illa annuntiatione iudicauit et mandauit quod dedisset ipso abbate v fratres et vii laicos et iurassent quia illo casal qui calumniabant ipsis maiorinos qui iacet subtus illa uia et super illo casal de gondesindi qui est de illo condato quia ipsa hereditate cum suo casal est ueritate et testamento de sancto petro. ita et per manu de gauino froilaz et de ascarigu gauiniz et de arias pelaiz dedit ipso abbate v fratres id sunt adefonsus gauinus trasmundus arias gunterigus et vii laicos id sunt fromosindo odorio aluitu recemiru pelaio bonimenzo uimara et iurarunt in sancta eolalia quia illo casal cum sua hereditate et (sic) ueritate de illo monasterio sancti petri et de ipso abbate et de suos fratres. Obinde nos ascarigu et arias simul cum dom gauino per mandatione de aluazir domno sisnando in uice ipsius simulque et nostra plazo et annuntione facimus tibi gudino abbati et fratribus tuis de sancto petro de arauca In die quod eriz n<sup>o</sup> kalendas nouenbris Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiii pro parte de ipso casal de gon-

desindi quod uobis calumniauimus ut de hodie die in denante non inquietemus uobis ipsa hereditate nec ipsa nec alia qui uestra ueritate fuerit. Et si aliquis ex nobis ab odierno die ipsa hereditate aut alia similia per quilibet modo aut per superposita aliqua mala uobis ea temerare presumere usurpare uoluerit quisquis ille ex nostra parte uel in uoce que nos tenuimus ad uestra parte temptator et usurpator extiterit quod pariat uobis et ad partem monasterii uestri quantum uobis calumniauerit per sententia legis duplatum et triplatum uel quantum fuerit melioratum ad ipso monasterio et ad partem iudicis aut regis ~~x~~ talenta auri et ipsa hereditas ad partem ipsius monasterii usque in perpetuum uindicetur. Gauino froilaz ascarigu gauiniz arias pelaiz in hoc plazo et annuntione tibi gudino abbati et ad fratribus tuis manus nostras robo~~++~~mus. Qui presentes fuerunt. Ianuardus test. Pelagius test. Menendus test. Aluitus test. et plurimi homines in concilio de arauca qui uiderunt et testes extiterunt. — Godinus presbiter notuit.

## DCXLVII

*Pactum venditionis praedii in villa de Paredes. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1085 (?)

In dei nomine ego sisnandus gratia dei episcopus in domino deo eterne salute amen. Ideo placuit mici per bone pacis et uoluntas nulum quoque gentis imperio nec suadentis articulo set accedit propria mea uolumtas ut facerem tibi goysenda cartula firmitatis de ereditate mea propria que fuit de gundesindu toderaquic et uenit in portione de suo patre toderaogo gundesindic in uilla parietis et loer.. subtus mons aratros inter bis aluei durio et tamize. et accepimus de uos in pretio xx modios tantum a nobis bene complacui et de pretio nichil remansi in debitum. Ita ut de odie die uel tempore de iure meo sit abrasa et in iure uestro sit tradita uel confirmata. Abeatis uos et omnis posteritas uestras firmiter in temporibus seculorum et quiuic de ea facere uolueris in dei ... tu benedictionem facias. Si quis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula uenditionis ad inrumpendum que nos ad iudicio deuindigare non potuerimus aut uos in nostra uoce aut progenie nostre ad illa uestra tunc pariet uobis eo quod in carta resonat in duplum et iudigato et hunc factum nostrum plenum abeat firmitate. Facta carta uenditionis notum die quod erit xviii kalendas december quod est era Millesima c<sup>a</sup> xxiii. (?) Sisnandus gratia dei episcopus ad tibi goysenda in hanc cartula uenditionis manu mea r+.

Sisnandus gratia dei episcopus manu mea conf.

Pro testes — adulfo test. — froyla test. — pelagio test. — dominus exeminus conf.

Sisnando notuit.

## DCXLVIII

*Pactum venditionis praedii in villa de Bario dicta (forte do Bairro). Ex codice, qui titulum Tombo de S. Simão da Junqueira T. i p[re]ae se fert, sumpsimus.*

1085

In Dei nomine. Ego Zeseiro Rugemirizi in Domino eterno Deo salutem amen. Ideo placuit michi pro bone pacis et volunptas, ut nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo, neque perlimicentis metum, se propria michi accesu voluptiontis ubi facio vel facimus tivi filio meo Romarigo de hereditate mea propria, que habeo in Villa Bario subtus mons Castro argifonsi discurrente ribulo alister in Villa quos vocitant Bario. doo tibi filio meo Romarigo de ipso meo quinione de meo Pater et de mea Mater que inde mi ouve cum sua Kassa integra per suis locis, et terminis, et antiquis cum quantum in se obtinet et aprestitum ominis est, et accepimus de vos pretium septem modios, tantum a nobis bene complacuit et de pretium apud vos nichil remansi in devitum, damus a vobis ipsa hereditate, qui nec vindatis nec donetis in nulla pars, nisi unus ad alias jermanos, et si aliquis homo uenerit, vel uenerimus contra hanc kartula ad inrumpendum que vos in iudicio devindicare non potuerimus, aut nos in voce nostra post parte vestra que pariemus ipsa hereditate dublata vel quantum a nobis fuerit meliorata; notum die sexto Kalendas Decembbris in era milesima centesima vigesima tertia. Zeseiro a tibi filio meo Romarico in hoc Kartula manu mea rro+uit. Pelagio testis. Gunzalvo testis. Munio testis. Luszo testis. Suario testis. Anagildo testis. Gontato Presbiter notuit.

## DCXLIX

**Fredigilus Egicaz octavam partem praedii ecclesiaeque, in loco de Arouca sitis, Monasterio Araucensi donat vel legat. Charta autographa ad idem monasterium pertinens, servatur in Publico Archivo.**

1085 .

Christus. In nomine domini nostri ihesu christi. Domnis inuictissimis sanctis ac triumphatoribus sanctisque martiribus sanctorum apostolorum petri et pauli et sancte marie mater domini quorum basilica fundata uidemus in territorio arauca. Ego famulo dei fridixilo egikazi cum a peccatis meis iugo deprimerem et iudicium magnum venturum domini in interioribus meis cogitarem placuit michi atque conuenit nullis quoque gentis imperio nec suadentis artigulo sed propria michi accessit uolumtas ut pro remedio anime mee donarem de paupertatis mee ad locum sanctum ecclesie sancti petri de arauca et tibi godinus abba et fratribus omnibus qui in ipso monasterio sunt et in uita sancta perseuerauerint et ad omnibus christianis qui ibidem deseruierint. do in eodem loco sancti petri de arauca hereditate mea propria que mici euenit de parte de parentorum et auiorum meorum viii<sup>a</sup> de sancto iacobo de arauca que mici euenit de meo patre egika et de bisauio meo elderigo presbiter qui comparauit illa hereditate tota de sancto iacobo et dedit pro illa uno kauallo cum sella argentea et freno argenteo et possediuit illa multo tempore et postea testauit inde medietate ad sancti saluatoris de uarzena et illa alia medietate relinquit ad meos auolos nominatos fridixilo presbiter et toderigo presbiter et patri meo egika et patri meo relinquit mici et heredibus meis. et iacet ipsa ecclesia et ipsa hereditate in territorio arauca subius monte fusile et serra sicca discurrente ribulo alarda et diuidet per termino de sancta eolalia et diuidet per barca et inde per nouellitu et inde per uillar et inde per uilla bona et per uillanoua et per curugios et inde per termino de sancta eolalia unde primiter incoamus. de tota illa ecclesia et illa hereditate de sancto iacobo euenit inde in mea ratione viii<sup>a</sup> integra concedo illa pro remedio anime mee ad monasterio sancti petri cum omni sua prestantia exitu et regressu ubi illa inuenire potuerint per suis terminis et locis antiquis tota illa mea ratione ad illo monasterio sancti petri deseruiat cunctis temporibus seculorum. Si quis tamen quod fieri non credidero aut aliquis homo uenerit de gens mea aut extraneus qui hunc meum uotum intrumpere quesierit sit excommunicatus a corpus domini nostri ihesu christi et a consortio omnium sanctorum dei et cum iuda traditore permaneat in eterna damnatione et insuper pariat illa hereditate dublata et illo testamento ad tibi godinus abba uel ad fratribus qui ibidem fuerint uel qui uocem testamenti tenuerit et ad partem regis iudicato. et hunc meum uotum firmiter permaneat in secula seculorum. Facta series testamenti notum die idus decembris. Era tc xxiii.<sup>a</sup> Regnante adfonso imperatori filius ferenandi regis. Dux in colinbria sesnandus aluazir et paternus episcopus. In arauca egas ermigizi Odorio tellici et gauino froilazi. Fridixilo egikaci in hanc series testamenti quo fieri uolui presens consedit scribentem uidi diligenter audiui manu mea ro+ui.

Qui presentes fuerunt. Iusto test. gondesindo test. pelaio test. sagildo test.  
Godinus presbiter notuit.

## DCL

**Permutatio cuiusdam agelluli pro alio. Quibus locis siti sint contractu non cernitur. Charta autographa, olim in tabulario Monasterii S. Joannis (de Pendorada) servata, in Publico Archivo custoditur.**

1085

In dei nomine ego ramiro presbiter et toderigu presbiter placcui nobis per bone pacis et uolumtas ut faceremus ad tiui domna maiorina deouota cartula contramutationis de ipso testa de leuegoto qui iace in ipso uestro kasale de oletrianus viii pasus in longo et v in anpro pro que damus ad uobis allios tantos in ipso kasale de mea mater saracina adueatis uos ila firmiter et ipsos fratres aut xorores qui fuerint auitantes in ipso logo sancti iacobi. et qui hunc factum nostrum intrumpere uolueri parie ipso testamento per sentencia kaloniga et iudicato pro uestra parte aut qui uestra uoce pulsare pro parte uestra. facta cartula contramutationis notum eri-die xi kalendas ianuari. Era mc<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> iii.<sup>a</sup> ramiro presbiter et toderigu presbiter in ahnc cartula manus nostras ro++.

Pro test. eisemeno test. aluito test. menemdo test. petro presbiter notuit.

## DCLI

*Ferdinandus Adul fiz bona sua omnia immobilia, in villa Complentes dicta, Monasterio S. Joannis (de Pendorada) testamento legat, filios vel fratres qui terram ibi coluerint colonos monachorum constituens. Charta autographa, in scrinio ejusdem monasterii olim custodita, in Publico invenitur Archivo.*

1085

Sicut ex sacris duographorum eruditionibus didicimus humane salutis origine fundamentum generaliter in sancte matris ecclesie sacramento consistere nouimus nec aliquomodo posse aliquem saluari nisi fulcimento et subsidio ejusdem unde et matris onomate designatur quo ceu mater filios ita ipsa omnis ortodoxis lacte suorum sacramentorum et cultu misterioro (*sic*). Ac obseruatione ceremoniarum nutritos ad perpetue salvationis gaudio perductus in ipsa precipue salus omnium nititur nam ipsa totius christianitatis ordo geritur atque fundatur. Hec esse ergo celestis illa iherusalem celestem qua dicitur (*sic*). Ego famulo dei fredenandus prolis adul fiz placuit michi sub tuo nomine et in tuo amore christi et timore quod colimus in corde nostro consideramus ut de omnem rem nostram et cum paupertacula nostra et omnia mea hereditate contesto ad aulam domus sanctorum sancti salvatoris et sancti iohannis baptista qui inter eos principatum tenet quorum basilice esse cornitetur subtus mons aratros discurrente bis aluei durio et tamice quod est fundatus in loco predicto iusta villa capanellas orbe anegia territorio portugalensis. et habet ipsa hereditate iacentia in villa complentes et fuit ipsa hereditate de fedenando gondesindiz et uxori sua recadragia. contesto ad ipsius sanctus domus cupus exitum uel regressum cum quantum aprestitum ominis in ea est et in flumina piscarias damus de ipsa villa pro remedio anime mee vi<sup>a</sup> integra tantum me computat inter meos fratres et heredes. et habeant ipsa meos filios aut germanos et de seminis meis ad labrandum et dent (?) ratione per uigario de fratres de sancti iohannis. Ita de hodie die uel tempore sciat isto que in testamento resonat de iure meo abrasum et ad ipsius sanctus confirmatum iuri quietum temporibus seculorum. Et si quis tamen quo fieri non credimus et aliquis homo uenerit tan de propinquis meis uel extraneis qui hunc factum usurpare voluerit in uno modico in primis sit excommunicatus et a cceptum christianorum sit segregatus et cum iuda traditore abeat partem et insuper paria duo auri talenta et ipsa hereditate dublata et iudicato post partem ipsius testamentum. Factum est huius series testamentum notum die quod erit vi kalendas ianuarii. Era m<sup>c</sup>xxiii. Fredenando prolix adul fiz quo fieri elegi et hunc testamentum manus mea ro+ravit.

Qui preses fuerunt.—Eximinus abba confimo — Martino conf. — Romano conf. — Michahelis conf.  
Gundisalbo conf. — Didacus conf. — Veremudus monachus notuit.

## DCLII

*Pactum venditionis praedii rustici cuiusdam in villa de Guidões. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo invenitur.*

1086

Christus. In dei nomine ego ramiru et uxori sua gontina Ideo placuit nobis proprias nostras uolumtates ut uinderemus ad uobis tructesindo gutieriz et uxori uestra gontrode sicut et uendimus ad uobis nostro plantato que plantauimus in uila quidones que abemus de parentela et de ganantia quantum ibidem abemus in ipsa de quidones. uendimus ad uobis ipso plantato ab integro pro pretio prenominate v modios tantum nobis placuit. abeat uos et omnis posteritas uestras ipso plantato que de sursum resonat firmiter et facialis de illo quod uolueritis. Si quis tamen quod fieri non creditis aliquis omo uenerit uel uenerimus tam nos aut filii nostris aut qualibet generis omo uenerit que ad uobis ipso plantato calumniare ..... do parie ad uobis illo dublato aut quantum ad uobis fuerit melioratum et uobis perpetimabitura. Facta carta uenditionis notum die quod erit kalendas ianuarii. Era millesima c xxiii. ramiru et uxori sua gontina in anc carta uenditionis manus nostras ro++.

pro test. didaco. alio didaco test. gumdisalbo test. pelagio test.  
gumdisalbo presbiter notuit.

## DCLIII

*Ex libro regestorum Monasterii Araucensis, Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, sic dicto, decerpsimus.*

1086

**Carta de hereditate quam habet monasterium in Romariz  
in termino de arauca**

Domnis inuictissimis sanctis ac triumphatoribus sancta dei genitrix virgo maria sanctorum apostolorum petri et pauli in honore omnium sanctorum dei quorum basilica fundata est territorio arauca uocabulo sancti petri. Ego famula dei gaudilli gaudizi placuit mihi ut pro remedio anime mee donarem de paupertate mea aliquantum de hereditate mea que habeo de parte de mea mater gemlo et de auio meu auido filio de cesario auidizi. et iacet ipsa hereditate in territorio arauca in villa que dicent romarizi in loco predicto casal de pausada de ipso casale xn<sup>a</sup> integra pro remedio anime mee ad tibi gudinus abba et ad fratribus qui in ipso monasterio sunt et in uita sancta perseverantes fuerint cum omni sua prestantia uobis concedo. et diuidet ipso casale cum termino de sancto petro et per penso et inde diuidet per casal de palla et inde per alarda et inde per termino de sancto petro unde primiter incoauimus. de omne illo casale et sua hereditate xn<sup>a</sup> integra pro remedio anime mee ad ipso monasterio sancti petri dono. et insuper accepi de ipsis fratres et de ipso monasterio ad confirmandum testamentum x quarteiros in que mihi complacuit. Siquis tamen quod fieri non credidero aut aliquis homo uenerit filii aut neptis propinquis aut de extraneis qui hunc testamentum uel cartula inrumpere quesierit in primis sit excommunicatus ab omni cetu christianorum qui hoc temptauerit et insuper pariat isto quod in testamento resonat duplum uel triplum ad tibi gudinus abba et ad fratres qui in ipso monasterio fuerint. et factum meum et uolum permaneat in secula seculorum. Facta series testamenti uel kartula uenditionis notum die vi idus ianuarii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiii. Regnante in gallecia adefonsus rex. In colinbria paternus episcopus et sisnandus aluazir. mandantes arauca egas ermigizi odorio tellizi gauino froilazi. Gaudilli in hanc series testamenti et cartula uenditionis manu mea ro+ui. Qui presentes fuerunt. arias conf. ero conf. cesario conf. gauino test. onegildu test. — Godinus presbiter notauit.

## DCLIV

*Egas Ermigiz uxorque Monasterio S. Joannis (de Pendorada) legant partem fundi cuiusdam, praediumque aliud rusticum in loco Loderiz dicto. Addunt partem praedii in Paredes situm, aedesque in ripa Durii, prope S. Joannem. Charta autographa, ad idem monasterium pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1086

Sicut ex sacris duographorum eruditionibus didicimus humane salutis origine fundamentum generaliter in sancta mater ecclesie sacramento consistere nouimus nec aliquomodo posse aliquem saluari nisi fulcimento eius subsidio eiusdem unde et matris onomate designatur quo ceu mater filios ita ipsa omnis ortodoxis lacte suorum sacramentorum et cultu misteriorum. Ac obseruatione ceremoniarum nutritus ad pertutue (*sic*) saluationis gaudio perductus In ipsa precipue salus hominum nilitur nam ipsa totius christianitatis ordo geritur atque fundatur. Hec esse ergo celestis illa iherusalem qua dicitur —Vidi ciuitatem sanctam iherusalem nouam descendenter de celo ad deo paratam sicut sponsam ornatam uiro suo—. Hec est de qua uidi iacob angelus descendentes et ascendentess per scalam herectam et dixit —Terribilis est locus iste hec domus dei est et porta celi et uocabitur aula dei—. Nemo enim potest deo placere qui sponsus eius est nisi ipsam sponsam dei uidelicet ecclesiam digna reuerentia honorificet. Hergo dum salus hominum per sanctam ecclesiam operetur dignum est ut eam omnes sumopere honorificemus muneribus ditemus terrarum donatione amplificemus omni genus dignitatibus ornemus ut per huius seruitii exhibitionem in illa celesti possideamus cum sanctis hereditatem. Proinde ego egas ermigiz et uxor mea gontina Notum fieri cupimus omnibus nostris fidelibus cunctis ortodoxis atque catholicis uiris presentibus scilicet et futuris qualiter ego nos pro salute et remedio animas nostras et pro salute omnium christianorum ad monasterio sanctorum martirum sancti romanani (*sic*) et sancta columba et sancta eugenia et sancti iohannis euangelista et sancti iohannis baptista et precursoris christi qui inter eos principatum tenet qui situm est inter bis aluei durio et tamice facimus testatione de nostra hereditate que hauemus in loderiz que canauimus de dauid per nostros mo-

dios (?) uel precio n<sup>a</sup> v<sup>a</sup> intecras cum suo pane uel aprestitum et in ipse loderiz m<sup>a</sup> de casal que canau de falgon toderaquiz et in paretes que comparaui de elduara m<sup>a</sup> de hereditate de suo pater quendas quia tantum computa de illa inter suos fratres et abent iacentia ipsas hereditates ubi iam diximus inter durio tamice subtus mons maurenti discurrente riuolo tamice territorio anegia. Et ipsa casa que fecimus in ille riparia de durio in sancto iohanne cum suo pane et suo uino ad intrecro. et si quis sane mentis non crediderit et aliquis omo uenerit tam propinquus meis quam extraneis qui hunc factum nostrum inrumperit a cetu christianorum fidelium sit segregatus et non abeat partem in prima resurrectionem et non audiat uocem domini dicentis — Venite benedicti patris mei — Sed firma et inconuulsa donatione ad uictum monachorum et presitum permaneat. Factum series testamenti n<sup>o</sup> idus ianuarii. Era millesima cxxiii.<sup>a</sup> Ego egas prolix ermita et uxor mea guntina quo fieri elegimus et manus nostras coram testibus ad roborandum tradimus.

Qui preses fuerunt — garsea test. — didacus test. — froila test. — afonso test.

ermigio conf. — oueco conf. — toderaco conf. — menendo presbiter conf.

Didagus indignus presbiterus notui.

## DCLV

**Descripsimus ex libro regestorum Monasterii Araucensis, qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins prae se fert.**

1086

**Karta de hereditate quam comparault monasterium in Romariz  
et in Vallinas termino de Arauca**

In dei nomine. Ego guina gaudizi in domino eternam salutem amen. Ideo placuit mihi atque conuenit nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propria mihi accessit uoluntas ut uinderem uobis gudinus abba et fratribus tuis de sancto petro de arauca sicut et uindo uobis de hereditate mea propria que habeo in villa romarici in territorio arauca subtus monte fuste et serra sicca discurrente ribulo alarda. et habeo illa de parte de mea maler geilo et de auio meo cesario aidizi. et iacet inde una leira de linare quomodo leuat se de molino de eileuua gundisaluizi et inde usque ad alio molino de cesario aidizi. de ipso linare toto viii<sup>a</sup> integra uobis uindo. et in uallinas alio pedazo que iacet inter illos quiniones ambos de domna eileuua vi<sup>a</sup> integra do uobis de illo pedazo. et accepi de uos in pretio duos modios de milio tantum mihi bene complacuit ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditate et illos quiniones de meo iure abrasos et in uestro iure sit traditos et confirmatos iuri quieto temporibus seculorum. Et si aliquis homo uenerit ista carta ad inrumpendum que ego ad iuditio post parte uestra deuindicare non possim quomodo pariam uobis illa duplata uel triplata uel quantum uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta kartula uenditionis notum die vi kalendas martii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiii.<sup>a</sup> Guina gaudizi in hanc kartula uenditionis manu mea ro—ui.

Qui presentes fuerunt. gauino test. fradixillo test. Ero test. Cesario test. — Godinus presbitero notuit.

## DCLVI

**Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis deprompsimus.**

1086

**Testamentum de uilla que dicitur orta quam testauit aluazir dominus sisnandus  
sedi sancte marie**

In Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> ii<sup>a</sup> In dei nomine et eius misericordia Sic intravit rex dominus fernandus cui sit beata requies hic in ciuitate colimbria et prendiuit eam a tribu hismaeles per sua spata cum adiutorio domini regis celestis et constituit in ea ciuitate colimbria custodiat illam deus principem fidelem suum domnum sisnandum exaltet illum deus. In illis autem diebus eo ibi morante cum suos barones et cum suos uasallos et fideles iussit illis ut apprehendissent unusquisque uillas ad populandum et edificandum cum dei adiutorio sicut et fecerunt ut sint ibi in hereditatem tam illis quam etiam et filiis uel nepotibus suis usque in sempiternum. Et in ipsis temporibus adprehendivit ille dux dominus sisnandus uillam quam uocant orta. Inmisit autem dominus deus in corde

suo et in animam suam timorem omnium peccatorum suorum et metum diem iudicii ut adtestasset ipsam uillam ortam ad cimiterium et baselice sancti uincenti que est sita in villa que uocitant uaccariza et aliorum sanctorum multorum sicut et fecit et ad abbatem domnum aluitum qui ibi erat remorante cum monachis et fratribus sub ordinem sancte regule uel confessionis. Obinde ego dominus sisnandus cui dominus saluetur placui mihi pro bone pacis uoluntate ut facerem textum scripture firmitatis ad ipsum locum sancti uincenti sancti saluatoris sancte marie virginis genitricis domini nostri ihesu christi sancti petri apostoli sancti iacobi apostoli sancti martini episcopi confessoris christi et omnium sanctorum qui ibi conditi sunt de ipsa villa quos uocitant orta ut habeant et possideant fratres et sorores qui ipsum locum sanctum obtinuerint et uitam sanctam perseuerauerint. Dono atque concedo ipsam uillam iam superius nominatam ad ipsum locum sancti uincenti cum omnes suas prestationes quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est pro remedio peccatorum meorum et pro tolerantia fratrum uel sororum qui uitam sanctam perseuerauerint Ut per uos sancti dei mercar introire in villa sanctorum uel regna celorum et in diem iudicii cum a dextris uenientibus ueniam et auditum malum non audiam neque timeam sed audiā illam uocem dominicam dicentem — Venite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi Quare Quia (*sic*) dedistis et dedi uobis —. Et habet iacentiam ipsa villa subtus mons muzacco (*sic*) territorio colim briense discurrente riuulo certume. Et diuidet cum uillis que sunt in giro. hic sunt nominatas ad partem aquilonis cum villa oles ad partem meridiei arinios Et ad partem orientis ipsum flumen certuma Et ad partem solis occasus villarimum. Et qui hunc factum nostrum irrumpere uoluerit de propinquis uel extraneis quod pro anima mea remedium facere procuraui ex uoto proprio quisquis ille fuerit in primis sit excommunicatus ab omni ecclesia catholica et segregatus a corpore et sanguine redemptoris et cum iuda domini proditore heredes effectus baratri penam iugiter permaneat mancipatus et quantum inde usurpare uoluerit septuplum componat per se ueritatis iudicio et hec firma perpetim permaneat testamenti scriptio. Notum die quod erit viii<sup>o</sup> kalendas aprilis. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> iii. Dux dominus sisnandus quem dominus saluet hunc pium uotum humilitatis mee in hac serie testamenti donibus sanctorum manus meas roboraui.

Domnus paternus dei gratia episcopus conf. — Domnus dominicus dei gratia episcopus conf. — Domnus iulianus dei gratia episcopus conf. — Senior domnus gundesindus quos vidit — Pelagius iben halafe quos vidit — Midus iben dauiz quos vidit — Zaccarias iben dauid quos vidit — Zoleman iben afra quos vidit — Pelagius eriz quos vidit.

Izerac iben zoleima quos vidit — Rodericus abba conf. — Cili dauid conf. — Arias presbiter conf. — Semandirus presbiter conf. — Petrus presbiter conf. — Erus presbiter qui hanc Notuit.

Sisenandus +.

## DCLVII

*Sisnandus Comes Conimbricac et Paternus ejusdem civitatis episcopus capitulum sive congregationem canonicorum ecclesiae majoris conimbricensis constituunt, eisque ipsam ecclesiam ac domus adjunctas tradunt. Brevis antecedit narratio expugnationis Conimbricac adventusque Paterni episcopi. Charta autographa, e scrinio Conimbricensis Sedis delata in Publicum Archivum, ibi extat.*

1086

Sub nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Audiant presentes et futuri uerba relationis huiusmodi. Nam transactis temporibus deus omnipotens elegit regem domnum fredenandum catholicum christianorum protectorem qui consurgens eius adiutorio cepit non paruas ciuitates atque oppida in omnibus finibus regni sui a paganis auferens et christianis hominibus concedens. Deinde obsedit colim briam ciuitatem cum consilio domni sisnandi consulis qui antea honorifice in urbe hispali morabatur et sublimis habebatur. Cepitque suprafatus rex colim briam presente iamdicto consule sisnando et dedit eam illi tribuitque ei potestatem dandi et auferendi adque iudicandi et omnia ordinandi secundum suam uolumtatem. Deinde rex predictus reuersus est ad locum sancti iacobi apostoli orationis causa et inuenit domnum paternum episcopum uenientem ad se missum a rege cesaraguste urbis qui suprafactus episcopus eo tempore tortuosane urbis sedem tenebat sed propter societatem paganorum officium et ordinem suum minime adimplere ualebat. Rogauitque eum rex prefactus cum supradicto domno sisnando consule ut ueniret colim briam et moraretur ibi. Spopondit autem episcopus uenire sed in diebus ipsius regis non uenit quia cito mortuus est predictus rex cui beata sit requies. Dehinc successit dominus adeffonsus rex in regno patri sui qui valde dilexit consulem sisnandum predictum et confirmauit ei omnia que suus pater illi dederat insuper et multa ei addidit. Postea episcopus predictus uocatus a consule et rege predicto uenit colim briam in qua omnem episcopatum cum omni diocese accepit. Qui simul

cum consule predicto pueros nutriuit et eos docuit in sede episcopali sancte marie predicte ciuitatis adque ad ordinem presbyterii applicauit et ordinauit eos communiter habitare secundum regulam sancti agustini. Deinceps placuit predicto consuli nec non et pontifici studium eorum quod habebant in ordinibus tenendis et domibus edificandis secundum possibilitatem eorum. Fecerunt eis testamenti kartam ut habitarent in supradicto loco et possiderent eum. Et ut non preponatur eis alias dominator sed ex eis eligatur semper prepositus sub regimine illius episcopi secundum quod rectum est. Quamobrem ego suprafactus consul sisnandus una cum pontifice domino paterno sub gratia dei et domini nostri regis adefonsi imperatoris totius spanie placuit nobis ut faceremus uobis martino simeonis filio presbitero et ero pelaiz presbitero et petro presbitero qui et zalama et ihoanni presbitero et salamon presbitero et petro leuile et dominicus presbitero et petrus diaconus et dominicus subdiaconus zuleimen presbiter et quemcumque uobis placuerit et qui in societate uestra permanere uoluerit secundum regulam canonice sancti agustini sicut et fecimus textum scripture firmitatis canonice predicte sancte marie colimbrie urbis ut habeatis et possideatis eam omnibus diebus uite uestre. Igitur et placuit tam nobis ambobus quam omnibus uobis supranominatis preponere kaput et prepositum martinum presbiterum supradictum ut omnia que sunt in predicta ecclesia et canonica sint in manu sua tam de uestimentis quam ornamenti ecclesie atque hereditatibus siue et omne prestamen ipsius canonice intus et foris. Nam et ipsi clericci prenominati stent per suum arbitrium ut liber regule beati agustini doceat. Et doctrinam ipsius libri secundum uestram possibilitatem adimplere studentis et assidue nostrorum habeatis memoriam tam uos prenominati quam subsequentissimi uestri per secula seculorum amen. Igitur et ipse predictus martinus nichil sine consensu fratrum illius et episcopi audeat agere. Sciendum quippe est ut si aliquis cuiuslibet ordinis siue sexus disrumpere uoluerit quid de quo supra ego sisnandus et paternus episcopus diximus atque scripsimus ut sit excommunicatus et a corpore et sanguine christi sit separatus et cum iuda traditore habeat portionem. Insuper et ipsam canoniam pariat duplatam secundum preceptum libri iudicii. Facta testamenti karta idus aprilis era Millesima centesima uicesima quarta. Ego sisnandus predictus consul manum meam scripsi et roboraui+.

Ego prefatus paternus episcopus manu mea subscrispi roboraui et confirmaui+ — Ego petrus abbas manu mea confirmaui — Menendus prolis baldemiri proconsul test.

Gundisaluus uenegas test. — Iohannes gundesindiz test. — Odorio telliz test. — Aluarus telliz test. — Gundisaluus cidiz test.

Pinniolus gartia test. — Bellitus iustiz test. — Iohannes iustiz test.

Martinus supradictus presbiter scripsit.

#### DCLVIII

*Dimidium duorum molendinorum in villa quam Anlubriam dicebant, inter Antanhol et Condeixa sita, donat Sendamirus presbyter antiquae ecclesiae Sedis Conimbricensis. Charta autographa, e tabulario ipsius Sedis in Publicum Archivum delata, ibi custoditur.*

1086

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Ego famulus dei sendamirus presbiter prolis monnii edificaui duos molendinos cum pelagio eriz ad habendum cum illo per medium in uilla anlubria subiis castro antuniol territorio ciuitatis condexe. et terminatur ipsa uilla iam supradicta anlubria ad orientem araceti ad occidentem portu ariulfi ad meridiem ciuitate condexa ad septemtrionem castro antuniol. placuitque michi supradicto sendamiro prona mente et propria uoluntate ut facerem de mea integra medietate ipsorum molendinorum sicut et facio kartam testamenti ad locum sancte dei genitricis semperque virginis marie et sancti petri apostoli ac sancti martini episcopi quorum altaria sita et nomina inuocata sunt in supradicta ecclesia sancte marie que est in ueteri sede episcopali colimbrie ob amorem dei et remedium meorum facinorum ut habeant et possideant eos clericci qui in supradicto loco sancte marie habitauerint et sint memores mei in suis orationibus et sacrificiorum oblationibus ut absolui merear a nexibus peccaminum et seiungi ab edis sinistre partis atque adiungi sanctis dextere partis et audire uocem dei dicentis — Venite benedicti patris mei percipite regnum quod paratum est uobis ab origine mundi — Si uero quislibet homo aut mulier cuiuscumque ordinis aut dignitatis a supradicto loco sancto eos qualicunque calliditatis ingenio auferre temptauerit non sit ei licentia per nullam humane scientie artem per nullamque rusticam aut scribturarum assertionem sed moneatur ut desinat tale nefas agere. quod si neglegens perseuerauerit a sancta comunione habeatur extorris ab omnibusque fidelibus et quod auferre temptauerit quadruplo restituat ipsi supradicte ecclesie insuper et imperatori prouintie aliut tantum conuictus tribuat et hoc meum factum plenam semper habeat firmitatem. Facta est hec karta testamenti dominica die xiii kalen-

D. et C. Tom I.

99

das maii in Era Millesima c<sup>a</sup> xxiii.<sup>a</sup> Temporibus regis domni adefonsi. in diebus domni sisnandi consulis colimbricis urbis. in presentia domni paterni episcopi supradicte sedis. coram filiis ecclesie supranominate. Ego supradictus sendamirus hoc quod fieri uolui confirmo et propria manu feci hoc signum+.

Paternus gratia dei episcopus subscrībit.

Colimbrie proconsul domnus menendus confirmo — Domnus Zacharias confirmo — Zoleima iben aſlah confirmo — Didacus fredariz confirmo — Iohannes iben halifa presbiter confirmo — Domnus belit confirmo — Pela-gius kartimiriz iudex colimbrie confirmo — Aluitus letifici test.

Pelagius scribisit.

## DCLIX

*Descripsimus ex libro regestorum, qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins p̄ae se fert.*

1086

**Karta de hereditate quam habet monasterium in sancta Maria et in casali de bera et in ullare et in amenitello et in alones et in senrra de pousada termino de Arouea.**

Domnis inuictissimis sanctis ac triumphatoribus sanctorum apostolorum petri et pauli sanctorum cosme et damiani vel omnes sancti quorum baselica fundata est territorio arauca uocabulo sancti petri. Nos famulos dei cesario trastemirizi et trastemiro euoriquizi cum peccatorum nostrorum mole depresso et iuditium dei super nos ueniendi confidendo retractamus et ut nobis intercessio uestra ubique proficiat placuit nobis ut de paupertate nostra aliquantum ecclesia sancta uestra pro remedio anime nostre donaremus Sicut et concedimus ad locum sanctum uestrum hereditates nostras proprias que habemus in arauca que fuerunt de parentes et de auios nostros. Ego cesario do ad illo monasterio sancti petri hereditate que fuit de mea matre trudilo et de auio meo ordonio et iacet in uilla uocata sancta maria discurrente ribulo sonoro de ipso casale de ordonio auio meo de m<sup>ii</sup> quartas medietate integra cum omni sua prestantia per ubi illa inuenire potuerint fratres de illo monasterio sancti petri. ego cesario simul cum trastemiro damus ad ipso monasterio quantum in illas uillas habemus id est in casale de bera m<sup>ii</sup> integra per ubi illa potueritis inuenire cum omni sua prestantia et in ullare quantum ibi habemus tres quartas integras cum omni sua prestantia exitu uel regressu de tota illa uilla. Et de toto amenitello m<sup>ii</sup> integra et de currales m<sup>ii</sup> integra et de ahalones m<sup>ii</sup> integra quomodo conclude per aqua de penna mala. et ego cesario do ad ipso loco mea ratione de ipsa senrra de pausata qui iacet iuxta illo termino de ipso monasterio quomodo se leuat de fundo usque ad caput sursum infesto sicut diuidet cum ipso casale de pausada sicut iam alios meos heredes ibi testarunt gunzaluo zacarias et suos iermanos sicut illos fecerunt de ipsa senrra pro suas animas testamento ita et ego fatio ad ipso loco sancti petri pro remedio anime mee. Et ego trastemiro aditio adhuc ibi uno linare quomodo se leuat de illo termino de sancto petro et inde ad illo fogio et ferit in derecto usque in alarda et inde per illo ribulo in prono usque ferit in illa aqua que uenit de contra pausata per medio illo canpo. Et adhuc aditio ibi una larea que iacet in uilla figaritu in ipso agro que dicent sauugales super illo rego et diuidet cum agro de uilla plana et ferit in testa de felgosinas. Nos supranominatos cesario et trastemiro damus ipsas hereditates et ipso quod in testamento resonat ad ipso monasterio que iam supra scripsimus et ad tibi godinus abba uel ad fratribus qui ibi habitantes fuerint et in uita sancta perseuerauerint ut ibidem semper pro remedio anime nostre deseruant cum omni sua prestantia per infinita secula. Si quis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo uenerit uel uenerimus tam de propinquis quam extraneis qui contra hunc testamentum et uotum nostrum ad inrumpendum uenerit in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore sit particeps hic (?) et in eterna dampnatione et insuper pariat ad ipso monasterio uel ad fratribus qui ibi habitantes fuerint ipsum quod in testamento resonat duplatum et duo auri talenta et d<sup>r</sup> solidos argenti et ad qui illa terra imperauerit iudicato et uotum nostrum firmiter permaneat in eternum. Facta series testamenti xiii kalendas magii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiii.<sup>a</sup> Regnante rex adefonsus in omni galicia. In colimbria paternus episcopus et consul sisnandus. In arauca egas ermitigizi odorio tellizi Gauino froilazi et iudex iusto dominiquizi. et ego ueila trastemerizi similiter mea ratione que ibi habeo in casal de berra et in ullar concedo ad ipso monasterio sancti petri. Et aditio ibi ego trastemiro euoriquizi mea ratione de uilla de capreiros de m<sup>ii</sup> quartas medietate integra pro remedio anime mee. Nos supranominatos cesario et trastemiro in hanc series testamenti quod fieri uoluimus manus nostras robora+++mus. Qui preses fuerunt. Gundisalvus test. Menendus test. Sisnandus test. Adefonsus pelaius test. — Godinus presbiter notuit.

## DCLX

*Dimidium ecclesiae S. Vincentii in ripa Vaccae fluminis sitae, supellectilemque ejusdem ecclesiae donat Alvitus Sandiz Monasterio Araucensi. Charta autographa, e tabulario ejusdem monasterii delata, in Publico extat Archivo.*

1086

Christus. Domnis inuictissimis sanctis ac triumphatoribus sancte dei genitricis marie sanctisque martiribus sanctorum apostolorum petri et pauli uel cetere reliquie quorum basilica fundata est territorio arauca monasterio uocabulo sancti petri. Ego famulo dei aluitu sandizi cum peccatorum meorum mole depresso et diem iudicij timerem accessit mici integro consilio uolumtate directa placuit mici ut pro remedio anime mee de paupertate mea aliquantum munus altari uestro offerrem. Ita et concedo ad ipso monasterio uocabulo sancti petri de arauca ecclesia mea propria que comparaui et ganaui per meo pretio et per meas cartas et iacet in territorio centum corses discurrente flumen uauga ecclesia uocabulo sancti uincenti. de ipsa ecclesia sancti uincenti medietate integra cum omni suo ornatu et suos libros et suos testamentos et suas cartas et suos dextros et cum omnia sua prestantia intus et foris exitu uel regressu per suis locis et terminis antiquis concedo illa ad ipso monasterio supranominato et ad fratribus qui ibidem sunt et in uita sancta perseuerauerint ut ibidem semper deseruiat pro remedio anime mee per cuncta tempora. et ganaui inde illa una quarta de rodorigo danielizi per scripture firmatis pro que adiuuaui illum contra cidi dauizi que non parisset ad ille sua uilla pernominata agros quando arauit illi sancta maria de uentosa et monasterio de abolgodi. Et illa alia quarta comparaui et ganaui cum illos casales que in giro sunt que ibi habeo et de gomza. Et ipse rodorigo danielizi habuit ipsa quarta de illa ecclesia de suo conierrmano primo iacob presbiter. Siquis tamen quod fieri non credimus aut aliquis homo tam de gens mea quam de extraneis aut de qualibet pars potestatis aut ex minoribus personis que contra hunc testamentum uel uotum meum ad inrumpendum uenerit uel infringere quesierit qui hoc temptare presumpserit in primis sit excommunicatus ab omni conuentu fidelium catholicorum et a corpus et sanguinis domini nostri ihesu christi semper sit separatus et cum iuda traditore lugeat penas in eterna damnatione et insuper damna secularia pariat ipsa ecclesia et isto (?) testamento duplato ad ipso monasterio et ad tibi gudinus abba et ad fratribus qui ibidem habitantes fuerint uel ad qui uocem monasterii huius intenderit et t b solidos argenti et ad qui illa terra imperauerit iudicato et uotum meum permaneat firmiter in sempiternum. Facta series testamenti v° nonas magii era T C XXIII.<sup>a</sup> Regnante adefonsus rex in spania. In columbria paternus episcopus et Sisnandus aluazir. In arauca egas ermigizi odorio tellizi et gauino froilazi et iudex iusto domenquizi. Ego aluitu sandizi in hanc series testamenti quo fieri uolui manu mea roboraui+.

Qui preses fuerunt loueredo test. sesmondo test. eirigu test. teuuila test.

Godinus presbiter notuit.

---

Dubium non est sed multis uisum et notissimum manet qnomodo testauit ego aluitu sandizi meas hereditates leigales ad ipso monasterio sancti petri de arauca quas ganaui per meo pretio et per meas cartas suprano-minatas et diuisi ad fratribus meis illas alias que habui de gens mea et de auiorum meorum et illa uilla de fel-gosa. Et laxaui ad illos meas cartas et testamentos quando ueni ego habitare ad illo monasterio. et quando feci ego illo testamento ad ipso monasterio et feci diuisione inter meos iermanos de illas hereditates misi ad illos meo fidele pro illas cartas quas pertinebant ad ipso testamento quod ego feci ad ipso monasterio. et per sua imis-sione de meo iermano ramiro presbiter non dederunt mici illas cartas et propter ista causa et pro remedio animè mee facio ego isto testamento de ipsa ecclesia quod sursum resonat ad ipso monasterio. et si non dederint ipsas cartas ad illo monasterio pro transmutare illas in alio purgamento ita ego definio ut semper ad ipso monas-terio illa ecclesia deseruiat sicut in testamento supra resonat per infinita secula. et si dederint ipsas cartas acci-piant isto testamento et sit soluta illa ecclesia sicut in primo scripsi ad fratri meo ramiro.

## DCLXI

*Pactum venditionis partis praedii cuiusdam in villa de Pedrafita vel Perafita. Charta, ut autographa habita, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo. Facies formaeque litterarum ejusdem an vera fictave ne sit illa nos ambigere cogunt : antiquam attamen credimus.*

1086

In dei nomine eirigo famdilaz in domino deo eterna salute Amen. Ideo placuit mihi per bene pacis et uolumtas astro animo integroque meo consilio sed propria nobis acesi uolumtas ut facere uobis gumzaluo gutieriz et uxori uestra ieluira gunzaluiz kartula firmitatis uobis facio de ereditate mea propria in deceptione parentum meorum in uila petrafita suptus mons petras ruuias teridorio portugalensis prope litore maris discurente ribulo leza. dauo uobis de ipsa ereditate que fuit de mea matre nomine uniscu de n<sup>a</sup> vii<sup>a</sup> iii<sup>a</sup> integra et de ipsa que ganauit pater meo famdila vii<sup>a</sup> integra et de alia vii<sup>a</sup> que ganauit ipse eirigu mediatae integra. damus adque concedimus ad uobis illas ereditates integras per ubit illas potueritis inuenire per suis locis et uigos et terminos antigos cum quantum in se obtine et ad prestitum ominis est. abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. et accepimus de uos in precio n<sup>a</sup> modios de milio tantum nobis bene conplaguit et apud uos nicil remansit in deuito. et si quis tamen co fieri non creditis et aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc uenditionis ad inronpentum et nos in iudicio deuindigare non potuerimus au noluerimus autorgare au non potuerimus deuindigare au uos in uoce nostra comodo pariemus ipsas ereditates duplatas uel quantum a uos fueri meliorata et uos perpetuam auitura. Facta carta uenditionis notum die cod erit iii nonas maii in era cxxviii post millesima. Facta karta uenditionis eirigu in anc karta manus meas rouoro. Ic testes ioane obturiquiz. atan beiniz. Egas zalamiz. Gumzaluo obrioliz. Petro gamareliz.

Suario notuit.

---

## DCLXII

*Maiorina Florenciz villam quamdam, prope flumen de Ladrões sitam, bonaque mobilia omnia quae possidebat Monasterio S. Joannis (de Pendorada) testamento legat. Charta autographa, in scrinio ejusdem monasterii olim servata, in Publico Archivo invenitur.*

1086

In christi nomine. Sicut ex sacris duographorum eruditionibus didicimus humane salutis origine fundatum generaliter in sancte matris ecclesie sacramento consistere nouimus nec aliquomodo posse aliquem. saluari nisi fulcimento eius subsidio eiusdem undique et matris onomate designatur quo ceu mater filios ita ipsa omnis ortodoxis lacte suorum sacramentorum et cultu misteriorum. Ac obseruatione ceremoniarum nutritos a perpetue saluationis gaudio perductus. In ipsa precipue salus hominum nititur nam ipsa totius christianitatis ordo geritur adque fundatur. Hec esse ergo celestis illa iherusalem qua dicitur —Vidi ciuitatem sanctam iherusalem nouam descendenter de celo a deo paratam sicut sponsam ornantam uiro suo—. Hec est de qua uidit iacob angelos descendentes et ascendentes per scalam erectam et dixit —Terribilis est locus hec domus dei est et porte celi et uocabitur aula dei—. Nemo enim potest deo placere qui sponsus eius est nisi ipsam sponsam dei uidelicet ecclesiam digna reuerentia onorificet. ergo dum salus hominum per sanctam dei ecclesiam operetur dignum est ut eum omnes sumopere honorifimus muneribus ditemus terrarum datione ampliicemus omni genus dignitatibus ornemus ut per huius seruitii exhibitione in illa celesti possideamus cum sanctis hereditatem. Proinde ego maiorina florenciz notum fierit cupio omnibus nostris fidelibus cunctis et ortodoxis atque catholicis uiris presentibus scilicet et futuris qualiter ego pro salute et remedio anime mee et pro salute omnium christianorum ad monasterio sanctissimi martiris uel uirgines christi sancta maria et sancti romani et sancti iohannis apostoli et euangeliste et sancta columba et sancta eugenia et sancti iohannis baptista et precursoris christi qui inter eos principatum tenet qui situm est inter bis aluei durio et tamice prope ordonie iuxta uilla capanellas subtus mons aratros territorio portugalensis facio testatione de villa mea propria que abeo inter uldrianos et ordinis subtus mons ordinis discurrente riu de latrones territorio anegia quantum in se obtinet et ominis prestitum est per suis locis et terminis antiquis exsetis ipsas larias que iacent super illo casale de so sancti iacobi. et uenit michi ipsa hereditate in portione de domno troitesindo galindiz ad suo filio domno suadario troitesindiz et inde mater mea sarracina

suadariz et inde uenit michi in hereditate. et kaualllos uel equas boues uacas aut strumenta pane vino uel quecumque ad omnis prestitum est que ad obitu meo abuero totum pro remedio anime mee intret ad ipsius domus sanctorum que iam sursum nominauimus ad uictum et uestimentum monachorum. Siquis sane mentis non crediderit et aliquis iomo (*sic*) uenerit tam propinquis meis quam extraneis qui hunc factum meum inrumperit a cetu christianorum fidelium sit segregatus et non abeat partem in primam ressurrectionem et non audiat uocem domini dicentis — Venite benedicti patris mei — Sed firma et inconuulsa donatione ad uictum monachorum et prestitum permaneat. Facta series testamenti iii nonas maias (?). Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiiii.<sup>a</sup> Ego maiorina prolix florenciz quo fieri elegi et manus meas coram testibus ad roborandum tradidi r+.

qui uiderunt — abba eximino test. — Senior test. — Sarracino test.

michael conf. conf.

didaco presbiter notui.

## DCLXIII

*Litigantibus abbe monachisque laurbanensibus cum Ero et Froila presbyteris ac fratribus, de dominio Ecclesiae S. Eulaliae prope Monasterium Sperandei sitae, tandem, veritate compta, litigatores concordiam firmant. Charta autographa, e scrinio Laurbanensis Monasterii in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1086

Christus. Dubium quidem non est sed multis manet comnitum atque notissimum fuit intentio inter abbas euseuius et fratribus cenobio urbanensi cum ero presbiter et fratre suo froila presbitero super illa ecclesia uocabulo sancta eulalia qui est fundata in territorio uisiense sedis in loco predicto in riba de ribulo de asinos prope cenouio sperandei cuius testamentum est. et preuenerunt ad concilium inde in ciuitate colimbrie in diebus de consul domno sisuandus ante aluazir domno menendus et concilio toto de illa ciuitate dicente illo abbas et fratribus suis comodo erat suo testamentum et dicente ipse ero presbiter et suo fratre comodo fabricarunt ea ad appresuria pro illorum ereditate sicut et alios homines in illa terra. et sacarunt ille abbas et suos fratres illo testamento de sperandei ubi illa testata erat et uiderunt quo erat ueritatum et deuenerunt inde in illo concilio ad conpagina ut habeant illa dum uita uixerint et dent pro hereditate et redeat (?) inde per singulos annos quatuor lenzos lineos.

Obinde ergo (*sic*) eusebius abbas una cum fratribus cenobii urbanensi ad uobis ero presbiter et fratre tuo frogia presbitero in die xvii kalendas iunii Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiiii.<sup>a</sup> que non sedeamus ausus uobis contaminare super illa ecclesia non nos aut aliis abba aut fratribus qui abitantes fuerint in acisterium urbanensi aut sperandei sed abeat illa firmiter in cunctis diebus uite uestre et redeatis illo censo de illa ecclesia quantum sursum resonat et post obitum uestrum relinquatis illa a parte monasterii ipsius pacata et nobis que non faciatis subposita mala per ubi illa carea illo monasterio. et qui minime fecerit et ista agnitione uel placitum exierit que pariat quinquaginta solidos et illa ecclesia dublata a parte de qui hanc scripturam obseruauerit et hanc scripturam habeat robore. Nos supernominatos unus ad alias in hanc scripturam manus nostras rouo++rauimus.

qui preses fuerunt — pelagijs kartemiriz confirmo — Arias fernandiz test. quos uidit — recamondo test. — ueila test. — aluitu letiuiz (?) test. — uimara aurioliz test. — sandinu anseriquiz test.

Sarrasino notuit.

## DCLXIV

*Onega quaedam bona varia immobilia, quae in villa de Cavalões possidebat, Monasterio S. Joannis (de Pendorada) donat sive legat. Charta autographa, ad idem Monasterium pertinens, in Publico custoditur Archivo.*

1086

In nomine domini nostri ihesu christi et indiuidue sancte trinitatis. Dubium quidem non est sed multis mane in ueritate cognitus hanc notissimus eo quod ego onega pro.....gas qui peccato molle graui depresso eo quo contesto in uilla caualones casal de aluito qui comparaui de sua germana tita et comparauit ego cum suas casas et cum suas lareas in pr.... que ad illo complacui et aput me nichil remansit in debitum et n<sup>o</sup>s petazos de

D. et C. Tom. I.

100

sucatios et agro de maria et n<sup>o</sup> in cerceiras et uocitant ipsa villa caualones et venit michi ipsa hereditate in p..tione de ganantia ut iam diximus per ubi illa potueritis inuenire concedo ad aulam basilice sancti iohannis baptista cum sociis eorum que situm est iuxta villa cabanelas prope ordoni inter bis aluei dorio tamice territo-rio portugalensis subtus mons aratros discurrente fluuius durio. et abet ipsa hereditate iacentia ut iam sursum nominauimus. Contesto ipsa villa ad ipsius sancti domus uineas pumares ficales uel quantum in se obtinet uel omninis prestitum est. et si quis sane mente non crediderit de qualibet generis omo tam de propinquis meis tam de extraneis qui hunc factum meum usurpare voluerit in primis sit excomonicatus et a cetu christianorum sit se-gregatus et cum iuda traditore abeat partem in eterna dapnatione et insuper pariat post partem ipsius testamentum quantum infringerit dublato extra iudicato et insuper pariat duo auri talenta. Factum est uius series testa-mentum notum die viii<sup>o</sup> kalendas iunii. Era m<sup>c</sup>xxiii.<sup>a</sup> Onega prolix uenegas quo fieri elegi et hunc testamentum manus mea r+ouorauit.

Qui preses fuerunt garsea test. — pelagio test. — pelagio test. — toderago test.  
ueremudo conf. confirma — uiliulfo sandiz conf. — didaco citiz conf. — iuliano diaz conf.  
didaco quasi frater notuit.

## DCLXV

*Fratres tres partem praedii, quae in pago de Froiães patre mortuo, successione eos ad-venerat, monachis Araucensibus donant sive legant. Charta autographa, e tabulario Monasterii Araucensi nuper in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

## 1086

.....e domini nostri ihesu christi. Nos famulos dei quimara gondesindizi et uermudo gondesindizi et honorigo gondesindizi placuit nobis ut pro remedio anime nostre donaremus sicut et testamus hereditate nostra propria ad monasterio sancti petri de arauca et iacet ipsa hereditas in territorio arauca subtus mons fuste discur-rrente ribulo mollides in villa froilani. de casal de miron qui est in froilanes quinta integra ad ipso monasterio sancti petri testamus cum omni sua prestantia ubicumque illa inuenire potuerint fratres qui in ipso monasterio habitantes fuerint ut ibidem pro remedio anime nostre deseruiat per infinita secula. Et evenit nobis ipsa hereditas de patri nostro gondesindo quimaraci filius de quimara didazi. Si quis tamen quod fieri non credimus et aliquis homo uenerit de propinquis uel de extraneis uel etiam nos uel de filiis uel de prosapie nostre qui bunc testa-mentum inrumpere quesierit uel presumtive temptauerit in primis per iudicium dei omnipotentis sit anathema in secula seculorum et insuper pariat isto que in testamento resonat duplatum ad fratribus de ipso monasterio uel ad qui uocem monasterii huius intenderit et duo auri talenta. et ad qui illa terra imperauerit a solidos argenti. et uotum nostrum absque trepidatione permaneat in omni natione. Facta cartula testamenti idus iunii. Era m<sup>c</sup>xxiii.<sup>a</sup> Regnante princeps adefonso in ciuitas toleto. mandante colimbria aluazir sisnando. mandantes arauca Egas ermigizi Odorio tellici Gauino froilaci. Nos supranominati quimara uermudo et honorigo filios de gondesindo quimaraci in hunc series testamenti quod fieri uoluimus adque ita peregimus manus nostras ro+++boramus.

Qui preses fuerunt. Pelagius test. Petrus test. sesmondus test. arias test. Justus test.  
Godinus presbiter scripsit.

## DCLXVI

*Martinus Iben Atumad uxorque ecclesiam, quam in loco Villanova dicto extruxerant, pris-tinae episcopali Conimbricensi ecclesiae S. Mariae legant. Charta autographa, e tabulario Sedis Conimbricensis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

## 1086

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Martinus iben atumati et uxor sua munnia zulemen filia pro amore dei beateque marie omniumque sanctorum pro animabus parentum suorum et pro suis donauerunt beate marie sedi ueteri colimbrie territorium quo ecclesiam fundauimus ex nostris propriis muniberibus illis in parte iuantibus cui territorio eorum iussu nomen imposuimus uillam nouam. adjacentia cuius territorii sunt hec. ex orientali parte sexaginta passales ex occidente usque ad fontem qui est inter territorium predictum et villa nomine

scapanis a septemtrione usque ad cacumen montis quod est inter zippis et territorium predictum et mons ille exitus habet usque lotares a meridie usque ad illam fontem predictam. Hoc testamentum scribere iusserunt martinus et uxor sua munnia et firmauerunt ut potuerunt ita ut si aliqua inmissa persona aut aliquis ex eorum heredibus hoc donum frangere uoluerit aut ullam imponere calumniam presumserit amittat hereditatem et cum datan et abiran in inferno permaneat et nullum terminum pene sibi imponatur hoc quippe testamentum duplicit et si huic iussui resistit excommunicetur a summo episcopo id est deo et ab omni uirtute celesti atque terrestri. Hec ecclesia est edificata in honore dei beateque marie et in honore iohannis apostoli et iohannis baptiste cum magna reuerentia. et fuit altare benedictum in honore omnium supradictorum quarto idus iulii dominica die. Hec karta fuit scribta in ipso die existente adefonso rege paterno episcopo sisnando consule in era M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXIII.<sup>a</sup> Hanc kartam scribere rogauerunt et manibus firmauerunt aliisque firmare fecerunt quorum nomina infra sunt scripta.

Petrus abbas testis — todederus pinnioliz test. — pelagius iudex testis — pelagius eriz testis — troctesindus tructesindiz test. — adefonsus petriz test.

pelagius sanziz test. — iennecus sancii test. — zuleiman iben aflah test. — pelagius gunzalbiz test.  
martinus presbiter notuit.

## DCLXVII

*Descriptsimus ex antiquo libro regestorum Monasterii Ecclesiolensis, qui titulum Livro Baio Ferrado prae se fert.*

1086

**Karta de draguncelli et elderiz**

In nomine domini nostri ihesu christi et indiuidue sancte trinitatis donis et inuidiximis hnc (sic) triumfactoribus patronis meis gloriosimis sanctisque martiribus nomen sancti saluatoribus sancti migaeli arcangelli sancti cibriani sancte stefani sancti iacobi apostoli super corum reliquie sancti martini episcopi qui est fundata in exitus uila dragunceli. Ego famula dei sancta uermuliz fatio textum et scripturam de mea hereditate quam habeo de matre mea belida hic in villa elderiz subius saxum album territoriu portugalensi discurrente riuulo feueros. Do atque concedo ad ipsum locum uenerabilem iam supernominatum sancti martini meam rationem de ipsa uilla iam suprannominata cum suis prestationibus extra illam laream de illas infestas qui cambiauit ad cidi fagulfiz et illud pumar qui plantauit pelagius gunsaluiz. do atque concedo pro remedio anime mee et timendum diem iuditii et penas inferni ubi tortores ferbent inextinguibles habeant fratrum uel sororum qui in ipso loco habitantes fuerint. et si aliquis homo uenerit ad inrumpendum hoc factum meum tam de propinquis quam de extraneis in primis sit excommunicatus et segregatus a fide christi et cum datan et abiron habeat participium quos pro scelere suo terra babit et pariat illam quadruplata et insuper duas auri libras. Facta series testamenti viii kalendas augustas. Era M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XXIII. Ego sancta uermuiz mea illam manu roboro. Pro test. arias test. suerius test. Didacus test. suerius Notuit.

## DCLXVIII

*Ex Livro Preto Sedis Cohimbris descriptsimus.*

1086

**Testamentum de marmeira**

Ego arias menendiz et uxor mea tiuilli. In honore sancte trinitatis et propter timorem mortis et diem iudicii facimus testamentum de nostra uilla quam uocitant marmeira. et habet has terminaciones per cacumen mons tritici quomodo spartimus cum filii iohanne menendiz et de alia parte quomodo transit ultra illo rego et applicat usque ad illum mons de illa sculka et ex alia parte quomodo diuidimus cum sanson gudiniz per illum uallezinum de illis azambugeiros usque plicat in illo fontano et ultra illum fontanum quomodo partimus cum ipso samson per illa lomba que uenit de illo forno et quomodo spartimus cum tedon per illo lombo de illo carualial donec plicat in illo spineiro. Mandamus ut si unus ex nobis morierit sit istum testamentum confirmatum in honore sancti uincenti in eius loco concessa ad stipendum clericorum uel pauperum ibi habitancium et ipse qui reman-

serit post obitum alteri habeat illam in vita sua. Et post obitum suum tornet eam in cenobii sancti uincenti. et mandamus nostram quintanam tribuere in ecclesiam sancti saluatoris de omni nostra facultate extra illas uineas de columbria et ipsas kasas quas mandamus in redempcione captiuorum et ipsud testamentum quod sursum resonat fiat per manus cuius fuerit monasterium uacarize. Factum est istud testamentum die m idus augusti. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiii. Ego arias et tiuilli hoc testamentum manibus nostris roboramus++. Qui presentes fuerunt :

Ramiru abba conf. — Iohannes presbiter conf. — Floridus test.

Randulfus test. — Grasia test. — Zameiro test.

Menendus test. — Salomon test. — Sendinus test. — Petrus notuit.

## DCLXIX

*Ex Livro Baio Ferrado Ecclesiensis Monasterii sumpsimus.*

1086

**Carta de nogeira**

In dei nomine. Ego aragunti ansaloniz placuit michi prona mente et propria uoluntate ut uenderem tibi germando meo sendino ansaloniz hereditatem meam sicut et uendo illam uidelicet quam habeo de auis et parentibus meis in uilla nogeira de ecclesiola ab integro subtus monte sagittella discurrente fonte de froila cam in suburbio ciuitatis sancte marie territorio portugalensi. pro qua accepi a te pretium xiiii modios tantum michi placuit et prodare apud te nichil remansit. Habeas tu illam et omnis posteritas tua firmiter cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est ubicunque potuerit inueniri suis terminatam antiquis et nouis ita ut ab hac die et tempore fatias de illa quicquid uolueris secundum tuam uoluntatem. Si autem aliquis propter hanc rem te calumpniauerit uel temptare uoluerit pariat tibi illam cum suo pretio duplatam et domino patrie aliud tantum et semper tu illam obtine. Facta carta uenditionis xv kalendarum decembris. Era m c xxiii. Ego aragunti tibi sendino illam confirmando roboro et manu mea hoc signum fatio+. Didacus test. Adefonsus test. Aluitus test. Suarius test. Pelagius scripsit.

## DCLXX

*Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1086

**Redditio culusdam domus quam reddidit ibi domna susanna sicut conuenerat sedi sancte marie unde eam emerat**

In mense octubrio In era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> n<sup>a</sup> Mortuo domno cipriano mater illius domna susanna emit unam cortem ex cortibus sancte marie episcopalis sedis columbrie habentem has terminaciones. Ad orientem atrium australem sancte marie Ad occidentem habitationem domni cipriani Ad meridiem uiam puplicam Ad septentrionem aliam cortem sancte marie. Et dedit pro ea l<sup>a</sup> solidorum argenti precium clericis habitantibus in supradicto loco consentiente episcopo domno paterno et iubente consule domno sisnando. Dum autem emeret eam spopondit et pactum posuit coram consule et pontifice et nobilibus columbrie habitatoribus ex quibus nomina quorumdam subscrispsimus ad hoc scriptum confirmandum ut reedificaret eam et possideret in uita sua et in hora mortis sue redderet eam bene edificatam ad supradictam ecclesiam sancte marie unde illam emerat. Edificauitque eam et possedit duobus annis. et accidit illi mortalis egritudo. Et uenit ad eam martinus simeonis prior congregationis sancte marie cum quibusdam sociis suis Et rannemirus aluari qui olim prior ibi fuerat et cortem ipsam uendidebat Et ihoannes aurifex cum aliis et interrogauerunt eam ex uerbo consulis presente filio eius eneco sancii quid iuberet fieri de illa corte et coram eis reddidit eam sancte marie unde empta fuerat. Quamobrem supradictus consul et episcopus et quidam ex his qui audierant nomina sua scripserunt statuentes ut si quis deinceps ex propinquis illius aut extraneis eam inde auferre temptauerit sit excommunicatus a consortio christianorum et reddat eam memorate sancte ecclesie quadruplo et imperatori urbis aliud tantum. Facta est carta ista et confirmata die

iii<sup>a</sup> feria viii<sup>o</sup> kalendas decembris. In era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxiii.<sup>a</sup> Ego predictus consul conf. Menendus proconsulis baldemiri filius conf. Ego eusebius urbanensis cimiterii abbas manu mea affirmans subscripti. Aluerigo cognamento bona menendiz conf. Martinus iben atomad test. Pelagius eriz test. Maruam menendiz test. Ihoannes sarraziniz test. Sendinus ihoannes test.

## DCLXXI

*Piniolus quidam Monasterio Laurbanensi donat vineam in loco Ripella dicto prope montem Bussaco, domumque in castro de Penacova, a monachis post mortem donatoris tantum habendum. Charta autographa, e scrinio ejusdem monasterii delata, in Publico Archivo servatur. Recentiori atramento inexpertam manu numerales litteras quibus aera designatur signumque donatoris, inter syllabas verbi roboro depictum, vitiasse autemamus.*

1086 (?)

Domnis sanctis et gloriosissimis ac post deum michi fortissimis patronis meis sancti mameatis et sancti pelagi et cetera pignera sanctorum martirum quorum baselica fundata est in loco uocitato urbano territorio colimbriense in christe (?) amore et ecclesie uestre perpetuam honorem. Ego piniolus seruus uester Quia expuncta morte corporea de hoc seculo ad alium humana transfertur anima qualisnamque illuc se peruenire considerat que hic ad bona peragenda corde et corpore pigritat. Monet enim dominus dicens — Date et dabitur uobis — Licet omnia que in hunc mundum ad usum hominis conferuntur a deo qui creauit omnia ordinatur. Tamen ualde deo dignum est ut de eo quod acciperit unusquisque in mundo ei a quo accipit ex hoc conplateat pure oblationis instinctum. Per hoc enim unusquisque futuram cummulat premia per quo presentia coram deo digne dispensat. Vnde et ad talibus satagens operibus dum uota atque donaria sua populo israhelitici domino dedicaret dicebat — Tua sunt etiam omnia domine et que de manu tua accepimus dedimus tibi —. Ubi cum sub uoce orationis et propheetie subiunxisse dicens — Presta domine ut semper in ueneratione tui mens ista permaneat —. at nos qui sumus futura temporis illius posteritas eiusdem boni operis deuotione transmisit et tali monimento corda subsequentium ad prehendendam semper donaria domino confirmavit. At eo ipse talibus preuentus oraculis pro id ut merear uestro sancto sufragio apud deum a cunctorum meorum nexibus absolui peccaminum et desiderate eterne uite stadium placito percurre passu offero et dono sacrosancto altario ecclesie uestre que est scita in loco iam predicto pro sustentatione religiosorum in eodem loco degentium atque cunctorum fidelium in ibidem eocurrentium locum id est uinea mea propria quam per corporis mei sudorem uel cum omni beneficia mea laborauit concedo uobis. eam iam predictis patronis meis per manus serui uestri eusebii degente predictum sanctissimumque uestri cenouium. iacentia huius uineae subtus monte buzacco territorio conimbricense discurrente ribulo mondeco in loco que uocant ripella et hec sunt termina predicte uineae in sumitate eius rupem.... neam et a parte occidentis fons que gignit in illo carbaliale et discurret ipsa fons per uineam de ramiro abaiubiz et diuidit ipsam uineam meam quam uobis concedo a parte rupis tertia pars ui... a meridi (?) duarum partium et uinea de iohanne abibiz ab aquilonis parte discurrit ipso fontano de ripela a septendrione uinea de gutier..... propter anime mee ..... sanctissimumque uestrum concedo. .... proprium domum que michi nunc est in castro quod uocant pennacoua in latere ipsius castri super illum ribulum inter do..... didaco et de gutierri post obitu .... oncedo uobis eum cum omni a prestitu .. o uel cum omnia que augmentare potuero sicut me expectabat uel expectabat post exaltatione spiritus mei omnia sancte ecclesie ..... perpetim confero habenda. Quod sine aliquo timore ac formidine sed .. eni ordinis potestatem sacerdos sancte ecclesie uestre de meo iure apprehendens iure perpetua firmitate faciat sociare. Quo et iuratione confirmo per diuini nominis trinitate et regnum catholicorum quia contra hanc meam spontaneam uoluntatem nunquam ero uenturus neque per me neque per subpositam quemquam mea uice personam. Quod si quisque pontificum aut eredum meorum uel cuiuspiam assertionis aut generis homo hanc meam noluerit conuellere in aliquo deuotione aut huius mei decreti uel testamenti infringere timorem sit anathema in conspectu dei patris et sanctorum angelorum eius sit condemnatus et perpetua ultione percussus in conspectu domini nostri ihesu christi et sanctorum apostolorum eius. Sit etiam in conspectu sancti spiritus et martirum christi repetita anathema maranata id est dupli damnatus perditione. Ut et de hoc seculo sicut datan et abiron uiuus continuo obsorueatur et tartareas penas cum iuda christi traditore perhenniter ferat cruciatu et insuper inferat parti idem sancte ecclesie uestre tantum et aliut tantum quantum auferre conauerit et sacratisimo fisco. Facta est series testamenti era millesima centesima xx<sup>a</sup>iii.<sup>a</sup> Ego predictus piniolus qui eam sano animo facere iussi cum propriis manibus meis ro+boro.

D. et C. Tom. I.

101

Qui preses fuerunt — Arias presbiter test. — Arias confessor test. — Girardus test. — Fortes test. — Aloitus test.

Julianus iudex sub consule sisnando conf. — Arias fortis atque presbiter conf. — Petrus iben sisnando presbiter conf. — Flores godesteiz conf.

Johanne menendiz test. — Valid iben garsea test. — Gundisaluus iben soimiro test. — Johannes liuidiz test. — Mestulius test.

Veremudus Presbiter Notuit.

## DCLXXII

*Pactum venditionis partis fundi, in loco Casal de Lovegildo dicto, agro uno excepto. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1087

### Carta uenditionis

In dei nomine ego maria abidiz placuit mihi per bona pacis et uoluntate ut tibi facerem tibi aspaio et uxor tua riquilo cartam de mea hereditate propria quam habeo de meo auo louegildo. et habet ipsa hereditas iacencia subtus mons fuste territorio sancte cruce discurrente riuulo baroso flumen uauga in loco predicto casal de louegild damus uobis de ipso casale decima et mea subrina goda gomez dedit tibi de ipso casale de quinta quarta. damus uobis ipsas nostras raciones integras tantum nos compoda inter fratres uel eredes ut illas potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis exceptio illo campo de illa portela quem uobis non damus. damus uobis ipsum casalem cum suis terris ruptis uel baruaris aquis aquarum et sesegas monitum (*sic*) exitus moncium uel regressum et quantum aprestum ominis est. et accepimus de uobis precium id est xi modios et quartarium et de precio aput uos non remansit in debito. habeatis illam firmiter et omnis posteritas uestra iure quieto temporibus seculorum. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartam ad inrrumpendum et in iudicio deuindicare non potuerimus aut noluerimus autorgare ut pariemus uobis ipsam hereditatem duplatam aut quantum a uobis fuerit meliorata. Facta carta uendicionis notum die quod erit xvi<sup>mo</sup> kalendas februarii. Era m<sup>a</sup>c<sup>a</sup>xx<sup>a</sup>v.<sup>a</sup> Ego maria una cum mea subrina goda tibi aspaio et uxori tue requiilo (*sic*) in hanc cartam manus nostras ro++brauimus.

Qui presentes fuerunt — Ermorigus test. — Ansito test. — Quandila test. — Notario test. — Menendus quos notuit.

## DCLXXIII

*Capitulum, sive Collegium clericorum Ecclesiae S. Mariae Conimbricensis Sedis praedium quodam rusticum, extra murum civitatis situm, ad vineam serendam, Ariae Todereiz tradit, ut ibi colonus partiarius sit. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis hausimus.*

1087

### Carta conuentionis

Martinus simeonis prior ecclesie sancte marie sedis colinbrie una cum clericis supradicti loci damus tibi arias todoreiz in Era m c xxv in mense ianuario hereditatem sancte marie extra murum colinbrie ad portam solis iuxta cursum aqua ut plantes ibi uineam et edifices bene quantum potueris usque ad octo annos et in sex de ipsis annis des nobis decimam partem uini et alias duobus quartem partem et octauo anno completo diuidas nobiscum per medium.

Petrus cognomento halifa test. — Garseas nafarrus test.

Diago onoriguiz test. — Floriti iohannis test. — Arias cendoniz test.

Pelagius notuit.

## DCLXXIV

*Pactum venditionis partis fundi in villa de Paradella. Charta autographa, ad Monasterium Petrosense pertinens, ex tabulario Conimbricensis Academiae in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1087

In dei nomine ego pelagio tructesindiz plagui mihi propria mea uoluntate et sano atque integro consilio sine uia perturbatione mentis nullius quoque gentis imperio nec suadentis artigulo sed pro bonam uoluntatem pacis ut uendo tiui inueando sandiz et uxor tua eilo sicut et uendo ereditate mea propria que fui de gunsaluo tructesindiz et de abiorum et parentum meorum in villa paratella tercia integra subitus mons kastro petroso discurrante riuulo feueros in loco predicto paratela. do uobis inde de ipsa uilla paratella tertia integra que fui de gunsaluo tructesindiz. et accepimus de uos pretium una egua adpreciata in x solidos tantum ad nobis et ad uobis bene complacui et de precium non remanestis in debitum ita de odie die uel tempore sedeat de iuri nostro abrasa et in uestro iudicio sit tradita et confirmata. abeatis uos firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. sit tamen fierit non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc karta uenditionis ad intrumpendum et nos ad iudicio deuendicare non potuerimus pro parte uestra aut uos in uoce nostra quomodo parie uobis pro sola presumptione quicquid auferre uolueri dublatum et alium tantum in iudicato. et hec karta firma maneat. Facta est karta uenditionis in diebus regis domni adefonsi filii fredenandi in temporibus domni archiepiscopi petri bracarensis. In era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxv<sup>a</sup> die vi idus Februarius. Ego pelagio tructesindiz ad uobis inueando et uxor tua eilo in hanc karta uenditionis manu mea r+ouoro.

Pro testes — piniolo testis — suario testis — tructesindo test. — aloito test. — Pintus (?) notuit.

## DCLXXV

*Descriptimus ex codice, ad Monasterium Ecclesiense pertinente, qui titulum Livro Baio Ferrado prae se fert.*

1087

**Karta de billanes**

In dei nomine. Ego tellus sesnandiz uobis suerio fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz fatio kartam uenditionis de hereditate mea propria quam habeo in villa billanes subtils castro petroso discurrante riuulo cerzedo territorio portugalensi sub illa strata prope littus maris quantum ibi habeo ex parte mei patris totam suam portionem integrum suis terminatum terminis antiquis ac nouis ubicumque potuerit inueniri cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est. pro qua accepimus a uobis unum scutum franciscum in pretio definito x solidos et x cubitus de panno antemano tantum nobis bene complacuit et mihi recipere et uobis dare et aput uobis nichil remansit pro dare. Habeatis illam uos et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. Siquis tamen aliquis uenerit uel uenero ad corrumpendum hanc kartam seu de propinquis seu de extraneis et ego in concilio deuendicare aut parti uestre concedere non potuero aut noluero aut uos in uoce mea quomodo conponam uobis ipsam hereditatem duplatam et quantum a uobis fuerit melioratam. Facta carta uenditionis vni<sup>o</sup> kalendas martias. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> v.<sup>a</sup> Ego tellus sesnandis uobis suerio fromariguic et uxori uestre eluire nunc hanc kartam manibus nostris roboramus. Pro test. Aluitu test. Ramirus test. Odorio test. Ederonio test. Eirigo test. Pelagius notuit.

## DCLXXVI

*Petrus abbas Ecclesiae S. Martini donat sive legat agrum in plaga ad ripam Mundae situm, propè Taveiro. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1087

Inluminator omnium fidelium deus oriens uisitator et splendor lucis eterne et sol iusticie qui celorum continet tronus et abissos intueris qui es rex regum et dominus dominantium qui trinus in personis et unus in deitate qui uenisti redimere hominem qui de limo formaueras et dedisti eis lumen ut uiderent te qui in tenebrarum penis erant constituti et uenturum speramus iudicare omnes homines et redderes unicuique secundum opera sua quod gessit. Idcirco ego petrus abba in tuo amore christe et in tuo timore et in ueneratione omnium sanctorum qui tibi ab origine mundi usque nunc placuerunt Offero ad ecclesia sancti martini que est fundata in territorio colimbrie discurrente flumen mondecum ad partem occidentalis mea terra que habeo in illo campo de apresuria et habet iacentiam inter porto de arenas qui est ab oriente et de altera parte talaueir qui est ab occidente et a parte aquilonis uia publica et a parte australi illo monte de antuniol et centum et quindecim passales in longo et in amplio aliud tantum. hoc testamentum feci per auctoritatem et iussionem uenerabilis principis domni sisnandi in cuius diebus ea ganaui deo auxiliante. Ideo timente me diem ultimum et tremendum iudicium et peccatorum meorum mole ualde depresso sed non usquequa disperatione deicio sed etiam per merita et intercessionem uenerabilium sanctorum dei redemptionem anime accipere spero quia scriptum est — redime te homo dum uiuis dum premium in manu tenes et ne differas de die in diem quia mors non tardat — et alibi — vigilate itaque quia nescitis diem neque horam — Sicut ait iob — lignum aridum in qua parte ceciderit ibi manebit — Propheta orante qui ait — Tu autem domine in eternum permanes et tu es super omnes principes et tue sunt diuitie et gloria quoniam nos omnes peregrini et ospites sumus super terram et omnia que de manu tua accepimus damus tibi — quia te igitur credimus uidere in terra uiuentium. Factum et confirmatum hoc meum testamentum ad supradictam ecclesiam sancti martini Era MCXXV Pridie idus marci temporibus adefonsi imperatoris. Et si forsitan aliquis homo hoc quod in testamento isto confirmatum est in aliquo conuellere aut auferre aut commutare aut extraneare in aliam partem conauerit quisquis ille fuerit sit extraneus a deo et a sanctis eius et cum his qui in penas inferi sunt babeat societatem et insuper hoc quod in testamento resonat componat in duplo. Ego petrus abba qui hoc de toto corde offerens deo in honore sancti martini manu propria confirmo. Ego sesnandus consul colimbriensis manu mea scripsi et roborau. Ego proconsul menendus confirmo. Iohannes gunsendiz conf. Garcia eniguiz conf. Maruan menendiz conf. Floriti godiniz conf. Tructesindo tructesindiz conf. Sueiro aluitiz test. Michael toderediz test. Ramirus prioris uaccaricense cenobio Scribsit.

## DCLXXVII

*Testamentum Sesnandi Conimbricensis Comitis, quo ille bonorum suorum mobilium et immobilium filiam Gelviram et ecclesiam de Mirleus, ab eo structam, heredes instituit. Descripsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1087

**Ego sisnandus timens ultimum mortis mee diem sic omnia mea discernere decreui**

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego sesnandus dauid proles gratia dei consul colimbriensis Complendo legem diuinam et timendo ultimum tempus uite mec placuit michi promto animo et sana uoluntate scribere et bene discernere mea omnia quia nullus est qui noscat quantum in hoc mundo uiuat uel quando de hoc seculo exeat sed quando hoc feci eram destinatus cum rege et imperatore domino meo exaltet illum deus et cum omnibus christianis ad pugnandum paganas gentes et non potest homo scire ultimum diem sed qui antea aliquid facit sine dubio ante deum misericordiam inuenit. Et ideo ego predictus sesnandus cum prona mea uoluntate mando et sano animo do ad illam ecclesiam nouam quam edificaui in colimbria pro remedio anime mee in illo loco quem uocitant mirleos do et concedo de meis uasis argenteis illas n<sup>as</sup> partes ad illam ecclesiam unde faciant frontalem cruces calices et capsas et quod de ornamento ecclesie fuerit et aliam terciam partem de illis

omnibus uasis Do ad meam filiam geluiram exceptis uasis que ibi sunt de auro sint ad illam ecclesiam. et non do inde ad meam filiam. et faciant inde unam crucem minorem de illo auro et mittant ibi de ligno domini quod est in sancta maria apud priorem illum domnum martinum et sit ad illam ecclesiam nominatam. et consument illam ecclesiam edificando de meo ganato de meis uaccis aut de meis equis uel de quo inuenient in mea casa usque sit de meo consumata. et testo et do et concedo ad illam ecclesiam nominatam cum bono animo et sana mente de meis hereditatibus quas ganaui et populaui et edificaui in heremo et do medietatem de illa azenia de columbria cum suis molinis et aprestationibus et medietatem de uilla tentugal que fuit de hereditate parentum meorum. et postquam presit rex dominus fredenandus cui sit beata requies columbriam populaui ego ipsam uillam et medietatem de uilla cantoniede ad integrum. et in illa angliata sub castello sancte eolalie duas uillas ad integrum arazed et lamasma et illam almuniam que fuit de domno paterno episcopo cum suis uineis et aprestamentis et medietatem de illis castellis que ego populaui arauz et penella et illas couas de sena cum suis aprestationibus et in illos barrios uillam sangalios cum aprestationibus suis. et de meis acitharis que sunt in columbriam et in monte maiore tres do ad meam filiam geluiram et alias do ad illam ecclesiam supra nominatam. Ego sernandus (*sic*) gratia dei consul manu mea scripsi et roboraui prompto animo et sana mente pro remedio anime mee+. Era M<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxv.<sup>a</sup> Idus marci (?).

Martinus prior conf. — Ego paternus episcopus+ conf. — Aluarus telliz — Petrus abbas — Gunsalus uenegas — Domnus belide — Odorius telliz — Pelagius heriz — Menendus baldemiri — Iohannes gunsendiz.

## DCLXXVIII

*Bona immobilia quaedam et supellectilem Monius Fromariguiz Palatiolensi Monasterio (de Paço de Sousa) testamento legat. Apographum exemplar, ex libro regestorum ejusdem Monasterii Livro das Doações descriptum, et in Academiae nostrae bibliotheca servatum, nobis textum praebuit.*

1087

In nomine Domini. A summis descendit excelsis, et in terris non dignatus est conversare cum omnibus hominibus commorantibus in finis, et in similitudinem carnis peccati veram suscipiens formam nostre mortalitatis, ut ovem perditam, que inobediendo, diabolo suadente, perierat, conligata flagitiis, in sanctis gloriiosis humeris suis reportaret in sedibus supernis ad gregem inmensi Patris eterni. Proquibus Ezechiel, ipsum Dominum deprecans, ait — Gregem tuum non deseras Domine pastor bone — item ibi... — Salvaho gregem meum, et non erit ultra in rapinam, dicit Dominus... — et ipse iterum ait — Alias oves habeo, que non sunt ex hoc ovili, et illas me oportet adduci, ut sit unus grex et unus pastor —. Obinde ego famulus Dei Monius prolis Fromarico, ut merear ab ipso summo egregio pastori deferri in excelsis eterno inmortali Patri, et consortio perfui cum ipsis electis, cum quo ante secula simul cum Spiritu Sancto Unus permanet in Trinitate, et equalis, et jugiter persistens verus Deus et verus Homo in eterna perpetuitate inmortalis. Propria nobis collata est potestas, et spontanea concessit voluntas, et sanctorum divinorum Scriptorum priorum antecessorum firma michi manet auctoritas, sicut Prophetam suum ipsa loquitur Veritas — Beatus homo qui miseretur et comodat — item ibi — Dispersit dedit pauperibus, justicia ejus manet in seculum seculi — et iterum qui prius loquebatur Prophetis vaticinantibus, nunc per semedipsum suis firmans auctoritatibus, ipso dicente — Date et dabitur vobis — et iterum in futuro subjungens ait — Quandiu fecistis uni ex minimis meis, michi fecistis : Quia de villicatione, quam a me accepistis, boni dispensatores fuistis, et ideo audire meruistis : Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui —. Ideo ego famulus Dei Monius jam superius memoratus, ab amore vite eterne, et metum geenne ignis orrende, offero sancto et venerabili altari Sancti Salvatoris, ejusdem Genetricem Sancte Marie gloriose semper Virginis, et Sancti Petri Apostoli cum aliis reliquiis sanctis, que idem sunt recondite, in honorem Sancte et Individue Trinitatis; et ipsum altare digne Deo constructum in loco, que dicitur Palaciolo, subtus mons Ordinis amnis, discurrente ribulo Sausa, Territorio Anegie, ubi Deo permittere pro remedio anime mee meam testacionem, id est ipsa hereditate de Gallegos in villa, que dicitur Lamas, quomodo fuit de Osorio Johannis, sua ratione integra; et illa alia mea ganancia, que ibi ganavi de Donnio et de sua muliere Ibrilli, et alia, que ibi ganavi de Joazino, et de sua muliere nomine Vita, quomodo illas comparavi per meum pretium, et per meas kartas, cum suis omnibus prestationibus, locis, et terminis antiquis, et in apud Veteres hereditatem integrum, quomodo fuit de Jeremias, sicut ego illam comparavi per meum precium de Alvitu Stephaniz cum omnibus suis prestatibus, locis, et terminis novissimis et antiquis; et unum mensorium argentum purum de lxxx solidos, et unum elnum laboratum pro super illum altare sanctum. Post meum vero obitum deserviat ipsum testamentum integrum superius taxatum ipsi Monasterio jam supra memorato vocabulo Palaciolo, sicut jam memini, ob tolerantiam fratrum,

D. et C. Tom. I.

102

et vitam monacorum, temporibus cunctis et seculis seculorum, qui boni fuerint, et normam tenuerint priorum Sanctorum antecessorum, unde ego mercedem habeam apud Deum in eternum. Siquis tamen, quod minime credimus fieri, aliquis homo venerit, aut ego venero, et quod sponte Deo donavi confringere voluero, et tam de extraneis quam etiam de propinquis, aut quibuslibet generibus humanis, hoc testamentum, quod per auctoritatem sanctorum divinarum Scripturarum est firmatum, inrrumpere quesierit, et per ejus audaciam, seu inprobam pertinaciam, ad deformitatem vel ad divisionem pervenerit, pro sola presumptione objurgatus atque districtus a judece post partem ipsius Episcopi, in cuius judicio ipsum monasterium presteterit ordinatum, duo auri talenta coquatur exsolvare et judici aliud tantum, ne moretur sed compellatur reddere; ipsum vero testamentum, inde usurpaverit, ad partem ipsius aule, de potestate illum volebat abstrahere, cui manebat firmum et intemeratum, facta liberacione reddat in quaduplum, aut quantum de talibus secundum sancti Canoniz et libri Judicializ decretum fuerit institutum; et insuper, si se a talibus corrigere neglexerit, et in tam execrabilis superbis persistere voluerit, tandiu a corpore et sanguine Christi sit segregatus, quandiu per in hoc ipse presumptor extiterit, pertinax, atque superbis. Aliam vero scripturam ante positam vel post positam, contra hoc testamentum, stabiliri minime permittimus, sed in eternum Deo servire mandamus. Facta series testamenti sub imperio catholi Regis Adefonsi, et Petri Ecclesie Bracarensis Episcopi, Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xx.<sup>a</sup> v.<sup>a</sup> iii Kalendas Aprilis. Ego Monius, quod sponte Deo vovi, opere inplevi, et hoc testamentum propriis manibus roboro, et perpetim mansurum Sancti Salvatoris adsignavi. Pro testibus: Monio Petriz testis. Suarius Menendiz testis. Truitesendo Venegas testis.

## DCLXXIX

*Pelagius Eriz quintam partem bonorum suorum testamento legat Ecclesiae Sanctae Mariae Conimbricensis Sedis, pecunia, rebusque litigiosis exceptis. Praeterea propositum suum servam pro captivo commutandi significat. Ex Livro Preto ejusdem Sedis decerpsumus.*

1087

**Dispensatio**

Ego pelagius eriz mando ut post meam mortem detur quinta pars omnium rerum mearum pro remedio anime mee ad locum sancte marie canonice colimbrrie et martino simeonis unam uaccam aut unum bos. Et est mihi voluntas dare unam mauram me uiuente in precium captiui aut pro redempcione alicus opresso. Si autem ab hac die inuentus fuerit captiuss ademendum aut opresso ad redimendum detur maura ipsa pro illo per manus et arbitrium martini simeonis sociorum eius me absente aut presente tam uiuus quam mortuus. Facta est hec karta ista die iii kalendas aprilis. Era m.<sup>a</sup> c. xxv. Exceptis ipsis molinis qui sunt in rixa positi inter me et sendamirum presbiterum de quibus adhuc iudicium debemus accipere. de ipsis solidis non mando dare quintam.

## DCLXXX

*Ab initio quemadmodum fundatum fuerat Monasterium S. Romani exponentes, filii et nepotes Ermigii Petriz et Gelvirae Vermudiz, qui locum ad idem monasterium struendum cuidam Quendano praestiterant, pristinam donationem confirmant. Charta autographa in Publico invenitur Archivo.*

1087

Parua fiducia in hoc mundo existimemus quia originalis a patre nostro ade et coniunge sue eue. Ideoque nos hoc timentes et sub trino et uno omnipotenti deo qui est et qui erat et qui uenturus est. Multotiens homo bonitatem alterius facit quam ad ultimum perdet. Quidam vir uenerandus qui erat constitutus in ordine sacerdotis et ipse nomen habebat quendanus et per uisum huius mundi cultor dei apparebat sibi uenit in cogitatu suo propter futurum iudicium quem timebat ut in honore beatissimi martiris christi romani fundaret ecclesiam in loco designato in uilla que fuit de fromarico cendoniz ad radice mons castro malo discurrente neuia prope litore maris territorio bracarensis. et ipsam hereditatem per filiis et nepotibus peruenit in iudicio de ermilio petriz et coniunge eius ieluira ueremuduci. Et ipse frater quendanus perrexit ad ipsos domnos et postulauit illis ipsum locum ut

fundaret ibi templum domini. Et ipsos domnos conuocauerunt filii et filiabus suis quorum ista sunt nomina petrus luzu gontina ilduara gontrode uniscu. Et inspirauit illis deus in cordibus eorum salubre consilium et in amore christi dederunt illi ipsam hereditatem. Et ipse frater quendanus cum adiutorio dei et de ipsos domnos edificauit ibi locum sanctum uocabulo sancti romani siue aliorum sanctorum Et fecit libros et ornamentum ecclesie quantum possilitas illius fuit. Et uocauit episcopuni adefonsum et ipsos domnos superius nominatos ad dedicationem Et uno consensu et uno consilio inito fecerunt testamentum de ipso loco sancto et de omnibus prestationibus suis intus et foris per suis locis et terminis antiquis ad ipsum fratrem quendanus et ad alias fratres qui cum eo erant uel post transitum eius ibi habitaturi fuerint et more apostolicorum uixerint ipsos habeant et possideant. Et nullus hominum laicorum uel imperatorum ibi habeat potestatem iudicandi dandi uel vendendi aut testandi per nullam occasionem aut de suis rebus in alia parte extraniandi sicut in canones generalium conciliorum resonat et regula sancti benedicti affirmat sed iuri sancte ecclesie habeat et possideat. Et ipse quendanus tenuit ipsum locam in uita sua Ad obitum uero suum relinquuit illum ad seruos dei qui ibi erant habitantes et ad ipsos domnos superius nominatos ut fuissent adiutores et defensores. Igitur per dei prouidentiam creuit locus et multiplicati sunt fratres. Interea surrexit vir magnificus Gundisaluus abbas et congregati sunt ad eum multi serui dei. Et ipse abbas cum dei adiutorio et de ipsos domnos restaurauit ecclesiam et ipsum locum Et conuocauit episcopos ad dedicationem cum suis archidiaconibus et abbatibus cunctis et plures serui dei qui in ipso episcopio erant et esse potuerunt Petrus bracarensis Gundisaluus dumensis Adericus tudensis et ceteris heredibus et benefactoribus qui erant de prosapia de ermigio petriz et de ieluira ueremudiz. Et uno corde et uno ore auditibus episcopis et abbatibus et reliquis christi sacerdotibus et ceteris christianis hunc sermonem dixerunt — Libertatem et ingenuitatem parentum nostrorum loci istius laudamus et confirmamus Et sicuti parentibus nostris decreuerunt ita et nos hodie decreuimus omnes qui potuimus ad dedicationem uenire filii et neptis qui nati sumus de prosapia de ermigio petriz et de ieluira ueremudiz dare duos quartarios de tritico ad bracarensem sedem in unumquemque annum illis qui in eodem loco secundum regulam sancti benedicti perseverauerint et more apostolorum uixerint sicut in primis parentibus nostris fecerunt ita et nos hodie facimus ut nullus laicus uel secularis uel imperatoris siue de gente nostra siue de extranea ibi licentiam non habeat iudicandi uel de suis facultatibus in alia parte extraniandi Sed hoc solum permittimus ut siue de gente nostra siue de extranea habeat potestatem testandi et defendendi et bene faciendi et corpus suum sepieliendi ut participes esse possimus in missas in psalmos in oraciones et in cunctis aliis operibus bonis. Si quis sane mentis non crediderit et aliquis homo uenerit uel uenerimus ex qualibet generis qui hunc factum nostrum infringere quesierit in primis sit excommunicatus et segregatus et a fide christi extraneus et cum iuda domini proditorem in eterna damnatione participetur neque audiat uocem domini — uenite benedicti patris mei — et post partem monasterii pariat duo auri talenta et insuper binas libras uel ternas componat et ipsum locum in quadruplum restituat et iudicato. et hunc factum nostrum non sit inruptum sed plenam habeat firmitatem et obtineat roborem in die quod erit viii idus aprilis Era millesima cxxv.<sup>a</sup> Regnante adefonso principe prolis fredenandi et uxore eius Sancia regina in sede regia ciuitas Leion. Nos ergo nominatos in hoc series testamenti manus nostras robor+++++amus.

Suario petriz manu mea confirmo — Veremudo petriz manu mea confirmo — Petro ermigiz manu mea confirmo — Geluira petriz manu mea confirmo — Pelagio petriz manu mea confirmo — Geluira gotierriz manu mea confirmo — Ielduara gotierriz manu mea confirmo — Ielduara ermigiz manu mea confirmo — Geluira ermigiz manu mea confirmo — Elleuua ermigiz manu mea confirmo.

Suario nunnici manu mea confirmo — Palla deouota manu mea confirmo — Gontina nunnici manu mea confirmo — Geluira nunici manu mea confirmo — Galindo eriz manu mea confirmo — Gontina eriz manu mea confirmo — Ieluira ordoniz manu mea confirmo — Ieluira pelaiz manu mea confirmo — Gontrode pelaiz manu mea confirmo — Odrocia pelaiz manu mea confirmo.

Geluira suariz manu mea confirmo — Aragunti suariz manu mea confirmo — Ermegonza suariz manu mea confirmo — Menindo romariguiz manu mea confirmo — Oseuio lizi manu mea confirmo — Petro lizi manu mea confirmo — Godina lizi manu mea confirmo — Eldonza suariz manu mea confirmo.

Leouegildus presbiter conf. — Menindus presbiter conf. — Gutierre presbiter conf. — Aloitus presbiter conf. — Tuduertus presbiter conf.

Ego petrus bracarensis ecclesie episcopus manu mea conf. — Ego gundisaluus dumensis episcopus manu mea conf. — Ego adericus tudensis ecclesie episcopus manu mea conf. — Adefonsus archidiaconus conf. — Bernaldus archidiaconus conf. — Gundisaluus archidiaconus conf. — Louesindus archidiaconus conf.

Ordonius abba conf. — Suarius abba conf. — Gundisaluus abba conf. — Pelagius abba conf. — Sisnandus abba conf. — Cresconius abba conf. — Suarius abba conf.

Louesindo test. — Gundisaluus test. — Gutierre test. — Aloitus test. — Ardega test.

Petrus diaconus indignissimus Notuit.

## DCLXXXI

*Tructesindus Gutierrez quintam partem bonorum suorum, tum mobilium, tum immobilium, Monasterio Morariensi legat. Charta autographa, ad idem Monasterium pertinens, in Publico inventur Archivo.*

1087

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti qui est trinus in unitate et unus in deitate que uniuersa colligitur creatura cui famulantur uniuersa celestia deseruiunt etiam et terrestria ad cuius imperium uenient mari atque creata sunt omnia qui ante mundi constitutionem est disposita qui hominem ex limo terre plasmauit et in finem seculorum formam servi adsumpsit qui per passionem probrium sanguinem humanum genus de morte redemit et postea in gloria resurrexit et misit sanctos apostolos suos predicare euangelium in uniuersum mundum et fidem catholicam confirmauit et credentes in eum non derelinquit ex quibus noster unus ex cebedei filius spanie sortiuit ut de tuis reddas fructum in diem iudicij domini nostri ihesu christi.

Ego famulo dei tructesindo prolis gutierre tructesindiz et ermentro audiens scriptura diuina oracula adimplendum aliquantulum cupiens omnipotentem deo eterno puris mentibus de quo nobis attribuis reddere uenit per spiraculum cordis nostri et pro remedio anime mee et sub tuo sancto nomine et eximio trinitatis facio testamentum in honorem sancti saluatoris et sancte marie uirginis et lignum sancte crucis et omnium sanctorum apostolorum quorum reliquias constructa sunt in sacrosancto altario sancti saluatoris qui est fundato in uilla moraria subtus mons petras rubias discurrente ribulo lezza in territorio portugalensis. do atque contesto ad ipsum locum iam nominato v<sup>a</sup> de omnes meas hereditates quantas uisus sum habere siue de parentela quam etiam et de comparatela siue de quantas potuero ganare usque ad obitum meum siue et de meo argento et de omnia mea rem quantaque uisus sum habere ut habeant et possideant in ipso loco sancto habitantes pro ad tolerantia fratrum et monachorum qui bonos fuerint et uita sancta perseuerauerint. et non sedeant licitos uindere nec donare nec cambiare nec testare nec cum illas in alia parte cum illo que in testamento resonat transferrere sed te- neant illo sano et intemperato post parte confessionis. et illa v<sup>a</sup> de omnia mea criazon mando illa ingenuare pro remedio anime mee ut sedeat ingenua et libera et ubicumque uoluerit in nomine domini deseruiat post parte ingenuitatis ad quemcumque uoluerint. Siquis tamen qualiuet generis homo filii nepti aut ex sanguinibus qui hunc factum meum infringere uoluerit in primis accipiat sententiam secundum canones docent et pariet ad partes testamenti quantum inde usurpauerit duplato et auri libras ternas uel quaternas et ad domino qui illa terra imperauerit aliut tanto in iudicato. et hunc factum meum semper plena habeat rouore ipsius testamenti et obtineat firmitate. Facta series testamenti die erit xiii<sup>o</sup> kalendas magii. Era t c xxv.<sup>a</sup> Tructesindo prolis gutierre et ermentro in hanc series testamenti a me facto manu mea rouo+ro.

Gelmirus abba accepit et manu sua confirmauit — Iohannes presbiter confirmo — Onegildus presbiter confirmo — Gutierre gumzaluiz confirmo — Pelagio gumzaluiz confirmo — Mito cresconiz confirmo — Atan didaz confirmo.

Hic testes — Guinzaluo test. — Godesteo test. — Pelagio test. — Uiliaricu test. — Pelagio test.  
Atane conuerso notuit.

## DCLXXXII

*Ferdinandus Ierminas Monasterio S. Joannis (de Pendorada) donat sive legat bona varia in villis de Ortigosa et de Figueiredo partemque dominii ecclesiae S. Iacobi de Piões. Charta autographa, e scrinio ejusdem monasterii in Publicum Archivum delata, ibi servatur. Aliud exemplar illi adjectum, ampliorem donationem continens, manifesto fictum est.*

1087

Domnis inuictissimis hac triumphatoribus sanctisque martiribus hac gloriosissimis sancti saluatoris Sancte marie semper uirginis et sancti iohannis babliste qui inter eos principatum tenet et aliarum reliquiarum qui ibi sunt recomdite quorum basilica fundata est in ripa durio subtus mons aratus inter durio et tamice territorio anegia discurrente in ribulo durio. Obinde ego famulo dei fredenando ierminas memor sum peccatorum meorum que in die magni iudicij redditurus sum deo rationem. Proinde ergo placuit mici ex tota mea mente et ex tota mea uoluntate ut pro remedio anime mee facio ad ipsius domus sanctus textum scripture firmitatis de propria

hereditate que habeo in uilla quos uocitant ortigosa territorio anegia subtus mons muro discurrente ribulo pauia loco predicto casal que dicent de agro de aluaro et quantaque habeo in uilla siqueireto et in illa coina cum abiectionibus suis cum ipso britello. et de ipsa ecclesia uocabulo sancti iacobi apostoli de pelaiones mea octaua integra cum abiectionibus suis per suis terminis et locis antiquis cum quantum aprestitum ominis in ea est. et fuerunt ipsas hereditates de parentorum uel auiorum etiam de ganantia. contesto eas pro remedio anime mee ad ipsius domus iam superius dictum. Siquis sane mentis non crediderit aliquis homo uenerit tam de filiis quam de propinquis siue extraneis qui bunc factum meum infringere uoluerit in primis sit excommunicatus et a cetu christianorum sit segregatus et neque in finem communionem sit acturus et insuper pariet post partem ipsius testamenti d solidos et binas libras uel ternas et iudicato. et hunc factum meum plenum habeat roborem. Factum est autem huius series testamenti notum die erit <sup>xiii</sup> kalendas maias. Era <sup>mc\*</sup> xxv.<sup>a</sup> Fredenandus prolix ierminas in hanc series testamenti manu mea ro+uo.

qui preses fuerunt. menendo cidiz conf. Velasco conf. Martinus monacus conf. Bera presbiter test. Vimara test. teton test. godesteu test. quiragu test.

Micaelis notuit.

#### DCLXXXIII

*Testamentum Didaci Fredariz, uxorisque ejus quo Episcopali Conimbricense legant ecclesiae quintam partem bonorum suorum tam mobilium quam immobilium quae in Conimbrica aliisque locis possidebant. Charta autographa, e tabulario Sedis Conimbricensis delata, in Publico Archivo invenitur.*

1087

Christus. Domnis inuictissimis hac triumphatoribus gloriois sancti petri princeps apostolorum et ceteri martyres christi quorum reliquie in sacrosancto eius altari continentur quorum baselica in urbe conimbricie fundata esse cernitur. Ego didacus fredariz simul cum uxore mea eugenia maruaniz qui in peccatorum mole depresso in spe fiduciaque sanctorum meritis usquequaque dispiratione deicimus qui etiam teste conscientie reatum nostri criminis sepe pabescimus ut ergo per uos sanctissimi martyres tandem reconciliari merear domino deo uestro hac sanctorum omnium fides supplications uotis omnibus implere. et ideo deuotioni nostre extitit ut de paupertatula nostre sancte ecclesie uestre aliquantulum ex uoto proprio conferre debere. Et sicut scriptum est — Uouete et reddit domino deo uestro — Ideo omnia affectu operis tandem ipsam nostram deuotionem implere procuramus hacsi concedimus atque offerimus supranominate ecclesie uestre ut diximus pro uictis atque uestitu monachorum in ipsa ecclesia uestra deseruiendum siue pro luminaribus altarium uestrorum uel elemosinis pauperum damus atque concedimus uillas nominatas. in uilla portunias continent nobis de ipsa uilla de duas partes <sup>m\*</sup> rationes. de istas tres rationes quinta parte concedimus. et in uilla margedub nostram rationem quintam concedimus. et in uilla oreluti in ipsas insulas inter ambas illas aquas nostram rationem quintam concedimus. et de vineis que habemus in urbe conimbricie. id sunt ultra flumen mondecum in illa uarcena que est super illas acenias quinta de uinea que iacet iuxta mea iermana uobis concedimus et iterum de alia uinea que habemus iuxta illum episcopum et de illa uinea de coselias que habemus iuxta zuleiman afra de illas <sup>m\*</sup> rationes quintam concedimus et unum uasum argenteum de xx et <sup>m\*</sup> solidos post obitum meum in supranominata ecclesia concedo et omne quod aprestitum est hominis caballos et equas mulos et asinis uel mulabus et asinabus boues uaccas et omnia peccora aurum argentum uestimentum siriceum lineam uel laneam de omne quod notauius post obitum nostrum quintam partem concedimus. Et iubeo cortes meas que habeo in ciuitas conimbricie ut sint uxori mee et filiis meis si post me remanserint. Et illas quattuor partes que superant iuri iermani mei cidi concedo usque diuin filii mei tales sint ut possidere possint. et ex eis quatuor partibus in redemptione captiuorum meus iermanus tribuat. et si aliquid perierit ex omne quod iermano meo tribuo ad custodiendum filiis quoque meus non iubeo ut aliquid ei postulent. et si ausi fuerint eum temptare quod temptauerint in duplo pariant. Si uero deerint filii qui hereditent meam hereditatem ad integrum concedimus in supranominato cimiterio. Quo et iuratione confirmamus per deum patrem omnipotentem et per regnum catholicorum quia numquam erimus uenturi ad inrumpendum hunc nostrum uotum. et qui talia ausus fuerit in primis sit excommunicatus ab omni cetu christianorum et cum iuda traditore habeat participatio in eterna dampnatione numquam finienda et quantum contaminauerit in quatuplum pariat. et hunc nostrum scriptum plenum habeat firmatatem stantem et permanentem in huius robore firmitatis. Nos supranominati humiles et quieti in hanc cartulam testamenti quod fieri iussimus et religendo cognouimus manibus nostris robor+amus. Facta series testamenti <sup>vii</sup> kalendas magii. Era millesima c.<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> v.<sup>a</sup>

Qui preses fuerunt — Aluazir domno menendus confirmo — Iohanne gundesindiz confirmo — Pelaio halaf conf. — Pelaio iudex conimbricie conf. — Didacus cidiz conf. — Pelaio gunzaluiz conf.

D. et C. Tom. I.

103

Et ego cidi fredariz uotum iermani mei conf. — Pelaio gunsaluiz test. — anaia manzoriz test. — Pelaio olij diz test. — Martinus presbiter test. — Petrus iohannes test. — Adrianus francus test.

Menendus martiniz test. — Dominicus subdiaconus test. — Martinus subdiaconus test. — Arianus presbiter test.

Veremudus presbiter notuit.

## DCLXXXIV

*Descripsimus ex libro regestorum qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, pae se fert.*

1087

**Karta de hereditate quam habet monasterio de Arauca in moldes  
in termino de Arauca**

In nomine domini nostri ihesu christi in honorem sancte marie virginis et sancti petri apostoli cuius basilica fundata est territorio arauca inter monte fuste et serra sicca discurrente ribulo alarda monasterio uocabulo sancti petri. Ego famulo dei quitino filio de maxito placuit mibi ex tota mea uoluntate et ex tota mea mente ut pro remedio anime mee donarem sancto altari uestro hereditate mea propria que habeo de parte parentorum et auiorum meorum in territorio arauca in uilla ribulo mollides in loco predicto ubi dicent penna partita per radice de illa penna partita et de illa fonte que secus ipsa penna exiit et inde in prono per illo arugio que de illa fonte discurrit usque ad illo fontano et inde torna infesto per illo corrigo qui discurrit usque ad illa fonte unde ipsa aqua decurrit sic et de illa fonte medietate integra et inde tornat in derecto per illa carrale et per illo vallado usque ad illa petra partita unde primiter incoamus. Et habui ego ipsa hereditas de patre meo maxito et de auio meo quitino et bisaui meo cendemiro medietate fuit de auio meo quitino et alia medietate que pariauit illi sua germana flamulina sicut in plazo et in cartas nostras resonat. et obtinuit ea integra auio meo quitino et postea patri meo maxito. et ego pro remedio anime mee et de ipsis antecessores do ipsa hereditate ad ipso monasterio sancti petri de arauca cum omni sua prestatione ut ibi semper deseruiat fratribus qui in uita sancta perseverauerint usque in perpetuum. Quo et adiuratione confirmo per indiuividuam trinitatem quod a contra hoc meo facto ad inrumpendum uenturus non ero. Et si aliquis homo de propinquis meis uel de extraneis qui contra hanc meum uotum et testamentum ad inrumpendum uenerit in primis sit excommunicatus a corpus et sanguis domini et insuper pariat hoc quod in testamento resonat duplatum uel triplatum et insuper dampna secularia ad partem regis uel comitis qui ipsa terra inperauerit duo auri talenta et iudicatum. et uotum meum firmiter et stabile permaneat in sempiternum. Facta series testamenti notum die vii kalendas magii. Era m<sup>a</sup>c xxv. quitino in hoc testamento manus meas ro+. Regnante in toledo et in spania adefonsus rex. in sedis colinbrie paternus episcopus et consulis aluazir sisnandus. mandantes arauca egas ermigiz odorio telliz gauino froilaz. Qui presentes fuerunt. didago test. Aluitu test. pelaio test. gudesteu test. — Godinus presbitero scripsit.

## DCLXXXV

*Didacus Fredariz atque uxor ecclesiae sedis episcopalnis Conimbricensis legant possessionem, vineam, pomarium hortumque continentem, quam in Val-Meão possidebant. Charta autographa, e tabulario Conimbricensis Sedis in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1087

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Hoc est testamentum quo ego didagu fredarizi et uxori mee eogenie fieri mandamus ad locum sancte marie virginis conimbricie sedis regule canonice damus ad ipsius loci predicti uinea quod auemus in algeiara cum suo pumare et cum sua almunia. habet iacentia in ualle mediano super est uinea de uizoi et aluitu et inferius est uinea de iohanne iben halife. damus ipsa uinea ad sancta maria regule canonice et ad canonici qui ibi perseverantes fuerint et uita sancta tenuerint pro remedio animarum nostrarum per tale uerbum ut post obitum amborum nobis siat hoc testamentum confirmatum ut in nostra uita abeamus illa uinea et post transiit nostrum deseruiat ad ipsius loci sancte marie de regule. Et qui hunc factum nostrum

intrumpere uoluerit in primis siat excommunicatus a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi et cum iuda domini proditore habeat participium et insuper pariet illa uinea cum suo pumare et cum sua almunia duplata ad ipsius canonicis sancte marie et iudicato. Factum est hoc testamentum vi<sup>o</sup> kalendas magii. Era m c xxv.<sup>a</sup> di dagu fredariz et uxor mea eogenia in hoc testamentum manus nostras rouoramus+++. qui presentes fuerunt menendus abba conf. — Pelagius iudex conimbricie conf. — maruan menendiz test. — tructesindo tructesindiz test. Erus dononizi test. — frogiulfu test.

Erus presbiter notuit.

## DCLXXXVI

*Comes Conimbricae Sesnandus, Martino, priore, ut aiebant, ecclesiae episcopalis S. Mariae, qui tunc vices episcopi explebat, consentiente, Laurentio subdiacono ecclesiam de Cantanhede tribuit. Charta autographa, e scrinio Sedis Conimbricensis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1087

In nomine domini nostri ihesu christi. Cum dominus omnipotens sua inmensa clemencia domnum fredenandum regem christianorum elegisset et super yspania imperatorem constituisset nonullas ciuitates munitiones uillas diu a paganis possessas in manu sua tradidit qui illas a potestate gentilium liberauit et populo christianorum inhabitare fecit. Non post multum uero temporis suo cum exercitu ad columbriam uenit et domno sesnando consule prensente (*sic*) cuius consilio satis pollente iamdictus rex multa agebat et honorifice illum secum habebat ciuitatem obsedit et tandem superna uirtute illam inuasit et arbitrio sesnandi consulis totam commisit tribuens sibi potestatem et concedens dandi siue auferendi iudicandi et omnia secundum suam uolumptatem ordinandi. Sed cum hic catholicus rex a mole carnis solutus esset et terminum presentis uite iam peregisset rex ildefonsus qui in sede et in regno patris sui successit predictum consulem multum dilexit et quicquid pater suus sibi dederat ualde laudauit atque confirmauit et insuper multa ei addidit. Igitur ego sesnandus consul prefatam ciuitatem suis cum confinibus ex necessariis omnibus restaurauit et tutissimis presidiis firmiter adarmaui necne ex diuersis partibus populo christianorum inhabitare curam duxi. Et postquam queque loca eccliesii catholice fidei pulcre recuperauit et dominus paternus episcopus ibi clericos ordinauit placuit mihi post mortem ipsius episcopi domno martino simeonis filio qui tum temporis sedem sancte marie cum omni diocesi sua uice episcopi regebat laudante et conscente et uniuerso suo clero concedente dare scilicet et condonare ecclesiam de cantonied laurencio subdiacono quem cum suis parentibus ex prouincia paganorum cum magno honore adducere curauit et illis hereditates et uillas satis dedi. Dono et concedo tibi laurencio iamdictum ecclesiam domno martino suprano minato annuente ut illam in cunctis diebus uite tue habeas et possideas et tuam uolumptatem inde facias. Tali tamen tenore textum scripture firmitudinis ipsius eccliesie tibi facio quatinus illam augmentandi et honorandi curam agere studeas et sedi sancte marie illos redditus qui ad pontificalem sedem pertinent fideliter prebeas et obediens semper existas. Si forte quislibet temerarius potens uel inpotens cuiuscumque ordinis siue sexus sit qui hanc firmitatis cartulam in aliquo disturbare uoluerit a liminibus sancte eccliesie sit separatus et cum iuda pro ditore in ima tarlari dimersus insuper et ipsam eccliesiam tibi duplatam secundum preceptum libri iudicii con ponat. Data et confirmata donationis serie mense maio. Era t. c. xx.<sup>a</sup> v.<sup>a</sup>

Ego predictus sesnandus consul propria manu confirmo+.

Ego martinus sedis sancte marie prior confirmo+. — Ego abbas eusebius confirmo — Ego petrus abbas confirmo — Ego tructesindus monte maioris prior conf.

Pelagius presbiter odoriz conf. — Petrus presbiter zalama conf. — Erus presbiter conf. — Salomon presbiter conf.

Petrus diaconus conf. — Dominicus subdiaconus (?) conf.

Ciprianus test. — Bellitus iustiz test. — Petrus christoforiz test. — Nodario christoforiz test. — Pelagius uermudiz test. — Ero test. — Christoforus.

Abulfadal test. — Iohannes test. — Petrus test. — Omar test.

Pelagius subdiaconus (?) scripsit.

Ego crisconius episcopus qui postea cathedram sedis sancte marie gubernauit confirmo — Ego mauricius successor episcopus domni cresconii confirmo — Ego gonsaluus episcopus domni mauricii successor existens conf.

## DCLXXXVII

*Sendamirus Asiulfiz Monasterio Araucensi donat seu potius legat quintam partem bonorum suorum immobilium dimidiumque mobilium. Charta autographa e tabulario ejusdem monasterii de-lata, in Publico Archivo servatur.*

1087

Christus. Dominis inuictissimis sanctis ac triumphatoribus sanctorum apostolorum et petri et pauli sanctorum cosme et damiani uel omnis sancti quorum basilica fundata est in territorio arauca uocabulo sancti petri. In nomine domini nostri ihesu christi ego famulo dei sendamiro asiulfici cum peccatorum meorum mole depresso et iudicium dei super me non tardare regogito. idcirco in honorem dei uel omnium sanctorum et pro remedio omnium peccatorum meorum placuit mici ut aliquantum de possibiliitate mea ecclesia sancta prenominata pro salutem anime mee donarem Sicut et concedo ad ipso monasterio sancti petri de arauca quinta de omnia hereditate que habeo in villa aluarenga que ganaui et comparaui per meo pretio et per meas cartas id est de andulfu gudesteici et de baldemiro gudesteici et iacet ipsa hereditate in villa aluarenga in loco predicto villa prosperizi et in casal de halaph et de omnia hereditate que in ipsas villas babeo quinta integra et de omnia alia mea rem. et mea ganantia medietate integra ad ipso loco sancti petri de arauca concedo et ad tibi gudinus abba uel ad omnes fratres qui in ipso monasterio deo seruierint ut ibidem semper per infinita secula pro remedio anime mee deseruiat cum omni sua prestantia ubique illa inuenire potuerint in domos in uineas in montes in fontes exitu uel regressu uel in omnia sua prestantia. Si quis tamen quod fieri nou credimus et aliquis homo uenerit uel uenerit in primis sit excomunicatus et cum iuda traditore sit particeps hic et in eterna damnatione et insuper pariat ad ipso monasterio et ad fratres qui ibi habitantes fuerint uel ad qui uocem testamenti pro ad ipso monasterio imperauerit hoc quod in testamento resonat dublatum et duo auri talenta et quingentos solidos argenti et ad partem imperatoris iudicato. et uotum meum firmiter permaneat in eternum. Facta series testamenti era MCXXV<sup>a</sup> notum die vi idus iulii regnante in toledo regi adefonso in columbria sesnandus aluazir et pontifex paternus. mandante aluarenga nunnu menendici et uigariis suis pelaio et mogame. Sendamiro asiulfici in hunc testamentum quod fieri uolui manu mea ro+borau. Qui presentes fuerunt gauinus test. tructesindus test. menendus test. pelaio test.

Gudinus presbiter notuit.

## DCLXXXVIII

*Pactum venditionis fundi in villa de Christoval. Forte pacti schema tantum est. Membrana haec saeculi XI, olim in scrinio Monasterii S. Joannis (de Pendorada) servata, in Publico extat Archivo.*

1087

In dei nomine ego didagu oueitiliz Ideo placuit nobis per pacis et uoluntas nullum quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed arcessit propria mea uoluntas et faceremus ad uobis domna ermesinda kartula uenditionis de hereditate nostra probria que habemus in villa quos uocitant christoual ad radice de ipsa portella de mexiti subtus mons genestazo territorio anegia discurrente arrugio riu maior et fuit ipsa hereditate de parentorum meorum cendun et uenit michi in portione de mater mea leuecoto damus ad uobis domna ermesinda mouniz de ipsa villa de cendon III<sup>a</sup> integra per ubi illa potueritis inuenire et alias terras que comparaui pater meus oueitila et uxor sua leuecoto et alio casal que iace iuxta ipsa villa su ipsa carraria antiqua et fer in casal de panilo (?) de tertia III<sup>a</sup> integra per ubi illa potueritis inuenire quan (sic) quantum aprestitum ominis in ea est per suis terminis et locis antiquis per ubi illo potueritis inuenire abeatis illa firmiter et omnis qui uouoce (sic) uestra pulsauerit iuri quietum temporibus seculorum et accepit de uos pretio in quo michi bene complacuit et de pretio aput uos nichil remansit in debitum. Ita de hodie die de iure meo sit abrasa et in iure (sic) sit tradita uel confirmata in temporibus seculorum. Et si quis tamen quo fierit non credimus et aliquis homo uenerit tan de propinquis meis uel extraneis et ego ad iudicio deuindicare non potuero aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa hereditate dublata uel quantum ad uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta cartula uenditionis notum quod eri XVII kalendas agustas. Era MCXXV oueiti (sic) a tibi ermesinda in hanc cartula uenditionis manus mea ro+uit. qui preses fuerunt

\* Verba quaedam, nunc abrasa, hoc loco legebantur.

## DCLXXXIX

*Sextam partem, quam possidebat, fundorum in villis de Celgana, de Cannas, et de Quintanella Romanus monachus Monasterio S. Joannis (de Pendorada) donat. Charta autographa in scrinio ejusdem monasterii olim servata, in Publico Archivo invenitur.*

1087

Christus. Sicut ex sacris duograforum erudictionibus didicimus humana salutis horigine fundamentum generaliter in sancta matre ecclesia consistere nouimus nec aliquomodo possem aliquem saluari nisi fulcimento eiusdem unde et matris honore designatur co' ceu mater filios ita ipsa omnes ortodoxis lacte suorum sacramentorum et cultu misteriorum hab' oeseruatione (*sic*) ceremoniarum nutritus ad perpetue salvationis gaudio perductus in ipsa precipue salus hominum nilitur nam ipsa totius christianitatis orto (*sic*) geritur adque fundatur. Hec esse ergo celestis illa iherusalem qua dicitur —Vidi ciuitatem sanctam iherusalem nouam descendente de celo a deo paratam sicut sponsam hornatam uiro suo—. Hec est de qua uidi iacob angelos descendentes et ascendentess per scalam erectam et dixit —Terribilis est locus iste. hec domus dei est et portas celi et uocabitur aula dei—. Nemo enim potest deo placere qui sponsus eius est nisi ipsam dei uidelicet ecclesia digna reuerentia honorificet. Hec ergo dum salus hominum per sanctam ecclesiam operetur dignum est ut eam omnes sumopere honorificemus munieribus ditemus terram donatione amplificemus omni genus dignitatibus ornemus ut per huius seruitii exhibitionem in illa celesti possideamus cum sanctis hereditatem. Proinde ego famulo dei romanus proliis marequiz notum fieri cupimus omnibus nostris fidelibus cunctis ortodoxis adque catholicis uiris presentibus scilicet et futuris qualiter ergo nos pro salute et remedio anime mee et pro salute omnium christianorum ad monasterio Sancti ihoannis baptista qui inter eos principatum tenet qui situm est in villa ordonii iusta capannellas subtus mons aratros discurrente bis aluei durio et tamice territorio anegia facio testatione de hereditate nostra propria que habemus in uillas quos uocitant celgana et cannas et quintanella subtus mons aluugates discurrente arrugios zebreros et cauallunono (*sic*) territorio portugalensis. Et uenit michi in hereditate et portione de auiorum meorum uel parentorum meorum etiam de ganantia de ipsas uillas quantum me computat inter meos fratres et heredes vi integra ad ipsius sanctus et qui uita sancta monachus perseveraberint. et siquamvis aliquis homo inrumpere illo domum infringere uoluerit sancti iohannis habeat licentia domno eximinus abba et suos fratres et qui sua uoce tenuerit in qua locu hedificaberint habeant et possideant illam ubi uoluerint usque in temporibus seculorum. et habent iacentias ipsas hereditates in loco predicto ubi iam diximus. Et si quis sane mentis non crediderit et aliquis homo uenerimus tam de propinquis meis quam extraneis qui hunc factum meum inrumpere quesierit a cceptum christianorum fidelium sit segregatus et non habeat partem in prima resurrectione et non audiat uocem domini dicentis —Venite benedicti patris mei— et insuper pariet quantum inquietauerit dublatum uel triplatum et auri binas libras et iudicatum Sed firma et inconuulsa donatione a uictu monachorum et prestitum permaneat. notum die quod erit iii nonas septembbris Era m c xxv Factum series testamenti. Ego romanus monachus Quo fieri elegimus et manus coram testibus ad roborandum tradimus ro+mus.

Qui preses fuerunt — Pelagio gundisalbiz quos uidi — Pelagio arias quos uidit — senior ansaloniz quos uidit — Sindila quos uidi — Balterio quos uidit — Toderago quos uidit.

Didacus qui presens fui et uidi manu mea conf. — Monacos — Gudinus monacus qui presens fui et uidi manu mea conf. — Martinus monacus Qui preses fui et uidi manu mea conf.

Dauit quos uidit conf. — Pelagio conf. — Didagus conf. — Egas conf.

Eximinus abba conf. — Didachus monachus conf. — Michaelis monachus conf. — Veremodus monachus notuit conf.

## DCLXXXX

*Descripsimus ex libro regestorum Monasterii Araucensis, qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins p[re]se se fert.*

1087

**Carta de villa de penela quam habet monasterium in sardoria  
in termino de pauia**

Odorio et iuliano plazo et uerbo facimus uobis godino prior et fratribus uestris de sancto petro de arauca pro parte de illa villa penella de sardoria que nobis dedistis ad populare pro ad nos et pro ad uos quod plantemus et h[ab]edificemus et que fatiamus uobis cum illa villa seruitio et sedeamus uestros homines sine ullo conludio. et si inde exire quesierimus per minua aut per oppressitate quod laxemus illa villa sana et integra. et non uindamus nec donemus nisi relinquamus illa villa apud illos fratres supradictos de sancto petro sine ulla contaminatione et quod non extraniemus uobis illa villa cum nullo homine. et de quanto arrumperimus quod demus uobis quarta et de quanto plantauerimus quod demus uobis uel ad uestro maiorino III<sup>a</sup> et si isto plazo excederimus quod quantum uobis contenderimus tantum uobis duplemus et iudicato. Facto plazo x kalendas decembris. Era m<sup>o</sup>c<sup>o</sup> xxv. odorio et iuliano in hoc plazo manus nostras ro++mus. Qui preses fuerunt pro test. arias test. Menendo test. osorio test. — Godinus scripsit.

## DCLXXXI

*Descripsimus ex Livro Baio-Ferrado Ecclesiolensis Monasterii.*

1087

**Karta de pensu**

In dei nomine. Ego menendus prolix trutesindo et uxor mea eldora fromariguiz placuit nobis per bona pacis et uoluntas nullius quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metu sed propria nobis accessit uoluntas ut faceremus uobis suario prolix fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz cartulam uenditionis sicut et facimus de hereditate nostra propria quam habemus in villa penso. et uenit nobis ipsa villa de nostra ganantia et de nostris parentibus et habet iacentiam inter uillam billanes et curueiros et de alia parte dividit cum sesmondi et cum rial subtus alpe castro petroso discurrente riuulo cerzedo territorio portugalensi. damus atque concedimus uobis de ipsa villa quomodo est conclusa tres partes cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est. et accepimus de uobis in pretio definito c modios tantum nobis placuit et pro dare aput uos nichil remansit in debitum. Habeatis uos illam firmiter et omnis posteritas uestra ita ut ab hac die et tempore sit de iure nostro abrasa et in uestro iure uel dominio sit tradita et confirmata per suos terminos antiquos et nuuos terminatam cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est iuri quieto temporibus seculorum illam uidelicet que fuit de honorigu cidiz et de suis parentibus. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus tam nos quam propinqui nostri uel extranei contra banc cartulam uenditionis et nos in iuditio defendere non potuerimus aut noluerimus uestre parti concedere aut nos in uoce nostra quomodo pariamus uobis aut illi qui istam seriem obseruauerit ipsam hereditatem duplatam et quantum a uobis fuerit melioratam. Facta series et cartula uenditionis et firmitatis VIII<sup>a</sup> kalendas decembris. Era m<sup>o</sup>c<sup>o</sup> xxv. Ego menendus et ienitori nostro trutesindo et uxor mea eldora fromariguiz in hanc seriem et cartulam uenditionis et firmitatis manus nostras roboramus. Qui presentes fuerunt. Pelaius presbiter qui uidi. Gunsaluus qui uidi. Suerius qui uidi. Petrus qui uidi. Suerius test. Aluitus test. alio Petro test. Gundisaluus test. Pelagius presbiter notuit.

## DCLXXXII

*Campum, in Porto Avellano prope Condeixa situm, Suarius Albittiz uxorque Sedi Co-nimbricensi legant. Charta autographa, ex ejusdem sedis scrinio in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit. Verba perpaucā, in fine chartae oblitterata, sumpsimus ex Livro Preto ejusdem sedis, italicisque, ut vocant, litteris signavimus.*

1087

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Hec est testamenti karta quam ego suarius albittiz una cum uxore mea ledecundia iohannis filia sedi sancte marie colimbre ciuitatis feci de nostra uarzena locata scilicet in portu auellano ex parte ciuitatis condense que iuncta est riuo cui nomen annubria et est infra eam quidam molinus in parte orientali cuius medietas predicte sedi est et reliqua medietas pelagio eriz et heredibus eius. Et ecce terminationes predicte uarzena. in oriente et in septemtrione riuus annubria predictus et, in occidente et meridie mons quidam heremus qui est diuisio inter predictam uarzenam et molinum de iohanne crisconniz cum suo introitu et exitu usque ad illum corricu de illo carualliar. Ita ut nos eam uiuentes teneamus in proprio iure et in nostra potestate et post obitum nostrum libera integraque absque ullo herede sedi predicte permaneat. Igitur quod si ex filiis siue alienis aliquid de quo supra aliquis ad intrumendum accesserit quantum auferre temptauerit tantum predicte sedi componat dupliciter iudici quoque similiter imprimis quidem sit excommunicatus et a christi fide separatus et hoc testamentum in suo robore permaneat. Facta karta testamenti xi kalendas ianuarias. Era m c xx v.<sup>a</sup> Postquam scribsimus eam roborauius et cum propriis manibus signa hec fecimus++ et idoneos testes infra nominatos ad eam roborandum tradidimus.

pelagius eriz testis — pelagius iohannis testis — uermudus pelagiz testis — petrus ramiriz testis.  
menendus uermudiz testis — fernandus gidisliz testis — iohannes salomoniz testis — uermudus didaz testis.  
*Martinus Simeonis filius et Presbiter* scriptis.

## DCLXXXIII

*Berilli quaedam, ob collata beneficia, vendit, seu potius donat, Eldonzae bona quae possidebat in villa de Alvarenga aliisque locis, eam quasi in filiam adoptans. Charta autographa, ad Monasterium de Pendorada pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1087

In dei nomine ego berilli in domino deo eterna salute amen. Ideo placuit michi per bona pacis et uoluntas ut facerem tibi eldonza kartula perfiliationis de hereditate mea propria que habeo in uilla quos uocitant aluarenga suptus mons muro discurrente ribulo pauia. et habet ipsa hereditate iacentia una laria in arcas et alia in illa petrosa et alia in remeseiri. et m<sup>a</sup> de illo kasal de prosperiz et una uaka et 1<sup>o</sup> boue et de deilam et de baltar et de coua et de couas et de lauredo de monte alio sici quantum michi quadra inter fratres et heredes. do tibi eam pro remedio anime mee et pro seruitio bono que tu michi facis in mea uita et post meo transitu habeas tu michi in mente et ad karta roborandum accepi de tiui in pretio una pelle de triiz modios Ideo ut de hodie die uel tempore sedeat de iure meo abrasa et in uestro dominio tradita atque confirmada habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quiete temporibus seculorum. Et signis tamen aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc kartula uenditionis uel filiationis ad intrumendum (sic) que nos ad iudicium deuendicare non potuerimus quomodo pariam ad tiui ipsa hereditate dublada uel quomodo uos fuerit meliorada uos perpedin audiuri. Facta kartula uenditionis uel filiationis nodum die quo erit viii kalendas ianuarias. Era m c xxv. berilli ad eldonza in hanc kartula mea rouora+uimus. qui preses fuerunt sendamiru testes. Aluitu test. Mogeime test. froila nodui.

## DCLXXXIV

*Monasterio Petrosensi Garcia, Pelagii filius, bona omnia sua, tam praedia, quam supellectilem, mancipia, animalia, cibariaque, testamento legat; tantummodo, vero, tertiam partem eorumdem bonorum, si liberi ei supervixerint. Charta autographa, ad idem Monasterium pertinens, e scrinio Conimbricensis Universitatis delata, in Publico extat Archivo.*

1087

In nomine genitoris genitique ac spiritus almi opificis totius fabrice mundi qui est deitas infinita et trinitas unita. Ego Garcia cuius genitor ab unda baptismi pelago est uocatus disputante me mecum assidue meditatus sum magni iudicij terribilem aduentum secundum prophete uaticinium —Ignis— inquit —in conspectu eius ardeuit et in circuitu eius tempestas ualida. Aduocauit celos sursum et ut discernat populum suum—. Item per sofoniam de eodem dicitur —dies ire dies illa dies tenebrarum et calliginis— et reliqua que in hac sententia habentur. His et similibus conturbatus conminationibus recordor peccasse me super numerum astrorum olimphi erbarum ut telluris et pre disperatione iam pene corruentem dei dextera erexit dicens per prophetam —Nolo mortem peccatorum sed ut conuertatur et uiuat—. Item ipse —peccator in quacumque die conuersus fuerit saluus erit—. Item per isaiam —Tempore accepto exaudiui te et in die salutis adiuui te—. Et apostolus paulus locutus est dicens —Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis— et idem —ergo dum tempus abemus operemur bonum—. et in euangelio dominus ait —Facite uobis tesauros de mamona iniquitatis ut cum defeceritis recipient uos in eterna tabernacula sua—. His igitur prescribitis dei exhortationibus instructus ego supradictus Garcia decreui prenuntios boni operis mittere qui me in locum eterne habitationis antecederent. Quamobrem facio scripturam testamenti in honorem dei et pro remissione delictorum meorum de omnibus bonis que michi dedit deus tam in hereditatibus quam in familiis seruorum et ancillarum in auro alique argento in omni metallo in indumento et in straminibus in iumentis et omnium generum peccoribus et in omnibus rebus que omnibus utiliter prosunt ut sint in cibum et potum et uestimentum presbiterorum diaconorum et monachorum egenorumque perecrinorum unde siant luminaria et hornamenta altaris et ministrent semper in domo domini et altari sancto in quo ad honorem dei recondite esse noscuntur reliquie cruoris domini nostri ihesu christi salvatoris mundi et sancte dei genetricis marie sanctorumque apostolorum petri et pauli quorum basilica fundata est in uilla qui dicitur petroso subtus castro petroso in suburbio ciuitas sancta maria territorio portugalensis prope flumen durium. Ita sane ut ego in uita mea habeam et possideam ea que prescripta sunt et post ouitum meum si ex me filius legitime uxor non remanserit relinquam illam sicut iam prescripta habentur ad intercum. Si autem filius legitime abueri habeat duas partes et alia tertia pro anime mee in supradicto monasterio deseruia. Si autem uir aut mulier cuiuslibet generis aut dignitatis huic mee ordinationi contrarius fuerit aut eam uiolauerit sit maledictus a patre et filio et spiritu sancto et descendat super omnes maledictiones que sanctis continentur in scripturis totis et sit excommunicatus ab omnibus christianis et in penis inferni sit ei socius iudas qui suum tradidit dominum et pro secularibus damnis tribuat sancte ecclesie iam prefate ea que auferre conauerit quadrupliciter et regi uel imperatori prouintie quinque auri talenta purissimi tribuat fiscali more per omnes annos et si non habuerint unde conponant seruiturus tradatur cum omnibus rebus quas habuerit et cum omni posteritate que de illo post hanc preuaricationem natum fuerit et hec scriptura perpetuam habeat uigorem. Facta est hec scriptura testamenti die vi<sup>a</sup> feria hora vi<sup>a</sup> in supradicto monasterio de petroso luna xxvii<sup>a</sup> In era tc<sup>a</sup> xxv<sup>a</sup> in diebus regi domni adefonsi et domni paterni episcopi colimbriensis tenente domno sisnando aluacir ipsam urbem colimbrie. Ut enim hec scriptura inconuulsa permaneat propria manu mea eam roboraui et propriis digitis hoc feci signum + testibus que tradidi confirmandum

Qui preses fuerunt et uiderunt —Rodorigo abbas conf. — Tedon conf. — Odorio conf. — Pelagio test. — Aloito test —Petro test.

Petrus scripsit.

## DCLXXXV

*Bona Menendiz, cui olim Martinus, prior Collegii quasi monastici canonicorum Sedis Conimbricensis, quodam atrium, sive cavaedium, vendiderat, agnoscit pactum venditionis concelebratum suisse sub conditione, ut, eadem Bona morte functa, illud atrium, sive cavaedium ad canonicorum coetum rediret. Charta autographa, e scrinio Sedis Conimbricensis in Publicum Archivum delata, nobis textum praebuit.*

1088

Annis uila moribus factis hominum senescentibus multa humane digna memorie obliuioni traduntur quorum negligentia quia digne non sunt tradita memorie mentes hominum ad errorem sepe perducuntur. Inde accidit ut quod maiorum reuerentia sancte seruitoribus eclesie ad uite sustentamentum adtribuatur eorundem subsequatum suorum qui reliquere temeritate postmodum numquam quasi a predecessoribus traditum repetatur. Et si qua pacti interpositione pro ipsorum patrum suorum reuerentia eis paululum permittatur prorsus omni obliuione beneficij adibita permittentium manibus eripiatur. Cuius rei gratia sancte placuit dispensatoribus eclesie ut si qua cuiquam rebus eclesiasticis beneficia permittantur facte karte scriptitationi imprimantur et im posterum ne qua inde dubitatio oriatur quo sint pacto permissa ipsius sancte seruizio eclesie succendentibus relinquantur. Huius eclesiastice institutionis ego martinus colimbriane prior eclesie haud inmemor inter cetera eiusdem supradicte eclesie beneficia multis communi fratum nostrorum concessione permissa curtum unam cui siue quae de causa uel quo pacto et quo auctorizante uenditum subscriberam. Notum ergo omnibus minoribus ac maioribus colimbriane ciuitatis inhabitatoribus existat canonicos sancte marie prediche ciuitatis eclesie auctorizante eiusdem sedis pontifice paterno curtum quandam uicinam monasterio cuidam domne bone menendi nomine uenidisse et ex ea centum solidos acceptos in ipsius monasterii sui edificiis dispendisse. Tali tamen conditione ut dum huius uite curriculo persistat iure eam sibi hereditario possideat et peracta uita sancte dei eclesie suisque canonici omni pretii restitutione remota legaliter restituat. Siquis uero successorum suorum siue hominum aliorum radice omnium malorum cupidine forte instinctus scriptum istud infregerit sibique curtum supradictum retinere nec ut decretum est constituta ista adimplere contenderit uictus iusto iudicis iudicio quod iniuste subtrahere uoluerat suis rebus duplicatum sancte dei eclesie suisque seruitoribus restituat tantumdemque presidi memorate urbis pro illico presumpto falsitatis conuictus repandat et tunc demum sinu matris eclesie sequestratus ab ipsoque domino huius sedis episcopo communione priuatus digna quoisque penitentia expurgetur infra limen eclesie nullo modo recipiatur. Quod scribtum ego bona menendi testibus adibitis et signo mea manu facto corroboro et confirmo+. quorum testium nomina infra scripta sunt. Quod regnante adefonso rege et sub eo preside sisnando m° nonas ianuarii era T C XXVI factum est.

Ego sisnandus predictus preses memorate ciuitatis confirmo+.

Ego ramirus prior eclesie cenouii uacarize adfui et uidens confirmo+.

bellitus iusti conf. — martinus filius atumali test. — auriol marequiz test. — randulfu zoleimaniz test. — gundisaluo recemondiz test. — ranemirus maruaniz test. — dauid cidiz test. — trastemirus iohannis test.

Vermudus monacus sancti pelagii de insula test. — uiarigus frater test.

## DCLXXXVI

*Gundisalvus Razamondiz et uxor vineam quamdam prope Conimbricam ecclesiae episcopali donatione quasi testamentaria tribuunt. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descripsimus.*

1088

**Testamentum de uinea**

In nomine sancte trinitatis. Hoc est testamentum uinee nostre quod omni uoto et plena uoluntate sana et integra mente exarare et firmare sancte marie colinbrie sedi in uita nostra decreuimus ego gundisaluus razamondiz et uxor mea maria iohannes anime nostre salutem inquirentes. Euangelicum quippe preceptum pre oculis habentes in quo dominus discipulos suos admonet dicens —Vigilate et orate quia ora non putatis filius hominis

D. et C. Tom I.

105

ueniet—. Et metuentes quod absit ne intestati ab hac uita discederemus istam uineam cum arboribus infra terminata ab hac die de nostra paupertate predicte eclesie preposuimus. In oriente ista uia que diuisio est inter illam ciuitatem predictam et montem rubium. In occidente ciuitas predicta. In septemtrione uinea gundisalui iohannis et in meridie uinea domne gebre. Siquis autem ex heredes siue alienis hoc uotum nostrum infringere voluerit sit a deo maledictus et cum diabolo in futuro concremandus et duplicitam eam componat et iudici ciuitatis aliud tantum. Nos gundisaluuus predictus et maria manibus nostris roboramus et signa hec fecimus++ et confirmamus. Facta carta testamenti xvii kalendas februarii. Era m c xxvi. Qui presentes fuerunt —Pelagius eriz test. —Iohannes quintalaz test. —Menendus arias test. —Gunsaluus iohannis test. —Iohannes ieremie test. —Gunsaluus iben ecas test. —Nunu gundizidiz test.

Martinus simeonis notuit.

---

DCLXXXVII

*Pactum venditionis partium quarundam praediorum in villa de Penedello. Charta autographa, ad Conventum monasticum, da Graça dictum, Conimbricensem pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1088

In nomine domini ego gonsalbo prolix menendiz in domino deo salutem eterna salute (*sic*) amen. Ideo plaignit mici asto animo et propria mea volumtate ut uindere tiui gonzalbo lucidi uilla mea propria que aueo de mea ganatione ic in uilla pinitello subtus mons cordube secus rribolum aue territorio portugalensis de ipsa uilla quod abuit odorio sisnandiz et coniungie eius tuda midiz de illa mediatate de donna tuda mediatate uobis inde concedo ad tiui gonzalbo luz et ad uxori tue unisconi. dau uobis ipsa uilla per suis locis et terminis antiquis per ubi illa potueritis. da uobis illa aque concedo pro que accepimus de uos pretio uno kauallo in ccc solidos tamtum nobis bene complaguit et de pretio apud uos nicil remansi in deuito. ancatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quietum usque in perpetuum vindicetur ut exinde faciatis quod volueritis. siquis tamen quod fierit non credimus et aliquis omo uenerit aut uenerimus qui unc factum nostrum infringere voluerit tan propinquis au extraneis unde uos deuindigare non potueritis aut nos in uoci uestra comodo parie uobis ipsa uilla dubplada in uestro contino in simile aule locur uel quantum a uos fuerit meliorada et uos perpetim auiturum. Facta kartula firmitatis in die erit x kalendas februarii. Era Millesima c xxvi. domno gonzalbo in anc kartula firmitatis manu mea ro+.

odorio test. uermudu test. pelagio test. uimara test. suario fromariz anuntiaui.

Alluitu exarauit.

Et ibi damus ad uobis quantas ibi sendino spasandiz canauai de ipso corracu de kasa de ipso tintoreiru ab intreco quantum nobis ibi canauimus.

---

DCLXXXVIII

*Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1088

**Testamentum de heremita sancti christofori**

In christi nomine. Hoc est testamentum scriptum firmitatis quod feci ego sesnandus aluazir tibi roterico presbitero de una hermida uocabulo sancti christofori quod est in ripa maris inter uilla socia et uilla iliauo. do tibi ipsum locum predictum cum sua mata comodo continet liber iudicum per legem canonican ut edifices eam et plantes de tota tua bona uoluntate in uita tua cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est et post obitum tuum relinquas eam ad hominem qui bonus fuerit et uita sancta perseuerauerit tam de tua gente quam de extraneis. Habeas ipsam ecclesiam dum uita uixeris cum omne suum prestamentum. Et qualicumque homo hunc testamen tibi irrumpere voluerit sit maledictus et excommunicatus de fide christi et insuper pariat tibi ipsam ecclesiam duplatam et hoc meum factum plenum obtineat uigorem. Factum est hoc testamentum in kalen-

das februarii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxvi. Ego sesnandus pro remedio anime mee hoc testamentum manu mea roboro+. Erus presbiter notuit.

Iohannes eiriquiz test. — Zalama test. — aluazir domno martino test. — Gunsaluus osoreiz test.

Gontonizi qui erat maiorinus maior et imperabat illam terram de monte maior usque in foce de uauga test.

## DCLXXXIX

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1088

**Carta de loco qui uocatur sanctus christoforus inter sozia et illiaue**

Tempore illo quo serenissimus rex dominus fernandus ego consul sisnandus accepi ab illo potestatem colimbricet et omnium ciuitatum siue castellorum que sunt in omni circuitu eius scilicet ex lameco usque ad mare per aquam fluminis durii usque ad omnes terminos quos christiani ad austrum possident que illo gladio suo et regali dominacione adiuuante deo abstulit a sarracenis et restituit christianis deditque predictus rex michi supradictam terram totam ad edificandum et populandum et faciendum cuncta que bene uisa fuerint et ut omnia que ego mandauero et firmauero sint firma et bene stabilita in omnibus seculorum temporibus. Post mortem igitur supradicti regis obtinuit regnum gloriosissimus filius eius rex dominus adefonsus qui omnia que mihi suus pater mandauerat confirmauit et coram comitibus et cuncis maioribus sui palacii scriptum priuilegium roborauit. Itaque ego supradictus sisnandus auctoritate regia fretus facio cartam firmitatis tibi roderico presbitero de loco qui uocatur sancti christofari inter villas que nuncupantur socia et illiabum et eius terminaciones incipiunt a loco qui appellatur serra per eum locum quem furnum tegularium uocant usque ad riuum quem dicunt foriolum et ad partem maris usque ubi dicunt capitellum de degano. Concedo tibi omnia que concluduntur infra ipsos terminos supra scriptos ad integrum cum sua aqua decurrente de montis cacumine qui dicitur serra et loca que ibi sunt ad molinos edificandos et omnia que hominibus ibi prestata sunt Vt edifices et plantes secundum tuum posse et possideas in uita tua et habeas potestatem testari ea ubi voluntati tue placuerit pro remedio anime tue et pro animabus supradictorum regum uidelicet domni fredenandi et domni adefonsi filii eius. Si autem quilibet vir homo cuiusque generis aut potestatis hoc meum factum irrumperem temptauerit pro sola presumpcione sit maldeictus a deo et excommunicatus a sancta ecclesia catolica et alienus a sacramento corporis et sanguinis christi et ira dei maneat super eum et pro seculari damno conuinctus pontificali districcione quadruplum de suis propriis facultatibus tibi componat omnia que auferre uoluerit et hoc meum factum plenam semper habeat stabilitatem. Facta est carta firmitatis m<sup>i</sup> idus februarii. In era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxvi. Ego supradictus sisnandus cartam istam propria manu roboraui+. Qui presentes fuerunt hi sunt Gunsaluus menendiz test. — Suarius menendiz test. — Aluazir martinus test. — Gunsaluus osorediz test. — Zalama gotinaz test.

Ego comes dominus raimundus gener supradicti regis domni adefonsi qui post discessum supradicti consulis domni sisnandi terram ipsam in potestatem accepi cartam istam confirmo. Pelagius scripsit.

DCC

*In Livro Preto Conimbricensis Sedis invenitur.*

1088

**Carta de uinea de uilla mendica et de uineis sancti martini**

Ego sesnandus colimbricetus consul elegi te paternum episcopum quando eram in cesaraugustam ciuitatem missus a rege adefonso glorificet eum deus ut ad me uenires sicut prius cum rege domno fredenando cui sit beata requies locutus fueras sicut et fecisti qua de causa gauisus fui. et tu iam residens in sede predicta securus et gaudens dedi tibi duas terras heremas ut in eis plantasses ortos et uineas sicut et fecisti. et est una terra ex his ultra mondecum flumen que prius tempore maurorum ortus de iben aropollo uocabatur cum suis molinis et aquis et fontibus. Est ei in oriente publica uia que dicit ad sanctaren. Et in occidente quidam mons super quem fun-

data est ecclesia sancte eufemie nuncupata. Et in septentrione uinee sunt plurimorum hominum. Et in meridie uinea sancte marie sedis ciuitatis predicte. Et est ipsa alia terra in loco qui dicitur uilla mendica. In oriente est ei uinea de farachi et alia de zoleimen almalaki. In occidente et in meridie uia. Et in septentrione uinea iohannis iustiz et uinee plurimorum hominum. Et tu predictus episcopus has terras uineis et ortis plantasti et uallasti cum tuo proprio habere. Et hoc totum quod supra scripsi cum bona uoluntate rege adefonso auctorizante ut omne habeas siue ad canonicam siue ecclesiis heredibus pauperibus cui uolueris ita predictas terras dedi tibi et confirmaui. Igitur dedi tibi cortem in illa ciuitate super illam portam de ciuitate in qua ego prius habitabam et in qua tu multa edificia edificasti ut eam possideas omnibus diebus uite et post obitum tuum reuertatur ad regalengum. Igitur et concedo tibi ire ad medicandum te siue in terra christianorum siue maurorum ubi senseris tui doloris profectum prestasse et ut omne quod supra scriptum est tuo fideli quem elegeris dimittas quoisque reuertaris in pace. Hoc scriptum ego sesnandus predictus confirmaui et idoneos testes quorum nomina infra scripta sunt ad eum roborandum tradidi et cum manu propria has scripsi. Ego sesnandus manu mea scripsi et roboraui. Facta testamenti carta kalendas marcas. Era m<sup>a</sup>c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> vi.<sup>a</sup>

Menendus baldemiri prolis test. — Pelagius cartimiriz iudex test. — Didacus fredariz test. — Pelagius eriz test. — Muferrichi ibem azaki test. — Ihoannes dominiguiz test. — Pelagius gunsaluiz test.

Munio gundesindiz test. — Bellitus justiz test. — Maruam menendiz test. — Ihoannes gundesindiz test. — Martinus iben gundesindiz test. — Truitesindus truitesindiz test.

Martinus simeonis notuit.

#### DCCI

*Ex libro regestorum Monasterii Araucensis, Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, sic dicto, decerpsimus.*

1088

**Karta de hereditate quam habet monasterium in pousada  
in termino de Arauea**

In nomine domini. ego iusto dominiquizi et uobis fratres de sancto petro de arauca placuit nobis unus ad alios ut cumtramatoremus inter nos lareas nostras que habemus in arauca. Ego dedi uobis larea mea propria que iacet in pausata iuxta fontano moniacco et iacet cum uestras terras et cum ipsis uestros casales de pausata et habet in longo xi passales et in ampio v. Et uos fratres de sancto petro dedistis mihi alia terra uestra propria que iacet in uilla castro sub ecclesia sancti iacobi iuxta mea casa et habet in longo xi passales et in ampio v similiter tale de illa mea. Ego dedi et uos accepistis uos dedistis et ego accepi. ita ut de hodie die et tempore sint ipsis lareas inter nos contramatatas usque in perpetuo. Et si aliquis homo de gens nostra aut fratres aut de qualibet generis homo qui hanc contramutationem infringere uoluerit pariat ad ipsis fratres qui in ipso monasterio fuerint ipsa larea duplata et iudicato. Era m<sup>a</sup>c<sup>a</sup> xxvi kalendas martii. Iusto dominiquici ad uos fratres de sancto petro in banc contramutationis cartula manu mea ro+ui. Qui preses fuerunt. Froila test. tegidu test. pelaio test. leogildo test.

Godinus presbiter scripsit.

#### DCCII

*Pactum venditionis quartae partis reddituum, quos, hereditario jure, venditrix, ex usu aquarum fluminis Ave, in quibusdam campis, prope ripas ejusdem fluminis sitis, obtinebat. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1088

In dei nomine. ego exemena ascariquizi placuit mici per bone pacis et uoluntas ut nullis quoque ientis imperio nec suadentis artigulum neque pertimescetis metum sed probria mea uoluntate ut faceremus ad uobis trutesindo gotierizi et uxori uestra controte garsia kartula uendictionis et confirmationis de illo ribulo aue et de ilas uarcenas et de kaneto. et tene illa fructuoso. et damus inde a uobis nos nostra ratione et faciat inde a uobis servitio sicut et nos faria de odie die et post ouitum suum tornet illa in manus uestras et uxori uestra et aueatis illa

firmiter. damus inde ad uobis nostra ratione de illa  $\text{m}^{\text{m}}$  quos fuit de mater nostra domna geluira  $\text{m}^{\text{m}}$  integra quomodo se leua de illo termino de retorta et inde usque ad ubi uadit uarcena et kaneto com suas reuersas et com suas combonas .... quantum ad prestitum hominis est et inter et foris per suis terminis damus ad uobis illa et accepimus proin de uos in precio  $\text{n}^{\text{o}}$  modios ..... confirmationis tantum nobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit in deuito ita ut de hodie uel tempore ..... de iuri nostro abrasa et iuri uestro sit tradita et confirmata cum cunctis prestationibus suis siue in illo riuulo quomodo in ilas uar.... et in caneto quod ad prestitum hominis est. et si quis tamen quod fierit minime non creditis aliquis homo uenerit uel uenerimus ..... hanc kartula uendictionis intrumpendum quomodo pariemus ad uobis illas pescarias et illas uarcenas dublatas et uobis perpetim ..... Facta karta uendictionis notum die  $\text{n}$  idus marci. Era millesima cxxvi. exēmena prolis ascarigu et geluira in anc kartula .....

ramiru test. rodorigu test. gondisalbo test. ....

Inuenamdo presbiter notuit.

## DCCIII

*Pactum venditionis quartae partis fundi in villa de S. João de Madeira. Charta autographa, olim in scrinio Monasterii de Ave-Maria Portucalensis Monialium S. Benedicti custodita, in Publico Archivo invenitur.*

1088

Christus. In dei nomine ego pelagio gudiniz in domino deo eternam salutem amen. Ideo plaguit mici per bone pacis et uolumptas ut nullus quoque gentis imperio neque suadentis artigulo neque pertimescentis metum sed propria mici accessit uolumptas ut facere tibi truilli sicut et facio kartula uendictionis de ereditate mea propria quantaque abeo in uilla sancto ioanne que dicent de mateira et fuit ipsa ereditate de abio meo gudino uimaz. de ipsa ereditate de gudino uimaz  $\text{m}^{\text{m}}$  portione uobis inde concedo ..... et uicis et terminis antiquis qum quantum in se obtinet et ad prestitum ominis est per ubique illa potueritis inuenire. et abe iacentia ipsa ereditate per tot..... et in uilla plana discurrente riuulo ur et subtus mons parata louaz (?) prope ciuitas sancta maria territorio portugalensis et accepit de te in pre.....  $\text{m}$  modios tantum mici bene conplaguit et de pretio apud te nichil remansit in deuito. Ita ut de odie die et tempore sit ipsa ereditate de iuri meo abra..... uestro sit tradita atque confirmata. abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. Siquis tamen quod fieri non creditis et aliq..... uenerit uel uenero contra hanc kartula uendictionis ad intrumpendum et ego in iudicio noluerit auctorgare uel deuindicare post uestra parte aut uos in uoce mea quomodo parie ad uobis illa ereditate dublata uel tripata nel quantum ad uobis fuerit meliorata et uobis perpetui abitura. Facta kartula uendictionis die erit  $\text{x}^{\text{o}}$  kalendas apriles. Era millesima cxxvi.<sup>a</sup> Ego pelagio gudiniz in anc kartula uendictionis manum mea r+ouoro.

Ic testes — odorio test. — tructesindo test. — aluaro test. — pelagio test. — gunzalbo test.

Gondisalbo presbiter notuit.

## DCCIV

*Pactum venditionis particulae cuiusdam praedii in villa de S. João de Madeira. Charta autographa, e scrinio Monasterii de Ave-Maria Portucalensis in Publicum Archivum delata, ibi servatur.*

1088

In dei nomine ego eilo gudiniz in domino deo eternam salutem amen. Ideo plaguit mici per bone pacis et uolumptas ut nullus quoque gentis imperio neque suadentis artigulo neque pertimescentis metum sed probria mici accessit uolumptas ut faceremus uobis donadeo aluariz et ad coniunge uestre truilli sicut et facimus kartula uendictionis de octaua media de illo kasal que fui de gudino uimaz in uilla de sancto ioanne que dicent de mateira mea ratione que ibidem abeo in ipso kasale quomodo conclude per illa strata de iusta illa ecclesia de sancti ioanni a parte ur ad integrum quantumque ibidem abeo uobis concedo qum quantum in se obtinet et ad prestitum ominis est per ubique illa potueritis inuenire. et abeo ipsa ratione de ipso kasale de parte de prosabio (?) meo gudino uimaz et abe iacentia in uilla sancti ioanni et subtus mons parata louaz (?) discurrente ribulo ur et prope ciuitas sancta maria territorio portugalensis. et accepit de uos in pretio duos modios de pane in tem-

D. et C. Tom I.

106

pore necessitatis tantum mici bene complaguit et de pretio apud nos nichil remansit in deuito. Ita ut de odie die et tempore sit ipsa mea ratione de ipso kasale sicut iam diximus de iuri meo abrasa et in iuri uestro sit tradita atque confirmata. abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. Siquis tamen quod fieri non creditis et aliquis omo uenerit uel uenero contra hanc kartula uendictionis ad intrumpendum et ego in iudicio noluerit auctorgare uel deuindigare post uestra parte aut uos in uoce mea quomodo parie ad uobis illa ereditate dublata uel tripata uel quantum ad uobis fuerit meliorata et uobis perpetimabitura. Facta kartula uendictionis die erit x<sup>o</sup> kalendas apriles. Era millesima c xxvi. Ego eilo gudiniz in hanc kartula uendictionis manum mea ro+uoro.

Ic testes — tructesindo test. — uermudo test. — aluaro test. — ioanne test. — ermegildo test.  
Gondisalbo presbiter notuit.

## DCCV

*Descriptimus ex libro regestorum, qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins pree se fert.*

1088

**Carta de hereditate quam habet monasterium in nogueiroo termino de Arouca  
ex parte domine T. egee**

In dei nomine. Ego adosindu prolis gunçalbiz in domino deo eterna salute amen. Ideo placuit mihi asto animo integroque consilio ut nulus quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque perimescentis metum sed propria mihi accessit uoluntas ut facere ad uobis domna toda benegas sicut et fatio cartula uenditionis de hereditate mea propria que habeo in uila quos uocitant nokeiroda et habeo ipsa hereditate de acceptionis auiorum uel parentorum meorum siue et de ganantia. et habet ipsa hereditate iacentia hic in uila nokeiroda subtus mons fuste et de alia parte serra sika discurrente riuulo alarda prope castro arauca. concedo uobis de ipsa uila de nokeiroda m<sup>a</sup> integrā per suis locis et uicis et terminis antiquis cum suo exito uel regresso per ubi illa potueritis cum quantum in sed (*sic*) obtinet et ad presitum hominis est inuenire. et accipio de uos pretio que mibi bene complacuit id est xxx modios tantum ad mihi bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit in deuito. Ita ut de hodie die uel tempore sciāt ipsa hereditate de iuri meo abrasa et in iuri uestro sit tradita atque confirmata. Habeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum et faciatis de ea que uos volueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis et aliquis homo uenerit uel uenero tam de propinquis meis quam de extraneis contra hanc cartula uenditionis ad intrumpendum uel calumpniandum et ego in iudicio noluero autorigare uel post parte uestra deuindicare aut uos in uoce mea quomodo pariet aut parient ad nos ipsa hereditate duplata uel triplata uel quantum ad uobis fuerit meliorata et uobis perpetim habitura. Facta carta uenditionis die erit m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxvi.<sup>a</sup> Ego adosindu gunçalbiz ad uobis domna tuda benegas in hanc cartula uenditionis manu mea ro—uorauit. Floiu test. Arias test. Rodrigu test. Pelagio test. erigus notuit.

## DCCVI

*Permutatio praediorum in villa de Moreira, salinarumque in villa de Guifões, pro fundo quodam in villa de Paramo. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1088

In dei nomine ego muniu bellidici animia fasiliaci egas tructesindici et uxor sua animia bellidici et scemena belidici et menemdo bellidici gumtina bellidici in domino deo eterna salute Amen. Ideo plaguit nobis bone pacis et uolumtas ut contramudaremus ad uobis tructesimdo guttierici et uxor sua gumtrode sicut et contramudamus uilla nostra moraria que abemus de abio nostro fasila gumtigici et abe iacentia subtus mons petras rrubias discurrente rribulo lleza terridorio portugalensis et ibi damus illa ereditade de mamula et accepimus de uos ali uilla in villa paramo extra illa quimtana et illa ecclesia cum suo testamento et illas ganamtiias que ibi ganastes de uniscu et de gudina zalamici et de filias de iusto aluitici abeatis illa firmiter uos et omnis posteritas uestras et faciatis de illa que volueritis. Siquis tamen quod fierit non creditis si aliquis omo uenerit aut uencrimus con-

tra abnc karta contramudationis ad intrumpendum et nos in iudicio deuimdicare non poduerimus aut noluerimus auctorcare aut uos in uoce nostra que pariemus a parti uestra ipsa ereditate dublada et quantum ad uobis fuerit meliorata et uos perpetim abitura. Facta karta contramudationis die erit xii<sup>o</sup> kalendas magi. Era millesima c xxvi.<sup>a</sup> nos subranominatus in abnc karta contramudationis manus nostra—s. et ibi adicimus ipsoque que ganamus de tructesimdo rramirici in quisiones et n<sup>o</sup>s talius de ma..rina et ipsa ereditade que ganabi egas tructesim dici et uxor sua animia de animia bene icila in uilla moraria nos subranominatus in abnc karta contramudationis manus nostra—————s.

Ic sunt testes ordonio enuenandici pelaio gumzaluici gumzaluo bene egas senteiro zoleima notuit.

## DCCVII

*Pelagius et Gontina, ejus uxor, partem fundi, seu potius vectigalia, quae ex quodam fundo in villa de Recaredo percipiebant, Monasterio de Leça donant. Charta autographa, e tabulario Sedis Conimbricensis delata, in Publico servatur Archivo.*

1088

Domnis inuictissimis ac triumfatoribus sanctisque martiribus sanctorum martirum Sancta maria. et sancti saluatoris cuius baselica fundata est in monasterio leza subtus mons custodias territorio portugalensis. Obinde ego famulus dei pelaio et gontina indignus et peccatores damus atque concedimus ad loci illius iam supernominati ereditate nostra propria que ganauimus in uilla rekarei ereditate de aragunti et de ara saroniz et de eilo saroniz de fonte kalata a rekarei et inde per pumar de maruam per illa uia usque a sancto ioanne et per illo mernorial de ennego usque goemir ab integro per ubi illa potueritis inuenire per suis locis et uicis et terminis antiquis sua ratione de illas mulieres ab integro damus ad loci ipsius iam supernominati pro remedio animas nostras ut si quis tamem quod fieri aliquis omo generis omo uenerit de propinquis meis uel de extraneis ad hunc textum nostrum tentauerit uel infringere uoluerit in primis sit excomunigatus et ad fidem christi separatus et aueat parte cum iuda traditore et pariat ipsa ereditate post parte de ipso monasterio dublata et insuper 6 solidos et iudigato et iam supernominatos pelaio et gontina ad unc textum nostrum plena semper aueat firmitate. Factum seriens testamenti nodum die quod erit viii<sup>o</sup> kalendas magii. Era m c xxvi. pelaio et gontina in ac series testamenti manus nostras rouoram—————s. et adicimus in testamento filios de pelaio et de gontina egas pelayz sueiro pelayz ieluira pelayz regina pelayz bona pelayz manus nostras rouoram—————s.

sauarigu test. — uizoi test. — fromarigu test. — petro test.

didagu test. — froyulfu test. — truytu test. — godino test.

romarigu conf. — froyla conf.

Gundisalbus Notuit.

## DCCVIII

*Pactum venditionis partis fundi in villa de Antoan. Charta autographa, quae variis locis lacerata, olim in scrinio Conventus monastici, da Graça dicti, Conimbricensis servabatur, in Publico Archivo custoditur.*

1088

In dei nomine ego in domino deo eterne salutem ..... et uxor mea gon..... arias una cum filiis meis nominibus menendo et suario et argilo ideo placuit nobis bone pacis et uoluntas sana mente et probrias nostras uoluntas ut uinderemus ad uobis ...do cidiz et uxor tua geluira sicut et uendimus ereidate nostra probia que abemus ....rentes nostros et mater nostra nunillo et de abiorum nostrorum et abe iacentia ipsa ereidate ter..... portugalensis subtus castro abranka (?) disurrentem rribulo antuana in uilla que uocitant antuana uendimus ad uos de illo kasale de rodoriut floilaz de ..... acebimus de uos pretio sinto et aderato xxviii modios in que nobis bene complacuit et de precio apud uos nicil remansi in deuito ita ut de odie uel tempore siat ipsa ereitate de iuri nostro abrasa et in uestro iure uel dominio siat tradida et confirmada. Abeatis uos illa

<sup>a</sup> In hoc loco textum ad tergum membranae, ubi reliqua leguntur, transit. In inferiori margine verbum vernaculum torna (i. e. verte) eisdem characteribus quibus textum, scriptum invenitur.

sirmiter ..... quantum in se obtine et ad usum ad plestitum omnis est ..... aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc cartulla uenditionis ..... iuditio deuendigare non potuerimus aut noluerimus quomodo pariemus ad uobis ipsa ereidate dublada uel quantum ad uos fueri meliorada. Facta cartula uenditionis nodum die quod eri vi kalendas magii. Era m c xxvi ..... aluitiz et pelagio arias una cum filiis meis nominibus menendu et suario et argilo ad uobis gondesindo et uxor tua geluira in anc cartula ..... is man..... nostras ro+++++..... gunzalbo test. — fernando test.

## DCCIX

*Viarigus, frater, donat ecclesiae episcopali Conimbricensi dimidium villaे prope ora amnis Ceira sitae. Charta autographa, e scrinio Conimbricensis Sedis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1088

In nomine dei patris omnipotentis. Hoc est testamentum scripture firmitatis quam ego frater uiarigu fieri mandaui de mea uilla ad sancta maria sedis episcopali conimbricensi et ad canonicis qui ibi sunt et fuerint. habet iacentia in ripam fluminis mondegó desuper foce seira iuxta pelago que dicent miserere et porto de alhgibi hinc et hinc medietate intecra quomodo me continet cun suprino meo odorio. dabo ipsa uilla ad ipsum locum supra nominatum pro remedium anime mee et qui hunc factum meum disrupti siat confusus et maledictus et excommunicatus de fide christi et pariet ipsa uilla duplata ad ipsam ecclesiam et iudicato. Factum est hoc testamentum in mense april in diem parascaben. Era m c xxvi. Ego frater uiarigu in hoc testamentum manu mea rouoro. qui ibi fuerunt testimonium iohannes iben heiara (?) test. zoleiman louegildizi test. maruan mendizi test. tructesindizi test.

Iudice dom pelaio test. — Pelaio erici test.

Erus presbiter notuit.

## DCCX

*Garcia Tructesindiz dominium Gundisalvi Gutierrez in fundo, de Gemunde dicto, quem ipse Gundisalvus ei tradiderat agnoscit, et eumdem fundum, si absque liberis obierit, donatori se relicturum promittit. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1088

Garcia tructesindizi placito facio uobis domno gundisaluo gutierrezi notum die quod erit vi idus magii era millesima c xxvi pro parte de ipsa ereditate que mici destes de gemundi quomodo in hanc kartula resona que non facia proinde nulla suposita mala ad uobis non per potestate non per saion non per nuloque generis homo non per nulla arte inmitente nisi quia abeat illa in mea uita et post obitum meum si non abuerit semen legitimam que relinqua ipsa ereditate in uestras manus aut de semen uestra. et si minime fecerit et isto placito exederi que parie uobis ipsa ereditate dublata et quantum ad uobis fuerit meliorata et iudicato. garcia tructesindizi ad uobis gunzalbo prolis gutierrezi in hoc placito manum mea r+++++o.

Pro testes petru fafilazi test. gunzalbo menendizi test. didagu sendinizi test. gunzalbo gudinizi test. gondesindu pelagizi notuit.

## DCCXI

*Ex libro regestorum Monasterii Araucensis Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, sic dicto, decerpsimus.*

1088

**Carta de hereditate quam habet monasterium in Romarici in termino de Arauca**

In dei nomine ego eilo aronci una cum filiis meis suario et ero iquilo uobis abba domno godino et fratres de sancto petro placuit nobis unus ad alios ut contramutaremus hereditates nostras inter nos que sunt conuenientias uniuscuiusque nostrum. damus nos eilo et filiis meis ad uobis fratres de sancto petro de arauca hereditate mea propria que habeo de parte de meo patre aron fauilaci et iacet in villa romarici cum alias uestras hereditates. et accepimus de uos alia hereditate que iacet in sancta maria cum alia mea hereditate in casal de ordonio de m<sup>o</sup> quartas medietate integra et de casal de bera m<sup>o</sup> integra et fuerunt ipsas uillas de cesario trastemirici et de suo iermano ueila et de trastemiro euoriquici et testarunt illas pro suas animas ad ipso monasterio sicut superius in testamento resonat. Et ipsa hereditate que uobis damus iacet in romarici de quantum ibi habuit meo patre aron fauilaci quarta integra uobis damus. et de casal de fornello octaua integra tam in villa quam in fontes exitu regressu fontes aquis et omnia sua prestantia ubi illa inuenire potueritis. et accepimus de uos illa que superius diximus in sancta maria de casal de ordonio medietate de m<sup>o</sup> quartas de casal de bera m<sup>o</sup> integra tantum nobis bene complacuit ita ut de hodie die in denante habeatis uos fratres de sancto petro ipsa hereditate de romarizi firmiter usque in perpetuum. Siquis tamen quod fieri non credimus aut aliquis homo hanc cartulam contramutationis infringere voluerit aut aliquis malignitate fecerit que nos post parte uestra in concilio deuindicare non potuerimus que pariamus nobis ipsa hereditate duplata uel quantum ad ipso monasterio sit meliorata et iudicato. Facta cartula contramutationis notum die vii kalendas iunii. Era m<sup>o</sup> c<sup>o</sup> xxvi. eilo aronci suario ero iquilo in hanc cartula contramutationis (sie) manus nostras ro+++mus. Qui preses fuerunt. Ramiro test. pelaio test. didago test. — Godinus presbiter scripsit.

## DCCXII

*Bonimenzus Argimiriz fundos, qui in villis de Oliveira et de Lamas hereditario jure ei obvenerant, abbati monachisque Araucensibus legat, partem dominii quam in ecclesia Sanctae Mariae habebat eisdem abbati atque monachis tradens. Charta autographa, ex tabulario Araucensis Monasterii in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1088

Christus. In nomine domini nostri ihesu christi ego famulo dei bonimenco argimiriz placuit michi ex toto corde meo ut pro remedio anime mee et pro amore dei donarem hereditate mea que habeo de parentorum et auiorum meorum in ualle arauka inter monte fuste et serra sica discurrente ribulo alarda in uilla que uocitant oliuaria in ecclesia sancta maria quantumque ibi abeo ab integro cum omni aprestito suo intus et foris et mea plantaduria que ibi fecit et in villa oliuaria et in villa lamas omnia mea hereditate que in ipsas uillas abeo et in ipsa ecclesia que fuit de auio meo daniel et de mea ganantia fatio ego inde testamentum et scripture firmitatis ad monasterio sancti petri de arauka et tibi gudinus abbas uel fratribus qui ibi deo seruierint ut abeatis uos illa in uita uestra et ad obitum uestrum relinquatis illa ad ipso monasterio supradictum pro remedio anime mee ut ibidem semper deseruiat ad tollerantia monacorum quantumque me de omnia ipsa hereditate conpetet inter fratres et heredes per suis locis et terminos antiquos per infinita secula. Quo et adiuratione confirmo per indiuividuam trinitatem ut contra hunc testamentum ad inrumpendum non ero uenturum. Et si ego aut alias ex propinquis meis uel de extraneis contra hunc testamentum ad inrumpendum uenerit quisque ille fuerit in primis sit excommunicatus ad corpus et sanguis domini nostri ihesu christi et ad consortio omnium sanctorum dei et cum iuda traditore lugeat penas in eterna damnatione et insupra quantum de isto testamento usurauerit duplatum et triplatum pariat a tibi gudinus abbas aut a fratribus de ipso loco uel qui uoce monasterii pulsauerit et ad qui ipsa terra imperauerit et iudicato et duo auri talenta exsoluat et testamentum istum firmum obtineat roborem. Facta cartula testamenti notum die erit kalendis iulii. Era millesima cxxvi. a.

Qui preses fuerunt. Pro testes — Odorio test. Brandirigu test. Petro test. Patrezello conf. — P.....

## DCCXIII

*Egas Ermenegildiz uxorque Gontina Eroniz testamentum conficiunt, quo carent, ut bona sua amplissima mobilia et immobilia, si filiorum expertes decesserint, Monasterium Palatiolense habeat; si vero liberi eis supervixerint, tertia eorumdem bonorum Monasterio tradatur. Sumpsimus ex apographo saeculi XVIII in Academiae nostrae bibliotheca servato. Edidit jam RIBERIUS ex eodem apographo (Dissert. Chronol., T. III, Append. N.<sup>o</sup> 7.)*

1088

In nomine Domini nostri Iesu Christi, qui cum Eterno Patre simul cum Spiritu Sancto in Personis Trinus ab omnibus fidelibus in terris veneratur Unus, et in celis ab Angelicis Choris adoratur et colitur in Trinitate semper idem unusque Deus. Non est ambiguum, sed omnibus hominibus nostris partibus comorantibus manet patefactum, eo quod ob honorem et reverentiam ipsius Sancte et Individue Trinitatis, in loco qui dicitur Palatiolus, circa montem Ordinis, contra faciem aquilonis, Territorio Portugalensis, secus fluvium Sause, Monasterium videtur multorum habitantium monacorum esse constructum, ubi cotidie super aram divini altaris oblatio a fidelibus offertur, et sacrificium pro relaxatione peccatum, et salute animarum et corporum, sine ulla dilatione ibi a sanctis sacerdotibus Deo immolatur. Ideo ego Egas prolis Ermenegildi simul cum uxore mea Gontina prolis Eroni, Christi famuli, et Dei servorum servi, pro remedio animarum nostrarum, ut partem mereamur adipisci in celestibus regnis a Domino seculis infinitis cum Angelis sanctis, offerimus huic sancto et venerabili altari, quod est digne Deo sanctialiter fabricatum in monasterium jam superius memoratum, ob memoriam ejusdem Dei ac Domini nostri Iesu Christi, Genitricis Marie gloriose semperque Virginis, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Andree, et Jacobi, Johanis Evangeliste, et Johannis Baptiste, cum aliis Sanctorum reliquiis, que ibidem recondite sunt per manus Summi Pontificis Petri, Eclesie Bracarensis Episcopi, id est unam bibliotecam in se continente novum et vetus Testamentum, et dimidiam de una Eclesia vocabulo Sancte Marie cum suo testamento, et suo molino in villa de Coraxes, circa ribulum de Cavalluno; et villas prenominate, id sunt in villa Gallegos duos casales, qui fuerunt de genitori meo, et michi venerunt in portione, et duos quos ego ganavi per meam kartam, et meum pretium, cum omnibus prestationibus suis, locis novissimis, et terminis antiquis; et in villa Aschariz de hereditate de Tegio quanta fuit inde de suo filio Flosindo integra, cum omnibus prestationibus suis, et locis novissimis, et terminis antiquis; et in villa Lagares ereditate de Monia Absaloniz integrum, quomodo illam ganavit genitor meus, et hereditatem de Gundisalvo Astrulfiz integrum, sicut illam ganavi, et ibidem in Lagares de hereditate de Paladino Germias medietate minus quinta, cum suis rationibus de illa Eclesia de Sancto Martino; et in villa Figaria hereditatem cunctam, que ganavi de filios de Fafila Ferrarius et de sua uxore nomine Matre de Abdella et de Mohcide, cum sua ratione integra de ipsa Eclesia de Sancta Maria, et illas ganantas quas ganavi de Eirigo et suis filiis; et in villa Capronello de hereditate de Quiriaca Arias tertia integra, et de illa alia tertia seista integra; et inter flumen Durium et Tamicam in villa Parictes et in villa Teoderiz hereditate, quam ibi ganavimus de Teoderago, et de Falcone, et de suis heredibus; et ultra Durium in villa Petauritu hereditatem, quam michi dedit amita mea Domna Vivilli, Christi Deovota, decima integra cum suis piscariis; et inter Paviam et Alardam in villa Savariz et in villa Teoderiz hereditatem integrum, quomodo fuit de genitrice mea Domna Uniscu, et item ibi hereditatem, quam ganavimus de Ranemiro Godestedziz, et de Monio Raderigiz; et in Villa Rial hereditatem integrum, quam ibi ganavimus de Sindia, quomodo fuit de Domno Fremosindo, cum sua Eclesia integra vocabulo Sancta Cristina integra; in ipsa villa alteram hereditatem cuncta, quam ibidem ganavimus; et item ibi in villa Fornos hereditatem, quam ibidem ganavimus de Sindia Fremosindiz; et inter Paviam et Besionzam in villa Metatus hereditatem, quam ibi ganavimus de Egas Gutiniz ad integrum, cum omnibus suis piscariis; et in villa Randi hereditatem integrum, quomodo ibi eam comparavimus de Xemeno et de sua muliere; et item ibi ipsam Eclesiam integrum vocabulo Sancte Johanne, et unum vas purum argenteum deaurato de centum solidos; et tertiam de omni mea re. Omnes has hereditates, cum omnibus suis prestationibus, et locis novissimis, et terminis antiquis, jam superius pertitulate isti aule supra jam supermemorate ob tolerantiam fratrum, et vitam monacorum, sicut jam meminimus, pro absolutione criminum nostrorum, temporibus cunctis, et seculis seculorum, ut in futuro in die resurrectionis leti decantemus Domino — Que de manu tua accepi, dedi tibi — et ideo a te merear audiri — Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domni tui —. Siquis tamen, quod minime credimus fieri, aliquis homo venerit, aut nos ipsi venerimus, et quod sponte Deo donavimus confringere voluerimus, et tam de extraneis, quam etiam de propinquis, aliquid genus humanum hoc testamentum, quod per auctoritatem sanctorum divinarum Scripturarum est firmatum, inrumpere quesierit, et per ejus audaciam, seu inprobam pertinaciam, ad deformitatem, vel ad divisionem pervenerit, pro sola

presumptione objurgatus adque districtus a judice post partem ipsius Episcopi, in cuius judicio ipsud monasterium presteterit ordinatum, aut ad partem ipsius, qui vocem hujus testamenti pulsaverit, duo auri talenta quoquatur exsolvere, et judici aliud tantum ne moretur sed conpellatur reddere ipsum testamentum vero, quantum inde usurpaverit, ad partem ipsius aule, de cuius potestate illum volebat abstraere, cui manebat firmum et intereratum, facta deliberatione reddat in quadruplum, aut quantum de talibus secundum sancti Canonis et libri Judicialis decretum fuerit institutum, et insuper, si se a talibus corrigere neglexerit, et in tam execribili superbia presistere voluerit, tamdiu a corpore et sanguine Christi sit segregatus, quandiu in hoc facinus ipse presumptor extiterit, improbus, atque superbus. Alteram vero scripturam antepositam, aut postpositam, contra hoc testamentum stabiliri minime permittimus; sed in eternum Deo servire mandamus. Et si, quo absit, diabulo prevalente, istud monasterium more laicalis divisum fuerit, ipse presumptor, per cuius evenerit negligentiam, feriatur sententia canonica. Frater vero Didacus istud testamentum in vita sua sibi posideat, in qualiacumque degerit loca. Post obitum namque sui, sanum et incolomen uxori mee, et filii meis dimittat. Postquam vero iste frater Didacus ab hac luce sublatus fuerit, uxor mea, et filii mei de ave in monte de fuste in monasterium, ubi fuerit opus bonum, de ipso testamento tribuant illum fructum, et si ipsud monasterium de Palatiolo ad ordinem sanctum revocatum fuerit, ipsud testamentum revocetur ibi. Facta series testamenti sub imperio catholici Regis Adefonsi, et Petri Eclesie Bracarensis Episcopi, ERA I. C. XXVI. in Kalendas Octobris. Ego Egas simul cum uxore mea Domna Guntina, quod sponte Deo vovimus, ipso adjuvante, opere implevimus, et hoc testamentum propriis manibus nostris robore+avimus, et perpetim Eclesie Sancti Salvatoris, et tibi fratri Didaco adsignavimus.

Pro testibus : Egas Moniz testis.

Didago Eitaz testis. — Gundisalvo Pelais testis. — Didago Ermigis testis.

Sisnando diacono confirmo.

Suarius monacus et confirmo. — Galindus presbiter et confirmo. — Frojulfus monachus et confirmo.

Fredenaudus monacus notuit.

#### DCCXIV

*Zuleiman presbyter episcopali Conimbricensi ecclesiae vineam prope ripam Mundae sitam, cavaedium que in urbe legat, seu potius donat, usufructu sibi retento. Autographa charta, e tabulario Conimbricensis Sedis delata, in Publico extat Archivo. Verba, quae typis italicis, ut vocant, signantur, cancellata in charta inveniuntur. Scriptor codicis qui titulum Livro Preto prae se fert, ubi charta illa descripta fuit, expuncta verba omisit.*

1088

In nomine patris et filii et spiritus sancti Sancti Saluatoris sancte Marie virginis duodecim apostolorum Sancti Martini episcopi confessoris Christi qui uocati estis in ecclesia conimbricensis episcopali sedis sancta maria de regula. Ego Zuleiman presbiter uoui et confidi me cum mea ereditate uel facultate ad ipsam ecclesiam supradictam et ad sancte reliquie qui ibi sunt dum uitam uiuero per manus de Martinus episcopus electus et sui canonici do et testo mea uinea que est in illa uarzena trans flumine mondego abet iacencia iuxta uinea de episcopo domno iuliano et media de illa corte que est intus in conimbricia prope portam solis per talem uerbum ut eam obtineam in uita mea propter causam uestimenti corporis mei et post ouitum meum abeant ipsam uineam et ipsam cortem episcopi canonici qui boni fuerint et uita sancta perseueraberint uel qui ipsam sanctam ecclesiam obtinuerint. et qui hunc factum meum disrumpere voluerit siat excommunicatus et a fide sancte trinitatis separatus et cum iuda domini traditorem sit damnatus et insuper pariat ipsa uinea et illa corte duplata post partem de illa ecclesia et sui canonici et iudicato. Facta est hec carta testamenti mense setembris. Era M C XXVI.<sup>a</sup> Ego Zoleiman prespiter qui hoc testamentum fieri mandaui propria manu mea rouoraui. regnante imperatore adefensi regis toletane sedis sive leonensis et proconsul conimbricensis domni sesnandi et martinus electus episcopus ipsius ciuitatis.

Petrus gramaticus testis. iohannes presbiter testis. petrus presbiter testis. petrus diaconus testis. umberto presbiter testis.

Eras presbiter Notuit.

DCCXV

*Urbani papae II litterae apostolicae, quibus primatis dignitatem Archiepiscopo Toletano Bernardo restituit atque confirmat. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptus.*

1088

Vrbanus episcopus seruus seruorum dei. Reuerentissimo fratri B. Toletano archiepiscopo eiusque successoribus in perpetuum. Cuncti sanctorum decretales scientibus liquit Quante toletana ecclesia dignitatis fuerit ex antiquo quante in hispaniis et gallicis regionibus auctoritatis extiterit Quanteque per eam in ecclesiasticis negotiis utilitates adcreuerint. Sed peccatorum populi multitudine promerente a sarracenis eadem ciuitas capta et ad nichil christiane religionis illic libertas redacta est adeo ut per annos ccc<sup>os</sup> pene lxx<sup>a</sup> nulla illic uiguerit christiani pontificii dignitas. Nostris autem temporibus diuina populum suum respiciente misericordia studio ildefonsi regis et labore christiani populi sarracenis expulsis christianorum iuri toletana est ciuitas restituta. Igitur uoluntate et consensu unanimi conprovincialium populorum Pontificum atque principum et ildefonsi excellentissimi regis te frater karissime B. primum illius urbis post tanta tempora presulem elegi diuine placuit examini maiestatis. Et nos miseracioni superne gratie respondentes quia per tanta terrarum mariumque discrimina romane auctoritatem ecclesie suppliciter expelsti auctoritatem pristinam toletane ecclesie restituere non negamus. Gaudemus enim et corde letissimo magnas ut decet deo gratias agimus qui tantam nostris temporibus dignatus est christiano populo prestare uictoriā statuque eiusdem urbis quam ad nostras est facultates stabilire atque augere ipso adiuuante preobtamus. Tum beniuolentia R. ecclesie solita et digna toletane ecclesie reuerentia tum karissimi filii nostri prestantissimi regis ildefonsi precibus invitati palleum tibi frater uenerabile B. ex apostolorum P. et P. et benedictione contradimus Plenitudinem scilicet omnis sacerdotalis dignitatis teque sicut eiusdem urbis antiquitus constat extitisse pontifices in totis hispaniarum regnis primatem priuilegii nostri sanctione statuimus. Palleo itaque in missarum celebrationibus uti debebis tantum in precipuis festiuitatibus. Tribus diebus in natali In epiphania hipapanti de cena domini Sabbato sancto Tribus diebus in pascha In ascensione Pentecosten Tribus Sollemnitatibus Sancte marie Sancti quoque Michaelis et sancti iohannis babbte In omnibus nataliciis apostolorum et eorum martirum quorum pignora in uestra ecclesia requiescunt Sancti quoque Martini et ildefonsi confessorum Commemoratione sanctorum in consecrationibus ecclesiarum episcoporum clericorum annue consecrationis tue die Natalis eliam Sancti ysidori et leandri. Primatem te uniuersi hispaniarum presules respicent et ad te si quid inter eos questione dignum exortum fuerit resercent Salua tamen R. Auctoritate ecclesie et metropolitanorum priuilegiis singulorum. Toletanam ergo ecclesiam iure perpetuo tibi tuisque si diuina prestiterit gratia successoribus canonicis tenore huius priuilegii confirmamus una cum omnibus ecclesiis et diocesibus qua pio iure noscitur antiquitus posseditis precipientes de iis que sarracenorum ad presens subiacent dicioni ut cum eas deo placuerit potestati populi restituere christiani ad debitum ecclesie uestre obedientiam referantur. Illarum etiam ciuitatum dioceses que sarracenis inuadentibus metropolitanos proprios perdiderunt uestre dicioni eo tenore subiūcimus ut quoad sine propriis extiterint metropolitanis tibi ut proprio debeat subiacere. Si uero metropolis quilibet in statum fuerit pristinum restituta suo queque diocesis metropolitano restituatur. Neque tamen ideo minus tua debet studere fraternitas quatinus unicuique metropoli sue restituatur gloria dignitatis. Hec et contra omnia que ad antiquam toletane sedis dignitatem atque nobilitatem probare poterunt pertinuisse auctoritate certa sedis apostolice concessionē nos tibi tuisque successoribus perpetuo possidenda concedimus atque firmamus. Te Reuerentissime frater affectione intima exortamur Quatinus dignum te tanti honore pontificii semper exhibeas christianis ac sarracenis sine ofensione semper esse procurans et ad fidem infideles conuertere deo largiente uerbis studeas et exemplis. Sic exterius pallei dignitate et primatus prerogativa precellas in oculis hominum ut interioris uirtutum excellentia polleas coram superne oculis magestatis. Plane hoc nostre priuilegium sanctionis quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus quis rex quis princeps quis dux quis marchio quis prefectus quis iudex quis comes quis vicecomes Siqua persona magna vel parua Potens aut inpotens scienter infringere uel ausu temerario uiolare presumpserit secundo tercioue commonitus si non satisfactione congrua emendauerit a christi et ecclesie corpore auctoritate eum potestatis apostolice segregamus. Conseruantibus autem pax a deo et misericordia presentibus ac futuris seculis conseruetur. amen amen.

Datum anagnie per manus iohannis diaconi S. R. ecclesie prosignatoris domini urbani secundi pape Idibus octubris anno dominice incarnationis millesimo octogesimo viii.<sup>o</sup> Indictione undecima. Anno pontificatus eiusdem domini urbani pape primo.

## DCCXVI

*Menendus, Tructesindi et Gontrodae filius, testamentum conficit, quo Monasterium Morariense heredem instituit ex dimidia parte bonorum suorum mobilium ac immobilium. Consensu, vero, uxoris, extemplo donat eidem monasterio aedifica prædiaque alia, quae in villa de Moreira obtinebat. Charta autographa, olim in scrinio ejusdem monasterii servata, extat in Publico Archivo.*

1088

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti qui est trinus in unitate et unus in deitate que uniuersa colligitur creatura cui famulantur uniuersa celestia deseruiunt etiam et terrestria ad cuius imperium ueniunt mari atque creata sunt omnia que ante mundi constitutionem est disposita qui hominem ex limo terre plasmauit et in finem seculorum formam serui adsumpsit qui per passionem probrium sanguinem humanum genus de morte redemit et postea in gloriam resurrexit et misit sanctos apostolos suos predicare euangelium in uniuersum mundum et fidem catholicam confirmauit et credentes in eum non derelinquit ex quibus noster unus ex cebedei filius spanie sortiuit ut de tuis reddas fructum in diem iudicii domini nostri ihesu christi.

Ego famulo dei menendo prolis tructesindo et gontrote audiens scriptura diuina oracula adimplendum aliquantulum cupiens omnipotentem deo eterno puris mentibus de quo nobis attribuis reddere uenit per spiraculum cordis nostri et pro remedio anime mee et sub tuo sancto nomine et eximio trinitatis facio testamentum in honorem sancti saluatoris et sancte marie uirginis et lignum sancte crucis et omnium sanctorum apostolorum quorum reliquias constructa sunt in sacrosancto altario sancti saluatoris qui est fundato in villa moraria subtus mons petras rubias discurrente riuulo leza in territorio portugalensis. do atque contesto ad ipsum (*sic*) iam nominato medietate integra de omnes meas hereditates quantas uisus sum habere siue de parentela siue de quantas potuero ganare usque ad obitum meum. et illa villa de moraria quanta ibi habeo uel adipicere potuero de hodie die sedeat de iure meo abrasa et in illo loco sancto sit tradita atque confirmata et tota edifica que ibi fecimus ego et uxori mea unisconi prolis menendo damus illa ambos pro remedio anime nostre et ego de meo argenteo et de omnia mea rem quantaque uisus sum habere ad obitum meum medietate integra ut habeant et possideant in ipso loco sancto habitantes pro ad tolerantia fratrum et monacorum qui bonas fuerint et uita sancta perseverauerint. et non sedeant licitos uindere nec donare nec cambiare nec testare nec cum illas in alia parte cum illo que in testamento resonat transferrere sed teneant illo sano et intemerato post parte confessionis. Siquis tamen qualiuet generis homo filii nepti aut ex sanguinibus qui hunc factum meum infringere uoluerit in primis accipiat sententiam secundum canones docent et pariet ad partes testamenti quantum inde usurpauerit duplato et auri libras ternas uel quaternas et ad domino qui illa terra imperauerit aliut tanto in iudicato. et hunc factum meum semper plena habeat rouore ipsius testamenti et obtineat firmitate. Facta series testamenti die erit vi kalendas nouembris. Era T. c xxvi.<sup>a</sup> Menindo prolis tructesindo ... ontrote in hanc series testamenti a me facto manu mea rouo+ro.

Atanus manu mea conf. — Gutierre conf. — Pelagio conf. — Onegildus presbiter conf. — Pelagio conf.

Pro testes — froila test. — didagu test. — luzu test. — gundisaluus test.

Menindus diaconus notuit.

## DCCXVII

*Praedia varia, quae variis in locis obtinebat, donat Vistilla Mitiz Monasterio Morariensi, tertia parte omnium bonorum suorum excepta. Charta autographa, olim in scrinio ejusdem monasterii servata, in Publico extat Archivo.*

1088

In nomine domini nostri ihesu christi. Ego autem uistilla cognomento didago prolis mito salutem in domino ualentem. Magnum est titulum donationis quod nemo poteest hactu largitatis inrumpere. Obinde ego placuit michi expontanea mea uoluntate ut facerem textum per scripture firmitatis sicut de omnibus mea hereditate quanta ganaui pro remedio anime mee et timendum diem iudicii ad domum sancti saluatoris et cetere reliquie qui ibi sunt reconditae in loco predicto moraria territorio portugale discurrente riuulo leza subtus castro petras rubias. do atque contesto ad ipsius loci superius nominato portionem meam de uillas prenominalatas it sunt hereditate de pelagio fagildiz tota integra illa hereditate de letua medietate et habet iacentia in kasaino et alia que ganaui cum tusario habebo inde medietate illa que fuit de froila tosariz et in cardenelus alia larea cum tusario per medio et illo talio

D. et C. Tom. I.

108

per medio cum ille tusario qui iacet tras illas lamas inter ambos arrugios per medium cum tusario hereditate de didago romariquiz et de suo filio inter illos arrugios per medio cum tusario et in cernatello hereditate de menendo tosariz integra et de omnia mea rem quantaque uisus sum habere duas partes. do atque concedo ipsas hereditates et ipso lagare que ego feci cum quantum in se obtinuerint et ad prestitum hominis est pro remedio anime mee ad ipsius loci iam superius nominati ad monacos qui bonos fuerint et in uita sancta perseuerauerint ut inde habeant quantulumcumque uictum uel tecumentum et ego a deo accipiam proinde quadam refrigerium. Siquis tamen quod fieri non credo et aliquis homo uenerit tam extraneis quam etiam ex progenie mee que hunc factum meum infringere voluerit in primis sit a cetum omnium christianorum segregatus et excommunicatus et cum iuda traditore in eterna pena sit condemnatus et anathematus anathema marenata et hunc factum meum semper habeat robore firmitatis usque in seculum seculi. Factum series testamentum die erit in idus decembris. Era T. C<sup>a</sup> XXVI.<sup>a</sup> Ego famulo dei uistilla cognomento didago in hanc series testamenti manu mea rouoro+.

Froila conf. — Onegildus conf. — Didagus conf. — Pelagius conf.

Pro testes — Froila test. — Gundisaluus test. — Pelagius test. — Vermudus test.  
menendo notuit.

## DCCXVIII

*Pactum venditionis particularum quarumdam praedii in loco Casal de Lovegildo. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descripsimus.*

1089

**Carta uenditionis**

In dei nomine ego aspaio ex (sic) uxor mea requiuiro placuit mihi per bona pacis et uoluntate ut faceremus tibi ansur et uxori tue nomine senior hanc cartam de mea hereditate propria quam habeo de parentela quam conparaui de dona maria et de goda lumece. Et habet ipsa hereditas iacentia subtus mons fuste territorio sancte cruce discurrente riuulo baroso flumen uayga in loco predicto casal de louegildo damus uobis de ipso casale decima et de quinta quarta. damus de ipsis raciones nostras ad uobis integras tantum nos cumpoda inter fratres uel heredes ut illa potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis excepto illo campo de illa portela qnem uobis non damus. Sed damus uobis ipsum casalem cum suis terris ruptis uel baruaras aquas aquarum exitus moncium uel regressum et quantum de adprestitum ominis est. et accepimus de uobis precium id est unum bouem XIII modios et VI quartarios de milio et uno liteiro de V<sup>o</sup> quartarios et una rufa de VIII quartarios Et de precio apud uos non remansit in debito. Habeatis illam firmiter et omnis posteritas uestra iure quieto in temporibus seculorum. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus contra cartam ad inrrumpendum et in indicio devindicare non poluerimus uel noluerimus auctorgare quomodo pariemus uobis ipsam hereditatem duplatam quantum fuerit melioratam. Facta carta uendicionis notum die quod erit II<sup>o</sup> kalendas februarii. Era M<sup>a</sup> C<sup>a</sup> XX<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup> Ego aspaio et uxor mea requiuiro tibi ansur et uxori tue nomine senior in hanc cartam uendicionis manus nostras ro++boramus. Qui presentes fuerunt — Menendus test. — Adaulfus test. — Vermudus test. — Iohannes test. — Iohannes presbiter notuit.

## DCCXIX

*Sumpsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1089

**Testamentum de hereditate et de uinea de fauariza**

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego famulus dei iohannes et uxor mea matrebona ideo placuit nobis per bona pacis et uoluntas ut faceremus cartam uel testamenti hic in loco sancte marie de hereditate nostra propria quam habemus da presuria et da mercede de aluazir domno sesnando domno nostro exaltet illum deus. et est nominata illa uinea et ipsa uinea habet iacenciam in illa fauariza subtus illo rego de illo molino iusta uinea de recemondo eiriguiz et ex alia parte uinea de cresconio gunsaluiz. et illa uarzena que habet iacencia

iusta ribulum anzo et incipit in ipso uallo per ubi currit illa fons et finit in ipso uollo (*sic*) de gundisaluo adulis et nostras terras quas habemus in villa milaricia aruplas et pro arrumpere quas habemus per medium cum iohanne michaeliz et habent iacencia terras de ero froga. Et testamus illas pro remedio animabus nostris. Et damus illas cum quantum ad prestitum hominis est. Et si aliquis homo uenerit uel uenerimus filius uel nepos propinquus uel extraneus contra hunc factum nostrum ad irrumendum uenerit in primis sedeat segregatus et excommunicatus et cum iuda traditore habeat participium. Facta carta die undecimo kalendas marci. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xxvii. Et ego iohannes et uxor mea matrebona hanc kartulam testamenti manibus nostris roboramus++. Qui presentes fuerunt — Recamondus eiriguis test. — Rodrigus aldariz test. — Vermundus osoriz test. — Didacus olidiz test. — Godinus iohannis test. — Fromarigu uermuiz test. — Iohannes Presbiter Notuit.

## DCCXX

*Ex Livro Baio Ferrado Ecclesiensis Monasterii descriptissimus.*

1089

**Karta casal de ramir**

In dei nomine. Ego toda diaz Ideo placuit mihi per bona pacis et uoluntas nullius quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metum sed propria mea accesit uoluntas ut facerem uobis didaco pelagiz kartam uendicionis sicut et facio de hereditate mea propria quam habeo ex parte auorum meorum et meorum (*sic*), et habet ipsa hereditas iacenciam in villa casal de ramir subtus monte redondo territorio portugalensi discurrente riuelo feueros in terra sancta maria. damus uobis in ipsa villa ramir omnem meam portionem integrum de ipso casal de didaco aspaiz ubicumque illam potueritis inuenire suis locis et terminis antiquis et nouis terminata pro qua accepi a uobis in pretio septem modios tantum mihi placuit et apud uos pro dare nichil remansit. Habeatis ita illam ab hac die ut a meo dominio et iure abrasa in uestro tradita sit et confirmata iuri quieto tempore perpetuo. Quod si aliquis contra hanc cartam ad irrumendum uenire presumpserit quod minime fieri credo tam de meis parentibus quam de extraneis uel ego uenire ausa fuero et ego in concilio illam deuendicare et uobis concedere non potuero aut noluero aut uos in uoce mea quomodo componam uobis ipsam hereditatem duplatam et quantum a uobis fuerit melioratam. Facta carta uenditionis xv kalendarum iulii. Era m. c. xx. vii. Ego tuda diaz que illam scribere feci mea manu roboro. Qui presentes fuerunt. Veremudus test. Suerius test. Adefonsus test. Cresconius Scripsit.

## DCCXXI

*Alvitus Petriz, neposque ejus Abdela Gatoniz fundum quemdam, in loco Fornos dicto, Monasterio S. Joannis (de Pendorada) donant. Charta autographa, e scrinio ejusdem monasterii delata, in Publico Archivo servatur.*

1089

Christus. In eologita christe trinitas benedicta uiuide que priscarum heremicarum que pater in filio et filius in pater permiscue enim ex ambobus spiritus sanctus prodiens infinita nunquam diuise sed semper unite cuius est ueram trinitas inextimabilis bonitas magnus atque preclarus uisibilis et inuisibilis et nusquam comprehensibilis neque tempus finiendi seculi amen. Inluminator atque sanctorum hominum deus et reparator christi emanuel qui dixisti de tenebris lumen splendescere ad inluminacionem scientie claritatis tue et qui post cunctorum eximio tempora paras opera et qui pollicitum esse dixisti seruum aut ancillam domini parare. Audiamus propheta quod dicit — Quis ego aut quis populus meus ut possimus tibi hec uniuersa promittere — adtestante ipsa propheta — Tua sunt enim omnia et que de manu tua accepimus dedimus tibi — et alibi dicens — Perigrini enim sumus coram te et aduene. dies nostri quasi umbra super terram et nulla est mora —. Et in euangelio ... — Date et dabitur uobis. Querite et inuenietis pulsate et aperietur uobis. Date eleemosinam et hec omnia munda erunt uobis —. et alibi dicens — Ite uendite omnia que possidetis et habebitis tezaurum ..... — Proinde ego famulo dei aluito prolis petriz una pariter cum subrino meo abdella gatoniz plagui nobis sub tuo nomine et in tuo amore christi timore quod in hoc recolimus et in corde nostro consideramus ut de hereditate nostra quam testa-

mus ad aula domus sanctorum sancti salvatoris et sancte marie semper virginis et sancti iohannis apostoli et euangeliste et sancti iohannis baptiste qui inter eos principatum tenet et alliarum reliquiarum quorum ibi recondite sunt quoru[m] baselica esse cernitur iusta litus durio prope tamice subtus mons aratus discurrente flumen durio orbis anegie territorio portugalensis Ita ut remedio animas nostras facimus ad ipsius domus sanctus et ad fratres qui ibi habitantes fuerint ..... textum scripture firmitatis de hereditate ..... que habemus inter durio et tamice in loco predicto quo uocitant fornos a radice aratri montis ubi diuide ordoni et coprentes et magrel ..... ecclesia uocabulo sancta christina medietate de ..... et de sua mulier trastala que ganauit ea per suo precio et karta de suo pater cresconio uimarazi et sua mater domna bona et dedit ea ad nostros tios aluito ..... et micahel presbiter pro remedio anime sue de illa alia medietate .... de illas comitessas domna gonzina ..... et post morte eius ..... ea domna tota et domna lopa ad ipsos ..... et suos ier manus pro remedio animas suas et mandamus ut nullus laicus in ea non habeat licentia ..... sed sit semper ad ..... monacorum in uictu et uestitu. contestamus ipsa e..... sua prestancia ad ipsius domus sanctorum iam superius nominata ut edificant et plantent et contineant inde ..... morte mea habeant ..... ingenua pro remedio anime mee et de ipsos ..... ea ganarunt per suis locis antiquis cum quantum aprestitum hominis est et cum suis piscariis uel ..... aquarum exitum ..... Siquis sane mentis non crediderit aliquis homo uenerit uel uenerimus tan de propinquis nostris quam de extraneis aut ..... scripturam prio..... fecerint contra hanc series testamenti ..... d solidos quo ..... exsolueret et ad episcopum cuius diocensem pertinet ..... tantum dublatum uel tripatum componat et ad imperatorem reddat aliud tantum et iudicatum ..... corpore et sanguine christi sit segregatus quandiu ..... Facta series testamenti sub adessensi principis et totius spanie (?) imperatoris et petrus episcopus sedis (?) bracarensis notum die erit idus augusti. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xxvii.<sup>a</sup> Aluitus p..... et ..... coram testibus ..... r+—..... sancti iohannis baptiste adsignauimus.

quos uiderunt — Eximinus abbas conf. — Gauinus monachus conf. — Didacus monachus conf. — ..... monachus conf. — ..... monachus conf. — Petrus monachus conf. — ..... conf. — Pelagius monachus conf. — ..... conf.

qui presens fuerunt — ..... test. — ... fu test. — iohanne test. — sc.... test. — aluitu test. ..... Micahelis ..... notuit.

## DCCXXII

*Pactum venditionis partium fundorum variis locis disjectorum, quae venditrici hereditario jure obvenerant. Charta autographa e tabulario Monasterii S. Joannis (de Pendorada).*

1089

Christus. In dei nomine ego sisuerta ideo plaguit mici asto animo intregoque consilio et prumta mea uolumtate ut per scriptis uenderemus uobis congermano nostro adaulfu trasimirizi sicut et uendimus ereditate mee probia que aueo de prosauios nostros et paremtorum meorum et aue iacencia in uila lauredo et belludi et secario longo et ioacim territorio muro feecto (?). damus ad uobis de ipsas uillas mea ratione intrega uel quantum me compota inter meos fratres quecumque meos eredes in kasas in vineas in pumares figales cesales aquarum sedilias molinarum terras ruptas uel baruaras in quantumque ilbidem (sic) ominis ad prestitum est exitum uel regresum per suis terminis et locis antiquis ubique illas potueritis inuenire. et accepimus de uobis in precio vi modios tantum mici bene conplaguit. aueatis uos et omnis posteritas uestras usque in temporibus seculorum. et si quis tamen quos fierit non credimus aliquis homo ueneri uel uenerimus cumtra hanc cartula uendicionis uel factum nostrum inrumpere quesierit et nobis in iudicio deuendigare uel obturgare pro parte uestra que pariamus uobis ipsa ereditate dublata uel tripada et iudigato et uobis perpetim auiturum. facta cartula uendicionis die quod erit vi Idus Setembris. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xxvii.<sup>a</sup> siluerta in hanc cartula uendicionis manus meas r+ouit. pro tesles iustu test. sendino test. uiliulfo test. arias test. didagu test.

ero presbitero notuit (?).

## DCCXXIII

*Hoc pactum venditionis agri cuiusdam in loco Villar de Porcos potius adversariorum scheda, quam authentica charta, nobis videtur. Aerae qua dabatur numerales litteras MCXXXIII (1095) legere quoque licet. Membrana haec, ad Monasterium Morariense pertinens, extat in Publico Archivo.*

1089 (?)

Christus. In dei nomine ego goldoauo marcii in domino deo eternam salute amen. Ideo plagui mici per bona pacis et uolumtas ut uinderemus ad tiui osoreo aluiticii et uxore tua eili sicut et uendimus larea nostra propria que auemus in uilar de porcos de parentum nostrorum subtus mons faro teridorio portugalensis sub litore maris discurrente riuulo catauon. damus ad tiui in logu predito illo in lo kasa de pelaio sindicci fere in ilo pomarinum qui est de alia parte quanta potimus inde abere de mediatate de parentorum meorum proque con (*sic*) acepimus de uouis preciun unum quartarium de trigo x quouetus de lencu tantum nobis bene compleacui apud uos non remansi peci si pretium (*sic*). Ita ut odie die uel tempore de iurio nostro sia adrassa .. iurio uestro confirmata facitis de ila que uolueritis. quis tamen quod fieritis non creditis si aliquis omo ueneri uel uenerimus contra anc cartula uendicionis (*sic*) firmitatis ad inrunpentum nos in iudicio noluerimus deuendicare pos parte uestra noluerimus deuindicare quodmodo pariamus ista larea dublata aut quanta uobis fuerit meliorata. Facta karta uentionis die erit decimo kalentas obtubreas in era c xxvii (?) super millesima. goldoauo marcii ad tiui osoreo et uxuri tua eili anc karta manus mea rouoro ro+. ic sunt test. adaufuo (?) goncaluo test. gonterigo test. petru test. diegu presuiter notui.

## DCCXXIV

*Permutatio fundi in villa de Framião pro praedio in loco Faorta dicto. Sumpsimus ex Livro Baio Ferrado Ecclesiensis Monasterii.*

1089

**Contramudacion**

In dei nomine. Ego Zalama auomariz et adadiuergo uermuiz uobis suerio fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz facimus cartam uenditionis et de contramutationis de hereditate nostra propria quam habemus de auorum et parentum nostrorum. et habeo ipsam hereditatem de mea matre aragunti sandiniz in villa framiam subtus castro petroso discurrente riuulo cerzedo territorio portugalensi prope littus maris. damus uobis de ipsa hereditate nostram portionem integrum uidelicet duas partes suis terminatam terminis antiquis et nouis cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est ubicumque potuerit inueniri pro pretio quod nobis dedistis aliam hereditatem in faorta terciam uidelicet illius hereditatis que fuit de freandu didaci integrum hanc nobis placuit recipere et apud uos nil remansit pro dare. Habeatis firmiter illam uos et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum ita ut de iure ac dominio nostro abrassa ab hac die de dominio uestro tradita sit et confirmata. Siquis autem homo uenerit uel uenerimus siue nos seu ex propinquis nostris siue extraneis contra hanc cartam ad inrumpendum et nos in concilio deuendicare noluerimus aut non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo duplatam illam uobis reddamus cum quantum a uobis meliorata. Facta carta uenditionis vii<sup>o</sup> kalendas octubris. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> vii<sup>a</sup>. Ego Zalama et adadiuergo hanc scripturam manibus nostris roboramus. Pro testes. Gudinus test. Pelagius test. Sendinus test. Odorio test. Didacus test. Gunsaluus notuit.

## DCCXXV

*Episcopus Conimbricensis, Julianus, bona quaedam mobilia et immobilia, supellectilem, et animalia sedi suae canonicisque ejusdem testamento legat. Descriptimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1089

**Carta testamenti**

In nomine sancte et perpetim manentis trinitatis hoc est testamentum quod omni uoto et plana uoluntate sana et integra mente exarare et firmare decreui Ego iulianus episcopus anime salutem inquirens Euangelicum quippe preceptum pre oculis abens in quo dominus discipulos suos admonet dicens —Vigilate et orate quia qua ora non putatis filius hominis adueniet— Necnon et illud —Si autem non uigilaueris ueniam ueniam (*sic*) tanquam fur et nesciens qua ora ueniam ad te— et metuens quod absit nee intestatus ab hac discederem uita id exposui ad sedem sancte marie colinbrie ciuitatis et ad eius canonicam Id est uineas integras quas plantauit in territorio de sena in loco qui dicitur castrellus cum sua ecclesia sancti stephani terminaciones istas habet in oriente uinea de daniel et mons usque ad uiam In occidente uinea plurimorum hominum In septemtrione uinea de quadam muliere nomine lupa In meridie uia publica que discurrit ab oriente et circuit mediam partem ipsius hereditatis in occidente. Et alteram uineam in loco qui dicitur alfaden quam testauit predicte ecclesie homo quidam nomine adreta. Et alteram uineam quam comparaui meo precio de homine nomine alvito et duas cupas et duos cupos et quartam partem torcularis. et in territorio colinbrie alteram uineam ultra flumen illius In oriente uia et in occidente uinea que fuit de sendino iohannes et unam cupam. Et omnes boues et uacas et equas quas habeo et libros et omnia uasea uela argentea et pannos omnes et omnem censem quem habeo et quem adquisiero illi predicte sedi colinbrie omnibusque canonici modo morantibus atque uenientibus integro animo liberataque mente deo beateque marie colinbrie seruientibus ego dei atque famulus iulianus ut supra dixit do et concedo post obitum meum tali pacto ut nullus homo aut ex propinquis aut alienis sit qui cartam istam frangat. Quod si agere uoluerit in omnipotentis dei inquirat Et cum datan et abiram et iuda traditore in inferno particeps fiat donec duplicatum supradicte ecclesieabitantibusque canonici reddat. Facta carta mense octubris. adefonso rege sisnando consule. Era m. c. xx. vii. Ego iulianus supradictus kartam istam roboraui et idoneis testibus roborare uel affirmare feci et cum propria hac manu hoc signum feci +.

## DCCXXVI

*Pactum venditionis praedii in villa de Penso. Ex Livro Baio Ferrado Ecclesiensis Monasterii sumpsimus.*

1089

**Karta pensu**

Christus. In dei nomine. Ego gundisaluus prolis aurolic una cum filio meo petro gundisaluic placuit nobis per bona pacis et uoluntas nullius quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metu sed propria nobis accessit uoluntas ut faceremus uobis suerio fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz auria cognomento cartulam uenditionis de hereditate nostra propria quam habemus in villa penso que uenit nobis de parte auorum nostrorum uidelicet casal de ermerigu de ipsa hereditate de honorigu vi<sup>a</sup> integra et habet iacentiam inter villa birlanes et curueirus et de alia parte diuidit cum sesmondi et cum rial subtū monte castro disurrente riuulo cerzedo territorio portugalensi. Damus atque concedimus uobis ipsam hereditatem cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est pro qua a uobis accepimus pretium xx et ii modios tantum nobis bene complacuit et de prelio apud uos nichilus pro dare remansit. Sit uestra hereditas illa et omnis posteritalis uestre ita ut ab hac die et tempore sit de iure et dominio nostro abrasa et in uestro dominio et iure sit tradita et confirmata iuri quieto temporibus seculorum. Siquis tamen uenerit uenerimus contra hanc cartam corrumpendam et nos in iuditio deuendicare non potuerimus aut noluerimus aut uos in uoce nostra reddamus uobis illam cum quantum a uobis fuerit meliorata in duplum. Facta carta xiii<sup>o</sup> kalendarum decembris. Era m. c. xx. vii. Ego gundisaluus

prolix auroliz et filius meus petrus uobis suerio fromariguiz et domne eluire nuniz hanc cartam manibus nostris roboramus. Qui presentes fuerunt. Aloitus test. Egas test. Pelagius test. Eirigu test. Menendus notuit.

## DCCXXVII

*Ex Libro Testamentorum Laurbanensis Monasterii descriptissimus.*

1089

**Testamentum de uilella de froilla tosariz**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris uidelicet et filii et spiritus sancti. Ego froila tosariz In deo dei filio sempiternam salutem Dono atque offero propter remedium anime mee et altario sacro sancti mameti qui situm est cenobio subtus monte lauribano territorio conimbricie seu ad fratres qui in ipso monasterio militant sub regimine eusebius prior uel qui post eum ibidem successor exiliterit pro sustentatione fratrum et ospitum aduenientium mea villa que abeo in uilella cum terras ruptas et inruptas et concludet per cima de ille monte de oliastro et discurrevit ad illa garganta de uillanova usque fer in illo ribulo et inprona per ille ribulo usque fer ad ille porto de sauselas et inde per radice de ille monte qui uocant auteiro de rando usque fer ad illa eriditas de fratres. ita ut amodo et deinceps ipsa villa post parte monasterii maneat per secula cuncta absque alicuius uel nostra inquietatione. Quod si aliquis omo uenerit tam de meis propinquis quam de extraneis que hunc meum factum infringere uoluerit in primis sit excommunicatus et cum iuda traditore abeat participio et insuper quantum temptauerit in quadruplo componat et unc meum scriptum firmum obtineat roborem. Facta karla testamenti u nonas decembris. Era millesima c.<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> vii.<sup>a</sup> Et ego froila tosariz qui anc kartulam testamenti iussi facere et cum propria manu mea r++oborau.

Dominicus iben abid test. — Exemenus test. — Daniel patreboniz test. — Fernandus uidigiz test. — Osoredo didaz test. — Manwaldus test.

Arias sandiz presbiter conf. — Arias gontaz conf. — Sisnandus monacus conf. — Vermudus monacus conf. — Petrus monacus conf. — Daniel confessus conf.

## DCCXXVIII

*Testamentum (forte adversariorum testamenti scheda tantum) quo Menendus Froilaz prae-dium, quod emptione adquisierat in loco Loureiro dicto, Monasterio S. Joannis (de Pendorada) legat. Charta autographa e tabulario ejusdem monasterii delata, in Publico Archivo ser-vatur.*

1089

Incoacione huius series testamenti quos feci menendo froilazi ad sancti iohannis baptiste de hereditate mea propria quos ganaui per meo precio et carta de didago garsea et fuit de sua mulier et abet iacencia iusta pin-neiro in illo laureiro et diuide cum aluito feison contesto ea pro remedio anime mee ad ipsius domus sanctus. notum die vi kalendas ianuarias. Era m<sup>a</sup> c xxvii.<sup>a</sup> Ego mendo froilaz una cum uxore mea domna geluira manus nostraras r++oboramus.

Pro testes pelagio test. gundesindo test. sarazino test.

Micaelis scripsi.

## DCCXXIX

*Pactum venditionis dimidii fundi prope montem Alvarelhos, in loco Parada dicto. Charta mutila, autographa tamen, ad Monasterium Morariense pertinens in Publico extat Archivo.*

1089

..... ego sancia prolis gacia uobis tructesindo gotieriz et uxor sua gontrode gacia plagui mici bone pacis ..... scriptura firmitatis de ereditate mea propria que abeo de parentorum meorum in uila quos uocitant ..... mons aluarellos discurrente ribulo auc prope litore maris in logo predicto parada damus uobis de ..... qui fuit de pater meo gacia pinioliz et mater mea ledugundia media septimea (*sic*) integra per ubi ill ..... cum quantum in se obtinet et ad presitum ominis est abeatis uos illam firmitor et omnis pos ..... temporibus seculorum quia dixit in libro gutorum —omo qui semen non abet de rem sua facia que volueri ..... et donatio pro que accepimus de uos ad carta confirmandum in pretio xx modios tantum mici bene c ..... nicil remansi in deuito si tamen non creditis et aliquis omo ueneri uel uenerimus contra hanc car ..... ad inrunpendum qui nobis ad iudicio deuendigare non potuerimus au noluerimus comodo pariemus pos uestra ..... pulsaueri ipsa ereditate dublata uel quantum uobis fueri meliorata. Facta carta uenditionis ..... xiii (*sic*) idus ianuarii. Era M C XXVII. sancia prolis gacia uobis tructesindu gotieriz et uxor ..... in hanc cartula uenditionis manus mea r+ouoro.

Ic testes — gondesindu quos uidi — menendo test. — daui test.

ermeiru test. — adefonso test. — menendo test.

Menendo notuit.

## DCCXXX

*Campum prope Conimbricam, trans Mundam positum et vallo circumdate, prior et canonici Sedis Conimbricensis inter quosdam homines dividunt, ut vineas ibi serant, colonique partiarii sint. Ex Livro Preto ejusdem sedis deprompsimus.*

1090

**Carta plantationis unius vinee**

In dei nomine. Canonici sedis colinbrie cum consensu prioris eorum martini dederunt terram uallatam ultra flumen predicte ciuitatis pertinentem eius sedi et diuiderunt unicuique homini partem ut plantent vineas et celera usque ad v<sup>o</sup> annos Et in quinto anno diuidant per medium. Et si ipsi canonici nequierint illorum medietatem laborare postquam diuiderint ut non dent eam aliis hominibus nisi his parzariis et ipsi ex toto reddant quartam partem de illo uino. Et si acciderit canonicis uendere illorum partem quanto appreciata fuerit tantum ab illis accipient et non ab aliis et similiter ipsi faciant. ecce nomina horum qui illam terram tali pacto acceperunt ab illis canonicis. paterbonus carpentarius Toderedus Froia simeoniz Iohannes hiariz Randulfus zoleimaniz Christoforus sidoniz Ramirus iohannis presbiter Ramirus maruaniz. Facta scriptura kalendas ianuarias. Era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> XX.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup> Igitur quod si unus ex eis ad illam ecclesiam cucurrerit ut non decimet nec testet nisi predicte sedi. Qui presentes fuerunt — Martinus iben atamati test. — Pelagius erit test. — Maferrig iben azzaki test. — Martinus iulianiz test. — Iohannes quintilaz test. — predictus prior test.

## DCCXXXI

*Pactum venditionis partis fundi in villa de Gonsalve. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1090

In dei nomine ego medendo prolis tructesindiz et uxor mea uniscu medendiz In domino deo aeternae salute amen. Ideo placuit michi per bone pacis et uolumtas asto animo atque consilio et propria mea uolumtate ut per scriptis facimus ad uobis abbas ioanhes cartula uenditionis et firmitatis de omnia mea ereditate que abeo in foce de leza in uila quos uocitant gunzalbi de ipsa ereditate quos fuit de atam iii incia (?) vi<sup>a</sup> intregat per suis terminis et locis antiquis ubi illa potueritis inuenire in quantum in se ominis aprestitum est. et abe iacencia ipsa ereditate in territorio portukal ad radice de kastro qision discrente ribolo leza intrante in mare. damus ad uobis ipsa ereditate pro que accepimus de uos in precio c solidos tantum ad nobis bene complacui et de precio aput uos non remansit in deuito pro dare ite (*sic*) de odie uel tempore ipse ereditate de iure nostro abrasa et in uestro iure tradita uel confirmata abeatilis illa firmiter. si quis tamen aliquis omo ueneri uel uenerimus contra hunc factum nostrum et inrumpere quesierit et aut uos in uoce nostra quomodo pariemus nos ad uobis ipsa ereditate duplata uel quantum ad uobis fuerit meliorata. et aduemus nos ipsa ereditate per kanbia pro alia ereditate que canbiauimus cum gunzalbo medendiz et uos perpetimabitur. Facta karta uenditionis per scripture et firmitatis die quo erit vii<sup>o</sup> idus Februarii. Era millesima c<sup>a</sup> xxviii.<sup>a</sup> dom medindu et coniungia mea uniscu ad uobis abbas ioannes in hanc cartula manu mea rouoro++.

qui preses fuerunt et uiderunt — Gotino presbiter quo uidi conf. — pelagio presbiter quo uidi conf. — Gunzaluo test. — irutesindo test. — alio gunzalbo test. — Pelagio test.

Daniel presbiter Notui.

## DCCXXXII

*Bona immobilia varia, variisque locis sita, hereditario jure habita, vendit Onega Ordoniz mixtim tribus emptoribus, qui fratres esse videntur. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico extat Archivo.*

1090

In dei nomine ego onega prolix ordoniz Ideo placui mici per bone pacis et uoluntas asto animo et propria mea uolumtate ut facere a uobis garsea eitaz et didago (?) eitaz et monio eitaz kartula uenditionis et firmitatis sicut et facio de ereditate mea propria que abeo de pars de auiorum et parentorum meorum subtus mons eiras pro ribulo tamice et flumine durio terredorio portugalensis in loco predicto in villa noua mea ratione integra et in examen et in amarelli mea ratione integra et in ogobi mea ratione integra et in ranosendi mea ratione integra dou ipsas ereditates a uobis cum omnibus aprestationibus suis per suis locis et terminis antiquis cum quantum in se obtine et aprestitum ominis est per ubi illas potueritis inuenire. et accepit de uos in pretio L modios tantum a mici bene complacui et de premium apud uos nichil remansi in deuitum. et des hodie in die uel tempore abeatilis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras usque in temporibus seculorum. Et si quis tamen quod fieri non creditis et aliquis homo ueneri uel uenerimus contra hanc kartulam uenditionis et firmitatis que nobis ad iudicio deuendigare non potuerimus pro parte uestra aut uos in uoce nostra quomodo pariet a uobis ipsa ereditate dublata uel triplada quantum a uobis fueri meliorata. notum die quod erit iii idus Februarii. Era m c xxviii.<sup>a</sup> Ego onega prolix ordoniz ad uobis iam supra nominatos in hoc kartula uenditionis et firmitatis manu mea r+ouoro.

Pro testes — Aluitu test. — Pelagio test. — Gondesendo test. — Garsea test.

Emiliiani presbiter notuit.

## DCCXXXIII

*Pactum venditionis cuiusdam partis villaे Ansulfi dictae, inter flumina Ave et Vizella sitae.  
Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, servatur in Publico Archivo.*

1090

Christus. In dei nomine ego domna trastina connomento uitaona plolis garcias in domino deo eterna salute amen. Ideo plagui mizi per bone pacis et uoluntas asto animo intregoque consilio ut uinderemus ad uobis troytesindo et uxori uestra gontrote sicut et uendimus eritate nostra propria que auemus de parentun nostrorum garcias pinoizi et aue ipsa eritate iazentia inter aue et auezela discurrente ipso ririuuolo (*sic*) auezela territorio portugalens in logo predicto in uila que uocidant ansulfi. damus ad uobis de ipsa uila iamdicta n<sup>as</sup> vii<sup>ma</sup> intregas et media de vii<sup>ma</sup> damus ad uobis ila cun omnis adprestationibus suis cum quantun in se obtine et aprestitun ominis est per locis et uicos et terminos anticos per uui ila potueritis inuenire. et acepimus de uos in preciu c modios bonos tantum mici bene plagui et aput uos non remansi precio in deuito. Ita ut de odie uel tempore de iuri nostro siia abrasa et uestro dominio siia tradita et confirmata ut abeatis uos ila et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. Et siquis tamen cod fierit non creditis et aliquis omo uenerit uel uenerimus contra anc karta inrumpere au modigum tentauerit tam nos quam etiam extraneis et nos noluerimus au non potuerimus auturgare uel deuimdigare au uos in uoce nostra comodo pariemus ad uobis ipsa eritate dublata uel tripata et quantum ad uobis fuerit meliorada uobis perpetu autura. Facta karta die erit xv<sup>mo</sup> kalendas abriles. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxviii.<sup>a</sup> trastina connomento uitaona ad uouis troytesendo et uxori uestra gontrote in anc karta manu mea rouor+o.

Ic sunt test. — Gonzaluo test. — Ioane test. — Froyla test. — Espasando test.

Garcias confirmo — Elias test. — didagu notuit.

## DCCXXXIV

*Testamentum, seu adversariorum testamenti scheda, quo Erus Stephaniz et uxor particulam fundi, quam emerant in villa de Louriz, Monasterio S. Joannis (de Pendorada) legant. Autographa charta, e tabulario ejusdem monasterii delata, in Publico Archivo invenitur.*

1090

Incoatione huius series testamenti quos fecit ero stephaniz et sua mulier taegia (?) ad sancti iohannis baptiste qui est a radice montis aratri de hereditate sua que comparauit de spasanda zeidoniz pro suo precio et carta et habet ipsa hereditate in uilla loiriz de ipso casal que ganaui zeidom de uiliulfo de v<sup>a</sup> v<sup>a</sup> contesto ipsa hereditate pro remedio animas nostras ad ipsius domus sanctus. notum die erit viii kalendas magii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxviii.<sup>a</sup> Ego Ero et uxor mea in hanc scriptura manus nostras r++o.

Pro test. sendamiru test. pelagio test. eirigu test. donan test.  
gundisaluus scripsit.

## DCCXXXV

*Vivilli Sarraciniz bonorum, quae, tum a viro suo in arrham acceperat, tum ex matre jure hereditario adquisierat, Monasterium S. Joannis (de Pendorada) heredem instituit partem vero illorum cuidam Sisnando, ut ab eodem dum vixerit fruantur, legat. Charta autographa, ad idem Monasterium pertinens, in Publico invenitur Archivo.*

1090

In nomine domini nostri ihesu christi et indiuidue trinitatis. Duuium quidem non est sed multis mane in ueritate cognitus hac notissimus eo quod ego uiuilli prolis sarziniz facio testamenentum (*sic*) de homnia mea hereditate quantaque habeo de parentorum meorum siue auitorum uel ganantia concedo illas ad aulam baselice san-

cti iohannis baptiste que est fundato ripa durio subtus mons aratus territorio portugalensis et habet ipsa uilla per nominata iacentia in loco predicto pausada inter pauia et bestontia subtus mons muro discurrente in pauia et dedit illa mici meo uiro sarrazinu sarraziniz in arras et inter gallina et ouelia mea ratione de uilla maior que fuit de mea mater mea v<sup>a</sup> integra subtus mons monte nigro et inter tamiga et sausa uilla palacios et palaciolo similiter mea v<sup>a</sup> tantum me computat inter meos fratres uel eredes et ueni mici ipsa hereditate in portione de parentorum meorum siue auiorum uel ganantia contesto ipsas hereditates pro remedio anime mee et de mea matre ad ipsius domus sanctorum iam supra nominati et mando de ipsas hereditates a domnos sisnandus diaconus post morte mea si ante illum migratura fuero de hoc seculo ut teneat in vita sua uillas pernominatas id sunt palacios et palaciolo ..... damus illi licentiam uendendi nec donandi nec testandi ad nullus generis homo nec sanctorum set post obitum suum habeant licentiam fratres que in ipsius domus sanctorum fuerint habitantes apprehendere illas sicut illas alias que in scripturis resonant pro remedio anime mee. Ita ut de hodie die uel tempore sit ipsa hereditate de pausada de iure meo abrasa et ad ipsius domus sanctorum sit tradita et ad obito meo illa uilla maior et ad ipsius domus sanctus sit tradita uel confirmata et habeant ipsas hereditates cum quantu aprestitum omnino in eas est per suis terminis et locis antiquis exitum accesum uel regresum per ubi illas potueritis inuenire. Siquis sane mentis non crediderit aliquis homo uenerit tam de propinquis meis quam de extraneis qui hunc factum meum intrumpere quesierit quomodo pariet post partem ipsius testamenti o solidos quodquattuor exsoluere et ad aepiscopum cuius diocensum pertinet ipsum testamentum dublatum uel tripatum componat et imperatori terre reddat aliud tantum et tandiu ipse presuntor a corpore et sanguine christi sit segregatus quandiu persteterit in tam grande facinus. Facta series testamenti sub adefonsi principis et totius spanie imperatoris et petrus aepiscopus ecclesie bragalensis notum die erit vii<sup>o</sup> idus magi. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxviii.<sup>a</sup> uiuilli sarraziniz coram testibus manibus ad r+oborandum tradidi et ecclesie sancti iohannis adsignau.

Qui preses fuerunt. Garsea conf. Froila conf. Didagus conf. Eximinus abbas conf. Gauinus conf. Pelagius test. Adulfus test. Senior test. Gundisaluus notuit.

## DCCXXXVI

*Canonicis Sedis Conimbricensis, sub regula monastica degentibus, legant Auriol Marekiz et uxor vineam prope fontem de Alkara sitam. Charta autographa, e scrinio ejusdem sedis delata, in Publico extat Archivo.*

1090

In nomine domini nostri ihesu christi. Ego famulus dei auriol marekiz et uxor mea adosinda menendiz Euenit nobis pronas nostras uolumptates ut faceremus ad domus sancte marie testamentum de illa uinea de filii nostri arias aurioliz et habet ipsa uinea iacentia prope fonte que dicent alkara iusta illa de urmara aurioliz. damus nos ea pro remedium anime ipsius ariani et ut teneamus nos illa uinea in uita nostra et ad obitum uero nostrum relinquat se ipsa uinea ad ecclesia et ad ipsum monasterium sancte marie sedis colimbrie. Et si ex semini nostro uenerit filiis neptis uel ex propinquis ad intrumpendum hanc scriptura testamenti ut quantum calumniaberint tantum dublent et ad iudice terre iudicato. Factum testamentum nodum die vii<sup>o</sup> kalendas iunii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxviii.<sup>a</sup> auriol et adosinda in hanc kartam manus nostras rouora—mus.

qui preses fuerunt. maruan menendiz test. tructesindo tructesindiz test. randulfo tructesindiz test. iohannes pelagiz test. ramiro maruaniz test. petro iohannes test. odeiroo aben feliz test. gundisaluus petriz notuit.

Petrus Bracarensis aepiscopus confirmo — nec mutetur.

\* Nomen suum et sequentia verba archiepiscopus bracharensis propria scripsit manu.

## DCCXXXVII

*Pactum venditionis praediorum in locis Pousada, Nogueira et S. Fins dictis. Charta autographa ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico extat Archivo.*

1090

Christus. In dei nomine ego argelo prolis saraciniz plagui mici per bone pacis et uoluntas nullum quoque gentis imperio nec suadentis artigulo sed propria mici accessit uoluntas ut facerem uobis garsea eitaz et didagu eitaz et uxori tue ermesinda et muniu eitaz kartula uendicionis de hereditate mea propria quantaque habeo de parentorum meorum siue auiorum uel ganancia et habent ipsas hereditates iacencias inter pauia et bestionza subtus mons muro discurrente in riuulo durio. et habent ipsas hereditates iacentia in loco predicto pausata vi<sup>a</sup> integra et in nugaria mea ratione ab integro et in sancto felice mea ratione damus a uobis de ipsas hereditates et de illas ubi illas potueritis inuenire mea ratione ab integro quantum me computat inter meos fratres uel heredes per suis terminis et locis antiquis cum quantum aprestitum ominis in eas est exitum accessum uel regressum. et accepi de uos precio una equa in xxxx<sup>a</sup> modios tañtum mici bene conplagui et de precio apud uos nicil remansit in debitum. habeatis uos et omnis posteritas uestra. Si quis tamen quo fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenero contra hanc kartula uendicionis ad intrumpendum que nos ad iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus a uobis ipsa hereditate dublata uel quantum a uobis fuerit meliorata et uos perpetim habitura. Facta kartula uendicionis notum die erit iii<sup>o</sup> nonas iunii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxviii.<sup>a</sup> Ego argelo saraziniz ad uobis iam supra nominati in hanc kartula uendicionis manu mea r+oboro.

qui preses fuerunt — cidi test. — elias test. — pelagio test.  
Micahelis notuit.

## DCCXXXVIII

*Egas Tructesindiz bona, quae in Villar de Porcos permutatione adquisierat, Monasterio Morariensi donat. Charta autographa, ad idem monasterium pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1090

Christus. In nomine domini nostri ihesu christi. Ego egas tructesindizi salutem in domino ualentem. Magnum est titulum donationis quod nemo poteest hactum largitatis intrumpere. obinde ego placuit mihi expontanea mea uoluntate ut facerem textum per scripture firmitatis sicut de omnia mea hereditate que habeo de mea ganantia pro remedio anime meae et timendum diem iudicii a domum sancti saluatoris et ceteri reliquie qui ibi sunt recondite in loco predicto moraria terretorio portugale discurrente ribulo lesza subtus castro petras rubias. do atque contesto ad ipsius loci superius nominato portione mea de uilla pernominata villar de porcos que habeo de parte de tructesindu salamoniz et de sua mulier hermesinda menendiz pro alia hereditate que illi dedi et insuper una uaca. ipsa ereditate habe iacentia in hermogenens de ipso kasal supranominato. concedo inde ad ipso loco supernominato tertia intecra cum actionibus suis que omni adprestitum est. do adque concedo ipsa ereditate de uillar de porcos que canau de hermesinda menendiz et de tructesindo salamoniz pro remedio anime mee ad ipsius locis superius nominati ad monacos qui bonos fuerint et uita sancta persueraberint et non do licentia nec uindendi nec donandi nisi ad ipsius loci seruendi. et ego a deo accipiam proinde quadam refrigerium. Si quis tamen quod fieri non credo et aliquis homo uenerit tam extraneis quam etiam et progenie meae que hunc factum meum infringere quesierit in primis sit a celum omnium christianorum secregalus et excommunicatos et cum iuda traditore in eterna pena sit condemnatus et anathematus anathema marenata et hunc factum meum semper habeat roborem firmitatis usque in seculum seculi. Factum seriens testamentum die erit iii idus iunii. Era t. c. xxviii.<sup>a</sup> Ego famulo dei egas tructesindiz in hanc seriens testamenti manu mea rouoro+.

Pro testes — Gartia (?) test. — Froyla test. — Zoleima test.  
Docidu test. — Ero test. — Gudisalbo test.  
Iohane notuit.

## DCCXXXIX

*Pactum venditionis praedii in villa de Ermoriz. Charta autographa, ad Petrosense Monasterium pertinens, in Publico extat Archivo.*

1090

In dei nomine ego osoreo osoreizi Ideo placui mihi per bona pacis et uoluntas ut nullius quoque gentis imperio nec suadentis artigulo neque pertimentis metum sed propria mihi accessit uolumtas ut ubi facio ad tiui garcia pelaizi cartula uenditionis et firmitatis de ereditate mea propria que abui de parentorum meorum (?) de mater mea cleusa que abui de sua criatione gundisalbo gardalia que ganaui de domno petri (?) antulizi in villa ermorizi. Et abet iacentia ipsa ereditate in villa ermorizi subtus mons castro de obil territorio portugalensis discurrente ribulo lacona de obil prope litore maris. do tiui illa per suis locis uicos et terminos antiquos et exitus aquarum uel regresum terras uel baruaras (sic) petras mouiles uel inmouiles aquas cursiles uel incursiles sesigas molignantum et exitus montium uel quantum ad prestatum ominis est in ipsa villa. Do adque concedo tiui inde sua ratione de mea mater domna cleusa intecra mea ratione et de meus iermanus intecra pro precio que mihi das id est 1º boue adpretato in x modios ..... in alio ..... tantum nobis bene complacui et de pretio apud uos non remansit nihil in deuito. Ita Ita (sic) ut de odie die et tempore sit ipsa ereditas de iure nostro abrasa et in uestro iure et dominio sit tradita et confirmata abeat uos et omnis posteritas uestras iure quieto finiendo temporibus seculorum. Siquis tamen quod fieri non creditis et aliquis omo uenerit uel uenerimus nos aut aliquis ex propinquis nostris qui anc cartutula (sic) uenditionis quesierit ad intrumpere et nos in iudicio aut in concilio noluerimus autorgare quoquomodo (sic) pariemus ad uobis illa duplata ad uos aut ad qui uestra uoce puxauerit uel quantum a uobis fuerit meliorata et iudicato Et uos perpetimabitura. Facta cartula uenditionis et firmitatis in die quo erit vii kalendas iulias. Era millesima cxxviii. Ego osoreo osoreizi ad tiui garcia pelaizi in anc cartula uenditionis manus mea rouor+o.

qui preses fuerunt et uiderunt — gundisalbo gondesindizi quos uidit — garcia quos uidit — pelagio — odorio.

froila prespiter notuit.

## DCCXL

*Ermesinda Moniz sororque ejus Monasterio S. Joannis (de Pendorada) loculamenta tria-  
in salinis quibusdam, ad ostium fluminis Leça sitis, offerunt sive legant. Charta autographa, e  
scrinio ejusdem monasterii delata, in Publico Archivo asservatur. Anni quo data numeralium lit-  
terarum quarumdam formae ac facies non tutam interpretationem sinunt.*

1090 (?)

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritu sancti amen. Ego ermisdinda moniz una pariter cum iermana mea nomine geluira moniz Offerimus et testamus sancto et uenerabili altari sancti iohannis quod est fundatum ad radicem montis aratri trest alias de marina in leza in loco predicto lauandaria pro remedio animabus nostris ut habeat ipsum prefatum cenobium firmiter cunctis temporibus seculorum. Et si quis uenerit homo uel uenerimus et hunc factum ad intrunpendum uoluerit sit excommunicatus et cum iuda traditore habeat participium et pariat ipsos talios duplatos ad ipsum cenobium et insuper d solidos. Factum est hunc testamentum notum die xvii kalendas agustas. Era t. c. xxviii (?). Nos iam supra nominatus in hanc carta manibus nostris r++obo-ramus.

Pro test. Pelagio test. — Gundisaluus test. — Fernandus test.  
Egeas notuit.

\* Nomen loci litteris disparibus, forte ab alia manu, descriptum fuit.

## DCCXLII

*Basilissa et filii ejus fundum, quem prope villam de Palhaes possidebant, Monasterio Vacariciensi donant. Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis sumpsimus.*

1090

**Carta testamenti**

In dei nomine. Hec est carta testamenti quam iussi facere ego basilissa una cum filiis thedon et louegildo et adosinda et uidal et garcia diaz ad monasterium sancti vincencii uakarice In diebus abbatis salomonis de hereditate nostra propria quam habemus in territorio colinbrie iuxta villa que est de arias menendiz Sancto martino de paliales cum suis terminis In oriente uia puplica que uacarizam (*sic*) In occidente uia de uimearia Ad septemtrionem villa de arias menendiz per illa uia coua Ad meridiem illo forno de guario usque in illa uia que superius diximus pro nostrorum peccatorum et de parentum nostrorum. Si autem aliquis homo contra hoc scriptum aliquid temptare ausus fuerit quantum auferre temptauerit in quadruplum componat pro sola presumpcione supradicto monasterio. Et hoc nostrum scriptum semper sit firmum. Si uero perseuerauerit a liminibus ecclesie et a corpore et sanguine ihesu christi sit separatus et cum iuda traditore dampnatus in inferno. Facta carta testamenti xvii kalendas septembbris. Era m.<sup>a</sup>c.<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> Nos supradicti bassilisa cum filiis meis tdon et louegildo et adosinda et meos heredes garcia et uidal qui hoc scriptum iussimus facere proprias manus ro+++++boramus.

Qui presentes fuerunt test. — Iohannes godiniz test. — Didacus guldres test. — Suarius bellicos test. Iohannes acolitus test. — Fromarigo presbiter test. — Tructesindus presbiter test. — Daniel presbiter test. Salomon prepositus uacarice test. — Olidi frater test. — Anserigo frater test. — Daniel presbiter notuit.

## DCCXLII

*Pactum venditionis partis fundi cuiusdam Penellina dicti prope Castro-máu. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico extat Archivo.*

1090

Christus. In dei nomine ego pelaio petriz placuit mici per bone pacis et uolumtas ut uindere ad tibi gundisaluo didaz et ad uxor tua emiso didaz sicut et uindo uobis hereditate mea propria que habeo in territorio anegie subtus mons castro malo discurrente ribulo ouelia in loco predicto in illa pennellina de froila recarediz. et fuit ipsa hereditate de illa pennellina que ganauit illa gomize egikaz quarta integra de ipsa pennellina et uendidit ipsa m<sup>a</sup> nepo suo menendo ueniegas ad aluito frogiaz et aluito frogiaz dedit mici quarta de illa pennellina de froila recarediz que habebat per pretio digno pro que debuit mici dare cc solidos per directum iudicium et non habuit unde dare mici illos solidos cc et pro hoc dedit mici ipsa hereditate m<sup>a</sup> integra de illa pennellina supranominata. et ego pelaio petriz uindo uobis gundisaluo didazi et uxor tua emiso didaz ipsa hereditate supranominata illa m<sup>a</sup> ab integro in domos domorum in montes in fontes exitu accessu uel regressu ubi illa inuenire potueritis per suis terminis et locis antiquis. Et accepi de uos pretio quod mici bene complacuit uno mulo bono et de pretio apud uos nichil remansit in debito. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa hereditas de iuri meo abrasa et in uestro iure et dominio sit tradita et confirmata. Habeatis uindicetis illa uos et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum. Et si aliquis homo uenerit de propinquis meis uel de extraneis qui hanc cartula uenditionis et ipsa hereditate infringere aut temerare quesierit que ego post uestra parte ipsa hereditate uobis auctorigare non potuero quomodo pariam uobis illa dublata uel quantum uobis fuerit meliorata et uobis perpetimabitura. Facta cartula uenditionis notum die xiii kalendas septembbris. Era m cxxviii. Regnante principe adefonso in urbe toledo. In bracara petrus episcopus. Pelagio petriz ad uobis gundisaluo didaz et uxor tua emiso didaz manu mea ro+ui.

Qui preses fuerunt pro test. didagus test. mitus test. pelaio test. uimara test. Godinus presbiter scripsit.

\* *Hoc loco quaelam verba, rasuris abolita, desunt.*

## DCCXLIII

*Praedia varia, in villis de Vimeiro, et de Pedorido, aliisque vicis sita, legat Trastemirus Moniz Monasterio S. Joannis (de Pendorada). Testamentum autographum, quibusdam locis abolitum, quod olim in tabulario ejusdem monasterii servabatur, in Publico Archivo invenitur.*

1090

In nomine domini nostri ihesu christi et indiuidue trinitatis. Duuium quidem ..... in ueritate cognitus hac notissimus eo quod ego trastemiro prolis moniz facio testamentum de mea hereditate ad ouitur meo ad aulam ..... qui est fundato in ripa durio a radice montis aratri discurrente in flumen durio urbis anegia territorio portugalehesis et fuerunt ipsas hereditates ..... habent ipsas hereditates iacencias in loco predicto uilla uimenario m<sup>a</sup> integra subtus mons ..... et in cane ..... integra et in ..... que ibi habui meo patre. Item in petaurito de medietate m<sup>a</sup> et de alia media v<sup>a</sup> et de illa ganancia de meo patre m<sup>a</sup> tantum me computat inter meos fratres et ..... in uilla sala mea m<sup>a</sup> integra. et in ripa de aue a radice monte cordoua uilla manualdi v<sup>a</sup> integra. et de alio meo ganato quanto que habuero ad ..... is est v<sup>a</sup> integra. et ipsas uillas cum quantum aprestitum ominis in eas est per suis terminis et locis antiquis extum accessum uel regressum. habeant illas fratres et monacus ..... gnu... sancta tenuerint et siquamnis in peccatis ipsum locum in particione peruererit habeant licencia apprehendere ipsum testamentum monacus qui uila monastiga seruauerint (?) et leuent illum secum ubi habitantes fuerint de ipsum locum. Si quis sane mentis non crediderit aliquis homo uenerit tan de propinquis meis quam de extraneis contra hunc factum meum ad inrumpendum quomodo pariet post partem ipsius testamenti d solidos quodquattuor exsoluere et ad episcopum cuius diocese pertinet istum testamentum dublatum uel tripatum componat et imperatori terre reddat aliud tantum et iudicatum et tandiu ipse presumtor a corpore et sanguine christi sit segregatus quandiu persteterit in tan grande facinus. Facta series testamenti sub adefonsi principis et totius spanie imperatoris et petrus episcopus ecclesie bragarensis notum die erit m<sup>a</sup> kalendas septembbris. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxviii.<sup>a</sup> Trastemiro moniz coram testibus ad roborandum manibus tradidi et et (sic) ecclesie sancti iohannis baptiste adsignauit r+o. et filiis meis qui aliquid dederint pro remedio anime mee sedeant benedictos de mea benedictione et de christus filius dei uiui. et si non dederint similiter faciant et si aliquid obtulerint aut defensor non fuerint de isto loco et de isto testamento se deant separati et maledicti de mea maledicione et de christus filius dei uiui.

Et in arauka in riu de moldes mea ratione que ganauit pater meus domno moniu de m<sup>a</sup> (?) quarta. qui preses fuerunt — petrus monacus conf. — Monius monacus conf. — Garsea monacus conf. — Teton monacus conf.

Didacus adefonsus conf. — Egas moniz conf. — Menendo moniz conf.

Cidi test. — Toderago test. — Petrus test.

Micaelis notuit.

## DCCXLIV

*Pactum venditionis villarum de Veriz, Pigeiros et Gatim. Charta autographa, e scrinio Conventus monastici, da Graça dicti, Conimbricensis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1090

In dei nomine ego gotierre suariz placuit mihi per bona pacis et uolunptas ut facio ego a uobis gundisaluo nuniz kartula uel uenditionis de hereditate nostra propria que habemus in uilla uiariz et in uilla pigeiros et in uilla gacim. illas uillas do ego a uobis per suis locis et uicos et terminos antiquos per ubi uobis illas potueritis inuenire cum quantum in se obtinet et aprestitum hominis est pro uestro pretio aderato et definito uno mulo cum sua sela et cum suo freno pretiato in cc<sup>o</sup>s solidos et c<sup>m</sup> solidos de denarios brunos et uno mauro pretiato in xxxx<sup>a</sup> solidos et uno acouue grecisco pretiato in c<sup>m</sup> solidos et n<sup>o</sup>s tiraces bonos cordoueses tantum a nobis bene complacuit et de pretio apud uos non remansit in debitum pro dare. Ita ut de hodie die uel tempora sedea ipsas hereditates de iuri nostro abrrasa et in uestro dominio sit tradita et confirmata. Habeatis uobis illa firmiter et omnis posteritas uestra iuri quietum temporibus seculorum. Si quis tamen quos fieri non creditis et aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hunc factum infringere uoluerit tam de propinquis quam et de extraneis et ego nobis

gotierre suariz ad iuditio devindicare noluerit aut non potuerit aut uos in uoce nostra quomodo parie ego a uobis illas hereditates duplatas uel tripatas aut quantum a uobis fuerit meliorata et uobis semper perpetim habitura. Facta kartula uenditionis Notum die erit vi kalendas octobris. Era m.c. xxviii.<sup>a</sup> Ego gotierre suariz a tibi gundi-saluo nuniz in hanc cartula uenditionis manu mea r—oboro. Qui presiserunt Suario mendiz quos uidi. Pelaio godiniz quos uidi. Menendo romariquiz quos uidi .....

Petro test. Petro test. Pelaio test. Ero test. Suario test. Didagus presbiter notuit.

## DCCXLV

*Flamula Honorigui Petrosensi Monasterio bona sua omnia, in villa de Alcorouvim sita, testamento legat. Ex apographo saeculi XVIII, in Academiae nostrae bibliotheca existente, cum autographam chartam inter petrosenses membranas non invenissemus, sumpsimus.*

1090

In nomine Genitoris, Genitique, hac Spiritus almi opificis totius fabrice mundi, qui est Deitas infinita et Trinitas unita. Ego Flamula cuius genitor ab unda baptismi Honorigo est uocatus disputante me mecum assidue meditatus sum magni judicij terribilem aduentum, secundum Prophetem uaticinium —Ignis— inquit —in conspectu ejus ardeuit, et in circuitu ejus tempestas ualida : Aduocauit celos sursum, et ut discernat populum suum— item per Sofoniam de eodem dicitur —Dies ire dies illa, dies tenebrarum et calliginis— et reliqua, que in hac sententiam habentur. His et similibus conturbatus conminationibus, recordor peccasse me super numerum astrorum olimphi, erbarum ut telluris, et pre disperatione jam pene corruentem Dei dextera erexit dicentis per Prophetam —Nolo mortem peccatorum; sed ut conuertatur et uiuat— item ipse —peccator, in quacumque die conuersus fuerit, saluus erit;— item per Isaiam —Tempore accepto exaudiui te, et in die salutis adjuui te;— et Apostolus Paulus locutus est dicens : —Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis;— et idem : —Ergo, dum tempus abemus, operemur bonum;— et in Evangelio Dominus ait : —Facite uobis tesauros de mamona iniquitatis, ut cum defeceritis recipient uos in eterna tabernacula sua—. His igitur prescriptis Dei exhortationibus instructus ego supradictus Flamula decreui prenuntios boni operis mittere, qui me in locum eterne habitationis antecederent. Quamobrem facio scribturam testamenti in honorem Dei, et pro remissione delictorum meorum, de omnibus bonis, que michi dedit Deus tum de hereditate, tum de Ecclesia, in villa quas uocitant Alquoruim mea ratione, quantum me computat inter fratres et heredes de tertia de ipsa uilla, et habe ipsa hereditate jacentia inter Paus et Marnelle, discurrente ribulo Vauga, prope litore maris : et desernia ipsa hereditate semper in domo Domini, et altari sancto, in quo ad honorem Dei recondite esse noscuntur reliquie crucis Domini nostri Ihesu Christi Salvatoris mundi, et Sancte Dei Genetricis Marie, Sanctorumque Apostolorum Petri et Pauli, quorum Baselica fundata est in uilla, qui dicitur Petroso, subtus Castro Petroso, in suburbio ciuitas Sancta Maria, Territorio Portugalensis, prope flumen Durium. Ita sane, ut ego in uita mea habeam, et possideam ea, que prescrita sunt, et post ouitum meum, si ex me semen filius extincta fuerint, relinquam illam, secundum jam prescrita habentur, ad integrum; si ipsum monasterio partitum fuerit, in ipsa mea ratione deseruia ipsa hereditate. Si autem uir, aut mulier, cuiuslibet generis, aut dignitatis, huic me ordinationi contrarius fuerit, aut eam uiolauerit, sit maledictus a Patre et Filio et Spiritu Sancto, et descendat super omnes maledictiones, que sanctis continentur in Scribturis totis, et sit excommunicatus ab omnibus Christianis, et in penis inferni sit ei socius Judas, qui suum tradidit Dominum, et pro secularibus damnis tribuat sancte Ecclesie jam prefacte ea, que auferre conauerit, quadrupliciter, et Regi, uel Imperatori prouintie quinque auri talenta purissimi tribuat, fiscali more, per omnes annos; et, si non habuerint unde conponant, seruiturus traditur cum omnibus rebus, quas habuerint, et cum omni posteritate, que de illo post hanc pruaricationem natum fuerint, ut hec scribura perpetuum habeat uigorem. Facta est hec scribura testamenti die sabbato hora III<sup>a</sup> in supradicto monasterio de Petroso, luna XVI. in Era millesima c.<sup>a</sup> xxviii. in diebus Regis Domni Adefonsi, et Domni Petri Archiepiscopi Bragal..... uazir ipsa urbe Colimbrie. Ut enim hec scribura inconuulsa permanea, propria manu mea eam roborauit, et propriis digitis hoc fecit signum + testibus, quos tradidit confirmandum. Qui preses fuerunt et uiderunt : Suario confirmo. Rodorigus Abbas confirmo. Menendo confirmo. Gutiere testis. Petro testis. Atan testis. Pelagio scripsit.

## DCCXLVI

*Cum ab antiquis temporibus circa dominium ecclesiae S. Stephani de Moldes quacstiones aliquae verterentur, tandem inter nobilem mulierem Gontinam agnatosque ejus et monachos S. Petri de Arouca lis oritur super eodem dominio. Causa disceptata, Gontina reique alii ad monachos S. Petri dimidium ejusdem ecclesiae pertinere agnoscunt. Agnitionis illius autographa scheda, e scrinio Araucensis Monasterii in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1091

Christus. In temporibus adefonsus rex et in presentia sisnandus aluazir et uigarii sui cidi fredariz. Dubium quidem non est sed multis certum et notissimum manet in ueritate eo quod orta est intentio inter domna guntina prolis erizi cum heredibus suis id sunt gauino froilaz loueredo zaniz et suo iermano osorio presbitero et sua iermana columba zaniz omnes isti contra adefonso frater et suo iermano godino presbitero et omnibus fratribus de sancto petro de arauca propter illa ecclesia de ribulo de mollides uocabulo sancto stephano que inuenerunt ipsos fratres medietate de illa ecclesia in suo testamento et ipso testamento fecit eum gundulfus aba et scripsit in eo medietate de sancta maria de ribulo mollides era DCCCCLXIII. et post multis annis uenerunt sarraceni cecidit ipso territorio in herematione et fuit ipsa ecclesia destructa. At ubi uenerunt christiani ad populatione restaurata est ipsa ecclesia et posuerunt ibi reliquias sancta maria et sancto stephano. iterumque fuit herema in era M XIII.<sup>a</sup> Et cum uenit tempus ista populatione que est in era M XXXVIII populauit omnis populus quisquis suam uel alienam hereditatem. de ista era in denante uocauerunt illa ecclesia sancto stephano. De ipsa ecclesia habuerunt multas assertiones et contentiones ante egas ermigizi et postea ipsos fratres per plures uices querlantes se de ipso testamento peruenerunt ante aluazir domno sisnando qui dominus erat de ipsa terra in ipsis temporibus et habuerunt ante illum cum ipsos intentores suprannominatos contentione. ipsos fratres dicebant quia ipsa ecclesia que nunc uocant sancto stephano ipsa uocarunt sancta maria que nos in testamento tenemus. Domna guntina et suos heredes dicebant quia ipsa ecclesia semper ab initio facta non sancta maria sed sancto stephano uocata est. Tunc iussit aluazir per manu de suo uigario cidi fredariz que dedissent ipsos fratres sacrum iuramentum sicut lex gotorum docet et iurassent quia ipsa ecclesia que in testamento conscripta est sancta maria ipsa est que hodie uocant sancto stephano et quia ueritas est de sancto petro et de ipsos fratres qui ipso testamento asserent et que domna guntina et snos heredes roborassent inde annuntione ad ipsos fratres. Deinde uenit de columbria et de monte maiore de illo seniore aluazir cum isto recapito posuerunt diem de concilio in sancto petro in arauca VII idus decembris era M CXXVIII ubi conuenerunt aba domno eximino de sancti iohannis de ripa durio subtus mons aratus et aba sisnandus de monasterio randulfi et de monasterio fraxino et de monasterio arianes et prepositus et iudex domno suario de monasterio palatiolo et aba domno didago de sancto petro idem de arauca et iudex iusto dominiqui de arauca et ipsa domna guntina et heredibus suis de parte de ipsa ecclesia et filii multi bonorum hominum et totum concilium de arauca et recemondus qui est uigario de aluazir et de cidi fredariz. et miserunt fidiatores de amborum parte et asseruit godino presbitero in uoce de illo testamento et asseruit loueredo in uoce sua et de suos heredes supradictos. Et iudicauit eos iusto dominiqui iudex de arauca que dedisset ipse godino III<sup>or</sup> fratres de sancto petro et quatuor homines laici hereditatores de arauca et iurassent ipsa ecclesia sicut et iurarunt illic in sancto stephano adefonso frater gauinus frater pelagius frater fridixilo frater ascarigu iannardiz trastemiro euoriquiz menendo felix suario odorizi IIII nonas ianuarii era M CXXVIII. Obinde ego guntina eriz gauino froilaz loueredo osorio columba plazum et annuntione facimus ad uobis didagu abba et tibi godino presbitero et fratribus de sancto petro ut deinceps amodo quod est II nonas ianuarii era M CXXVIII si ausi fuerimus uobis uel qui in ipso monasterio habitauerit illa medietate de ipsa ecclesia de sancto stephano de ribulo mollides inquietare uel extraniare quolibet modo per supposita aliqua tam per nos quam potestatis aut per ualentia filii uel nepti uel heredi aut consanguinei uel extranei qui illa medietate uel illa ecclesia sancti stephani de ipso monasterio extraniare uel temerare presumpserit quisquis ille fuerit que pariat uobis aba didagu uel ad ipso monasterio uel qui uocem eius pulsauerit X talenta auri et ipsa ecclesia duplata et iudicato alio tantum ad quem illa terra imperauerit et ad ipso monasterio ipsa ecclesia seruitura permaneat per infinita secula amen. Guntina gauino loueredo osorio columba uobis didagu aba et godino presbitero et ad omnibus fratribus de ipso monasterio sancti petri in hoc plazo manus nostras ro+++++m—s.

Qui preses fuerunt pro (?) test. Petro test. trastemiro test. teton test. baltario test. Godinus presbiter notuit.

*In tergo.*

In ipsis temporibus mandantes arauca odorio telliz uigario eius uimara gondesindiz. Aluaro telliz uigario eius menendo odoriz. Guntina eriz uigarios eius aluitu didaz petro rodoriguiz.

---

DCCXLVII

*Pactum venditionis fundi in villa de S. Thomé, agro quodam illi adjecto. Charta autographa, ad Conventum monasticum, da Graça dictum, Conimbricensem pertinens, in Publico custoditur Archivo.*

1091

In nomine domini nostri ihesu christi ego famulus dei farega et goacino et speciosa genitus ioacino et speciosa in domino deo eterna salute Amen. Ideo plagui nobis per bone pacis et uolumtas non per uim e metum extorsa set probias nostras uolumtas accepsit ita ut facimus ad uobis domno gundisaluo prolis luz et ad uxori uestra domna unisconi prolis osorediz karta uenditionis et scripture firmitatis de ereditate nostra probia que abemus de parte de patre nostro ioacino et matre nostra speciosa que abuerunt illa de ganamtia etiam et de conparatura in uilla sancti tome subtus mons cordoua discuremtem ribulo auizella terridorio portugalemsis et abe iacemtia in apetradoo ipso kasal per sua clausura con sua kasal et con sua ediuicia et con tota sua plestantia como extrema per ille corago per ubi discure illa aqua et aditcimus ibidem ipso petazo de illa agra per suos marcos ad integro con sua aqua abeatis uos firmiter et omnis posteritas uestras de nos et de posteritas nostras iuri quietum in perpetu abitura sedea de iure nostro abrasa et i..... uestro sit tradita aque confirmata pro in temporibus seculorum euo perene pro que accepimus de uos in pretio L<sup>a</sup> solidos tantum nobis bene conplaguit et de pretio abut uos non remansi in deuitum. et si aliquis omo ueneri uel uenerimus ad inrumpendum karta uendicionis et nos ad iudicio deuindigare non potuerimus pos parte uestra aut uos in uoces nostras que pariamus nos ad uos ipsum que in karta resona in dublo uel tripo et iudigato notum die eri XII<sup>o</sup> kalendas februarii. Era T C XXVIII. farega ioacino speciosa in anac (*sic*) karta uenditionis manus nostras rouora+++uimus. pro testes dauid test. — meendo test. — astrufo test. — sesnando test. — ermiario notuit.

---

DCCXLVIII

*Pactum venditionis partium quarumdam praedii in loco de Peraza a ecclesia, ibi sita illis adjecta, agelloque excluso. Charta autographa, ad Monasterium Morariense pertinens, in Publico extat Archivo.*

1091

In dei nomine ego pinolo ouequizi in domino deo eterna salute Amen. Ideo placui mici per bona pacis et uolumtas nulos quoque gentes imperio nec suadentis artigulo neque partimeixetis metum sed propria mici ascesit uolumtas ut facere ad uobis gumzaluo gutierizi et uxor tua geluira gumzaluizi sicut et facio kartula uenditionis et firmitatis de ereditate mea propria quos abeo de susceptione auiorum et paremorum meorum et abe iacentia ipsa hereditate in loco predicto quos uocitant perazi subtus mons benidoma discurrente riuulo sausa terridorio portucalense. do aque concedo a uobis de ipsa ereditate quarta intrega exceptis ipsas lareas de fora que deram ad arias fasilazi et de ipsa alia quarta de mea auola domna ibrili tertia intrega cum sua ecclesia. do ad uobis illa ab intrego per suis locis et uicos et terminos antigos per ubi illa potueritis inuenire cum quanto in se obtine et ad prestitum ominis est. Pro que accepimus de pretio uno kaualo roselo in centum solidos tanto mici bene conplacui et de pretio apud uos nicil remansit in deuitu. Ita ut de odie die uel tempore sit ipsa hereditate de iuri meo abrasa et in uestro iure sit tradita atque confirmata. abeatis uos illa firmiter et omnis posteritas uestras iuri quieto temporibus seculorum. quis tamen quod fieri non creditis et aliquis homo ueneri uel uenerimus cumtra hanc kartula uenditionis et firmitatis ad inrumpendum que ego ad iudicio deuendicare aud autorcare non potuerimus aud noluerimus aud uos in uoce nostra quomodo pariemus a uobis ipsa hereditate dublata uel quanto ad uobis fuerit melliorata et uobis perpetu abitura. Facta kartula uenditionis et firmitatis die eri XIII ka-

lendas aprilis. Era millesima c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> Ego pinolo quequizi in hanc kartula uenditionis et firmitatis manus mea r—o—u—o—raui—.

rodorigus abba quos uidi — gartia gumzaluizi quos uidi — suario menendiz quos uidi — gumzaluo gumdesindizi quos uidi.

egas tructesindiz test. — uermudo ordoniz test. — fernando sandiniz test. — menendo ordonizi test.

## DCCXLIX

*Singulari testamento, fratres duo Monasterio S. Joannis (de Pendorada) partes quasdam praediorum, locis nobis incertis sitorum, legant. Charta autographa, in tabulario ejusdem monasterii ab antiquo asservata, in Publico Archivo extat.*

1091

In nomine domini nostri ihesu christi et indiuidue trinitatis. Duuim quidem non est set multis manet in ueritate cognitus hac notisimus eo quod ego Ioane prolis randizi una cum meo germano sunila randizi pro remedio animas nostras facimus testamentum de nostra hereditate ad obitu nostro ad aulam baselize sancti ihoanis batiste qui est sumdato in riba durio ad radize montis aratri discuremtis flumen durio urbis anegia territorio portugalemsis. et fuerunt ipsa ereditate de paremorum nostrorum siue auiorum et aue ipsa ereditate iacencia inter sancta christine et conrentes de agro que uocitant carbaliuso quarta porcione et super sancta christine de agro de quardo quarta portione.

Facta series testamenti sub regis adefonsi principis et tocius spanie inperatoris et petrus arceepiscopus sedis eglesie bragalensis Notum die erit xm<sup>o</sup> kalendas magii. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxviii.<sup>a</sup> Ego ioane prolis randizi et sunila randizi in hanc series testamenti coram testibus ad roborandum manus nostras tradimus et ecclesie ipsius domum iam superius dictum sancti ihoanis batiste adsignauit et ro++uorauit. qui preses fuerunt

Frater martinus conf. — Aluitu conf. — Elias conf.

aluitu sesmirici testis — Aluitu salamiric testis — Moniu aluitizi testis.

Petrus archiepiscopus conf. — Frater Didacus conf.

Adaulfu presbitero notuit

## DCCL

*Ex Livro Baio-Ferrado descriptissimus.*

1091

## Karta de ecclesiola

In dei nomine. Ego sindino ansoloniz placuit mihi per bona pacis et uoluntas ut uenderemus uobis suario fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz cognamento auria kartulam uenditionis sicut et facimus de hereditate nostra propria quam habeo in uilla ecclesiola in illo auteiro de parte auorum meorum et parentum meorum et fuit de matre mea. Do uobis integro per ubi illam potueritis inuenire per suos terminatam terminos cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est ita ut ab hac die sit de iure meo et dominio abrasa et in uestro tradita atque confirmata. Habeatis uos illam firmiter et omnis posteritas uestra iure perpetuo seculis seculorum. Quod si quis homo contra hanc cartam ad infringendum uenerit tam de meis propinquis quam de extraneis siue ego quod minime credo et ego in concilio deuendicare et uestre parti concedere non potuoro (*sic*) aut noluero aut uos in mea uoce quomodo reddamus uobis ipsam hereditatem duplatam et quantum a uobis fuerit melioratam. Facta carta uenditionis pridie nonas maii. Era m. c. xxviii. Ego sendinus ansoloniz illam propria manu roboro. Qui uiderunt. Ederonio test. Aluitu test. Pelagius test. Menendus notuit.

\* Quaedam verba, rasuris abolita, hic desiderantur.

## DCCLI

*Pactum venditionis praedii cuiusdam prope villam de Pousada. Charta autographa ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1091

In dei nomine ego santola ideo placui michi asto anima et pronta mea uoluntate ut per scripti facio ad uobis didago eitaz et uxor uestra ermesenda carta et scriptura firmitatis de ereditate mea que abeo iusta uila pousada. inprendese in pausada et fere in illa riba super casa de santola. damus ad uobis ipsa eritate ad intrego et accepio de uos precio XIII modios tanto nobis bene complacui et des odie die de meo iure sedea rasa et in uestro sedea tradita. et abeatis uos firmiter et homnia posterita uestra usque in temporibus seculorum. et si aliquis homo ueneri uel uenerimus contra hanc carta intrupendum que nos ad concilio deuendicare non potuerimus au uos in uoce nostra comodo paria ipsa ereditate dublata et ad iudice suo iudicato. subtos monx lagauzolos teritorio uargano discurrente flumen dorio. facta karta et scriptura firmitatis notum die quod erit VIII idus maias. Era TC<sup>a</sup> XXVIII.<sup>o</sup> santola (?) ad uobis didago eitaz et uxor uestra ermesenda in anc karta manus mea ro+.

qui preses fuerunt pelagio test. monio test. oderio test.  
Toderedus Notuit.

## DCCLII

*Ex Livro Baio-Ferrado sumpsimus.*

1091

**Karta de nogeira**

In dei nomine. Ego odorio gundisaluic uobis suario fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz cartulam uentionis de hereditate mea propria quam habeo in uilla ecclesiola in illo auteiro subtus monte sagittela discurrente riuulo arrugios ipsos de ecclesiola territorio portugalensi do uobis ipsam hereditatem in loco iam dicto quam mulier mea ibi habuit nomine raniuerta cognomento bona et dedit illam mihi pro qua dedit ego ad illam portionem de meis caballis quos ego uendidi in suo iuditio. et concessit illa mihi ipsam hereditatem in uita et in morte et ego do uobis quantam in illo auteiru habuit raniuerta mea mulier tam de auis suis quam de sua gaantia pro pretio quod a uobis accepi duos modios milii et unam capam nigram tantum nobis complacuit et mihi recipere et uobis dare et de pretio aput uos nichil pro dare rremansit. Habeatis illam uos et omnis posteritas uestra cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est per ubi illam potueritis inuenire suis terminatam terminis antiquis ac nouis. ita ut ab hac die et tempore sit de meo dominio abrasa et in uestro confirmata in perpetuum. Si uero aliquis homo uenerit uel uenero tam de meis propinquis quam de extraneis qui hanc kartulam infringere querat et ego in concilio deuendicare non potuero aut noluero reddam uobis aut uocem uestram tenenti ipsam hereditatem duplatam et quantum a uobis fuerit meliorata. Facta carta uentionis sexto idus maii. Era M. C. XXVIII. Odorius gunsaluiz qui hanc cartam scribere iussi manu mea roboro. Pro test. recemundus test. Eirigu test. Petrus test. Gudinus notuit.

## DCCLIII

*Gundisalvus Cidiz bonorum quae trans citraque Durium possidebat Monasterio de Leça legat. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1091

**Carta testamenti**

In nomine genitoris genitis simulque ambobus procedens spiritus sanctus qui est trinus in unitate et unus in deitate que uniuersa colligitur creatura qui famulantur uniuersa celestia deseruiunt eciam terrestria ad cui imperiunt (*sic*) ueniunt maria ad quod creata sunt omnia qui ante mundi constitutionem deposita qui omninem ex limo plasmanit et in finem seculorum formans seruit (*sic*) adsumpsit per passionem proprium sanguinem humanus de morte redemit et postea in gloria resurrexit et misit sanctos apostolos suos predicare euangelium in uniuersum mundum et fidem catholicam confirmauit credentes in eum non reliquid ex quibus noster unus zebedei filius espannia sortiuit et de tuis reddas fructum in diem iudicii domini nostri. Ideo ego famulus dei gundisaluo prolix cidi ermesenda audiens scriptura diuina oracula adinplendum aliquantulum cupiens omnipotentem deo eterno puris mentibus de quo nobis adtribuis reddere ueni per spiraculum cordis nostri et pro remedio anime nostre sub tuo sanctum nomine eximie trinitatis facio testamento in honorem sancti saluatoris sancta maria uirginis lignum sancte crucis et omnem corum apostolorum corum reliquias constructa sunt per manus ipse abbas domno guntino facimus ad ipse monasterio que fundadus in uilla quos uocitant rekaredi discurrente ribulo leza subtus mons custodias territorio portugalensis. damus ad ipse loco de leza supra nominato de omnia mea hereditate quantaque abeo siue de parentela siue de ganancia quinta integra siue aaquende doiro siue aalende doiro et in adaphreleis siue de omnia mea quanta que abeo uel adhuc autmentare potuerimus. Do atque concedo ad ipso loco supra nominato ad seruiendo pro tolerancia fratrum uel monacorum per manus de ipse abbas supra nominato ut habeant et possideant por (*sic*) parte confessionis et non sedeant licitus illius uendere nec donare non in scriptura aliena mittere nisi teneant illas sanas et intemeratas post parte ipsius locus sancti saluatoris et post parte confessionis. Et si quis homo uenerit uel uenerimus filii aut nepti aut aliquis de ex sanguinibus meis quis hunc factum nostrum irrumpere voluerit frangat illi deus ad audacia sua sedeat excommunicatus et ad corpus domini nostri ihesu christi sic separatus in in (*sic*) profundus et cum iuda traditore habeat participium in eterna dampnacione et propter dampna secularia pariet post parte rex qui illa terra imperauerit u<sup>o</sup> auri talenta et hunc factum nostrum semper plena obtineat firmitate et robore in perpetuo. Facto seriens carta testamenti die erit xiii<sup>o</sup> kalendas iunii. Era M. C. XXVIII. Gundisaluo in hanc seriens testamenti manu mea roboro+. Qui presentes fuerunt — Pelaio conf. — Petrus presbiter conf. — Iohannes presbiter conf. — Menendo presbiter conf. — Gundisaluo presbiter conf. — Pelaio diaconus conf. — Menendo test. — Sando test. — Gundisaluo test. — Maurigo test. — Daniel presbiter notuit.

## DCCLIV

*Quaedam mulier ecclesiae episcopali Conimbricensi dimidium pomarii dumetique, loco nobis incerto, legat. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis hausimus.*

1091

**Testamenti series**

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Hec est carta testamenti quam ego donna filia egas scribere iussi sedi sancte marie colinbrie ciuitatis de pomerio meo quod est obitum meum ei adtesto similiter et de inculo que mihi pertinet id est medietas cum introitum et exitum in uilla sita iuxta montem nomine os. terminaciones uero illius he sunt. In oriente et meridie predictus mons exceptis illa medietate pomerii quod iam diuidimus in uita nostra et pertinet filiis meis In occidente et in septentrione padul. Hoc feci sana mente et integro animo nulla persuadente pro remedio anime mee ultimum diem timendo Ita ut ego uiuens eam teneam in mea potestate et post obitum meum liberum nullo herede contradicente sedi predicte permaneat. Igitur quod si ex filiis siue alienis aliquid de quo supra aliquis ad irrumendum accesserit quantum auferre temptauerit tantum predi-

*D. et C. Tom. I.*

113

cte sedi componat dupliciter iudici quoque similiter In primis quidem sit excommunicatus et a christi fide separatus et hoc testamentum in suo robore permaneat. Facta carta testamenti vi idus iunii. Era m. c. xxviii. Postquam scripsi eam roboraui et cum propria manu mea signa hec fec*+i* et idoneos testes infra nominatos ad eam roborandum tradidi.

Maruan menendiz test. — Truitesendo truitesendiz test. — Aurion marequiz test. — Martino atomat test. — Simon fortunii test. — Gundisaluus test. — Pelagio eriz test. — Iohanne quintalaz test. — Petrus notuit.

## DCCLV

*Gelvira Pelaizi Monasterio S. Joannis (de Pendorada) quamplurima praedia omniaque alia bona sua testamento legat. Charta autographa ad idem Monasterium pertinens, in Publico custoditur Archivo.*

1091

In nomine domini nostri ihesu christi et indiuidue trinitatis. Duuim quidem non est sed multis manet in ueritate cognitus hac notissimus eo quod ego geluira prolix pelaizi pro remedio anime mee facio testamentum de mea hereditate ad ouitu meo ad aulam baselice sancti iohannis baptiste qui est fundato in ripa durio a radice montis aratri discurrente in flumen durio urbis anegia territorio portugalensis. et fuerunt ipsas hereditates de parentorum meorum siue auiorum et habent ipsas hereditates iacentias in loco predicto id est in parata mea quinta in logefrei mea v<sup>a</sup>. sunt istas hereditates territorio sause et territorio ferraria in moreirola mea v.<sup>a</sup>. Et sub urbis cellorico et territorio bosto in sancta maria de auteirio mea v<sup>a</sup> et in lamazales mea v<sup>a</sup> et in agro rotundo mea v<sup>a</sup> et in raiales alia quinta et in penna rotunda alia v<sup>a</sup> et de bustello alia v<sup>a</sup> et de badim alia v<sup>a</sup> et ad fontes uno linear que dedit michi meo patrino annay pelayzi et trastamize in heerosa alia quinta. et ipsas hereditates siue laycas comodo et aecclesiasticas et omnia mea rem que abuero ad ouitum meum contestor ad ipsius domum iam superius nominatum. et ipsas hereditates cum quantum hominis in eas est et quod per suis terminis et locis antiquis exitum accessum uel regressum abeant illas fratres et monacus qui ibi fuerint et regulam sanctam tenuerint. et siquamuis in peccatis ipsum locum iam superius nominatum in partione peruererit habeant licentiam ipsos fratres qui ibi fuerint apprehendere ipsum testamentum portent secum ubi regulam sanctam tenuerint de ipsum locum. Siquis sane mentis non crediderit aliquis homo uenerit tam de propinquis meis quam de extraneis contra hunc factum meum ad intrupendum quomodo pariet post parte ipsius testamenti o solidos quodquattuor exsolueret et ad aepiscopum cuius diocensem pertinet ipsum testamentum dublatum uel tripatum conponat et imperatori terrae reddat aliud tantum et iudicatum et tamdiu ipse presumpsor a corpore et sanguine christi sit secretatus quamdiu persteterit in tam grande facinus. Facta series testamenti sub regis adefonsi principis et totius spaniae imperatoris et petrus archiepiscopus sedis aecclesie bragarensis. Notum die erit xmo kalendas iulias. Era m. c. xx. v.<sup>a</sup>. Ego geluira prolis pelayzi in hanc series testamenti coram testibus ad roborandum manibus meis tradidi et aecclesiae ipsius domum iam superius dictam sancti iohannis baptiste adsignauit et ro+uorauit.

Qui preses fuerunt — Gotinus monacus conf. — Andulfus monacus conf. — Egas moniizi conf. — Garsea aluitizi conf. — Didagu eitazi conf. — Moniu eitazi conf.

Didagu dononizi conf. — Mighaelis monacus conf. — Ermigio conf.

Gundisaluo testis — Iohanne test. — Sisnandus test.

Petrus archiepiscopus conf.

Iohannes notuit.

DCCLVI

*Ex Livro Baio-Ferrando descriptissimus.*

1091

**Karta de draguncelli**

Placuit mihi ragui ramiriz et mihi ruderico gunsaluiz per bona pacis et uoluntas integro animo et spontanea uoluntate nulla coacti necessitate ut facerem cartam de incommuniatione uobis suario fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz de medietate nostrarum hereditatum propriarum quas habemus ego ragui de comparado et ego rodericus ex parte auorum et parentum meorum et de comparado. et iste hereditates iacent in uilla draguncelli subtus monte de pena discurrente riuulo feuerus territorio portugal super illam stratam habet iacentiam. damus et incommuniamus medietates de illis hereditatibus uobis ex integro ubicumque illas potueritis inuenire suis terminis et locis antiquis ac nouis terminatas cum quantum in se obtinent et ad prestitum hominis est Quomodo ex parte cum sexusilo et in atiqui et de altera parte cum uilla plana et cum ordoni ut nos defendatis cum nostris medietatibus in quantum uos potueritis et faciatis adiutorium prout potueritis. Ideo damus uobis istas nostras hereditates. Habeatis illas uos et omnis posteritas uestra ita ut ab hac die et tempore sint ipse hereditates de iure nostro abrasta et in uestro iure et dominio sit tradita et confirmata iuri quieto temporibus seculorum. Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus tam nos quam de propinquis nostris siue extraneis contra hanc cartam ad inrumpendum et nos in concilio defendere et uobis concedere non potuerimus uel noluerimus uel uos. in uoce nostra conponamus uobis ipsas hereditates duplatas uel quantum a uobis fuerint melioratas et iudicatum. Facta karta incomuniacionis et firmitudinis m<sup>o</sup> kalendas iulii. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xx.<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> Ego ragui ramiriz et ruderico gunsaluiz hanc cartam manibus nostris roboramus. Qui presentes fuerunt. Odorius test. Egas test. Froila test. Aluitus test. Pelagius notuit.

DCCLVII

*Partem quintam omnium bonorum immobilium, quae in villa de Rial de Suso possidebat donat Godinus Sisnandiz Monasterio de Leça. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsumus.*

1091

**Carta testamenti**

Domnis inuictissimis ac triumfatoribus sanctisque martiribus sanctorum martirum sancti saluatoris et omnium apostolorum sancte marie uirginis cuius basilica fundata est in loco predicto monasterio leza subtus mons custodias territorio portugalensis. Obinde ego famulo dei godinum sisnandiz continuo indigno et peccatore damus atque concedimus ad ipsum locum iam supernominatum v<sup>a</sup> de mea hereditate quam habui de abiorum meorum siue de comparadela in uilla quam uocitant rial de iusanum iuxta ipsa hereditate de diago truitesendiz siue de meo ganato v<sup>a</sup> integra per illa potueritis inuenire per suis locis et uicis et terminis antiquis pro remedio anime mee ut si quis tamen quod fieri aliquis homo uenerit generis aud de propinquis meis uel de extraneis qui bunc textum meum temptauerit uel infringere uoluerit in primis sedeat excommunicatus et ad fidem christi separatus et habeat partem cum iuda traditore et pariat ipsa hereditate post parte de ipso monasterio duplata insuper et duo auri talenta et iudicato et ad ipsum principem qui ipsa terra imperauerit gudinum ad hunc testum plenum semper habeat firmitatem. Facta seriens testamenti notum die quod erit m<sup>o</sup> kalendas iulias. Era m. c. xxviii.<sup>a</sup> Godinum in hac series testamenti manus meas robor+++o.

Sueiro test. — Sisnando test. — Gaudengu manus meas conf. — Froila test. — Diagu test. — Colium sisnando test. — Zalama presbiter quod uidit — Gudu manu mea confirmo — Menendus presbiter manus meas confirmo — Manuel notuit.

Hoc memoramus qui ipsos intercessores ipso monasterio imperauerint qui non faciant ad filios meos corrupto nec filios meos ad illos et quid ausus fuerit ipso testamento irrumpere uoluerit qui pariat in duplo quantum sursum resonat.

## DCCLVIII

*Pactum venditionis agri cuiusdam, in loco Arnado dicto, prope Conimbricam. Charta autographa, e tabulario Conimbricensis Sedis delata, in Publico Archivo invenitur.*

1091

In dei nomine ego pelagio eriz et uxor mea flamula et filio meo iohanne Ideo placuit nobis asto animo et proprias nostras uolumptates ut faceremus uobis martinus prior et ceteris canonicis sedi sancte marie colimbriensi karta uenditionis et firmitatis de illa nostra terra que habemus in illo arenato. Et sunt terminos eius in oriente mea uinea propria pelagi supradictus in occidente flumen mondeco ab aquilone`almunia sedi sancte marie ad meridie area de aluzir. uendimus atque concedimus nos iam nominati illam terram uobis predictus martinus prior et uestris clericis pro que accepimus de uos pretio x solidos argenti tantum nobis bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit. Habeatis illa firmiter omni tempore et si unus ex nobis uenerit ad inrumper hanc scriptura uenditionis ut pariet illa terra dublata et ad dominus terre iudicato. Facta karta vn° kalendas agustas. Era m c xxviii.<sup>a</sup> Pelagius et uxor mea et filio meo manus nostras rouoramus. troitisindo troitisindiz testis. auriol marekiz test. sendinu ansirikiz test. maruan menendiz. iohannes kintilaz test. froila tosariz test. gundisaluus petriz notuit.

## DCCLIX

*Zoleiman, prior, sive abbas, Vaccariciensis Coenobii, cuius inter bona Monasterium de Leça numerabatur, Gutinum hujusce monasterii praepositum in praepositura sua perpetuo instituit, sub conditione ut vaccariciensi priori dimidium omnium reddituum ejusdem monasterii tribuat. Charta autographa, e tabulario Conimbricensis Sedis in Publicum Archivum delata, ibi extat. Verba quae in corrosis locis membranae non legebantur, ex Livro Preto sumpsimus, et nunc litteris italicis, sic dictis, vulgamus.*

1091

Era millesima c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> viii.<sup>a</sup> In dei nomine hoc placitum confirmare inter se elegerunt zoleiman presbiter siliet et prior uaccarize cenobii sancti uincentii et gutinus presbiter et prepositus uidelicet huius predicti prioris de arcisterio leza uocabolo quod est testamentum predicti cenobii uaccarize ut in corum resonat cartis Vt isdem prepositus gotinus iam nominatus possideat teneat firmiterque quod ad usum utriusque uite quantum ualuerit satis agat. Interim uero sciendum est ut hic prepositus nominatus medietatem de omni quod apprestatum fuerit habitum uel ganatum ubicumque potest fieri in nomine et in uoto ipsius monasteri leza intus et foris absque ulla fraude et sine finctione huic predicto priori aut eius uicario susurratione delecta cum pace et securitate donet id autem sepe statutum fuit inter preteritos priores uaccarize et prepositos leze. Idcirco ut diximus et idem prepositus iam nominatus illam alteram medietatem possideat teneat et ut voluerit disponat in edificio uidelicet ipsius monasterii placet ornet ipsam ecclesiam erigat honoret et ipsi priori iamdicto seruiat ut mos fuit et est secundum possibilitatem et defendat illum locum absque ulla fraude secundum posse et sine adolatione et ut ipse prior iamdictus illud monasterium leza a manu istius prepositi nominati absque culpa que in concilio emendari non potest auferre temptet quibus diebus uixerit. et si isdem prepositus aliquid contrarii egerit et culpatus emendare noluerit nec per clericorum capitulum nec per concilium ut careat omni illo monasterio integro contra hoc placitum et sanum et incolome nil inde nec per suo consilio nec aliqua arte alienetur dimittat similiter et prior ipse per uerbum falsum aut mentiosum absque capitulo aduersus hunc prepositum nichil credat et ut diximus post obitum huius. Ego prior iam nominatus zoleiman hoc placitum confirmo tibi preposito iam nominato gutino quemadmodum supra resonat et ego nominatus iam gotinus similiter et adicio post obitum meum ut remaneat illud monasterium integrum et incolome cum omni hereditate et apprestito per seculorum secula in eius iure de leza et uaccariza. et si unus ex eis uidelicet prepositus nominatus hoc placitum exierit ut supra diximus et monasterio careat et centum solidos priori predicto conponat similiter et prior ille predictus quod si hunc prepositum amouere de quo supra resonat temptauerit c solidos ei reddat. notum iii<sup>o</sup> nonas augustas. Hoc placitum manus nostras roborauiimus++.

martinus prior canonice colimbriensis confirmo. Garcias archidiacono confirmo. Erus archidiaconus sedis

conimbricie confirmo. Arias presbitero confirmo. Todemirus diaconus test. Gundesindus diaconus test. Gudino confirmo. Tructesindus test. Pelagio test.

Fromaricus Notuit.

## DCC LX

*Gudinus sive Gudina Menendiz Morariensi Monasterio donat bona immobilia quae in villa de Moreira a patre atavisque hereditario jure ei obvenerant. Charta autographa, ad idem Monasterium pertinens, in Publico extat Archivo.*

1091

Christus. In nomine domini nostri ihesu christi. Ego autem gudinu cognomento menendo salutem in domino ualentem. Magnum est titulum donationis quod nemo potest hactu largitatis intrumpere. Obinde ego placuit michi expontanea mea uolumtate ut facerem textum per scripture firmitatis sicut de omnibus mea hereditate quanta ab eo de parente meo menendo eronizi de abunculis meis que abui in uila moraria totam ad integrum pro remedio anime meae do atque concedo ipsa hereditate cum quantum in se obtine et a prestitum omnis est do ad ipsius loci sancti saluatoris et reliquie que ibi sunt recondite Ao (sic) monacos qui bonos fuerint et uita sancta perseuerauerint ut inde habeant quantulumcumque uictum uel tecumentum et ego a deo accipiam proinde quadam refrigerium. Siquis tamen quod fieri non credo et aliquis homo uenerit tam extraneis quam etiam ex progeniae meae quae hunc factum meum infringere uoluerit In primis sit a coetum omnium christianorum segregatus et excommunicatos et cum iuda traditore in aeterna poena sit condemnatus et anathematus anathema marenela et insuper duo auri talenta ad dominos que illa imperauerint et hunc factum meum semper habeat robore firmitatis usque in seculum seculi. Factum series testamentum die erit vi kalendas setembris. Era T. C. XXVIII.<sup>a</sup> Ego famulo dei gudinu prolis menindo in hac series testamentum manu mea rouoro+.

Abas gelmirus confirmo — gutiere confirmo — frater ariusu confirmo — pelagio confirmo — uermudu confirmo.

froila test. — andufu test. — nunu test. — daui test. — menindo test.  
uermudu notuit.

## DCC LXI

*Pactum venditionis praedii in villa de Cavallões. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1091

In dei nomine ego Geluira prolis ramirizi In domino deo aeternae salutem amen. Ideo placui michi per bona pacis et uoluntas nullum quoque gentis imperium nec suadentis articulo sed propria michi accessit uoluntas ut facerem tibi pelaio gundisaluizi kartula uenditionis de hereditate mea propria que fuit de uiro meo uimara aer-molifici et habet ipsa hereditate iacentia in uilla kaualiones Subtus mons eiras disurrente in riuulo tamice. et accepit de uos precio LXXX<sup>a</sup> modios in quo michi placui et de pretio apud uos nichil remansit in debitum. habeas tu et omnis posteritas tua. Siquis sane mens non crediderit et aliquis uenerit uel uenerimus de genere meo aut de generis ominum qui contra hanc series scripture temptare uel intrumpere uoluerit pariat illi omnia que scripture resonat a partique uestre in dublo uel triplo et iudicatum. et hunc factum meum in robore permaneat. Facta kartula uenditionis notum die quod erit XVI kalendas octobris. In era T. C. XXVIII.<sup>a</sup> Ego geluira prolis ramirizi una pariter cum uiro meo uelasco froilazi a tibi pelaio gundisaluizi in hanc kartula uenditionis manus nostras r++ourauimus.

pro testes — Pelaio test. — Godino test. — Ero test.  
Iohannes notui.

## DCCLXII

*Pactum venditionis vineae in loco Arriel dicto, prope Montemor Velho. Charta autographa, e scrinio Conimbricensis Sedis in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1091

In dei nomine et eius misericordia. Hec est kartula uenditionis quem mihi bene placuit ego iuste filia ex eiza aluanne placuit quoque mihi per bona pacis et uolumptas mea ut uendere ad uos domno episcopo nomine iohanne sicut et uendui ea uinea mea que ago in ciuitate montemaior in locum predictum id est arriel et habet iacentia ad parte oriente uinea de meo iermano nomine abdirrahmen et ad parte occidente uinea de mea iermana nomine marie que est mulier de petro anagildiz et ad parte aquilone via publica. et accepi de uos pretium quod mihi bene placuit id est x solidos argenteis ab moneta domno adefonsi regis et de pretium apud uos nichil remansit ita de odie die de mense setember in era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xx<sup>a</sup> viii<sup>a</sup> ut sit de iure meo abrasa et in iure uestro confirmata. Habeatis illa uos hauitura per ra (sic) perpetim et habeatis ea et secundum uoluntate uestra inde faceatis. Et si unum ex mea posteritate aut de mea gente uel aliquis generis homo aut ego meipsa ad hanc kartulam intrumpere uenerimus et aucturgare non potuerimus dicimus ut pariemus ad uos domno episcopo similiter et ad quem uos ea hereditaris pariemus illa uinea dublata et ad iudice suo iudicato. Ego uero iuste supradicta que hanc kartula iussi conligare et cum idoneis testibus confirmare et manus mea rouoraui et signum hoc feci+, que aderant nomine eorum hec sunt. aluitu cidiz testis pelaio patriz testis dauiz testis pelaio ordoniz testis ioan ioannes testis domno zekerie iermano de domno midu quos uidi et audiui. zuleimen notuit.

## DCCLXIII

*Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis sumpsimus.*

1091

**Venditio uineae que est in ariel in montemaiore**

In dei nomine ego eiza aluanne placuit mihi per bona mente et propria uoluntate ut facerem cartam uendicionis uobis episcopo domno iohanni sicut ei facio de uinea mea propria quam plantauerunt manus mee in loco qui dicitur arriel iuxta ciuitatem montis maioris ad orientem subtus monte molinus securus flumen mondecum sicut eam coram uobis testibus adsignauit per suos terminos sicut est cognita multis iuxta uiam que dicit ad ciuitatem. et accepi de uobis pro illa xxxx<sup>a</sup> solidos argenti. Similiter et ego maria iben eiza uendo uobis episcopo domno iohanni meam partem de ipsa mea uinea supradicta quanta inde uenit mihi in porcionem inter meos germanos de parte matris mee que illam edificauit cum patre meo in ipso loco iam dicto arriel. et accepi de uobis precium decem soldorum Tantum nobis bene complacuit et de precio apud uos nichil remansit. Habeatis uos illam et faciatis de illa que uobis placuerit. Si uero aliquis de propinquis nostris aut de extraneis uos pro illa calumniari temptauerit et nos eam in iudicio deuindicare non potuerimus pro parte uestra aut uos in uoce nostra pro parte uestra pariemus uobis illam duplatam et quantum ibi a uobis fuerit melioratum et semper uos illam habeatis. Facta est carta uendicionis m<sup>r</sup> idus octubris in era r.c. xxviii. Nos supradicti eiza et filia mea maria propria manu cartam istam roborantes fecimus hec sig++na. Qui presentes fuerunt. Aluazir dominus martinus presens adfuit — Petrus anagildiz confirmo — Notarius christoforiz test. — Gotinus test. — Erus cidiz test. — Dominicus qui et nuzeiz test. — Froia georgii test. — Menendus petriz test. — Iohannes iben eiza conf. — Martinus petriz test. — Plagijs scripsit.

## DCCLXIV

*Flamula Gomiz fundum in loco Todesindes, sic dicto, situm, dimidiumque praedii prope ostium fluminis Feveros Monasterio S. Joannis (de Pendorada) sive legat, sive donat. Autographa duo hujus donationis, e scrinio ejusdem monasterii delata, in Publico Archivo inveniuntur. Cum alterum alterumque exemplar eodem aero scripta videantur, ex uno textum, ex alio lectiones varias perhibemus. Verumtamen ampliorem donationem fictam esse posse non adversamur.*

1091

In nomine domini nostri ihesu christi et indiuide<sup>1</sup> trinitatis. Duuim quidem non est sed multis mane in uerite<sup>2</sup> cognitus hac notissimus eo quod ego flamula<sup>3</sup> prolis<sup>3</sup> gomize<sup>3</sup> facio testamentum de mea hereditate et de meo ganato ad aulam baselice sancti iohannis baptiste<sup>4</sup> et aliarum reliquiarum quorum ibi sunt recondite qui<sup>5</sup> est<sup>5</sup> fundato<sup>5</sup> in<sup>5</sup> ripa<sup>5</sup> durio<sup>5</sup> a<sup>5</sup> radice<sup>5</sup> montis<sup>5</sup> aratri<sup>5</sup> urbis anegia territorio portugalensis. et<sup>6</sup> habent<sup>6</sup> ipsas<sup>6</sup> iacencia<sup>6</sup> in terrio pannonicarum in loco nominato in<sup>7</sup> todesindes<sup>10</sup> kasale<sup>8</sup> subtus mons<sup>9</sup> campelana et alio casale in ripa durio in<sup>10</sup> foce<sup>10</sup> de<sup>10</sup> feueros<sup>10</sup> medietate<sup>10</sup>. et<sup>10</sup> si<sup>10</sup> kalumniauerint<sup>10</sup> illud<sup>10</sup> uobis<sup>10</sup> pro<sup>10</sup> testamento<sup>10</sup> de<sup>10</sup> palumpario<sup>10</sup> dent<sup>10</sup> uobis<sup>10</sup> illud<sup>10</sup> meo<sup>10</sup> quod<sup>10</sup> ego<sup>10</sup> illis<sup>10</sup> testo<sup>10</sup> de<sup>10</sup> sala<sup>10</sup> et una pelle azingeue in precio de illud<sup>11</sup> bibliotegam<sup>11</sup> et medietate de meas<sup>12</sup> uacas<sup>12</sup> et de<sup>13</sup> pane et uino quomodo iam scripsi<sup>14</sup> habeatis uos illas<sup>15</sup> per<sup>15</sup> suis<sup>15</sup> terminis<sup>15</sup> et<sup>15</sup> locis<sup>15</sup> antiquis<sup>15</sup> cum<sup>15</sup> quantum<sup>15</sup> in<sup>15</sup> se<sup>15</sup> obtinent<sup>15</sup> et<sup>15</sup> apres- titum<sup>15</sup> est<sup>15</sup> pro<sup>15</sup> remedio<sup>15</sup> anime<sup>15</sup> meae<sup>15</sup> ut<sup>15</sup> me<sup>15</sup> semper<sup>15</sup> in<sup>15</sup> mente<sup>15</sup> habeant.<sup>15</sup> Siquis sane mentis non crediderit aliquis homo uenerit tan de propinquis meis quam de extraneis qui hunc factum meum inrumpere quesierit quomodo pariet post<sup>16</sup> partem istius testamenti<sup>17</sup> solidos quodquattuor exsoluere et ad aepiscopum cuius diocensem pertinet istum testamentum dublatum vel tripatum componat et imperatori terre redat<sup>18</sup> aliud tantum et iudicato. et tandiu ipse presumtor a corpore et sanguine christi sit segregatus quandiu persisteret in tan grande facinus. Facta serieres<sup>19</sup> testamenti sub adefonsi principis et totius spanie imperatoris et petrus archi-aepiscopus aeclesiae bragarense notum die eri viii kalendas decembris. Era m<sup>a</sup>c xxviii.<sup>a</sup> Flamula prolis gomize coram testibus ad r+borandum manibus tradidi et<sup>20</sup> aeclesiae<sup>20</sup> sancti<sup>20</sup> iohannis<sup>20</sup> baptiste<sup>20</sup> adsignau<sup>20</sup>.

Seniarigus<sup>21</sup> aba<sup>21</sup> conf.<sup>21</sup> — Gomize<sup>21</sup> ueniegas<sup>21</sup> conf.<sup>21</sup> — Aluitu gunderiquiz conf. — Petrus monachus conf. — Seniarus<sup>22</sup> monachus conf. — Petrus monachus conf.

Gundisaluus conf. — Tellus monachus conf. — Seniarigus<sup>23</sup> conf.<sup>23</sup> — Petrus<sup>23</sup> conf.<sup>23</sup>

pro<sup>23</sup> testes<sup>23</sup> — Moderigu test. — Louesindo test. — Fagildo test.

Michaelis<sup>21</sup> scripsi.

1 indiuide

2 ueritate

3 famula dei flamula prolis gomice

4 baptiste siue et euangeliste sancti salvatoris et sancte marie semper uirginis

5 et a domnus eximinus et ad suo frater. et est ipso loco fundato a radice montis aratri in ripa durio

6 contesto ibi pro remedio anime mee uno kasal

7 deest

8 deest

9 deest

10 de sala mea ratione integra id est imm<sup>a</sup> per ubi illam potueritis inuenire per suis terminis et locis antiquis

11 illum librum

12 illas uaccas

13 deest

14 scripsi in ipsa noticia de palumbario

15 et fratres qui regulam et uiam monasticam obseruauerint et ipsum locum in boni testimonii persisteret et si diuisum fuerit licenciam habeatis super illum ubique fueritis ut me semper in memoriam habeatis et filiis aut propinquis qui eum obseruauerit et adiutor fuerit adiunet eum deus omnipotens super cunctos homines ..... habeant roborem.

16 deest

17 quingentos

18 reddat

19 series

20 haec desunt

21 Qui preses fuerunt — Gomice ueniegas conf. — Seniarigus aba conf.

22 Seniarigus

23 desunt

24 Michaelis

## DCCLXV

*Descripsimus ex libro regestorum Monasterii Araucensis qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins prae se fert.*

1091

**Carta de hereditate quam habet monasterium in Moldes termulo de Arouca**

In temporibus adefonsus rex et in presentia aluazir domno sisnando. Dubium quidem non est sed multis certum et notissimum manet in ueritate eo quod orta est intentio inter fratres de sancto petro de arauca et uimara gondesindiz et suos heredes ramiro didaci et suos heredes teton tetoniz et suos heredes de parte de quinta

de hereditate de casal de miron de uilla froilanes. inuenerunt ipsos fratres quinta de illo casal cum sua hereditate in testamento de ipso monasterio et habuerunt inde cum ipsos intentores superius nominati barallias et altercationes ante illo iudice in arauca iusto dominiquizi. et peruerentur inde ad concilium hic in uilla froilanes ante illo iudice iusto dominiquizi et gauino froilaz et recemondo qui erat uigarior de aluazir et de cidi redariz et uigarios de domna guntina et de odorio telliz et de aluaro telliz et multi filii bonorum hominum de arauca et totum concilium de ribulo mollides. et asseruit gudino presbitero ipso testamento et asseruit uimara gondesindiz in uoce sua et in uoce suos heredes et iudicauit ipse iudex ut dedisset ipse godino presbitero iii fratres de ipso monasterio et firmassent v<sup>a</sup> de ipso casal cum sua hereditate quia erat ueritas per testamento de ipso loco sancti petri sicut et iurarunt adefonso frater gauino frater fridixilo frater sissando frater vii idus decembbris Era m<sup>a</sup>c xxviii. Obinde ego uimara gondesindiz et heredes mei teton tetoniz et hereditarii mei ramiro didaz et heredes mei plazum et annitione facimus ad uobis didagu abba et tibi gudino presbitero et fratribus uestris de sancto petro ut deinceps amodo quod est n<sup>o</sup> nonas (*sic*) Era m<sup>a</sup>c xxviii si ausi fuerimus ad uos uel qui in ipso monasterio habitauerit ipsam v<sup>a</sup> de ipso casal cum sua hereditas extraniare uel temerare presumpserit per qualibet modo tam nos quam ex propinquis uel extraneis uel quislibet generis homo quisquis ille fuerit qui hoc temptauerit pariat uobis supranominati uel qui uocem monasterii pulsauerit x talents auri et hoc quod in testamento resonat ipsa v<sup>a</sup> de ipso casal duplata et ad partem imperatoris iudicato alio tantum. et ipsa hereditas firmiter ad ipso monasterio seruitura permaneat per omnia secula. Vimara gundesindiz una cum heredes mei teton tetoniz similiter ramira didaz similiter cum meis heredibus in hoc plazum et annitione manus nostras ro++mus. Qui preses fuerunt pro test. menendo test. froila test. anserigu test. balterio test. Godinus presbiter notuit.

## DCCLXVI

*Conjugio inito a Sendamiro Cidiz et Seniore Eriz, sponsi fidejussores obligationem contrahunt numeratam pecuniam uxori solvendi, si vir conjugialis foederis conditiones sponsaeve jura quomodocumque infringat aut excipiat. Charta autographa, olim in tabulario Petrosensis Monasterii servata, in Publico Archivo invenitur.*

1091

**Semdamiru cidiz plazo ligale**

Christus. Nos fidesetusores que sumus de semdamiru plazo ligale facimus ad tiui senior eriz Era m<sup>a</sup>c<sup>a</sup> xxviii<sup>a</sup> que sedea tigu per directu coniumgio et exconduga te per via bona comodo alias uiros bonos suas bonas uxores solent facere et tu mizi seruicio con fide et ueritate et non leixe te pro alia mulier nec sine mulier in nulis temporibus et quantum ganarmus et criarmus et plantarmus et ad nobis potuerimus adligare per medio abeamus et insuper mediatate de ereditate de sendamiru sendamiriz et de alia mediatate non cabiam in illa filios de alia mulier. sunt ipsos fides prenominados sendamiru iamiz L solidos iamu frogaz xxv solidos suo iermano suario frogazi xxv solidos iamu iurgiz xxv solidos ero .....niz xxv solidos et si minime fecerit is.....zo exierit parent isto que in ipso placito resonat ad dona senior et ad qui sua uoze pulsauerit et iudicato. et rouorant ipso placito ad dom nunu prolis eriz. nos prenominados semdamiru et iamu et suario et alio iamu et ero in oc plazo manus nostras rouorauimus+++++.

qui preses fuerunt Ero testes suario testes Goncaluo testes alefonso testes Goncaluo presbiter notuit.  
Cresconio confirma.

## DCCLXVII

*Pactum venditionis partis praedii in villa de Pindello. Charta autographa, ad Monasterium S. Joannis (de Pendorada) pertinens, in Publico Archivo servatur.*

1092

Christus. In dei nomine ego piniolo uequici et uxor mea nomen gutina connomento uiliulfici In domino deo et (sic) eterna salutem Amen. Ideo placui nobis per bone pacis et uolumtas sano animo intrecroque consilio et propria nostra acesit uolumtas ut per scriptis uemderemus uobis aba scemenus et frater de sancti ioanis secuti et uemdimus ereditate nostra propria que auemus in uila quas uocitant pinitelo et fuit ipsa ereditatem de prosauios nostros monio menendizi subtus mons muro territorio sancti felice disurrentem ariuolum nesperaria. damus uobis ipso kasale viii<sup>a</sup> portione in casas in uinias pumares figales secales terras ruptas uel inruptas pasquis padubibus aquis aquarum sesigas mulinarum exitum uel regresum quantum in illa ominis ad prestitum est per suis terminis et locis antiquis ubi illa potueritis innenire. et accepimus de uobis in precio ad cartula confirmando xiii modios in quod ad nobis bene complacui et apud uos nichil remansi in deuito. aueatis uos et omnis posteritas uestrus usque in temporibus seculorum et si quis tamem fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartula uendicionis uobis inrumpere quesierit et nouis in iudicio deuemdicare non potuerimus pro parte uestra quomodo pariamus uobis ipsum que in cartula resona dublato uel quantum ad uobis fueri meliorata et uobis perpetim abituram. facta cartula uenditionis notum die quod erit Ianuario mense mediato. Era m<sup>a</sup> c<sup>a</sup> xxx.<sup>a</sup> piniolo uequici et uxor mea nomen cutina uiliulfici in hanc cartula uenditionis manus nostras r++ouimus.

pro test. egas uiliulfici test. — froila recaredici test. — todemondo test. — didagu frater conf.

Adaulfo presbitero notuit (?).

## DCCLXVIII

*Pactum venditionis praedii in Villa-Cova. Charta autographa, e tabulario Vimaranensis collegiatae in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1092

Christus. In dei nomine Ego ero uelasquiz et coniungia mea gotina suariz In domino deo salutem eternam. Ideo placuit nobis per bona pacis et uoluntas nullum quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metu sed arcessit propria mea uolumtas ut uinderemus ad tibi gundisalbo iohachiniz et coniungia uestra gotina gomiz hereditate mea propria que habemus in uilla quos uocitant uillacoua subtus mons sancta maria et auctinus territorio bragarensis disurrentes arruigius qui intrant in aleste. et fuit ipsa hereditate qui ganauit suario.guttierriz de suario quiriaquiz et uenit nobis in portione de parentorum nostrorum. damus ad uobis de ipsa villa medietate integra et alia quarta de illo casal de iusano. damus ad uobis cum suos casales exitum uel regresum usque ad illa petra pestil (?) et ex parte cum auctino damus illa ad uobis cum quantum aprestitum (sic) ominis in ea est per suis terminis ad (sic) locis antiquis per ubi illa potueritis inuenire. et accepimus de uobis pretio de c solidos in pecto de illa fossateiro de pelagio petriz qui erat dux de illo rex domno adeffonsus in quo nobis bene complacuit uos destis et nobis accepimus et de pretio apud uos nichil remansi in deuitem Ita de hodie die de iure nostro sit abrasum et in uestro iudicio sit tradita uel confirmata iuri quietum temporibus seculorum et si quis tamen quo fieri non credimus et aliquis homo uenerit uel uenerimus tam de propinquis meis uel extraneis que nos ad iudicio deuindigare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus ad uobis ipsa hereditate dublata uel tripata et ad illa potestas suo iudicato cc solidos. notum quod erit xiii kalendas februarii. Era m<sup>a</sup> cxxx.<sup>a</sup> Ero et gotina tibi gundisalbo et gotina in hanc cartula uenditionis et confirmationis manus nostras ro++mus.

qui preses fuerunt — ariulfu test. — astrulfu test. — galindu test.

Veremudus monachus notuit.

## DCCLXIX

*Pactum venditionis praedii in villa de S. Pedro e S. Christovam. Charta autographa, e scrinio Valerianensis sive Vaironensis Monasterii in Publicum Archivum delata, ibi extat.*

1092

In dei nomine ego eilu (?) godesteizi placui michi per bona pacis et uolumptas nullum quoque gentis imperio nec suademis articulo neque pertimexidis medium set propria nobis accepsit uoluntas ut faceremus ad uobis gunzalbo rodoriquizi et uxor tua ermesinda kartula uenditionis de hereditate mea propria que abeo in uilla sancto petro et sancto crestouulo de vi<sup>a</sup> (?) quarta tanto heredera me et mea iermana egilo que abemus de matre mea gulu. Abeatis uos illa et omnis posteritas uestra temporibus seculorum. abeatis uos illa per ut illa potueritis inuenire per suis locis et terminis antiquis per ut illa potueritis inuenire quum quantum in se obtinet et aprestatum ominis est. et accepimus de uos in pretio aderato x modios in una pelle conelia et una capa nigra tantum nobis bene complacui et de pretio apud uos nichil remansi in deuidum et de hodie die sic iure nostro obrasa et in uestro dominio confirmata. abeatis uos illa hereditate firmiter et omnis posteritas uestras iuri quiedum. et si aliquis homo uenerit uel uenerimus tan nos quam (?) propinquos nostris uel extraneis aut per qualeliue scriputra contra anc seria et kartula uenditionis et firmidadis qui nos ad indicio denudicare non potuerimus aut non uoluerimus autorgare aut uos in uoce nostra quomodo pariemus. ad uobis illa hereditate dublada uel tripada aut quantum fuerit meliorata. Facta kartula uenditionis et seria firmidadis die quod erit vii<sup>o</sup> kalendas februarias. Era m. c. xxx.<sup>a</sup> Eilu (?) godesteizi in hanc carta uenditionis et firmidadis manum mea rouor + + + + + + + + o.

atan presbiter (?) test. didacu test. salamiro test.

Davit Presbiter Notuit.

## DCCLXX

*Martinus Moniz uxorque ejus, Comitis Sesnandi filia, Joanni Gondesindiz donant in villa de S. Martinho prope Tavarede et Quaios, omnia bona quae ibi Cidellus Pelagiz olim possederat ejusdem comitis beneficio. Ex Livro Preto Conimbricensis Sedis descriptsimus.*

1092

**Carta donationis**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego famulus dei martinus moniz una cum uxore mea geluira sesnandiz Qvia procerum antiquitus mos est patronorum suis aliquod propriis de beneficiis amoris affectu conferre fidelibus in quorum seruicio illarum complacet uoluntatibus idcirco et nos benigne uoluntatis fauore commoti prona mente et propria uoluntate facimus cartam donacionis tibi iohanni gondesindiz de loco sancti martini in uilla tauaredi. ad orientem illa uarzena que spartit cum uilla tauaredi per illa penna de azambugero et inde ferit in illo suuereiro curuo per in directum in illa mamoa ad occidentem uilla alimedi ad austrum est locus salinarum iuxta flumen mondecum ad septemtrionem uilla kiaius. concedimus tibi in ipsa iamdicta uilla sancti martini omnia que ibi obtinuit cidel pelagiz in antondo de consule domno sesnando cui sit beata requies et est in territorio montis majoris ad occidentalem plagam. Habeas tu et possideas ea que tibi damus in ipsa uilla et filii tui et omnis tua progenies post te et facias inde omne quod tibi placuerit iure quieto temporibus seculorum. Si tamen quod fieri non credimus aliquis de propinquis nostris seu de extraneis hoc nostrum factum infringere temptauerit pro sola presumcione de suis propriis facultatibus legali iudicio constrictus aliud tantum tibi conferat quantum a te auferre uoluerit et tu ea semper obtineas. Facta est hec carta donacionis iii<sup>o</sup> idus februarii. Era m. c. xxx.<sup>a</sup> Nos supradicti martinus moniz et uxor mea geluira (sic) sisnandiz cartam istam donacionis quam prona mente fieri iussimus propria manu stabilientes roborauiimus facientes hec signa++.

Belidi iustiz adfuit — Mitus dauid adfuit — Garcia pelaiz test. — Notarius christoforiz adfuit — Guterre menendiz test. — Petrus christoforiz test. — Suarius adefonsi test. — Pelagius scripsit.

## DCCLXXI

*Ex Livro Baio-Ferrando Ecclesiensis Monasterii descriptissimus.*

1092

**Karta de ecclesiola**

Christus. In dei nomine. Ego aluaro prolis ansaloniz una cum fratribus meis gundisaluo ansaloniz et froila ansaloniz genlo et guntrode Ideo placuit nobis per bona pacis et noluntas ut faceremus kartulam uenditionis uobis suerio fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz auria cognomento sicut et facimus de hereditate nostra propria quam habemus in ecclesiola in illo auteiro que uenit nobis de matre nostra raniuerta. Damus inde nostras portiones integras ubicumque illas potueritis inuenire in ipso uidelicet auteiro ab illo corrigo usque diuidit cum casal de raniuerta et de cidi sendinic usque in cabo de sauto de mari per ubi extrema cum casal de domno arias. et de ipsa hereditate concedimus uobis nostras portiones ab integro prout retro sonat. Pro quibus acceperimus a uobis in pretium unam equam in tringita et quinque modios quod nobis complacuit recipere et uobis dare et apud uos pro dare nichil remansit. Habeatis illam firmiter uos et omnis posteritas uestra ita ut ab hac die et tempore ipsa hereditas sit de iure nostro abrasa et in dominio et iure uestro tradita sit et confirmata iuri quieto temporibus seculorum. Si uero aliquis homo uenerit uel uenerimus contra hanc cartulam ad irrumendum et nos in iudicio deuendicare et uestri parti concedere non potuerimus aut noluerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariamus illam duplatam et quantum a uobis fuerit melioratam. Facta carta uenditionis  $xii^{\circ}$  kalendas marci. Era M. C. xxx. Ego aluaro et gundisaluus et froila et genlo et guntrode illam uobis domno suerio et domne eluire manibus nostris roboramus.

Sendino test. Inueando test. Aluitu test. Ederonio test. Menendus notuit.

## DCCLXXII

*Sumpsimus ex Livro Baio-Ferrando.*

1092

**De nogeira. carta**

Christus. In dei nomine. Ego pelagius ansaloniz Ideo placuit mihi per bona pacis et noluntas ut faceremus uobis suerio fromariguiz et uxori uestre eluire nuniz auria cognomento cartam uenditionis de hereditate mea propria quam habeo in uilla nogeira que fuit de patre meo ab integro per ubi illam potueritis inuenire et habet iacentiam in uilla nogeira subtus monte petroso discurrente riulo guitin territorio portugalensi. damus atque concedimus uobis ipsam hereditatem illam  $iii^{\circ}$  ab integro cum quantum in se obtinet et ad prestitum hominis est. Et acceperimus a uobis pretium definitum  $xxx^{\circ}$  modios tantum mihi placuit et apud uos pro dare nichil remansit in debitum. Sit uestra ab hac die ipsa hereditas et omnis posteritatis uestre iuri quieto temporibus seculorum ita ut ex hodie et die et tempore sit de meo iure et dominio abrasa et in uestro dominio et iure tradita et confirmata. Siquis tamen uenerit uel ego uenero contra hanc cartam ad irrumendum et ego in concilio deuendicare noluerō aut non potuero quod pariam illam uobis cum quantum a uobis fuerit meliorata in duplum. Facta carta uenditionis  $xii^{\circ}$  kalendas marci. Era M. C. xxx. Ego pelagius ansalonic uobis suerio fromariguic et uestre uxori eluire nunc hanc kartulam manibus nostris roboramus.

Sindino test. Inueandu test. Aluitu test. Ederonio test. Menendus notuit.

## DCCLXXIII

*Pactum venditionis partis cuiusdam villarum de Jogueiros et Lourosella. Charta autographa, ad Araucense Monasterium pertinens, in Publico Archivo custoditur.*

1092

Christus. In dei nomine ego gundiario songemiriz et uxor mea sesgundia flosendiz in domino deo eternam salutem amen. Ideo placuit nobis per bona pacis uoluntas nullis quoque gentis imperio nec suadentis artigulo sed propria nobis accessit uolumtas ut uinderemus tibi gudino presbitero et fratribus tuis de sancto petro de arauka hereditate nostra propria que comparauius de froila garcia et de uxor sua eileuua suariz et habet iacentia ipsa hereditate in territorio arauca in uilla iugarios. de ipsa uilla de iugarios uendimus uobis de medietate x<sup>a</sup> integra et de alia uilla que uocitant laurosella de medietate nona integra uobis uendimus et testamus tantum ibi de froilla garcia et de eileuua suariz in kauallo apretiato in LXXX modios comparauius et tantum uobis uendimus cum omni sua prestantia et edificantia et suo exitus et regressu in montes in fontes in sesigas molinarum in omnique circuitu cum omni sua prestantia siue et domos earum quomodo eas emimus et in nostro iure eas obtinuimus sic eas ad integrum uendimus. et accepimus de uos pretio in pleno una equa et sua filia apretiatalas in L et vii modios et iii modios in quo nobis conuenit bene tantum nobis bene placuit. Vos dedistis et nos accepimus et de pretio apud uos nicil remansit in debito. Ita ut de odie in denante sint ipsas uillas et ipsas hereditates de iure nostro abrasas et in uestro iure et dominio traditas et confirmatas. habete uos illas et omnis posteritas uestra post uos iuri quieto temporibus seculorum. Siquis tamen quo fieri non credimus aliquis homo uenerit uel uenerimus tam ex propinquis quam de extraneis contra hanc cartula ad inrumpendum que nos ad iudicio deuindicare non potuerimus aut uos in uoce nostra quomodo pariemus uobis gudino uel ad fratribus uestris uel qui uoce uestra et uox de ipso monasterio pulsauerit ipsas hereditates duplatas uel quantum uobis fuerit melioratum et uobis perpetim eas habituras. et cartula ista usque in perpetuum firmiter in uestro iudicio et iure cum omni illa hereditate permaneat. Facta kartula uenditionis notum die vi kalendas martii. Era m c xxx. Regnante in toledo et in omni galicia et in spania adefonsus filius fredenandi regis. in colimbria dux martino monniz. iudex in aranca iusto domenquiz. mandantes arauca odorio telliz aluaro telliz monnio ueniegas et uigarios eorum uimara menendo aluitu. Gundiario sesgundia in hanc cartula uenditionis uobis gudino presbitero et fratribus tuis manus nostras ro++mus. Qui preses fuerunt pro test. adefonso test. aluitu test. gunzaluo test. pelaio test. — Gudinus presbiter scripsit.

## DCCLXXIV

*Pactum venditionis praedii in villa de S. Cruz. Charta autographa, e scrinio Conimbricensis Sedis in Publicum Archivum delata (ubi extat) variis locis discissa est. Quae deerant ex apographo in Livro Preto inserto supplevimus, litterisque italicis, ut vocant, distinximus.*

1092

In dei nomine ego dauid et balessa ideo placui nobis per bona pacis et uolumtas ut facimus ad tibi ansur et uxor tua senior cartula facimus uenditionis de ereditate nostra propria que abemus illa de compareata et abet ipsa ereditate iacentia in uilla quos uocitant sancta cruce terretorium alafouenes subtus mons fuste discurrentem ibaroso. damus inde ad uos de ipsa hereditate v<sup>a</sup> et de quarta inde quarta inter fratres et eredes per ubi illa potueritis inuenire qum quantum in se obtinet et ad ominis prestitum est. et accepimus de uos precium definitum et aderato xii modios in plenum tamtum nobis bene complacuit uos destis et nos accepimus cum bona mente ita ut de hodie die sedea ipsa ereditate de iuri nostro obrasa et in uestro dominio sedea tradita et confirmata et abeat uos illa firmiter et omnis posteritas iuri quieto temporibus seculorum. Et si aliquis homo ueneri uel uenerimus contra hunc factum nostrum ad inrumpendum et nos ad concilio non potuerimus auctorgare post tua parte aut qui uoce tua pulsaueri que pariemus illa ereditate dublata aut quantum ad uobis fuerit meliorata et iudicato. Facta carta uenditionis notum die erit xv kalendas aprilis. Era m c xxx.<sup>a</sup> Et ego nos dauid et balessa ad tibi ansur et uxor tua senior in hanc kartula .....tionis manus nostras r++o—mus. qui testes fuerunt uermudu test. iulianu test. sarracino test. addaulfu test.

ansur notuit.

## DCCLXXV

*Electionis episcopi Conimbricensis Cresconii, a clero et populo factae, confirmante archiepiscopo Toletano, ejusdemque episcopi consecrationis acta. Descriptsimus ex Livro Preto Conimbricensis Sedis.*

1092

In nomine sancte et indiuidue trinitatis in quo condita et restaurata sunt uniuersa que sunt in celo et in terra et in quo cuncta consistunt cuiusque consilio certa tempora lege disponuntur sine quo eciam nichil in terra sine causa fit eius plane consilio eiusque auxilio suaque dispositione freti minuti atque adiuti nos colinbriorum cleris et populus una cum consensu ordinis presidente domno nostro archiepiscopo toletano bernardo concilio generali comprouincialium episcoporum apud sanctam mariam de fusellis celebrato coram eciam adstante sere-nissimo rege nostro adefonso elegimus nobis in episcopum abbatem de titulo sancti bartholomei tudensis nomine cresconium fauente prenominato archiepiscopo et omnibus episcopis simul cum abbatibus nullo interueniente uel certe promisso simoniace heresis precio sed iure iuxta canonum statuta et sanctorum decretalia patrum facta est conclamacione ac laudacione in deum omni (?) precio idus aprilis luna xx<sup>a</sup> viii<sup>a</sup> anno incarnationis domini millesimo nonagesimo secundo consule ciuitatis prephate domno martino muniz. Ordinatus est autem in episcopum predictus cresconius a iamdicho domno archiepiscopo tolethano et a domno episcopo ederico tudenti et domno petro oriensi dominica in octauis pentecosten in ecclesia beate marie colimbrie adstante clero et populo.

## DCCLXXVI

*In Livro Preto Conimbricensis Sedis invenitur insertum.*

1092

**Testamentum factum ad ecclesiam sancte eufemie de arriel**

Illuminator omnium fidelium deus oriens uisitator et splendor lucis eterne et sol iusticie qui celum contines tronus et abissos intueris qui es rex regum et dominus dominancium qui es trinus in personis et unus in deitate trinitatis unus qui uenisti redimere hominem perditum quem de limo formauereas (*sic*) et dedisti eis lumen ut uiderent te qui erant in penis tenebrarum constituti et te uenturum speramus iudicare omnes homines et redde-rees unicuique secundum opera sua que gessit. Idcirco ego bellitus iusti filius simul cum uxore mea bellita in tuo amore christe et in tuo timore et in ueneracione omnium sanctorum qui tibi placuerunt ab inicio mundi usque nunc offerimus ad ecclesiam sancte eufemie que est fundata in loco qui dicitur arriel territorio montis maioris nostram terram et que fuerunt de suario froiaz cultas uel incultas ubi illas inuenire potuerint sicut nos illas comparauiimus nostro precio integro in illo loco predicto arricl. et habet ad orientalem partem ecclesiam predictam et ad occidentalem uiam publicam que currit ad molinos ab aquilone usque ad illam archam que uocitant et de meridie usque ad illum montem de illa furca. Hoc testamentum fecimus deo auxiliante per autoritatem domni martini moniz et coniugis sue domine elbire domni sisendi filie diebus quorum illas ganauimus. Ideo timentibus nobis diem ultimum et tremendum iudicium et peccatorum nostrorum ualde depressi non usquequa disperacione deicimur sed eciam per merita et intercessiones uenerabilium sanctorum dei redemptionem anime speramus (?) quia scriptum est —redime te homo dum uiuis dum precium in manu tenes et ne differas de die in die quia mors non tardat— et alibi —vigilate itaque quia nescitis diem neque oram— Sic ait iob —lignum aridum in qua parte ceciderit ibi manebit— Propheta qui ait —Tu autem domine in eternum permanes et tu es super omnes principes et tua est diuicia et gloria quoniam nos omnes peregrini et hospites sumus super terram et omne quod de manu tua accepimus damus tibi quia te igitur credimus uidere in terra uiuencium—. Hoc testamentum factum et confirmatum mense maio. Era m.<sup>a</sup> c.<sup>a</sup> xxx.<sup>a</sup> Siquis uero homo quod fieri non credimus uenerit factum nostrum in aliquo contaminare in primis sit excommunicatus maledictus et confusus et cum datam et abiron in profundum inferni dimersus et pariat hanc cartam duplatam uel triplata aut quomodo fuerit meliorata et ad dominum terre duo auri talenta. Ego bellitus predictus et uxor mea bellita manus nostras in hoc testamento robor++amus.

Qui presentes fuerunt —Pelagius eriz test. —Martinus iben atomati test. —Sesnando zoleimaniz test. —Lupo sancii test. —Menendo uizoiz test.

D. et C. Tom. I.

116

## DCCLXXVII

*Annaia Joannes, testamentum texens, dimidium bonorum acquisitorum ecclesiam S. Euphemiae legat, aliivero dimidii filios suos heredes instituit. Ex Livro Preto Sedis Conimbricensis decerpsimus.*

1092

**Carta commendationis**

In christi nomine ego annaia iohannis sub nomine omnipotentis dei Placuit mihi asto animo et sana mente ut faciam sicut et feci cartam commendationis anime mee siue de meo haberé diuissionem timendo mortem subitaneam et extremum diem uite istius seculi Id est medietatem de omni meo ganato mando dare ad eclesiam sancte eufemie que est sita in monte super illas uineas que sunt ultra mondecum flumen et aliam medium ad meos filios Id est ad illam eclesiam predictam medietatem de villa lamarosa cum suo canpo de ipso porto douelias usque ad illas borras et cum alio campo de illa canal de arquanis et de medietate de meis salinis que sunt in foce de mondego et illas uineas que conparaui de meis soprinis integras. Et habeant mei filii illam uineam mauriscam integrum sed per unumquemque annum inpleant illam cupam de decem quinales qui ueniunt de balestarios de uino de illa uinea de illo arnato et donent ad pauperes pro mea animam et sic habeant mei filii meam cortem et donent ad eclesiam predictam illum sopratum quod feci nouum. Qui uero inde aliter fecerit sit maledictus et confusus et cum iuda traditore habeat participationem in eternam damnationem. Si uero plus inuenient de meo habere quam in hac carta resonat plus inter se diuidant hoc uero totum factum in mea uita siue post mortem fiat per manus zoleiman prioris uacarize. Facta carta comendationis mense magii. Era m. c. xxx.

## DCCLXXVIII

*Midus Cresconiz uxori suaे Ermentro Madreona bona immobilia, in villa de Lagiellas sita, quae a parentibus ei obvenerant, donat. Pactum adjungitur (in tergo membranae exaratum) quo cavitur ne filii Madreona ex alio viro, si illa, Mido morte correpto, ad secundas nuptias convolaverit, in quamcumque partem eorumdem bonorum jure hereditario succedant. Charta autographa, olim in scrinio Morariensis Monasterii servata, in Publico Archivo invenitur.*

1092

In dei nomine ego midu cresconiz in deo eterno salute Amen Ideo plagui mici per bonas pacis et uoluntas nulis quoque ientis imperio nec suadentis artigulo neque pertimexentis medium se propria mici accesit uoluntas ut fazere tibi uxor mea ermentro cognomento madreona karta firmitatis de ereditate mea que abeo de auiorum uel parentorum meorum siue de ganantia quomodo et de comparadela et abe ipsa ereditate iazentia in villa lagenelas subtus mons gaudiosi discurrente ribulo miniu prope litore maris territorio tulensis do uobis de ipsa ereditate de quanta que ego odie ibi abeo medietate integra per suis lozis et terminis antiquis cum quantum in se obtinet et ad prestitum ominis est per ubi illam potueritis inuenire cum totas suas prestaciones abeas tu illam firmiter et omnis posteritas uestra iuri quieto temporibus seculorum quia adici (*sic*) in libro godorum quia omo qui sic (?) uolueri de rem sua facia qui volueri et dicit ualea uendizio sicut et donatio. si quis tamen quod fieri et mici non credis et aliquis omo ueneri uel uenerimus pro ad istum factum nostrum ad inrupendum que ego ad uos in consilio obturgare non potueri au nolueri que parie ad uos au ad qui uestra uoze pulsaueri ipsa ereditate dublada uel quantum ad uos fueri meliorata et uos perpetimabitura. Facta karta notum die quod erit n nonas (?) iunii. Era millesima c xxx. midu cresconiz ad uobis uxor mea ermentro manu mea r+ouoro.

qui preses fuerunt ic sunt — petro test. — quecko test. — menendo test. — menendo test. — zalama test.  
Menendo notuit.

**In tergo.**

Et ibi melioramus que bene complacui nobis sic ipsa madreona post ouidum de suo uiro midu cresconiz uirum alium prendere uolueri et inde semien abueri non sedea erdado con ipsos de don midu in ipsa ereditate fi-

lio suo inde abueri. et si ad ouidum nostrum filium inter anbos non abuerimus relinquas ea ad eglesia sancta pro mea anima. et ad karta rouorando ad confirmation do uobis uno medio de cauallo roselo.

## DCCLXXIX

*Descriptimus ex libro regestorum Monasterii Araucensis qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins pae se fert.*

1092

**Karta de uno casali quod habet monasterium in ualle de moldes  
in termino de Arauea**

In dei nomine. ego nuno pelaiz placuit mihi per bone (*sic*) et uoluntas nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque pertimescentis metum sed sano animo et integra mente mihi accessit propria uoluntas ut facerem tibi gudinus abba et fratribus tuis de sancto petro de arauca kartula uenditionis de hereditate mea propria que habeo in territorio arauca in uilla que uocitant ribulo mollides in loco predicto in froilanes quantumque ibi habeo que fuit de patri meo pelaio quitilssiliz et de bisauios meos leoderico et uistregia sicut illa ganarunt et obtinuerunt per suas cartas et possiderunt in suo iure cum omni sua prestantia per suis terminis et locis antiquis ubi illa inuenire potueritis in omni uilla froilanes cum agnitionibus suis et terminis antiquis. et aditio uobis alio casale que habeo iuxta illa ecclesia sancti stephani in uilla ribulo mollides et iacet illo casale iuxta illa ecclesia uocabulo sancta maria et sancto stephano et diuidit per illos dextros de ipsa ecclesia et uadit infesto usque in termino de uilla penso et tornat per termino de uilla de sancto petro et inde inprono per termino de uilla de gauino froilaz et de onega ermigiz et per termino de illo casale de mandamento de illo castello et inde iusu inprono per termino de casale quod fuit de domna eileuua et inde tornat et diuidet per illo termino de uestro casale de eira antiqua et concludet usque ad illo termino de sancto stephano et sancta maria et inde tornat ibi unde primito incoauimus. uindo uobis ipsa hereditas et illas uillas supranominatas cum omni suo exitu accessu et regressu in montes in fontes in aquis in riuis arboribus fructuosis et infructuosis aquis aquarum et ductibus aquarum et sesigas molinarum sautos pumares vineas casas parietes petras mobiles et immobiles terras ruptas et barbaras cultas et incultas cum omni sua prestantia per suis terminis et locis antiquis. et accepi de uos pretio aderato et definito LXXV modios in quo mihi bene complacuit et de pretio apud uos nichil remansit in debito. Ita ut de hodie in denante sint ipsas uillas et ipsas hereditates de iure meo abrasas et in uestro iure et dominio sint traditas et confirmatas uos et omnis posteritas uestra que in ipso monasterio in uita sancta persecuerauerint iuri quieto temporibus seculorum. Et habui ego ipsas hereditates de pater meo pelaio et de auio meo quitissillo et bisauios meos leoderico et uistregia. Si aliquis homo de gens mea propinquus uel extraneis uenerit contra hanc cartula ad inrumpendum que ego post parte uestra uindicare non poluero aut uos in uoce mea tunc habeatis potestatem de me apprehendere ipsas uillas et ipsas hereditates duplatas uel quantum uobis fuerit melioratas et cartula ista firmiter habeat roborem. Facta cartula uenditionis notum die III idus iunii. Era M<sup>a</sup>c xxx. Regnante adefonsus princeps in urbe toledo. in colinbria dux martinus et cresconius episcopus. mandantes arauca monnio beniegas odorio telliz uigarios eorum uimara menendo uermudo. Nuno pelaiz in hanc cartulam uenditionis quam fieri iussi legendo audiui et uidi manu mea ro+ui. In presentia iudex iusto dominguez. Qui presentes fuerunt pro test. rodrigo test. trastemiro test. pelaio test. — Godinus presbiter scripsit.

Noticia de ipsos LXXV modios in quales cousas fuerint datos. id est una pelle coelina in XVII modios. uno boue de XIII modios. V solidos argenti in VII modios Et II<sup>os</sup> quartarios. uno lenzo. duas saias franciscas in VII modios et II<sup>os</sup> quartarios. uno manto conellino in uestito in pano de sirico in XVIII modios. III bragales de lino et uno (?) cubito. V ferros in lenzos. uno quartario tritici. I<sup>o</sup> quartario milii. I quartario de ordio. I quartario de centeno. XIII cubitos de lenzo. I solidum per denarios. sub uno sunt modios LXXV et sunt (?)

DCCLXXX

*Ex libro regestorum Monasterii Araucensis, Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins, sic dicto, decerpsimus.*

1092

**Carta de ecclesia sancti michaelis de Rial in termino de paula**

Rodrigo presbitero plazum perligatum fatio uobis gauino froilaz et ad fratribus tuis de sancto petro de arauca notum die xvi<sup>o</sup> kalendas iulias Era m<sup>a</sup>c<sup>a</sup> xxx<sup>a</sup> pro parte de ipsa uestra quinione de illa ecclesia sancto michael que mihi dates de rial in sardoria quod teneam illo uestro quinione de uestro iuditio sine ulla extranatura de uestra parte in tantum quantum uobis placuerit et que uobis fatiam de illa uestra ratione seruitio cum ueritate et de illa ganantia que ibi fecerim ad exita mea de illo loco uel ad obitum meum quod fatiam uobis integratione de illa uestra ratione et medietate de meo habere quod non fatiam uobis mendatio et fallacia in meas hereditates que mihi dates et quod non extraniem uobis illas ad nulla parte sed quantum possiblitas mea fuerit indenantem illas per totos talentos et si minime fecerim et isto plazo excederim quod pariam uobis aut qui in ipso monasterio habitauerit c solidos et iudicato. Rodrigo presbitero in hoc plazo manu mea ro+ui.

Pro test. Didagus test. Petrus test. Aluitus test. — Godinus notuit.

DCCLXXXI

*Descripsimus ex libro regestorum Araucensi, qui titulum Tombo escripto por ordem de D. Maior Martins pae se fert.*

1092

**Karta de hereditate quam habet monasterium in Lusi in ripa tamece  
et in termino de Arauca**

In nomine domini nostri ihesu christi et in honore sancte marie uirginis et sancti michaelis archangeli et sancti petri apostoli et omnium sanctorum dei. Ego frater adefonso confesso Placuit mihi atque conuenit nullis quoque gentis imperio neque suadentis articulo sed propria mihi accessit voluntas pro remedio anime mee ut donarem altari sancti petri de arouca omnia mea hereditate et mea rem quicquid uisus sum habere tam ex patri meo froila gudesteiz quomodo et de mater mea sesilli id est in uilla losidi que est subtus mons mensa et asperon (?) prope ripa tamega hereditate que fuit de patri meo froila gudesteiz in loco nominato in uila sala mea ratione integra in ipsa uilla losidi hereditate que fuit de mater mea integra. In arauca in uilla parata mea ratione integra. hic in arauca in uilla que dicent uillella mea ratione integra. omnia mea hereditate adprestitu suo et omnia mea rem per testamentum et per scriptura firmitatis pro remedio anime mee ad locum supranominatum monasterio sancti petri de arauca et tibi fratri meo gudino presbitero concedo et dono et fratribus qui in uita sancta sub tuo regimine in ipso loco perseuerauerint ut ibidem semper sint deseruendum pro remedio anime mee et de parentes meos qui ipsas hereditates ganarunt. Ea tamen ratione seruata si filio meo ero in seruitio dei sub sancte regule sub potestate abbatis qui dignus sit in loco ubi contraria non fatiat tibi fratri meo gudino in uita tua aut post obitu tuo in ipso monasterio in quolibet loco in seruitio dei permanserit si necessitatem corporis de uestimento aut aliqua necessitate habuerit per manu de fratri meo gudino aut de fratre uel abbe qui per uoluntatem de fratre meo in ipso monasterio in uita sancta habitauerit accipiat ipso meo filio ero in uita sua fructum de illas hereditates supranominatas et post obitum suum sanas et integras cum omni adprestitu suo ad ipso monasterio sint deseruendas in cunctis temporibus seculorum. Et ipso monasterio sancti petri de arauca fuit ab initio fundatum per manus loderigo et uandilo et ipsi mortui filii eorum et filie et propinquis illorum uendiderunt illum ad domno ansuri et ad domna eileuua pro dignissimum pretium. Ipsi autem magis edificarunt et construxerunt illum per bonum studium et dederunt illum ad domno ermegildo abbate per scriptura firmitatis et per testamentum pro suas animas. Et domno ermegildo abbate ad obitum suum relinquit eum in manus de domna guntina deouota et domna guntina reliquit eum in manus de sua nepta domna tuta prolix gudesteiz et domna tuta relinquit eum in manus de patri nostro froila gudesteiz per scriptura firmitatis et conceptionis. Similiter et ego adefonso do tibi fratri meo gudino illa mea ratione medietate integra de ipso monasterio sicut illo dederunt ipsos nostros

Algumas erratas mais ou menos substanciaes, que escapassem na revisão deste fasciculo, serão apontadas, com as que subsequentemente possam ocorrer, no fim do volume.

---

















